A
7-413

Biblioteca Universitaria
GRAN
Sala A
Estante 15
Tabla
Número 277

BIBLIOTECA HOSPITAL REAL
GRANADA
Sala: A
Estante: 7
Numero: 413

(2)

EPITOME SANCTORVM PATRVM, PER LOCOS COMMVNES, AD SACRAS CONCIONES,

TOMVS SECVNDVS.

Auctore Reuerendiss. D. F. IOHANNE LOPEZ Episcopo Monopolitano,
Ex Sacra Ord. Prædicat. Familia Prouinciæ Hispaniæ, assumpto.

Cum duobus Indicibus, altero Rerum notatu dignarum, altero Sacræ Scripturæ locorum explicatorum.

CONSENSV SVPERIORVM, ET CVM PRIVILEGIIS.

Taruisij, Ex Typographia Euangelistę Deuchini.

SVMPTIBVS IO. BAPT. CIOTT. BIBLIOPOLÆ
VENETIIS. M. DC. V.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE GRANADA

EPITOME
SANCTORVM
PATRVM,
PER LOCOS COMMVNES,
AD SACRAS CONCIONES,
TOMVS SECVNDVS.

Auctore Reuerendis. D. F. IOHANNE LOPEZ Episcopo Monopolitano,
Ex Sacra Ord. Prædicat. Familia Prouinciæ Hispaniæ, alumno.

Cum duobus Indicibus, altero Rerum notatu dignarum, altero Sacræ Scripturæ locorum explicatorum.

CONSENSV SVPERIORVM, ET CVM PRIVILEGIIS.

Taruisij, Ex Typographia Euangelistæ Deuchini.

SVMPTIBVS IO. BAPT. CIOTT. BIBLIOPOLÆ
VENETIIS. M. DC. V.

INDEX CAPITVLORVM HVIVS TOMI SECVNDI.

INDEX CAPITVLORVM LIBRI V.

BRIETAS quæ in omnibus animæ passionibus cõtingit, in bonã partem accipitur aliquando. Cap. 1

Ecclesijs ac templis exhibenda est reuerẽtia maxima, de qua re parũ curant homines. C. 2

Ecclesia Catholica varie comparatur, in qua mali permixti sunt bonis. Cap. 3

Ecclesia, quæ licet multum impugnetur non est deiecta, caret antiqua pulchritudine, quam quisque suo modo debet iuuare. Cap. 4

Ecclesia primitiua qualis erat, & eadẽ in fine sæculi nimis destituta est bonis, ac oppressa. Cap. 5

Ecclesia firma est, quam Dñs fundauit, & direxit, quæ etiam traditionibus gubernatur. Cap. 6

Ecclesiam ex gentibus Deus elegit Synagoga reiecta, ipsius culpa. cap. 7

In Ecclesia boni, & mali, perfecti, & imperfecti sunt eam tamen, & mundum tutantur iusti ab ira Dei. cap. 8

Ægritudo corporis multa habet conuenientia, quibus consolandi sunt infirmi. cap. 9

Eleemosyna eiusq; necessitas, & modus in ea seruandus, quam differre non expedit. cap. 10

Episcopatus, & prælaturæ, & officia appetenda non sunt, ad quod officium assumptus homo non dicter consanguineus. cap. 11

Eucharistia hominibus data ex Dei beneficio, reuerenter, frequenter, & considerante sumenda est. cap. 12

Exempla Sanctorũ maxime iuuant homines ad bonum, quorum vita imitanda est. cap. 13

INDEX CAPITVLORVM LIBRI VI.

FAmes animam in bonam, & in malam partem capitur in sacra scriptura, sicut & sitis. cap. 1

Festi dies colendi sunt, & qua ratione, ludorum autem, & festa, & sacrificia spiritualiter tractanda. cap. 2

Fides quæ Dei donum, est fundamentum virtutum, est quam comitari debent opera, vt profectus sit valde, & conseruetur melius. cap. 3

Fidei mysteria recondita celanda sunt rudibus, sed illa esse credibilia optime conuincunt Sancti. cap. 4

Filij, & generaliter homines laudandi nõ sunt ex maiorũ nobilitate, sed ex propria virtute. cap. 5

Filij erudiendi sunt ab incunabulis, idq; exemplis potius quã verbis efficere debent parentes, suntq; moderate corripiendi, & diligendi. c. 6

Filiorũ mors patienter ferenda est, quos propter peccata parentũ aliquando punit Deus. cap. 7

Filij honorem, & obedientiam, quando, & quomodo exhibere debeant parentibus. cap. 8

Flagella Dei vtilissima, & lenia, quapropter cum gaudio suscipienda sunt. cap. 9

Flagellat Deus, vt emendet, vnde iusti flagellis corriguntur alienis, non mali; quod grande est malum. cap. 10

Flagella inflicta iustis, & peccatoribus differunt multum, quia ea optant Sancti. Potentes autem grauius puniuntur. cap. 11

Fornicatio malũ grande, ac frequentissimũ. c. 12

Fortitudo iustorũ laudatur, vt necessaria ad virtutem, abominabilis autem fortitudo est in reprobis. cap. 13

Fruitio, & vsus, quid sit, & quod hominis summum malũ sit velle vti fruendis, & frui vtendis, a quo iusti cauent. cap. 14

INDEX CAPITVLORVM LIBRI VII.

GAudium verum in quo situm sit, & quòd soli iusti illo potiantur in hac vita. cap. 1

Gaudium malorum quale, & quàm nociuum sit, sicut & eorum voluptas. cap. 2

Gaudium, consolatione, & requiem in hac vita, & in futura habẽ Sancti, sed differenter. ca. 3

Gaudium, & tristitiam recipiunt iusti in hac vita diuersis de causis. cap. 4

Gloriam, & honores contemnunt iusti in hac vita, diligitur autem a peccatoribus mundanus honor vehementer. cap. 5

Gloria est hominis in solo Deo, non in mundo, cuius gloria non stat, sed volat, & pertransit statim. cap. 6

Gratias Deo referre debemus in prosperis, & aduersis, & post comestionem. cap. 7

Gratia Dei ingens bonum est animæ, quæ ociosa esse debet in homine, & in quibus coniectris adesse dignoscatur. cap. 8

Gratia, & auxilium Dei, & liberum arbitrium, & labor ad virtutẽ, quo ordine sint necessaria. c. 9

INDEX CAPITVLORVM LIBRI VIII.

HÆreticos, & Hæreticorum doctrinam in grandem Reipublicæ perniciem permittit Deus. Cap. 1

Homo in bonam, & in malam partem capitur in sacris litteris, quod nomen multi non merentur, cap. 2

In Hominis creatione multa Deus obseruauit mysterij plena, post cuius lapsum omnes sunt ad malum propensi. cap. 3

Honor præmium est virtutis, quem merito contemnunt sancti, & si aliquando ad officia assumantur inuiti. cap. 4

Humilitas a quo fonte ortum habeat, quibusq; rationibus conuinci, ac persuaderi possit. cap. 5

Humilitas vera quærenda est in hominibus, inter quos pauci vere, multi autem ficte humiliantur. cap. 6

Ad Humilitatem Sancti, qui vere sunt humiles, quibus gradibus ascendant. cap. 7

Humilitas virtutum præstantissima, quam maxime commendant sancti. cap. 8

Hypocrisis præterquam, quod malum est grande, stultitia plenum est sicut plerumque hominibus velle placere. cap. 9

INDEX CAPITVLORVM LIBRI XI.

IEiunium vt Deo sit gratum comitetur mutatio vitæ, & de quadragesimæ ieiunio. cap. 1

Indu-

INDEX

Indumentorum abusus seminarumq; ornatus, & luxus acriter a Sanctis taxantur. cap. 2
Inferni, ac purgatorij pœnæ describuntur, quas considerare vtilissimum est. cap. 3
Iniurians proximũ seipsum lædit nõ alterũ, vnde remittere iniurias conuenientissimum est. c. 4
Inuidia maxime de bonis iustorũ antiquum, & grande malum est, & de illius remedia. cap. 5
Ioannis Baptistæ & Euangelistæ laudes. cap. 6
Ira etsi aliquando bona sit, tamen multa habet damna, & remedia: iratis autem compati, non indignari debemus. cap. 7
Iudices, Principes, ac reipublicæ gubernatores iusti sint, & qui nõ sunt tales, nociui sũt nimis. c. 8
Iudicium finale terribile est malis, & consolationis plenum iustis, in quo multa sunt considerãda. cap. 9
Iudicium, quo homo se iudicat, vtilissimum est, temerarium autem cauendũ maxime. cap. 10
Iurandi consuetudo periculosissimũ malum est, & quæ mouere nos possunt ad iuramenta cauenda. cap. 11
Iusti secundum varias considerationes perfecti ac imperfecti dicuntur. cap. 12
Iusti, & impij dicuntur domini, serui, ac compediti in sacra scriptura, sed differenter. cap. 13
Iusti (qui peregrini sunt, dum viuunt) dormiunt, & moriuntur mundo, & omnibus rebus extra Deum. cap. 14
Iusti in infamijs & persecutionibus & laboribus, vnde debent consolari. cap. 15
Iusti tristantur videntes mala proximi si autem aliquando gaudere videntur, futura tantũ prophetant mala, non optant. cap. 16
Iustus etsi solus mereatur nomen sapientis, simplex est & prudens, mali autem duplici corde viuunt. cap. 17
Iusti dicuntur stare, & ambulare, mali iacere, & si contingat vtrosque cadere, non eodem modo soli autem iusti habitant in cœlo. cap. 18
Iusti inter impios non corrumpuntur, si sint perfecti, quin potius ad Deum trahunt illos. c. 19
Iusti persecutionẽ, & irrisionem patiuntur ab impijs, & quare: Deus tamẽ ista moderatur. c. 20
Iustorum varij sunt gradus, quibus similes modo sunt mali; qui perseuerare non debent: in omni autem statu boni sunt. cap. 21
Iusti retro respicere nõ debẽt, sed semper in bono proficere, ad id aũt meliores se respiciant. c. 22
Iustorum conditiones proprietates, & laudes, quos Deus veneratur. cap. 23
Iusti in virtutis initijs sibi, & non alijs studeant prodesse, virtutemq; operentur secreto. ca. 24

INDEX CAPITVLORVM LIBRI X.

AD labores, non ad otium, & delicias vocati sumus, malorum autem, etiamsi non sentiantur, magni sunt. cap. 1
Lacrymæ cõmendantur, & quales futuræ sunt, vt Deo probentur. cap. 2
Lex naturalis indita cordi, noua autem, & vetus, valde inter se differunt. cap. 3
Libertas vera, & dominium, & seruitus, in quo consistant, & in quibus reperiatur, & sit. cap. 4
Libri in sacra scriptura dicuntur creaturæ, in quibus legimus Deum. cap. 5
Lingua vtendũ in eum finem, ad quẽ data est. c. 6
Lingua frenanda est ab omnibus, & in omni loco, maxime autẽ a feminis, & in mensa. cap. 7
Lingua commune malum, in quo pauci non labuntur propter eius periculum. cap. 8
Locus cõiter multum iuuat ad virtutem, etiamsi aliquando hominum culpa non prosit. c. 9

INDEX CAPITVLORVM LIBRI XI.

MAndata implenda primo, deinde inspirationes, ac diuina consilia, quæ Dominus nostro reliquit arbitrio. cap. 1
Mandata Dei scienda, & festinanter implenda, ad quod timore saltem adducendi sunt homines. cap. 2
ad Mandata Domini implenda, quæ re vera grauia sunt, multa nos debent mouere friuolis excusationibus omissis. cap. 3
Mandata Dei leuia sunt amanti, quibus obediendum est semper. cap. 4
Malorum societas, & consilia vitanda maxime ab imperfectis. cap. 5
Mariæ virginitas, excellentia, intercessio. Aliaq; multa eleganter colligunt Sancti. cap. 6
Martyrum præconia, virtutes, ac merita, & de ipsorum imitatione. cap. 7
ad Matrimonium contrahendum virtutes quærantur vxoris, cuius onera, etsi grauia ferenda sunt, etsi pax inter coniuges seruanda. cap. 8
Mors propria taliter contemnebatur & optabatur a Sanctis, quod etiam timebatur, aliena autem flenda, maxime vero impiorum. cap. 9
Mortis cõsideratio, & quod breuiter secutura sit, multas habet vtilitates, quã appropinquante, Dei misericordia consideranda est. cap. 10
Mulieres diligere vituperabile non est, cum multæ fuerint viris sanctiores, est tamen corũ societas, & virorum cauenda. cap. 11
Mundus malus dicitur, & periculosum mare, quod enauigant Sancti, qui & relinquendus, & odiendus est. cap. 12
Mundo mori expedientissimum est. cap. 13
Mundi, ac mundanorum iudicium stultum, & paruipendendum, &c. cap. 14
Murmurationes malosum sic ferant boni vt innocentiam ostendant suam. cap. 15
Murmurationes maxime contra iustos, & Prælatos inferunt homini multa nocumenta. c. 16
Murmurare, & consentire murmuranti, multa habet inconuenientia, &c. cap. 17

INDEX CAPITVLORVM LIBRI XII.

NOmen bonum non contemnere, sed conseruare conuenit. cap. 1
Nomina varia tribuuntur Deo in sacris litteris, inter quæ nomen dulce Iesu, suaue, &c. cap. 2
Nomina, quibus significatur iustorum, & malorum differentia, nominaque quibus iustorum virtutes aperiuntur. cap. 3
Nomina impiorum, quibus ipsorum status miserandus significatur, & mala. cap. 4

FINIS.

EPITOME SANCTORVM, PER LOCOS COMMVNES AD CONCIONES CONFICIENDAS,

LIBER QVINTVS.

AVCTORE R. D. IOANNE LOPEZ
Episcopo Monopolitano Ord. Prædicatorum.

Ebrietas, quæ in omnibus animæ passionibus contingit, in bonam partem accipitur aliquando. Cap. I.

1 *Hom. 7. in 10. Leui.*

DE ebrietate, quæ uitium est fædum, contrariumque sobrietati, disseruimus libro 1. c. 22. hanc tamen reperiri in omnibus passionibus animæ docuit ipse

ORIGENES explicans illa verba: Dixitque Dominus ad Aaron, Vinum, & omne quod inebriare potest, non bibetis tu, & filij tui, quando intrabitis, in tabernaculum testimonij, ne moriamini, quia præceptum sempiternum est in generationes vestras, vbi sic habet: Si discutiamus quot modis mês inebriatur humana, inueniemus ebrios, etiam eos, qui sibi sobrij videntur. Iracundia inebriat animam, furor vero eam plusquam ebriam facit. Si quid tamen esse ebrietate amplius potest, cupiditas & auaritia non solum ebrium, sed & rabidum hominem reddunt, & obscænæ concupiscentiæ inebriât animam sicut e contrario & sanctæ concupiscentiæ inebriant eam, sed ebrietate sancta illa, de qua dicebat: *Psal. 22.* Quidam sanctorum, & calix tuus inebrians, quàm præclarus est. Sed postmodum de ebrietatis diuersitate videbimus; nunc interim vide quanta sunt, quæ inebriant animam, & formido inebriat eam, & vana suscipio. Inuidia autem & liuor, supra omnem ebrietatem maceram eâ. Sed enumerari non possunt, quanta sunt, quæ infelicê animam vitio ebrietatis afficiât. [Infra:] *Psal. 35.* Dicebamus in superioribus, promissionem sanctis bonæ ebrietatis datam, cum dicunt, Et poculum tuum inebrians quàm præclarum est. Sed & in alijs multis scripturæ locis similia legimus, vt ibi. Inebriabuntur ab vbertate domus tuę, & torrente voluptatis, *Hier. 51.* vel bonitatis tuæ, vt Origenes vertit, potabis eos. In Hieremia quoque dicit Dominus, Inebriabo populũ meum. Et Esaias dicit, Serui mei bibẽt, & vos sitietis. *Esa. 65.* Quæ ebrietas sine dubio pro gaudio animæ, & lætitia mentis accipitur. Vnde Christus Dominus proximus passioni, ait: Non bibam amodo de hoc genimine vitis, donec illud bibam nouũ in Regno meo. Quomodo potest ille qui aduocatus est pro peccatis nostris, bibere vinum lætitiæ, quem ego peccádo contristo? Quomodo potest iste, qui accedit ad altare, vt ra propitiet me peccatorem, esse in lætitia, ad quem peccatorum mæror ascendebat?

IDEM exponens illa uerba: Calix aureus Babylon in manu Dei inebriãs omnem terram, inquit: Quomodo calix iste uniuersam terram inebriabit, facile scies, si consideraueris oês homines ebrios. Inebriamur ira, inebriamur tristitia, inebriamur & mente, excedimus amore, & concupiscentijs. Quanta pocula temperauerit, quot inebriantes perrexerit calices calix iste, quid necesse est dicere? Calix aureus Babylon, inebrians omnem terram. Animaduerte omnem terram plenã esse peccatis, & nõ quæres quomodo Babylon omnem terram inebriauerit. Sed si forte videris iustum ebriũ nõ esse de calice peccatorum, noli putare scripturam esse mentitam, quæ dixerit, Inebrians omnem terram, cum iste non inebrietur a Babylone, & tamen consistat in terra. Audi iustus non sit terra, sed in cęlo, portat enim imaginem cęlestis. Igitur calix aureus inebriat omnem terram, ideſt omnes ab eo inebriamur, quam diu terra sumus. De vino eius biberunt gentes, propter hoc commotæ sunt. Sicut in his qui bibũt, istum qui in vsu est, vini liquorem, si sup mensurã biberint, videmus ebrij corpus motũ, vacillantes pedes, caput,

2 *Hom. 2. in c. 51. Hieremiæ.*

ac tẽpora prægrauata, os dissolutũ, linguã non significante, sermones ebrij, & herẽtibus labijs verba fœisa, similiter est videre eos qui de calice aureo biberint Babylonis, quo mouentur, quo instabiles gressus sint, quomodo debilitata mẽte, & fluctuãte cogitatu, nihil firme teneãt, sed semp in cogitationibus agant incerti. Quãobrem Scriptura diuina de istiusmodi hominibus, ait: Cõmoti sunt sicut ebrius. Et Cain cũ egressus esta facie Dei habitauit in terra Naid contra Eden. Naid lingua Græca interpretatur cõmotio. Qui enim derelinquit Deum, qui deserit sensum de eo iugiter cogitandi, iste in terra. Naid habitat, ideſt in turbatione mali cordis, & mentis commotione consistit.

3 Oratione 5 aduersus Iudæos t. 5 Ephes. 5.

CHRYSOSTOMVS sic exorditur: Est absq; vino ebrietas, est & in sobrietate temulentia. Quòd si nemo posset absque vino temulẽtus esse, nequaquam Propheta dicere, Vę eis qui ebrij sunt & non a uino, si non esset sine vino ebrietas, haudquaquã dixisset Paulus, Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Nã quemadmodum vino, sic & alio modo põt quis inebriari, & ideo dixit: Nolite inebriari vino. Est enim ebrietas & in ira, & in absurda concupiscentia, & in auaritia, & in amore glorię; denique & in alijs innumeris affectibus. Ebrietas enim nihil aliud est, quàm excidisse a recta ratione, deliratioque, & sanæ mentis priuatio. Non solũ igitur qui multũ exhaurit merum; verũ etiam qui aliũ quem piam morbum alit in animo vehementer, ebrius esse iudicabitur: Etenim qui mulieris alienę tenetur amore, qui scortis vacat, ebrius est. Et quemadmodum is, q multũ ebibit merũ sępeq; ingurgitauit, illiberales voces effundit, aliudq; pro alio videt, sic & hic ueluti mero quopiã, sua cupiditate repletus, neque sana profert verba, sed obscœna omnia, sed pernicioſa, rixisque plena, aliaq; pro alijs videt, cæcutiens ad ea quæ cernũtur. Quòd si cui mulieri illuprum inferre concupiscit, hanc ubique imaginans, nõ aliter quàm mente captus

4 ac delirans, in conuenticulis, in conuiuijs, in omni tempore, in omni loco, etsi innumera hominum millia ipsum allo quantur, ne audire quidem uidetur, sed ad illã tantum intentus est animus, nec aliud somniat, quàm peccatum, habetque suspecta omnia, metuit omnia. Rursumque quẽ tenet ira, ebrius est. Similiter & huic turget facies, nox fit asperior, oculi fiunt sanguinoleti, mens obtenebratur, prudentia submergitur, lingua tremit, oculi intorquentur, aures alia pro alijs audiunt, nimirum ira longe grauius, quàm vllũ merum soleat percellente cerebrum, tempestatem concitante, turbationemque gignente insedabilem. Quòd si ebrius est, quem tenet concupiscentia, ira, e, multo magis homo impius, & in Deũ blasphemus, illiusque legibus repugnans, ebrius est, insanitque, deterius affectus, quàm ij qui comessantur, quiq; mente capti sunt, licet ille morbum suum non sentire videatur. Nam id maxime cõuenit ebrietati, etiã sensu vacare malorum, quæ turpiter committit. Quemadmodum igitur illud est grauissimũ in mente capitis & attonitis, q cum ægrotent, nec hoc ipsum sentiant se esse ægrotos; sic illi cum sint ebrij, non sentiunt tamen morbum suum, quod est omni ebrietate fœdius.

5 Serm. contra gulam.

IDEM inquit: Cum impudentius quid agit homo, dum debacchatur, id dum taxat lucrifacit, q se irrideri non sentit, vbi uero dies illuxit, amittit omnem quam ex lasciuia acceperat uoluptatem. Siquidem familiam obmurmurantem, & insectantem se iurgio coniurgẽ, obiurgantes amicos, & inimicos ludibrio se habentes, recognoscit. Quid ergo hac vita dici potest miserius, irrideri ab omnibus interdiu, & rursus eadem illa, turpiter iactare? Vis etiam cupidos in medium proferam? Est enim & hæc deterior, alia quædam debacchatio, quæ etsi dici ebrietas põt, etiã & mors est. Neq; adeo etiam uino madere tam molestum, quàm ipsa est pecuniarum affectatio molesta. Ibi enim iactura ad ægritudinem vsq; prouehitur, torporeq; & insensibilitate subsistit, finitq; in ipsius ebrietatis perniciem; hic vero in habente, scilicet cupiditatem, detrimentum, & per innumeros hominũ discursit animos, & varia vbique suscitat bella. [Infra:] Vino grauis, quo plures hauserit calices, eo magis sitim incendit. Item & qui pecuniæ fuerit amore captus, quanto plura accumulauerit, tanto maiorem sibi excitat cupiditatem, & grauius sedi uexantẽ sitim submministrat. Videmus ebriũ prę vino deliratem apertis oculis, nec quempiam discernentẽ, oberrantem frustra, in obuios quosq; offendentẽ, euomentem, lacerum, & informiter nudum, vsq; adeo, vt cuncti abunde risum moueat. Auarus est, cuius res gestæ & actus non risum modo, sed execrationem, iram, & fulmina merebuntur; verum reliquis omissis, quàm sit irridendus, cõsideremus. siquidem is, atque vinaticus ille, apertos gerens oculos, captus luminibus est, neminem, vel amicum, nec hostem discernit, vtque ille præter nerum nihil habet acceptum, ita & is præter pecunias nil aliud spectat, longe vero huic grauior est vomitus, siquidẽ nõ cibum, potumue remittit, sed uerba conuiuij, dirisonis, & mortis plena, cuius anima non secus se habet, quàm ebriatis corpus, quod maculosum est, imbecille, ac fluidũ, quia iste, quod grauius est, curis capitur, ira & vigilijs vsque ad interitum diuexatur, & sensim absumitur; quippe qui vinolentia opprimitur, nocta tra sacta potest & sobrius fieri, hic vero & dies & noctes, auaritiæ ebrietate detinetur.

6 Lib. 1. aduersus Iouinianũ in c.

HIERONYMVS inquit: Meliora sunt vbera tua vino. Quod si ut uinũ est, quod suꝰ onsæ mammas pulcherrimas facit, & pudicitiæ lacte fœcundat. Nempe illud, de quo sponsus in conse entibus loquitur, Bibite amici, & inebriamini charissimi, bibi vinũ meũ cum lacte meo, vnde & Apostoli dicebãtur musto pleni. Hoc est uinum quod cum inebriauerit adolescentes, & puellas, statim uirginitatem sitiunt, & in crapulam castitatis eructant, & expletur illud vaticinium Zachariæ Quod bonum eius, & quod pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & uinum germinans virgines? Istæ sunt uirgines, de quibus scriptum est, Adducentur regi uirgines post eã, proximæ eius afferentur tibi in lætitia, & exultatione. Psal 44.

7 Lib. 2. in c. 5. Esto 4.

IDEM exponens illa uerba: Væ qui consurgitis mane ad ebrietatem sectãdam, & potandum vsque ad vesperam, ut uino æstuetis, ait: Potest iuxta aluorem intelligentiam omnis animæ perturbatio ebrietas appellari, quæ concipitur de uino furoris draconum, & de veneno aspidũ insanabili, quod nonnulli bibunt ab adolescentia vsque ad senectutem, hoc est de mane vsque ad vesperam. His dicitur: Expergiscimini qui ebrij estis a vino. Super hoc uinum, & super huiusce modi uuas, ac uineas pluit Dominus sulphur & ignem, & quicumq; ex earum uino biberit, æstuat, atque comburitur a Domino. Requirit citharam, & psalterium, nec audit Dominum dicentẽ ad Aaron, Vinum, & siceram non bibetis tu, & filij tui, qñ ingredimini tabernaculũ testimonij, ut accedatis ad altare. [Infra:] Væ qui potẽtes estis ad bibendũ & uiri fortes ad miscendã sicera. De qbus supra dixerat. Væ qui consurgitis ad mane, ad ebrietatem sectandam, & potã dum vsq; ad vesperam, vt vino æstuetis; de his ẽt nunc loquitur, qui potentes sunt ad bibendũ uinum, & uiri fortes ad miscendam siceram. i. ebrietatem. Iuxta tropologiam ante iam diximus, q sacerdotes ingressuri tabernaculum Dei, non debeant vinum bibere & siceram, qbus nunc addimus, q Nazarei quoq; præceptũ sit, qui se sanctifiant Domino, vt vinũ, & siceram, & omne quod de uuis est, nõ bibant, nec comedant, ne uuã quidẽ pãssam, & acetum ex vino. Sed & in prouerbijs pręcipitur, Potẽtes si iracundi sunt, vinũ nõ bibãt, ne cum biberint obliuiscantur sapientiæ. Inter vinũ & siceram, iuxta anagogẽ hoc esse arbitror, quod uinum, e pluribus vna perturbatio est, verbi gratia, auaritiæ, libidinis, luxuriæ, inuidiæ: sicera aũt, ideſt ebrietas; omnes in se vitiorum continet passiones, Deut. 32. Ioel 1. Leuit. 10. Prou. 31. Psou. 6.

quas

quas rectius latino sermone perturbationes possumus dicere, q̃ statũ mentis euertant, & ebrios faciãt nescire quid agant. Miscet sicerã, qui cum ebrietate plenus sit, ad decipiẽdos homines vmbras quasdã, & imagines simulat se habere virtutum.

8 IDEM exponens illa verba: Et vinũ non bibet omnis sacerdos, q̃n ingressurus est atrium interius, ait: Perspicuum est, ebrietate & sicera statũ mentis euerti, & non plene nos sapere, q̃n vini satietate animus occupatur. Ebrietas aũt non solum in potione vini, sed in omnibus rebus ostendit, quibus & in contractibus, & in negotijs sæculi, & dãnis, ac lucris, amore, & odio mens inebriatur, & fluctuat, & statũ suum tenere non põt. Et quia fragili carne circumdamur, & cogimur p victu atq; vestitu & necessarijs, quæ ad corpus pertinent, aliqua facere, quæ facere nõ debemus, saltẽ hoc a nobis exigitur, vt q̃n in nos reuerũmur, & scimus cur nati sumus, & interiora, atque adyta templi ingredimur, recedamus a vitijs sæculi; & ne minima quidem peccata faciamus, Per quæ ostenditur, & peccare nos pro necessitatibus carnis peccata leuia, & rursum esse tempus quando attrium ingredientes interius ab omni ebrietate mundi, atq; alieni esse debemus.

Lib. 13 in c. 43. Ezec.

9 IDEM explicans illa uerba: Fornicatio & vinum, & ebrietas auferunt cor, inquit: Sicut uinũ & ebrietas eum qui biberit mentis suæ impotẽ facit; ita fornicatio & voluptas peruertit sensum, animũq; debilitat, & de rationabili homine brutũ efficit animal. Cũque ita cor loco suo motum fuerit, ligna, & lapides deos putat, & adorat opera manum suarum. Insaniunt & inebriantur, & perdito mentis iudicio adorant idola, ideo ait, Populus meus in ligno suo interrogauit; spiritus enim fornicationum decepit eos.

Lib. 1. in c. 4. Os to. 5.

10 IDEM exponens illa verba: Viuent tritico, & germinabunt quasi vinea, ait: Vbi nostra lectio habet, Viuent tritico, sep uaginta verterunt, Bibent, & inebriabũtur tritico, hoc est, rerũ omniũ abundantia. Qd aũt hic ebrietas non euersionem mentis, sed copiã rerum omniũ significet versiculus ille declarat dicẽs. Visitasti terrã, & inebriasti eam. Et Ioseph conuiuium, in quo inebriasse dr fratres suos, & Dominus loquens ad Apostolos, Comedite, & bibite amici, & inebriamini charissimi. Siue q̃a Dominus noster ipse est frumentũ & vinea, quicunque crediderit in eo, inebriari dicit.

Li. 3. in c. 14. Oseæ.

Psal 64.

Genes. 43.

11 IDEM exponens illa uerba: Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate omnes. qui bibitis vinũ in dulcedine, sic habet: Nulla res ita inebriat, vt animi perturbatio. Est tristitia quæ ducit ad mortẽ, hæc abominanda ebrietas est. Est ira quæ iustitiam Dei nõ operatur, & furori proxima, mentis suæ impotẽ facit; intantũ vt labia tremant, & dentes concrepent, vultus pallore mutetur. Quid referã de gaudio, & uoluptate, & maxime amore, qui excæcat cordis oculos, & nihil aliud amantem, nisi id quod amat, cogitare permittit? An nõ est dicenda ebrietas, cũ propter vile scortũ, & ignominiosã corporis partẽ, animæ libertas in seruiles blanditias inclinatur? Cũ furto, scelere, atque periurijs, opes futurę præparet voluptati, & cũ videatur ab omnibus, se existimat non videri dummodo potiatur eo, quod desiderat. Sed & auaritia excæcat animũ eius cui nihil satis est, & muliebris timor, & dulciũ cupido vitiorũ. Vnde dicitur ad eos: Euigilate & expergiscimini qui ebrij estis. Nequaquã uino, ut in solis septuaginta interpretibus cõtinetur, sed omni perturbatione vitiorũ. Flete & plangite, & assumite tristitiam, quæ ducit ad vitam, & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine, siue in ebrietate, vt septuaginta verterũt. Dulcia enim sunt vitia, quæ mel distillat in labijs mulieris meretricis. Quoniam perijt, siue ablatum est de ore vestro, vinũ, ebrietas, atq; dulcedo, quæ vos deceperat. Iuxta hunc sensum audiant habitatores terræ, de illo vino nunc præcipi, in quo est luxuria, & quo q̃ inebriati fuerint, regnum Dei possidere non possunt. Qui vini ebrietate sopitus est, euigilet, & ploret ebrium se fuisse, vt postea gudeat se ebrietatis materiam non habere, q̃ eum per abundantiam ebrium fecerat, & uesanum.

In c. 1. Ioe.

Deut. 31.

Ioel 1.

Leuit. 10.

Prou. 31.

Psou. 6.

12 IDEM exponẽs illa verba: Quid bonũ eius, & q̃d pulchrum eius, nisi frumentum electorũ, & vinum germinans virgines, inquit: Christus Dominus qui frumẽtum est electorũ, ipse & vinum est. quod lætificat cor hominis, & bibitur ab his virginibus, quæ sunt sanctæ corpore & spiritu, vt inebriatæ, atque gaudentes sequantur Ecclesiam, & dicatur de eis, Adducentur Regi virgines post eam; proximæ eius afferentur tibi in lætitia, & exultatione. Quomodo etiam lætitia non habebunt, quæ inebriatæ poculo Saluatoris generantur in virgines, & audent dicere, Introducite me in cellulam vini, confortate me in vnguentis? Vinũ hoc boni odoris est, vnde in eodem carmine dicitur, Potabis me de vino vnguentarij, de riuis malogranatorum tuorũ. Hoc uino inebriati sunt, qui sequuntur Agnum Dei quocunque vadit, vestitu candidis vestibus, quia virgines sunt.

Li. 2. in c. 9. Zach.

Psal. 44.

Cant. 2.

13 IDEM exponens illa uerba: Noli Regibus dare uinum, quia nullum secretum est, ubi regnat ebrietas, ait: Præcipit ne uino inebrientur mentes fidelium, qui sunt membra Regis æterni. Date siceram merentibus, & uinum his qui amato sunt animo Bibant, & obliuiscantur egressus suæ, & doloris sui non recordentur amplius. Siceram & uinum hoc loco supernam diuinę sapientiæ consolationem dicit, quæ illis est exhibenda cordibus, quæ in infimis consolari refugiunt, & quicquid occurrit in præsenti, amaro suscipiunt animo, solem quæ nondum uident gaudijs cælestibus tota mente inhærentes iuxta eũ qui dixit, Renuit consolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum. Item date siceram mærentibus, & uinum bibere his qui amaro sunt animo. His qui pro pœnitudine, actuum priorum mœrore atq; tristitia deprimuntur, spiritualis sciẽtiæ iucunditatem, uelut uinum quod lætificat cor hominis, affluenter infundite, eosq; salutaris uerbi crapula refouete, ne in abundantiori tristitia absorbeantur.

Lib. 3. in c. 21. Prou. to. 7.

Psal. 76.

14 IDEM exponens illa uerba. Et calix tuus inebriãs, quam præclarus est, ait: Mystico me calice inebriasti, ut obliuioni traderẽ delectationes prioris uitæ; Vel calix inebrians dicitur uerbum Dei, q̃ia per prædicationem compungitur homo in mente, quando separat hominem, ideſt, patrem a filio, filium a patre suo, matrem a filia, & filiam a matre sua, & nurum aduersus socrum suum. Tunc nos inebriat quando ista facit.

Exposit in Ps. 22. t. 7

15 IDEM exponẽs illa verba: Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, inquit: Ipsi filij inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, a pinguedine gratiæ Spiritus Sancti. Domus tuæ, sanctæ Ecclesiæ. Vel inebriabuntur, ut obliti flagitijs, iurtutibus copulentur.

In Ps. 35.

16 AVGVSTINVS exponẽs benedictionẽ Iudæ, Lauabit in uino stolã suam, &c. Pulchriores sunt oculi eius uino, ait: Fulgere oculos eius a uino, illa in corpore eius membra cognoscunt, quibus donatũ est sancta quadam ebrietate alienatæ mentis, ab infra labentibus temporalibus, æternam lucem sapientiæ contueri. Vnde cum Paulus ait, Siue mente excedimus Deo, hi sunt fulgentes oculi a uino.

Lib. 12. contra Faustũ Manichæũ Gen. 49.

1. Cor. 5.

17 IDEM explicans illa nerba: Et calix tuus inebriãs, quam præclarus est, ait: Et poculum tuum, obliuionem præstans priorum uanarum delectationũ quam præclarum est.

In Ps. 22. to. 8.

18 IDEM exponens illa uerba: Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, inquit: Hoc calice inebriati erant martyres, quando ad passionem euntes suos non agnoscebant. Quid tam ebrium, quam non agnoscere uxorem, flentem, non filios, non parentes? Non agnoscebant, non eos ante oculos esse arbitrabantur. Nolite mirari, ebrij erant. Vnde ebrij erant? Videte, acceperunt calicem, unde inebriarentur. Quid retribuam Domino pro omnibus, quæ retri-

In Ps. 35.

Psal. 115.

retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam. Ergo fratres, simus filij hominũ, & speremus sub tegmine alarum eius, & inebriemur ab vbertate domus eius.

19 *In Ps. 103* IDEM explicans illa verba: Et vinum lætificet cor hominis, sic habet: Nemo se ad ebrietatem paret; immo se omnis homo ad ebrietatem paret: Calix tuus inebrians, quàm præclarus est, nolumus dicere, nemo se inebriet. Inebriamini. sed videte vnde. Si vos inebriat calix Domini præclarus, videbitur ista ebrietas in operibus vestris, videbitur in sancto amore iustitię, videbitur postremo in alienatione mentis vestræ, sed a terrenis in cœlum. [Infra.] Et vinum lætificet cor hominis. Videtur iam dicere de spirituali vino, nam id lætificat cor hominis. Est ergo vinum, quod vere lætificat cor, & non nouit aliud, nisi lætificare cor.

Ps. 22.

20 *Serm. 49. in Cant.* BERNARDVS exponens illa uerba Canticorum 2. Introduxit me Rex in cellam uinariam, ordinauit in me charitatem, inquit: Habito pro uotis dulci admodum, familiariq; colloquio cum dilectio, illo abeunte, sponsa regreditur ad adolescentulas aspectu ita ipsius, affatuq; refecta, accensaque quatenus ebriæ similis appareret. Et quasi illis stupętibus nouitatem, & quærentibus causam, respondit, mirum minime esse, si vino æstuaret, quæ in cellam uinariam introisset. Secundum litteram ita. Secundum spiritum quoque non negat ebrium, sed amore, non vino, nisi q̃ amor vinum est. [Infra.] Introduxit me Rex in cellam vinariam. Ad Ecclesiam refertur sermo, cũ repleti Spiritu Sancto discipuli, musto ebrij a populo putarent, tunc tamq̃ amicus sponsi pro sponsa stãs Petrus in medio eorum, dixit: Non sicut vos æstimatis hi ebrij sunt. At tende interim, q̃ non omnino ebrios, sed ebrios sicut ab iis æstimati sunt, denegauit. Erant enim ebrij, sed Spiritu Sancto, non musto. Et quasi testificarentur ad plebem reuera in cellam se fuisse vinariã introductos, rursum Petrus pro omnibus. Sed hoc est, aiũ, quod dictum est per Propherã Ioel, Et erit in nouissimus diebus effundam de spiritu meo super omnem carnem. An non tibi cella videtur fuisse vinaria, illa domus, in qua erant discipuli congregati, Cum factus est repente de cęlo sonus, tamquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domũ? Et nonne vnusquisque illorum exiens inebriatus ab vbertate domus illius, & torrente uoluptatis tantæ potatus, dicere merito quibat, Quoniam introduxit me Rex in cellam vinariam? Sed & tu quoque si collecto tuo spiritu, mente sobria, & uacua curis, orationis domum solus introeas, in Dei præsentia, miserãdus, deplores miserias & calamitates quas pateris, crebrij suspirijs & gemitibus inenarrabllibus prodas necessitatem, si perseueraueris pulsans, non egredieris vacuus. Verum cũ te nobis reddideris plenum gratia & charitate, nec poteris spiritu feruens dissimulare munus acceptũ, quod sine inuidia communicabis, eritque cunctis admirandus, poteris & ipse veraciter protestari, quia introduxit me Rex in cellã vinariam. Si quis orãdo obtineat, diuino amore vehementissime flagrans, & æstuans iustitiæ zelo, mente accedat Deo, nec non & in cunctis spiritualibus studijs pernimiũ feruens, ita vt diceret possit, Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis, is plane cum ex charitatis abundantia, beatum & salutarem vini lætitiæ ructare crapulam cœperit, in cellam uinariam non immerito perhibebitur introisse.

Cap. 2. Act. 2.

21

Ps. 83.

Ecclesiis ac Templis exhibenda est reuerentia maxima, de qua reparum curant homines. Cap. II.

1 *Hom. 6. in Ps. 28. 1.1* BASILIVS explicans illa verba: Et in templo eius omnes dicent gloriam, sic habet: Audiãt hęc Psalmi verba, & cõfusi suppudescent ij, qui in tẽplo prolixissima intertexũt colloquia: Quid dicit Psalmus? Qui in templo Dei est, non maledicentiam, non vanitatem, ac ne obscænis rebus plenos sermones pronunciet, sed in tẽplo eius quisque dicet gloriam. Assistunt angeli verba describentes, adest & Dominus affectus intrantium considerans. Preces cuiuslibet Deo manifestæ sunt. Alius ex affectus tantum orat, alius scire ac prudenter cœlestia quærit, qui dam perfuncto rie, nec acti attentione, summis labris verba loquitur; cor autem eius longe est a Deo, etsi etiam orat; carnis tamen prosperam valetudinem, corporis bona, insuper diuitias & gloriam quærit humanam. Oportet autem nihil horũ committere in templo, vt sermo Dei docet, sed in templo eius quisque dicat gloriam. Cœli enarrant gloriam Dei. Angelorum opus laudare Deũ, omnibusque cœlestibus exercitibus vna hæc cura, gloriam transcribere creatori. Reliquæ item creaturę omnes, siue cœlestes, siue terrestres, siue rationales, siue rationis expertes, demumque inanimatæ, seu voce, siue gestis, aut aliqua significatione, summum omnium cõditorem Deum extollere, ac prædicare videntur. Homines vero miserabiles relictis ædibus suis ad tẽplũ concurrunt, quasi emolumenti quicquam inde laturi; cum tñ nec accommodent aures verbis Dei, nec suæ intelligant conditionem naturæ, nec peccato quopiã præoccupati mærore afficiuntur, ac ne tum quidẽ contristantur, cũ ad memoriã, quæ admiserunt, recurrũt. Nullo corripiũtur diuini iudicij metu, adeo vt sibi arridentes domum orationis in locum uertant effusissimæ loquacitatis, minus obtemperantes Psalmo huic contestanti ac dicenti, In templo eius omnes dicent gloria. Tu aũt non solũ dicis, sed alteri cuipiã impedimẽto es, eũq; tibi vni reddis attẽtũ dũ obstrepere tuo clamore obtũdis, & expueras personantẽ Spiritus sãcti doctrinã. Vide ne cũ hinc emigraris, loco mercedis recipiẽdæ pro diuinis laudibus, vna cũ ijs qui nomẽ Dei execratur, & blasphemis vocibus incessunt, condemneris. Lingua psallat, mens sensum eorũ quæ dicta sũt, scrutetur, vt psallas spiritu, psalas & mente. Non enim gloria Deus indiget, sed vult te dignũ reddi, vt laudẽ & gloriã promerearis. Qđ enim seminat homo, hoc & metet, semina diuinæ laudis sementem, vt coronas, honores, laudes in Regno cœlorũ metas. In Templo Dei, quidam nullo vnquam fine, se totos effundunt in futiles & aniles nugas, ac proinde nullo suo fructu illud ingrediuntur, atque adeo vtinam frustra tantum subirent tenplum, non etiam magno suo incommodo.

2

3 *Homil. 33 in cap. 10. Matth.* CHRYSOSTOMVS sic habet. Optarẽ millies domi nostræ cõtemptus esse, quam in hoc loco prędicans, tanto mihi hoc quàm illud molestius esse videt, quãto hęc domus, quàm uestra excellẽtior est. Nã hic magnæ nobis sunt possessiones, hic omnis spes nostra sita est, oia q̃ hic sunt, sublimia certe sunt, atq; fulgentia, hæc mensa pretiosior multo est, atque iucundior. Arca ẽt hæc melior, quam tua est, magisq; necessaria; non.n. pretiosas vestes, sed misericordiam inclusã cõtinet, qua qui priuantur, culpa sua priuantur. Hic & lectulus est ualde tuo præstantior, diuinarum.n. Scripturarũ lectio, omni magno lecto suauior est, & certe bene nobiscũ ageretur, si nullam aliam domũ præter hãc possideremus. Quod dictũ ne graue vobis videatur, recte dictum, tria millia hominũ, & quinqe millia illi testant, qui domum vnam, & mensam vnã, & animam unam habuerunt. Verum qm̃ longe a uirtute illorũ absumus, saltim quando huc cõuenimus omni studio faciamus. Nã si in alijs rebus pauperes, & inopes nõ sumus, nihilominus, cũ Pax vobis, dicimus, Et spiritui tuo, nõ voce solũ, sed aio quoque respondeatis, nõ ore magis, q̃ mẽte id proferentes. [Infra.] Domus priscis tẽporibus Ecclesiæ erant, nunc ipsa ẽt Ecclesia in domũ redacta est. Nihil aũt in priuata domo carnale loquebaẽ, nihil nunc in Ecclesia spiritale meditaẽ, sed huc etiam fori & iudicij negotia introducitis. Cũ que Deus loquatur, non modo ipsum silentio nõ audi

Act. 4.

tis,

tis, verum etiam contraria inferentes inculcatis; atque vtinam ad hanc vitam saltem vtilia, & ad vos ipsos pertinentia, & non illa quæ nihil ad vos pertineant, & di ceretis, & audiretis, quas ob res acerbe fleo, & numquam flendi finem faciam.

4 Ho. 74. in Matth. IDEM sic ait: Multi ad formas mulierum aspiciēdas in Ecclesiam veniunt, deinde non miraris, quomodo undique fulmina non deferuntur, quomodo cūcta funditus non euertuntur. Hæc enim non fulminibus solum, sed etiam gehennæ supplicio dignissima. Verū Deus cum longanimis & misericors sit, vt in pœnitentiam te adducat, iram suam interea retinet. Quid facis homo, mulierum speciē curiosius in Ecclesia perscrutaris, nec horrescis, tanta templum Dei afficiens contumelia? Prostibulū ne tibi uidetur Ecclesia, & foro ignobilior? Nam in foro erubescis. etiam times, ne quis te videat mulierem sectari, in Ecclesia vero Dei, cū ipse Deus te alloquatur, & ab istis deterreat, eo ipso tēpore maxime fornicatione atque adulterio uteris, quo tibi magna voce intonatur, vt ab his fugias, nec horrescis, nec stupes. Sane multo melius esset cæcos, aut aliter ægrotos esse, quam ita oculis turpiter abuti. Oportet quidem interiore pariete a mulieribus dissēparari, verum quoniā non vultis, necessarium esse patres nostri putauerunt, saltem his ligneis parietibus vos disse parare. Audiui autem ego a lenioribus, non fuisse hos parietes ab initio. Apostolorum etiam tempore, vna viri & mulieres orabant, & mulieres veræ mulieres, & viri similiter, viri erant. In cenaculo, viri ac mulieres simul congregati receperunt Spiritum sanctum, & cœlo conuentus ille dignus fuit.

5 Ho. 13. in Marcum. Mar 11. Hier. 7. Ioan. 2. IDEM exponens illa verba: Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus, vos autem fecistis illam speluncam latronum, ait: O infelicitatem nostra, o nos omni lachrymarum fonte plangendos, domus Dei facta est spelunca latronū. Ita est domus, de qua dicitur in Hieremia, Numquid spelunca hyenæ, facta est domus meæ mihi? [Infra.] Vtinam de prę terito populo esset tantum dictum, vtinam de Iudæis legeretur, non autem de Christianis; Domus mea, domus orationis est, vos autem fecistis illam speluncam latronum, & domum negotiationis, vt Ioannes ait: Si de Iudeis tantum ista dicerentur, ploraremus quidem illos, sed de nobis gauderemus. Nunc vero in multis locis, domus Dei, sit domus negotiationis. Res tā manifesta est, vt expositione non indigeat. Vtinā esset obscurum, & non intelligeremus, domus Patris in multis locis, domus negocia tionis est.

6 Ho. 24. in Acta Apo. n. 5. IDEM ait: Et hoc profecto terribile, quod non venis ad Ecclesiā, vt saltes in ludo, & chorea, & stes sine ordine, nescis q; cum Angelis stas, cum illis cantas, cū illis hymnos dicis, & stas rides? Etenim non esset mirum, si fulmen demitteretur nō solum in illos, sed etiā in nos. Digna enim fulmine sunt hæc. Adest Rex considerare exercitium, & tu in illorum conspectus stas, ac rides, vel ridentem negligis? Verum quamdiu obiurgamus? quamdiu reprehendimus? Nonne vt damnosos, vt fures, vt corruptos & perniciosos tales, & in numeris malis plenos, ab Ecclesia excludi oportebat? Vnde hi qui horrenda hora rident, abstinebunt a risu, vnde abstinebunt a nugis, qui in tempore benedictionis garriunt, non reuerentur præsentes. nec Deum timent. Non sufficit nobis, q; ipsa mente sumus ignaui, neque q; orantes, alio euagamur, sed etiam risum & cachinnos multos afferimus? Numquid theatrica sunt hæc, quæ in Ecclesia geruntur?

7 Ho. 36. in 1. epi. Pauli ad Cor. hom. 4. IDEM sic habet: Olim, domus, Ecclesiæ erat, nunc vero Ecclesia, domus, immo domo qualiber, profana magis, nam in domo quidem ordo seruari solet. Heri thronum occupat omni cum venustate, famulæ tacite sedētes texunt, familiarium quisque quod imperatū est in manibus habet, hic vero magnus tumultus, magna confusio, nihilque a caupona differunt nostra, tan ta turba, tantus risus, quantus in balneis, quātus in foro, clamantibus & tumultuantibus omnibus, atq; hęc quidem in vrbe nostra solum. Nam alibi ne amicū quidem, in quē post longum tempus incidisti, compellare licet, sed foris ista fiunt, & rectē quidē, neque enim vnguentaria taberna, Ecclesia est, aut officina forensis, sed locus Angelorū, locus Archangelorum, regia Dei, cœlum ipsum. Quemadmodum igitur, si cœlum quispiam in angustum redactum, illuc inducat, etiam si patrem, etiam si fratrem videas, tñ præ stupore non alloquare, sic neque hic aliud quicquam quam sancta tonare decet. Nam & hic cœlum dubitas? mensam istam vide, cuius gratia constituta sit, & quapropter, cogita quis hic sit progressurus, ante progressum certe horribis. Nam & thronū modo regis videns, animo cōsurgit, quisquis egressum Regis expectat, & tu igit ante illud horrendum tempus, animo tremisce, animo cōmoueare priusquam vela reducta, & chorum Angelorum progressum vides, in ipsum vltro cœlum ascende. Sed ista profanus ignorat, alia igitur producemus. Tu igitur qui hæc ignoras, vbi propheram ita dicentem audis, Hæc dicit Dominus, migrato terra, cœlum tu quoque ascende, cogita quis sit, qui per illum tibi loquatur. Atqui in theatris histrione risum excitante, theatrum totum summo cum silentio sedet auscultās, atque hoc quidem silentium nemine imperāte, & nec strepitus, nec clamor nec rumor, ne minimus quidem exiitit. Domino vero cœlitus de tam stupescendis rebus nobiscum loquente, canibus impudentiores sumus, scortis reuerentiæ pluſquam Deo exhibemus. Inhorrescitis cum ista audi is, quin magis adeo facietes horrescite. Quod de pauperum cōtemptoribus scortumque edentibus Paulus aiebat; Numquid domos non habetis ad manducandum? An Ecclesia Dei contemnitis? Et co fundit is eos, qui non habent. Idem mihi cum his quoque, hic tumultuanti, clamando, omnia cōpescenti, ex poltulare permittetis. Quid enim, domos ad ludendum non habetis? Ecclesiam Dei contemnitis, si quis est qui modestus, qui tacitus esse velit, corrumpitis? Atqui iucundum colloqui cum familiari? Esto, sane non vero, sed domi, sed foris, sed in balneis fiat. Ecclesia enim non disceptandi, sed discendi locus est. Nunc autem a foro nihil differt, & si non sit temerarium dictu fortasse nec scena ipsa, adeo prostitutis scortis petulantius, quæ huc mulieres congregantur, sese comunt, & sine dubio non paucos etiam hic sollicitant homines intemperatos. Si quis eorum pere matronam conatur, locum hunc maxime idoneum putat. Emere quid, aut mercari lubet, magis idonea Ecclesia est, quam forum. Sæpius enim de his rebus hic, quam in ipsis officinis loquuntur. Dicere vis male, audire mala vis, etiam hoc frequentius hic, quam foris. Ciuilium, domesticorum negotiorum, sermonem quæris, non est cur ad iudicium accedas, sunt enim hic, qui accuratius adeo etiam ista tibi exponant, omnia denique facilius hic, quam Ecclesiam deprehendas. [Infra:] Si silere non potes, exi, ne alijs obites. Vnam in Ecclesia velut vnius corporis esse uocem oportet, semper itaq; & qui prælegit loquitur solus, & ipse qui episcopatum tenet, sedet interim silēs, & qui psallit, psallit solus, & ubi omnes succinuerunt, velut vno ex ore, vox defertur, & qui verba populo facit, facit solus. Quòd si multi multa, & diuersa incipiunt, quid nos tumultuamur frustra certe enim nisi me de tantis rebus temere, frustraq; loquentem crederetis, nunquam de inutilibus, & friuolis vos hic tantum effuturetis.

9 Hom. 9. in epist. 1. ad Timoth. IDEM explicans illa uerba: Mulieri docere non permitto, ait: Magnam a mulieribus beatissimus Paulus verecundam exigit, dum silere perpetuo imperat. Nihil inquit, in Ecclesia loquatur mulier. Id quod, & ad Corinthios scribēs dixit; Turpe est mulieribus in Ecclesia loqui. [Et infra:] Si quid aūt dicere 1. Cor. 14. volunt,

vlount, domi viros suos interrogent. At nunc ingens vbique tumultus, maximus clamor, collocutio plurima, atq; confusa, neque vsquam alibi tantum loqui mulieres, neq; in foro, neq; in balneis, quantum intra Ecclesiã videas, quasi ob hoc ipsum eo conueniant, vt quæ velint, licite loqui possint, ita inutilibus fabulis occupatæ sunt omnes, idcirco permixta sunt omnia, ordoque confusus est. Adeo aũt, inquit, oportet illam studere silentio, ne non modo de sæcularibus rebus, verũ de spiritualibus quidẽ non loquendum sibi in Ecclesia nouerit. [Infra:] Est quippe ferme loquax muliebris sexus, idcirco omni ex parte fluentem restringit ac comprimit.

10 *Serm. 1. ex 25. variis, primi tomi*

IDEM inquit: Quid facit homo? Non promisisti sacerdoti, qui dixit, Sursum corda, & dixisti, Habemus ad Dominũ? Non reuereris, & erubescis? Et illa ipsa hora mendax inueniris. Pape: mensa mysterijs instructa est, & agnus Dei pro te immolatur, sacerdos pro te angitur, ignis spiritualis ex sacra mensa refluit, Seraphim adstant sex alis faciem tegentia, omnes incorporeæ virtutes pro te cũ sacerdote intercedunt, ignis spiritualis e cœlo descendit, sanguis in cratere in tuam purificationem ex immaculato latere haustus est, & nõ erubescis, reuereris, & confunderis, neque Deum tibi propitium facis? Centũ sexaginta octo hora habente hebdomada, vnã & solam horam sibiipsi segregauit Deus; & hác in opera sæcularia, & in ridicula inlumis? [Infra.] An non vides eos, qui corruptibili temporal ac terreno Regi assistunt, quàm sint immobiles, non loquẽtes, non oculos huc & illuc mittentes, sed mæsti, territi, lugentes? Ex ipsis documentum accipite homines, & sic assistite Deo, quasi ad terrenũ Regem accessuri. Multo magis cœlesti Regi cũ timore adstare oportet. Hoc sæpe dico, & dicere nõ cessabo, donec correctos videã. Ingrediẽtes in Ecclesiã, vt decet ad Deum accedamus.

11 *Serm. 6. in dedicatione Ecclesiæ. Gen. 20.*

BERNARDVS ait: Vere Dominus est in loco isto, dixit Iacob dormiẽs, cum vidisset Angelos ascendentes & descendentes. Miratur gratiã, & dignationis magnitudinem expauescit. Quàm terribilior est iste locus, quàm euidentibus certuisq; Dominus est in loco isto, ubi nimirum non modo duo, aut tres, sed tam multi in ipsius congregati nomine perseuerant. Terribilis plane locus & dignus omni reuerentia, quem fideles viri inhabitant, quem Angeli sancti frequentant, quem sua quoque præsentia Dominus ipse dignatur. Vere Dominus est in loco isto, vbi in eius nomine homines simul, & Angeli congregantur, [Infra.] Testantur sacræ litteræ, in paradiso olim positum primum Adam, vt operaretur & custodiret illum. Sic secundus Adam in Ecclesia, in loco isto, in horto deliciarum suarum (siquidem deliciæ suę esse cum filijs hominũ) in loco isto, vt operetur, atque custodiat. Porro Angeli ascendẽtes, & descendẽtes sunt in loco isto. Ascendentes, vt videant faciem Patris, descendentes, vt prouideant nobis. Quid ergo nos? Quo modo hic esse debemus, in quanta reuerentia stare in loco isto, ubi Deus est operans & seruans ascendentes & descendentes?

12 *Lib. 2. officiorum ca. 29. tom. 4.*

AMBROSIVS ostendit, quantum iuuandæ sint viduæ, & templum debeamus reuereri aducens exemplum 2. Machab. 3. qñ Heliodoro volente tollere deposita viduarũ apparuit eques armis præfulgens aureis, & duo alij iuuenes, qui flagellis eum cædebant, vsque dum pene emitteret spiritum, qui adiutus precibus & oratione Oniæ, recepto spiritu hostiam Domino obtulit, & Oniæ sacerdoti gratias egit, & reuersus ad Regẽ dixit. Si quem habes hostem, aut insidiatorem rerũ tuarum, illuc eum dirige, & flagellatum recipies eum, &c. ibi ponit aliam historiam vide, &c.

13 *Libro 3. de virginibus tom. 4.*

IDEM damnat loquentes in Ecclesia, & ait: Maxima est virtus tacendi, præsertim in Ecclesia. Nulla te diuinarum sententia fugiet lectionem, si aũt admoneas, vocem premas. Conseruabat enim Maria, vt legimus, omnia in corde suo quæ de Filio dicebantur, & tu cũ legitur aliquid, quo Christus, aut venturus annunciat, aut venisse ostenditur, noli fabulando obstrepere, sed mentẽ admoue, an quidquã est indignius, quàm oracula diuina circumstrepere, ne audiant, cũ genules idolis suis reuerentiam tacendo deferant? vnde illud exemplum proditur. Alexandro sacrificante Macedonũ Rege puerulum barbarum, qui ei lumen accenderat, excepisse ignẽ brachio, atque adusto corpore mansisse immobilẽ, nec dolorem prodidisse gemitu, nec tacito pẽnam indicasse fletu, tãta in puero barbaro fuit disciplina reuerentiæ, vt naturã vinceret. Frequens sermo est, cum plurima ranarum murmura, religiosæ plebis auribus obstreperent, sacerdotem Dei præcepisse, vt conticerent, ac reuerentiam sacræ deferrent orationi, túc subito circumfusos strepitus quieuisse, silent igitur paludes, homines non silebunt? &c.

Ecclesia Catholica varie comparatur, in qua mali permixti sunt bonis. Cap. III.

ORIGENES explicans illa uerba ex capite 50. Aperuit Dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ suę, sic habet: Quæro de alia Scriptura vasa irę Dei, ibique inuenito Apostolum mihi subijcientem vasa iræ Dei. Ait enim. Si autem volens Deus ostendere iram suam, & notã facere potẽtiam suã, ptulit vasa irę in multa patiẽtiæ, vt oñderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ. quæ præparauit in gloriam. Generaliter Apostolus omnes homines diuisit bifariam, dicens quosdam esse vasa misericordiæ, & quosdam vasa iræ. Verbi gratia, Pharaonem, & Aegyptios vasa irę, rursus eos qui in tempore, de Iudæis & gentibus crediderũt vasa misericordiæ nuncupauit. Sunt ergo in thesauro Dei vasa iræ, scriptum est enim, Aperuit Dominus thesaurum suum, & protulit vasa iræ. Quis est iste thesaurus Domini, in quo vasa iræ inueniuntur? Thesaurum Domini ego confidens dicam esse Ecclesiam eius, & in isto thesauro ideſt Ecclesia, sæpe homines latitare, qui sunt vasa iræ. Veniet igitur tempus, quando aperiat Dominus thesaurum Ecclesiæ, nunc enim clausa est Ecclesia, & vasa iræ, cum vasis misericordiæ inhabitant, & paleæ cum frumento sunt, & pisces perdendi ac proijciendi, cum bonis piscibus qui in retia inciderant, continentur. Quam cum aperuerit iudicij tempore, & protulerit exinde vasa iræ suæ, dicet forsitan is qui est vas misericordiæ, de egrediẽtibus vasis irę suę, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, quia si fuissent ex nobis, permansissent vtique nobiscum.

1 *Hom. 3. in Hieremiã, tom. 2.*

1. *Ioan. 2.*

CHRISOSTOMVS uocans Ecclesiã nauem, ait: Nauem detrahamus, ueli loco expandentes linguam, pro zephyro spiritus gratiam inuocantes, pro temone clauoque cruce gubernatrice vtentes. Nam mare quidem illud, habet aquam falsam, hoc autem aquam viuam. Illic enim sunt animalia rationis expertia, hic vero animæ rationes. Illic qui nauigant è mari in terram, hic vero qui nauigant, e terra in cœlum appellũt. Illic naufigia, hic eloquia spiritualia, illic zephyri flatus, hic spiritus præsentia, illic homo gubernator, hic vero gubernator Christus; eo que sane iactatur quidẽ nauis, at non mergitur. Poterat quidem & in tranquillo nauigare, verum non passus est gubarnator, quo simul & nauigantium perspicias tolerantiam, & gubernatoris prudentiam plenius cognoscas. A quàm multis oppugnata est Ecclesia, nec vnquam tamen victa? Quot tyranni, quot Duces, quot Imperatores? Augustus, Tiberius, Caius, Claudius, Nero, homines litteris ornati; potentes, tot modis oppugnarunt recentem ac teneram, at non deiecerunt. Qui in potius, qui oppugnarunt silentur, obliuioni traditi, illa vero oppugnata, cœlum transcendit. Neq; enim id mihi spectato, qđ in terris sita est Ecclesia sed quòd in cœlo versatur. In cœlo Ecclesia radices fixas habet, potius quã in terra.

2 *Homil. 14. in c. 6. Esa. to. 1.*

Facilius

Facilius est solem extingui, quàm Ecclesiā obscurari. Est enim cœlo honoratior Ecclesia. Quare conditum est cœlum? Propter Ecclesiam. Ecclesia non est condita propter cœlum? cœlum conditum est propter hominem, non homo propter cœlum.

3 *Homil. 3. in c. 1. Matt. to. 2*

IDEM sic habet: Et cōsidera q̄ in Ruth facta sunt, & inuenies nostri figuram fuisse. Hęc enim erat alienigena, & in extrema delapsa pauperiem sed videns eā Booz, nec ob ipsius paupertatem despexit, nec ob impietatē gentis, exhorruit: sicut etiā & Christus Ecclesiā suscipiens, & alienigenam, & magnorū oppressam egestate bonorum, suo consortio copulauit. Sed quem admodū Ruth illa ex alienigenis mulier, nisi prius reliquisset parentes, nisi domum contēpsisset & gentē, & patriā, atque cognatos, numq̄ profecto tali fuisset nobilitata connubio, ita Ecclesia et, non ante amabilis efficitur sponso, q̄ priorem cōuersationem relinquat. Quod Propheta quoque ad ipsam loquens, ait: Obliuiscere populū tuum, & domum patris tui, & concupiscet Rex decorem tuum. Hoc enim Ruth etiā fecisse legitur, & idcirco in Ecclesiæ similitudinem, mater regum effecta est. Ipsius enim ex stirpe Dauid. aliique Reges fuerunt.

4 *Homil. 23. ex imperfecto, in c. 8. Matth. Prou. 31.*

IDEM explicās illa verba: Ascendēte Iesu in nauiculam, &c. sic dicit. Non dubium est, nauem istam Ecclesiam figurasse, ſm quod per Salomonem de ea Spiritus sanctus loquitur dicens, Facta est quasi nauis institoris de longe portans panem suum. i. Ecclesia quæ nauigantibus Apostolis, gubernante Domino, flante Spiritusancto, prædicationis verbo vbiq; discurrit, portans secum magnum & inæstimabile pretiū, quo omne genus hominum, nec potius totum mundū Sāguine Christi mercata est. De quo alio quoq; loco idē Salomon retulit dicendo, inter cetera vestigium nauis pelagizantis, inueniri non posse, ostendens cōuersationē Ecclesiæ nō terrenam esse, vel sæculi, sed cælestem. dicentes Apostolo, Conuersatio nostra in cœlis est. Mare sęculum intelligitur, quod à diuersis peccatis & varijs tentationibus, velut quibusdam fluctibus æstuat. De quo scriptum legimus, Hoc mare magnum & spatiosum manibus, illic reptilia quorum nō est numerus, animalia pusilla cū magnis. Venti aūt, nequitiæ spirituales intelliguntur, qui ad naufragium Ecclesiæ, per diuersas sæculi tentationes, velut per fluctus maris desæuiūt. Dormire vero Dominus in hac nauitūc intelligitur, cum ad probationem fidei, Ecclesiam suam pressuris & persecutionibus mūdi istius tempore, permittit. Oratio vero discipulorum, & excitātium Dominum, & auxilium implorantium ut liberarē tur, preces sanctorum omnium intelliguntur, qui orta tēpestate persecutionis, sęuiēte diabolo, & Angeli eius, deuota fide, ac iugi oratione patientiam Domini uelut de sommo excitant, vt misericordiæ suæ auxilio, per timorem humanæ infirmitatis periclitātibus, sub uenire dignetur, quo increpatis vētis, immūdis. i. spiritibus, & mitigata omni sęculi tēpestate, Ecclesiā suā in pace, & tranquillitate restituat. [Infra.] Vnde q̄is infestatione inimici Ecclesia, vel sæculi tēpestate laboret, quibusuis tentationum fluctibus pulsēt, naufragiū facere non potest, quia Filium Dei habet gubernatorem. Inter ipsos enim turbines mūdi, inter ipsas sæculi persecutiones, plus gloriæ ac uirtutis acquirit, dum in fide firma & indissolubili pmaneat. Nauigat. n. instructa fidei gubernaculo, felici cursu per huius sæculi mare, habens Deū gubernatorē, Angelos remiges, portans choros hominum sanctorū, erecta in medio ipsa salutari arbore crucis, in qua Euangelicæ fidei vela suspendens, stante Spiritu sancto, ad portum paradisi & securitatem quietis æternæ deducitur. Et hæc nauis quamuis per hoc tempus vitæ, per has tētationes sęculi nauiget, non est tū sęculi nauis, sed Dei. Est enim, & alia sæculi nauis, non Dei, idest collectio hæreticorū, quæ sibi, huius nomen Ecclesiæ, vendicat. Aduersum quam, diem iudicij futurum Esaias manifeste declarat dicens. Dies, inquit, Domini aduersus omnē contumeliosum, & superbum, & post aliquantulū ait, & aduersus omnē nauem maris, idest omnem Ecclesiā hæreticorū. De qua alibi idem Esaias retulit, dirupti sunt, inquit funes tui, quæ non ualuit arbor tua, inclinauerant vela tua, & non laxabunt vela tua. Nauem vero hanc, maris esse dixit, quia huiusmodi Ecclesia non Dei est, sed sæculi, quæ licet habere in se prædicationem dominicæ crucis videatur, inualidam tū hanc arborem eius ostendit, quia ubi non est ueritas fidei, infirma crucis assertio est. Vnde inclinata & laxata vela eius sūt ostē sa, q̄ nullo flatu Sancti spiritus dirigunt. Et ideo huiusmodi nauis, hoc est Ecclesia hæreticorum, amisso verę fidei gubernaculo, dominantibus aduersis spiritibus, in naufragium mortis æternæ demergitur, quæ gubernari à Christo Domino non meretur.

Phil. 3. *Psl. 103.* *Sap. 5.* *Esa. 2.* *Esa. 33.* *1. Ioan. 1.*

6 *In dialogo contra Luciferianos, tom. 2.*

HIERONYMVS sic habet: Arca Noe Ecclesiæ typus fuit, dicēte Petro Apostolo, in arca Noe pauci. i. octo animę salue factæ sunt, quod & nunc nos similis formę saluos facit baptisma; vt in illa omniū animaliū genera, ita & in hac, vniuersarum & gentium, & morum homines sunt. Vt ibi pardus, & hædus, lupus, & agni, ita & hic iusti, & peccatores, ideſt vasa aurea, & argentea, cum ligneis, & fictilibus commorantur. Habuit arca nidos suos, habet Ecclesia plurimas mansiones. Emittitur de arca coruus, & non redijt, & postea pacem terræ, columba nunciat, ita & in baptismate Ecclesiæ teterrimo alite expulso, ideſt diabolo, pacem terræ nostræ columba Spiritus sancti nunciat. Periclitata est arca in diluuio, periclitatur Ecclesia in mundo. Egressus Noe vineam plantauit, & bibens de ea inebriatus est: natus quoque in carne Christus Ecclesiam plantauit, & passus est. Nudatū patrem irrisit maior filius, & minor texit: & Deum crucifixum illuserunt Iudęi, & honorauerunt Gentiles. Non solum in Ecclesia morantur oues, nec aues tantum mundæ volitant, sed frumentum in agro seritur, & inter nitentia culta lappęque & tribuli & steriles dominantur auenæ. Hæc sunt vasa iræ & misericordiæ, quæ in domo Dei ab Apostolo prædicantur. Veniet ergo dies quando thesauro Ecclesiæ aperto, proferet Dominus vasa iræ suæ, quibus exeuntibus sancti dicēt, Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, si enim fuissent ex nobis, mansissent vtique nobiscum. Si iam mundata est Ecclesia, quid Domino reseruamus? Est via quæ videtur esse apud homines recta, nouissima autem eius ueniunt ad profundum inferni.

7 *Lib. 4. in c. 11. Esa. 4.*

IDEM exponens illa uerba: Habitabit lupus cum agno, & pardus cum hædo accubabit, uitulus & leo & ouis simul morabuntur, & puer paruulus minabit eos. Vitullus & vrsus pascentur, simul requiescent catuli eorum, & leo quasi bos comedet paleas, ait: Pardus qui prius non mutabat varietates suas, lotus in fonte Domini accubuit cum hędo, non qui à finistris est, sed qui immolatur in Pascha Domini. Et hoc notandum, quòd non agnus & hędus habitent, & accubent eum lupo & pardo, sed lupus & pardus agni & hędi imitentur innocentiam. Leo quoque prius ferociſſimus & ouis & uitulus pariter morabuntur. Quod quotidie cernimus in Ecclesia, diuites & pauperes potentes & humiles. Reges atque priuatos pariter commorari, & à pueris paruis, quos Apostolos intelligimus & Apostolicos viros imperitos sermone, sed non scientia, regi in Ecclesia. [Infra.] Quam diuersorum prius morum coniunctionem etiā beatus Apostolus Petrus in vase linteo quod de cęlo dimissum est, se vidisse testatur, habentes quattuor principia, quæ quattuor mundi plagas intelligimus, vt repletam terram Dei scientia cognoscamus. In quo uase erant quadrupedia & serpentes & bestiæ & uolatilia cęli, ut quod arca in diluuio, hoc Ecclesia præstet in mundo.

Act. 10.

8 IDEM comparans Ecclesiam malo granato, ait: Nihil hoc pomo pulchrius, in rubore Ecclesiæ significat verecundiam, in granorum ordine gradus & membra totius corporis per singula officia distributa.

Lib. 3. in c. 12. Zachariæ tom. 5.

IDEM explicans illa verba: In die illa erit fons patens domui Dauid habitantibus Hierusalē, in ablutionem peccatoris & mēstruatę, sic habet. De hoc fonte, qui egreditur de domo Dauid, & in Ezechiele Prophetа scribitur, quòd erumpat fons in domo Domini, & crescat in fluuiū, qui appellatur remissionis & indulgētię, & pergat ad solitudinē & ad mare, quod nunc vocatur mortuum, pisces que omnes viuificet, & ex vtra que ripa fluminis varij generis consurgant arbores, per singulos menses semper nouis fructibus abundantes. Et vt sciamus, domum, hoc est templum Dei, ipsam esse domum Dauid, quæ in Ezechiele Domus Dei, & hic fons de Domo Dei egrediens appellatur, referetur ad Ecclesiam, vt omnes renascamur in Christo, & in aqua baptismatis nostra nobis peccata donentur. Nihil immundius menstruata, quæ quicquid attigerit immundum facit, & huius tamen sordes Christi abluuntur baptismate.

In cap. 13. Zach.

9 AVGVSTINVS sic ait: Ecclesia adhuc in ista mortalitate carnis cōstituta, propter ipsam mutabilitatem, Lunę nomine in scripturis signat. Vnde est illud, parauerunt sagittas suas in pharetra, vt sagittēt in obscura Luna rectos corde; obscura videt ecclesia in tēpore peregrinationis suæ, inter multas iniquitates gemens, & tunc sunt timendæ insidiæ fallacium seductorum, quas nomine sagittarū intelligi uoluit. Vnde alio loco propter nūcios fidelissimos veritatis, quos vbiq; parit Ecclesia, dicitur, Luna, testis in cœlo fidelis.

Epi. 119. ad Ianuarium to. 2.

Ps. 10.

Ps. 88.

10 IDEM ait: Reprobos ad tempus portat Ecclesia, sicut area vsque ad tēpus vētilationis palem sustinet, si non se correxerint, & propter futuram sempiternā requiē, Christiani esse cœperint, in fine separabunt. Nec sibi blādiantur, quòd in area possunt esse cū frumento Dei, quia in horreo cū illo non erunt, sed igni debito destinabuntur. [Infra.] Frumentum in cōparatione palearum, valde paucioré habet numerū. Sed sicut agricola nouit, quid faciat de ingēti aceruo paleę, sic nihil est Deo, multitudo peccatorum, qui nouit q̄d de illis agat, vt administratio Regni eius ex nulla parte turbetur, atq; turpetur. Duę itaq; ciuitates, vna iniquorum, altera sanctorū ab initio generis humani vsque in finem sęculi perducuntur, nūc permixtæ corporibus, sed uoluntatibus separatę sunt. Omnes enim homines amātes superbiā, & temporalē dominationē, cum pompa arrogantiæ, omnesq; spiritus, qui talia diligunt, simul vna societate deuincti sunt, morū & meritorū similitudine cōiunguntur, & si sæpe aduersum se pro his rebus terrenis dimicent. Et rursus homines omnes, humiliter Dei gloriam quærentes, ad vnā pertinent societatem.

Li. de catechizādis rudib. tom. 4.

11 IDEM sic ait: Possumus paradisum terrestrē Ecclesiā vocare, sicut de illa legitur in Cantico Canticorū, Emissiones tuæ paradisus malorū punicorum, cū pomorū fructibus. Quattuor autē paradisi flumina, quattuor Euangelia, ligna fructifera, sanctos, fructus autē eorum, opera eorum, lignum vitæ, Sanctum sanctorū Christum, lignum scientiæ boni & mali, proprium voluntatis arbitrium.

Lib 13. de Ciuit. Dei, c. 21. to. 5.

12 IDEM intelligit de Ecclesia locū Apocalypsis 21. & ciuitatē magnam Hierusalem nouā vidi descendentē de cœlo à Deo aptatam quasi nouā nuptam ornatā viro suo. Et audiui vocē magnam de throno dicentē, Ecce tabernaculum Dei cum hominibus, & habitabit cū eis, & ipsi erunt populus eius, & ipse Deus erit cū eis. De cœlo descendere ista ciuitas dicitur, quoniam cœlestis est gratia, qua Deus eam fecit. Et de cœlo qui dē ab initio sui descēdit, ex quo p huius sæculi tēpus, gratia Dei desup veniēte, p lauacrū regenerationis, in Spiritu sāctо missо de cęlo, subide ciues eiº accrescūt.

Lib 20. de Ciuit. Dei, c. 17.

IDEM inquit: De lignis quadratis Arca Noe fabricatur, sicut Ecclesia de sanctis constituitur, ad omne opus bonum semper paratis. Quadratum enim, qnacumque verteris, firmiter stat. Quòd bitumine glutinātur arcæ ligna, intrinsecus, & extrinsecus, vt in cōpage unitatis significetur tolerantia charitatis, ne scādalis, Ecclesiā tentantibus, siue ab eis qui intus sunt, siue ab eis q foris sunt, cedat fraterna iunctura, & soluatur uinculum pacis. Est enim bitumen fortissimum, & violentissimum gluten, significans dilectionis ardorem, vi magna fortitudinis ad tenendam societatē spiritalem, omnia tolerantem. Quòd cuncta animalium genera, in arca claudūtur, sicut omnes gentes quas ēt Petro demonstratus discus ille, significat, Ecclesia continet. Quòd, & munda, & immūda ibi sunt animalia, sicut in Ecclesia, boni & mali versanē. Quòd septena sunt mūda, & bina immunda, nō quia pauciores sunt mali quàm boni, sed quia boni seruāt vnitatē spiritus in uinculo pacis, sanctum autem spiritum diuina scriptura in septiformi operatione commendat. Mali aūt in binario numero ad schisma faciles, & quodam modo diuisibiles ostenduntur. Quod præter arcā, omnis caro quam terra sustentabat, diluuio consummata est, quia præter Ecclesiæ societatē, nihil valet ad salutem.

Li. 12. contra Faustū Manichæū tom. 6.

Gen 6.

Psal. 4. 17. Ser. 16. in Ps. 118 tom. 2.

Act. 10.

Ephes. 4.

14 IDEM sic habet: Ciuitas quā Ioānes Apocalypsis 21. cap. vidit, Ecclesia est, Ecclesia autē aurea est, quia fides eius velut aurum splendet, vitrum autem ad puritatē fidei retulit, quia quod foris videtur, hoc est & intus, & nihil est simulatum. In medio plateæ eius fontem baptismi ostēdit. Et ex vtraque parte fluminis, lignum vitæ faciēs fructus duodecim. Hoc de cruce Domini, dixit, nullū est lignum, quod omni tēpore fructificet, nisi crux quam gestant fideles, qui rigantur aqua Ecclesiastici fluminis, & reddunt fructum perpetuum omni tempore.

Hom. 18. in Apoc. to. 5.

AMBROSIVS loquens de Rebecca, quę descēdit ad fontē, & dedit potū Eliezer, & camelis suis, dicit Rebeccam significare Ecclesiam, virgo enim est, q̄a nulli uiro nisi soli Christo est iuncta, speciosa valde, q̄a sponsus speciosus præ filijs hominum, habet hydriam qua lauat actus hominum, ideoq; habuit, quod daret sitientibus, quia credidit, & non solū puerum, sed etiā camelos adaquauit, idest, quia non solum iustos, sed etiam iniustos satiat Samaritana aūt illa venit ad fontem, sed non descendit, vidit fontem, sed non impleuit hydriam, quia qui extra Ecclesiā sunt, nō habēt vn de actus suos lauent, sola ergo Rachel cognouit fontē verum. de quo Dauid, Quia apud te est fons vitæ, &c.

15 *Lib. de Abraham Patriar. ca. 9. tom. 1.*

Gen. 49.

Ioan. 4.

Ps. 35.

IDEM explicat tertium, q̄d Salomon dicit se ignorare videlicet, viā nauis in mari. Nauem ait, Ecclesiam debemus accipere, in salo mūdi istius constitutā, quæ crebris uētorum fluctibus, idest tentationū plagis, & verberibus fatigatur, quā turbidi fluctus, idest, huius sæculi potestas, conatur ad saxa perducere, quæ etsi vndarum procellis sæpe vexetur, tñ numquam potest sustinere naufragium, quia in arbore eius, idest in cruce, Christus exigitur, in puppi Pater residet gubernator, proram, Paracletus seruat spiritus. Hanc per angusta huius mundi freta duodeni in portum remiges ducūt, idest duodecim Apostoli, & similis numerus Prophetarū, inde Montani latratum falsi carminis, tamq̄ Scyllā, inde Photinianam Charybdim, in ista naue Ecclesiæ, ea feliciter præterimus, inde Arrium archipiratam, qui nos per mare sæculi ad instar Pharaonis insequitur, non timemus, illam stellam seruantes in cælo, quæ Magos perduxit ad Christum; de hac naui Ecclesiæ prēcipitatū Marcionē, mare absorbuit, inde Sabellius pirata, nos nō cepit, inde nobis aquilo nocere nō poterit, quamuis inde sint antichristi violenta flabra uentura, sicut scriptum est, Ex aquilone exardescent mala, inde syrtes gentilium, & periculosas hæreses, & scopulos euitamus, quos superiacens aquæ tenuis occultat allapsus, quia Hæretici sub prætextu nominis

16 *Lib. de Salomone c. 3 tom. 1.*

Prou. 30.

Hier. 1.

Chri-

Christiani, absconsa perfidiæ saxa, fallaci confessione oris obducunt, in quę homines impingunt, dum illis, quod Christiani sint credunt, &c. Hæc ergo nauis Ecclesia est, quæ etsi quotidie sæculum istud, tamq̃ aliqđ pelagus sortitur infestum, numquam eliditur ad saxũ, nec mergitur ad profundum. Sed quod ait, vias nauis nauigantis, proprie significat, quod in tempore miro modo persecutionis cõprehendi omnino non possit, quemadmodum viuida per interitum, & diues per damna reddatur: sicut in persona ipsius Psalmographus ait, In tribulatione dilatasti me, &c.

Psal. 4.

17 *Ser. 16. in Ps. 118 tom. 2.*

IDEM super illud, Oculi mei defecerunt in salutare tuum, explicat illud Cant. 4. Capilli tui sicut greges caprarum, &c. de Ecclesia loquens, ait: Vides quòd in altis grex iste pascitur, itaque vbi alijs præcipitia, ibi capris nullum periculum, ubi alius periculum, ibi gregis huius alimentum, ibi cibus dulcior, ibi fructus electior, &c. Spectãtur à pastoribus suis, dumosa de rupe pendentes, vbi luporum incursus esse nõ possunt, &c. ideo elegit eas Spiritus sanctus, quibus cœtum venerabilis Ecclesiæ compararet, & ut mystice audias, capillamentum, verbi est altitudo, & eminẽtia quędam iustarum animarum, quoniam sensus sapientis in capite eius, in altitudine enim cogitationis humanę, certum est esse sapientiã, &c. Dentes tui, &c. Iustis non carnis humanæ officia, sed diuinæ gratiæ munera prædicantur. Qui sunt igitur, iustarum dentes animarum, nisi q informem, ac durum accipientes cibum, vel frigidum plerumque, vel supra modum calentem, nunc comminuũt, nũc fouẽt, nũc temperant, pro ut qualitas fuerit alimentorũ? dura cõminuunt, ne asperitas litteræ in testamento, & sæcularis intellectus rigor, nisi fuerit spirituali dente solutus, vitalia ipsa, intercluſis meatibus eiborum salutarium, & gulam quandam animę, in curiosa edacitate suffoces. Par est igitur, vt diuidas primum, & si solida tibi videtur esca quæ sumitur, & distinguas eã, atque emollitiã sine noxa aliqua animæ in omnia eius membra, naturali diuisione transfundas, vt vitalẽ succũ omne eius corpus epuletur, nihil cadaueroſum, nihil mortuum ore tuo sumas, ne dicatur, Sepulchrũ patens est guttur eorum, sed uiuum haurias verbum, vt in tuæ mentis visceribus, possis operari, hi dẽtes sunt per lac candidiores, quia dẽtes iustorum sunt, &c.

Act. 10.

Ephes. 4.

14 *Hom. 18. in Apoc. in fi.*

15 *Lib. de Abraham Patriar. ca. 9. tom. 1.*

Gen. 49.

Ecclesia, quæ licet multum impugnetur, non est deiecta, caretque antiqua pulchritudine, quam quisque suo modo debet iuuare. Cap. IIII.

Ioan. 4.

Ps. 35.

16 *Lib. de Salomone c. 3 tom. 1. Prou. 30.*

1 *Ho. 9. in c. 8. & 9. Ios. 80. 1.*

ORIGENES exponens illa verba: Et audierunt omnes Reges Amorrhęorum, & qui trãs Iordanem, & qui in mõtanis, & qui in campis, & qui super ora maris magni, & qui erãt in Antilibano, & Cethęi, & Amorræi, & Chananæi, & Pherezęi, & Hiebusęi, & conuenerunt in unũ, ut expugnarent Iesum & Israel simul, sic habet: Ex ijs quę gesta sunt visibilibus, nostri Domini IESV Saluatoris bella, ac triumphos, quos egerit contemplemur. Conuenerunt enim Reges terrę, Senatus Populusque, & principes Romani, vt expugnarẽt nomen Iesu, & Israel simul. Decreuerũt enim legibus suis, vt non sint Christiani. Omnis ciuitas, omnis ordo, Christianorum nomen impugnat. Sed sicut tunc omnes illi Reges conuenientes contra Iosue, nihil facere potuerunt: ita vel principes, vel potestates istæ contrariæ, vt non Christianorũ genus, latius ac profusius propagetur, obtinere non valebunt. Scriptũ naque est, quia quanto magis eos humiliabant, tanto magis plures fiebant, & inualescebant valde. Cõfidimus autem, quia non solum non nos poterũt obtinere visibiles inimici, & aduersarij nostri, verum etiam visibiliter Iesu Domino nostro vincente, conteretur satanas sub pedibus seruorũ eius. Illo enim duce, semper uincent sui, ita vt nos dicamus sicut in Esdra scriptum est,

Hieron. 1.

8. Esd. 4.

Quia à te Domine est victoria, & ego seruus tuus, benedictus es Deus veritatis.

HIERONYMVS exponens illa verba: Domini sunt cardines terræ, & posuit sup eos orbẽ: inquit: in Hebræo ita habet, Domini sunt afflicti terræ. Afflictos terræ, Hebræi pauperes spiritu & humiles cordis intelligunt, super quo Dominũ orbem posuisse dicũt, quia eorum meritis terram stare autumant.

2 *Lib quæst. in Gen. t. 3*

IDEM ait: Ecclesia adhuc in ista mortalitate carnis constituta, propter ipsam mutabilitatẽ Lunę nouę appellatione in scripturis significatur. Vnde est illud, Parauerunt sagittas suis in pharetra, vt sagittent in obscura Luna rectos corde. Prius. n. quàm fiat illud, qđ dicit Apostolus, Cũ aũt Christus apparuerit vita vestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria, obscurabitur Ecclesia in tempore peregrinationis suę, inter multas iniquitates gemens, & tunc sunt timendæ insidiæ fallacium seductorum, quas nomine sagittarũ intelligi voluit. Vnde alio loco propter nuncios fidelissimos veritatis, quos vbique parit Ecclesia, vt eam tueãtur dicitur, Luna, testis in cęlo fidelis. Et cum de regno Dñi Psalmista caneret, Orietur, inquit, in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec auferat siue interficiatur Luna, ideſt, abundantia pacis intantũ crescet, donec omnem mutabilitatem mortalitatis absumat. Perfecta pax tũc erit, cũ corruptibile hoc induerit incorruptibilitatem. Sunt, & alia testimonia scripturarum, quæ nobis ingerunt per commemorationem Lunæ, Ecclesiæ significationem, quæ in ista mortalitate ab illa Hierusalẽ, cuius ciues sunt Angeli sancti, in ęrũnis & laboribus peregrinatur.

3 *In epist. de celebratione Paschæ, tom. 9. Ps. 10. Coloss. 3.*

Ps. 88.

Ps. 71.

IDEM explicans illa verba: Et vocaberis ædificator maceriæ, aut sepium, conuertẽs semitas in quietẽ, ait: Ædificator sepium est, qui se opponit Dei iracũdiæ sæuienti Et Symmachus transtulit. Murum opponẽs cædenti, qualis fuit Moyses, & Aaron, & Samuel, qui iræ Dñi restiterunt, & quasi ædificato muro, indignationi eius posuerunt terminum. Quod, & Hieremiæ dr, ne occurrat Domino, ne iræ eius uelit resistere, & indignationẽ ita precibus quasi quodam muro, intercludere. Et Moysi, quasi teneretur ab eo Dñs, Dimitte me, inquit, & percuti am populum istum. Istiusmodi ergo ędificator sepium, & murorum, conuertet semitas in quietem, vt nequaquam Dei ira de sęuiat, sed placatus sit eis Dominus, & omnes indignationes eius conquiescant.

4 *Lib. 16. in c. 58 Esaiæ 10. 4.*

Exo. 32.

IDEM exponẽs illa uerba: Super muros tuos Hierusalem constitui custodes, tota die & tota nocte perpetuo non tacebunt, qui reminiscimini Dñi ne taceatis, & ne detis silentiũ ei, donec stabiliat, & donec ponat Hierusalẽ laudem in terra, sic habet: Hic introducitur persona Dei loquentis ad Hierusalem, ideſt Ecclesiam primitiuorum, & eã quæ in Apostolis, & per Apostolos ędificata est. Super muros tuos constitui custodes, quos Apostolos vel oês principes eius atq; doctores, accipere possumus. Qui custodiunt muros Ecclesiæ, ne aduersarius noster diabolus, qui quærit quomodo possit intrare, occasione accipiat ad gregẽ Dñi deuastandum. Qui custodes nec diebus debent nec noctibus tacere, nec in lętis, nec in tristibus, sed semper Dñi clementiã deprecari, vt grex illius, & muri Hierusalem custodiantur, & vallẽtur eius auxilio, Vnde, & ad eosdem custodes sermo dirigit̃. O vos qui recordamini Dñi, eiusq; clementiam die ac nocte prę cibus fatigatis, cauete ne vmquam in ore vestro fileat oratio. Ne detis silentium, ei, subauditur Dño, sed sẽper molesti sitis, opportune & importune, & imitemini interpellatricem duri iudicis. Nec tacendum est donec stabiliat, & ponat Hierusalem laudem in terra; quod fit, cum correcta fuerit Ecclesia.

5 *Lib. 17. in c. 62. Es.*

IDEM inquit: Ego in tabernaculum Dei pelles caprarum, pilosq; offeram, unde peccatorum spinę, & aculei protegantur, & arceant pluuiæ, & tempestates, alius qui diues est pro qualitate meritorũ, vel ferrum, vel es, uel argentũ aurumq; & pretiosissimos lapides offerat,

6 *Lib. 12. in c. 40. Eze.*

offerat,& non noſtra,quia ſunt minora, contẽnat,ſed proprijs gaudeat opibus.In quib⁹ verbis docere intẽdit Hieronymus, quòd fideles oẽs iuuare debent Eccleſiã vnuſquiſq; pro ſuo poſſe,ſicut ad opus tabernaculi alij offerebãt pelles,alij aurũ, & pretioſiſſimas gẽmas,ſic Eccleſiã alij multis laboribus,meritis ingentibus adiuuant, alij vero minora offerunt, grata tamen Deo, inter quos ex humilitate ſe numerat Hieronymus, qui magnopere Eccleſiam iuuit.

7 IDEM explicans illa verba:Et erit in die illa exibũt aquæ viuę de Hieruſalẽ,in ęſtate,& in hieme erũt ait: Ita erunt aquæ iſtę,vt nec gelu conſtringantur hiemis,nec ęſtatis nimio calore,ſiccentur.Aqua quę egreditur de Hieruſalẽ hoc eſt de Eccleſia, doctrinã indicat Saluatoris.De Sion.n.exiuit lex,& verbum Dñi de Hieruſalẽ, iuxta illud, quod alibi ſcriptũ eſt, Repleta ſunt omnia ſciẽtia Domini,ſicut aqua multa, operiẽs mare. Iſtæ aquæ viuentes Eccleſiæ,& in pace,& perſecutione manare non ceſſant. In quo perpetuitas, & ſtabilitas Eccleſiæ intelligenda eſt.

Li.3. in c. 14. Zach. tom. 5.

Eſa. 2.

Eſa. 11.

8 IDEM explicans illa verba: Sub quo curuantur, qui portant orbem,inquit. Portantes orbem,rectę ſancti intelligũtur,qui gloria meritorum ſuorum, magni & potẽtes ſunt apud Deum. Hi ergo,cordis humilitate, ad interueniendum pro peccatoribus in conſpectu eius ſunt incuruati. Ita ſancti portant mundum, dum eum neruat, ac pereat, orationum fortitudine ſuſtinent.

In c.9. Iob tom. 7.

9 AVGVSTINVS exponens illa verba cap. 29. Quis mihi tribuat,vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundum dies, quibus Deus cuſto diebat me,ſic habet: Hæc ex perſona dici videntur Eccleſiæ. Eo enim tempore, quo Dominus erat in terra, nulla erat ſollicitudo, quamuis adhuc populo paruo Chriſtiano, nulla ſollicitudo,ne aut à malis male gubernaretur Eccleſia, aut ſchiſmatum laniaretur inſidijs. Loquitur itaque Iob ex perſona hominis,hoc eſt populi ad nouum teſtamentum pertinentis, deſiderantis illos dies ſicut prædixerat Dominus. [Infra.] Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei, vel vt Auguſtinus legit, Cum flueret per vias meas butyrum,ideſt per mores meos,exultatio fidei & bonorum operum fluebat.

In li. annotationũ, in Iob, to. 4.

10 IDEM explicans illa verba: Quia ipſe ſuper maria fundauit eam,& ſuper flumina præparauit eam,ſic ait: Cum clarificatus Dominus,annunciatur in fidem omnium gentium, & vniuerſus orbis terrarum, fit Eccleſia eius.Ipſe ſuper maria fundauit eam,ipſe firmiſſime ſtabiliuit eam ſuper omnes fluctus ſæculi huius, vt ab ea ſuperentur,nec nocerent ei. Et ſuper flumina præparauit eam. Flumina in mare fluunt,& cupidi homines labuntur in ſæculum. Etiam iſtos ſuperat Eccleſia,quæ deuictis per Dei gratiam cupiditatibus ſæcularibus, ad recipiendum immortalitatis claritatem, parata eſt.

In Pſ. 23. tom. 8.

11 IDEM explicans illa verba: Dominus regnauit, exultet terra,lætentur inſulæ multæ,inquit: Rectæ inſulæ multæ dicuntur omnes Eccleſiæ, Quare inſulæ? quia circundantur fluctibus omnium tentationũ. Sed quomodo inſula circumſtrepentibus vndiq; fluctibus mundi,tundi poteſt,frangi non poteſt,magis magisq; ipſa frangit fluctus venientes,quàm frangantur ab eis ſic & Eccleſiæ Dei pullulantes, per totum orbem terrarum paſſæ ſunt perſecutiones, vndiq; frementum infidelium, & ecce ſtant inſulæ, & iam placatum eſt mare,ideo iucundentur inſulæ eius.

In Pſ. 76.

12 IDEM explicans verba illa: Sæpe expugnauerũt me a iuuentute mea, etenim non potuerunt mihi, ſic habet: Eccleſia loquitur de his, quos tolerat. Ex quo vocantur ſancti, eſt Eccleſia in terra Aliquandó in ſolo Abel erat Eccleſia & expugnatus eſt a fratre malo & peſſimo Cain. Aliquando in ſola domo Noe Eccleſia erat,& pertulit omnes,qui diluuio perierunt, & ſola arca natauit in fluctibus, & euaſit ad ſiccum. Aliquando in ſolo Abraham Eccleſia erat,& quanta pertulit ab iniquis nouimus. In ſolo Loth, & in domo eius,in Sodomis Eccleſia erat & pertulit Sodomorum iniquitates, quouſq; Deus eum de medio ipſorum liberauit. Cæpit eſſe & in populo Iſrael Eccleſia,pertulit Pharaonem, & Aegyptios. Cæpit & in ipſa Eccleſia.i.in populo Iſrael,numerus Sanctorum Moyſes, & cæteri ſancti,pertulerunt iniquos Iudæos. [Infra.] Modo dicit Eccleſia,Sæpe expugnauerunt me a iuuentute mea. Sed non timens dicat, Etenim non potuerunt mihi.Nunquid ideo non peruenit Eccleſia ad ſenectutem,quia non ceſſauerunt illi expugnando? num quid delere potuerunt? conſoletur ſeipſam Eccleſia de præteritis exemplis & dicat, ſæpe expugnauerunt me a iuuen.mea, etenim non potuerunt mihi. Quid eſt non potuerunt mihi? Non potuerunt mihi fabricare, non potuerunt mihi, ideſt non illis conſenſi ad malum. Ideo enim malus perſequitur bonum, quia non illi conſenti it ad malum.

Ecclesiæ primitiua qualis erat, & eadem in fine ſæculi nimis deſtituta eſt bonis, ac oppreſſa. Cap. V.

1 CHRYSOSTOMVS ait: Antiquorum Eccleſia talis erat, qualis eſt in cœlis, nihil habens rerum mundanarum, non parietibus, non marmoribus,ſed feruore eorum qui conuenerant relucens.

Hom. 3 in actu Apoſtolorum, tom. 3.

IDEM ſic habet: Cœlum Eccleſia tunc fuit,ſpiritu cuncta adminiſtrante,cuncta Eccleſiæ capita moderante,afflatu ſuo vnumquemque corripiente. Nũc vero,veſtigia tantum illarum rerum tenemus. Videtur Eccleſia hodie mulieri, quæ manſuetudine veteri exciderit, ſimilis, quæ ſymbola tantum felicitatis illius referat quædam, arcas & ſcrinia rerum pretioſiſſimarum adhuc ſeruans, theſauro deſtituta.huic ſimilis, Eccleſia hodie videtur. Neque de donis hoc dico, neq; enim referebat admodum,ſi illis ſolis careremus, ſed de vita,de virtute. Viduarum multitudo, virginum chorus, Eccleſiæ totius ornamentum quondam, euanuit nunc,nunc nihil eſt prorſus,ſymbola extant quędam,ſunt enim & nunc viduæ, ſunt & virgines, ſed ornamento iſto carent, quo indutos eſſe, genus hoc certaminis ingreſſos,oportet. Nam hoc tunc præclarum virginum inſigne fuit,diuina cogitare ſola,& fęlix quædam ſedulitas omni triſtitia vacans, & viduæ non tantum hoc argumentum fuit, ſecundis nuptijs non

2 *Hom. 36.3 primã epiſtolã Pauli ad Cor. tom. 4.*

13 BERNARDVS explicans illa verba:Tenui eũ, nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, ſic ait:Ita eſt, ex tunc, & deinceps non deficit genus humanum,nec fides de terra, nec charitas de Eccleſia. Venerunt flumina,flauerunt venti,& impegerunt in eam,& nõ cecidit eo quòd fundata eſſet ſupra firmam petram, petra autem erat Chriſtus. Itaque nec verboſitate Philoſophorum,nec cauillationibus hæreticorum, nec gladijs perſecutorum potuit iſta, aut poterit aliquando ſeparari a charitate Dei, quæ eſt in Chriſto IESV, adeo fortiter tenet,quem diligit anima ſua,adeo illi adhærere Deo bonum eſt. Quid hoc tenacius glutino, quod nec aquis eluitur, nec ventis diſſoluitur, nec ſcinditur gladijs? Denique aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. Tenui eum,nec dimittam. Nec minus forſan ille teneri vult,cum perhibeat dicens,Delicię meæ eſſe cum filijs hominum, Quodque pollicens ait: Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi. Quid hac copula fortius, quæ vna duorum tam vehementi voluntate firmata eſt? Tenui eũ, inquit. Sed nihilominus ipſa vicißim tenetur ab eo quem tenet,cui alibi dicit, Tenuiſti manum dexteram meam. Tenet fidei firmitate,tenet deuotionis affectu. At nequaquam diu teneret,niſi teneretur,tenetur autem,potentia,& miſericordia Domini.

Serm. 79. in Cãtica.

Matth. 7.

1. Cor. 10.

Prouer. 8. Matth. 28

non conglutinari, sed hospitalitatis studium in pauperes, constantia precum, & reliqua omnia, quæ Paulus ad Timotheum scribens plane requirit. Iam quæ nuptæ sunt hodie magnam venustatem ostendũt quidem, atqui non est hoc, quod quæritur solum, studio in miseros diligenti est opus, quo præsertim matronæ veteres splendebant, non eo modo quo nostræ. Illæ auri loco, misericordiæ officijs, velut mundo quodam vestiebantur, nostræ, relicti his, è vitiorum catena funiculis aureis implexis, vndique cinguntur. Scrinium aliud paterni thesauri exinanitum hodie, dicã. Quondam psallebant in vnum omnes, facimus & nos, sed tunc vna omnium mens, cor omnium vnum fuit, hodie, ne vna quidem in mente, concordiam vllam reperias, sed bellis vndique omnia feruent. Pacem, & nũc episcopus velut paternam domum ingressus, omnibus optat, sed pacis eius nomen frequens quidem extat, res prorsus nulla. Tunc etiam domus Ecclesiæ erant, nunc vero Ecclesia domus, immo domo quilibet profana magis.

1. Tim. 5.

Act. 4.

13 Serm. 79. in Cãtica.

3 Hom. 2. in epist. ad Titum.

IDEM sic habet: Antiquis viris, vita omnis erat operosa, to aque in labore, atque in certamine, nobis autem nõ sic, sed tempus omne per negligentiam ducimus. Nouerant profecto illi, ideo se in hunc mundum fuisse deductos, vt placita ei, qui se condiderat, gererent, illique per bona opera placere studerẽt, nos quasi idcirco fuerimus conditi, vt comedamus, & bibamus, ac delicijs operam demus, ita nullam spiritualium rerum rationem habemus. Non autem de solis Apostolis loquor, verum & de his, qui post illos fideles euasere, denique eos omnes inspicias, præsentem vitam viatorum more percurrere, idque sibi opus peculiare feciſſe, vt semper velut peregrini, atq; hospites essent, non habentes in terra ciuitatem.

Matth. 7.

1. Cor. 10.

4 Serm. 6. in epist. ad Ephesios.

IDEM ait: Antiquorum temporum discipuli, meliores erant quàm nunc sunt doctores, qui tunc in medijs populis, & a tyrannis minarum insultus passi, omnesque in vniuersum fere mortales, hostium loco habentes, neque tamen vel tantillum deiecti, aut a sententia deflexi sunt. Audi quippe quid Philippensibus dicat, Quoniam vobis inquit, datum est pro Christo, vt non solum in ipsum credatis sed & pro illo patiamini. Et Thessalonicensibus iterum, Quoniam inquit, imitatores estis Ecclesiarum Dei, quę in Iudæa sunt. Et Hebrẽis scribens dicit, Et direptionem facultatum vestrarum cum gaudio accepistis. Colossensibus autem testimonium fecit, dicens: Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Et hos ipsos multa tulisse pericula testatur. Galatis vero scribens dicit: Tanta passi estis sine causa, si tamen sine causa. Et vides istos omnes, iustitiæ studio deditos fuisse. Et Corinthijs quos multis modis culpauerat dicit, Sed zelum vestrum, sed desiderium vestrum. Et quæ rursus de his rebus ad eos dicit, illa nunc nec in doctoribus quisquam deprehenderit. Itaq; illa omnia cessarunt, ac perierunt.

Prouer. 8. Matth. 28

Philipp. 1.

1. Thess. 2.

Hebr. 10.

Coloss. 3.

Galat. 3.

2. Corin. 7.

5 Lib. 8. in c. 24. Esaiæ. tom. 4.

HIERONYMVS explicans illa verba: Quomodo si paucę oliuæ, quæ remanserint, excutiantur ex olea, & racemi, cum fuerit finita vindemia, sic habet: In his verbis significatur paucitas sanctorum, quę in fine mundi erit, & paucitas eorum, baccis oliuarum rarissimis comparatur, quæ cum excussę fuerint, atq; demessæ, vix paucæ remanent in ramorum cacumine, & quomodo cum fuerit finita vindemia solent pauperes egestate cogente, vacuas circuire vites, & pauca vuarum grana colligere.

1 Hom. 3 in actu Apostolorum, tom. 3.

2 Hom. 36. in primã epistolã Pauli ad Cor. tom. 4.

6 Li. 2. in c. 7. Micheæ. tom. 5.

IDEM explicans illa verba: Vę mihi quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemię, non est botrus ad comedendum. Perijt Sanctus de terra, & rectus in hominibus non est, sic habet: Vbique infidiæ, vbique fraudulentia, innoxius sanguis effunditur, prę auaritia, & libidine germanitas ignoratur. Qui enim optimus inter eos est: quasi paliurus pungens, vulnerans appropinquãtem sibi, & qui rectus fuerit inuentus, quasi spina de sepe, vt ibi inueniatur dolor, vbi putabatur auxilium. [Infra.] Vbi nos legimus, Vę mihi, quia factus sum sicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ, Septuaginta transtulerũt, Væ mihi, quia factus sum sicut qui congregat stipulã in messe. Quem locum sunt, qui ad consummationẽ referant sæculi, quam & significanter messem interpretantur, & dicunt illo tempore hanc Prophetiam posse compleri, quando multiplicata iniquitate refrixerit charitas multorum, & veniens Filius hominis ram fidem inuenerit super terram, tunc enim quasi post messem stipulam, & quasi post vindemiam racemos, vix in his reperiri, qui fidem in omnium vastitate seruauerint, vocemque hanc ex persona Christi Domini putant de sequentibus approbari. Væ mihi. Perijt reuerens (vertunt septuaginta) de terra. Hoc ad magnitudinem scandalorum cunctis corruẽtibus debet referri. Omnes in sanguine iudicantur. Non in leuibus paruisque peccatis, sed in maximis, & ad sanguinem pertinentibus. In malum manus suas præparant (70. interpretes) vt etiam qui malum facere non poterit, tamen dum manus præparat, voluntate delinquat.

Mich. 7.

7 In c 2. Sophoniæ.

IDEM explicans illa verba: Et ponet speciosam in solitudinem, & in inuium, & quasi desertum. Et accubabunt in medio eius greges, omnes bestiæ gentium, & onocrotalus, & herinius in liminibus eius morabuntur, vox cantantis in fenestra, coruus in superliminari, quoniam attenuabo robur eius, inquit. De Ecclesia videtur prima fronte esse blasphemum, quod ea futura sit inuia & deserta, & bestię habitent in ea, & postea ei cum insultatione dicatur, Hæc est ciuitas magnis dedita, quæ habitabat in spe, quę dicebat in corde suo, Ego sum, & non est præter me amplius, quomodo facta est in solitudinem pascua bestiarum? Sed qui considerauerit illud Apostolicum, in quo dicitur, In nouissimis temporibus instabũt tempora pessima (vel vt nos legimus periculosa) & erunt homines sui amatores, auari, arrogantes, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, ingrati scelesti, sine affectione, sine pace, accusatores, intemperantes, crudeles, odio habentes bonum, proditores, temerarij, inflati, voluptatum amatores magis quam Dei, habentes formã pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Necnon & hoc, quod in Euangelio scriptum est, quòd multiplicata iniquitate refrigescet charitas multorum, in tantum, vt in illo tempore impleatur, Putas cum venerit Filius hominis, inueniet fidem in terra? non mirabitur de extrema Ecclesiæ vastitate, quòd regnante Antichristo redigenda sit in solitudinem, & tradenda bestijs, & passura quæcumque nunc Prophera describit. Si enim Deus propter infidelitatem naturalibus ramis non pepercit, sed fregit eos, & posuit flumina in desertum, & fontes aquarum in sitim, terram frugiferam in salsuginem a malitia habitantium in ea, cur nõ econtrario eos de quibus dixerat, Posuit desertum instagna aquarum, & terram sine aqua in fontes aquarum, & collocauit ibi esurientes, & quos inserit de oleastro in radicem bonæ oliuę, si immemores beneficij recesserunt a conditore suo, & adorauerunt Assyrium, euertat, & ad eãdem sitim reducat, in qua prius fuerant.

2. Tim. 3.

Matth. 24

Luc. 16.

Toma. 15.

Psl. 106.

8 Li. 3. in c. 14. Zach.

IDEM exponens illa verba: Et erit in die illa, nõ erit lux, sed frigus, & gelu, ait: Manifeste hæc verba de secundo Saluatoris prædicantur aduentu, quando nõ erit lux, sed gelu, refrigerata omnium charitate, & præ multitudine malorum, quæ superuentura sunt, frigescentibus cunctis, & calorem pristinæ fidei perdentibus.

9 Hom 1. in Apocalyp. tom. 9.

AVGVSTINVS exponens illa verba: Et pedes eius similes aurichalco tamquam in camino ardenti, In pedibus ignitis, Ecclesia intelligit, quę imminente die

die iudicij, nimietate preſſurarum probanda, & igne examinanda eſt. Et quia pes nouiſſima pars eſt corporis, & pedes ignitos dixit eſſe, ideo in pedibus Eccleſiam nouiſſimi temporis eſſe dixit, multis tribulationibus velut aurum in fornacem probandam. Quã rem qui bene conſiderat, iam nunc ex multitudine iniquitatum fieri videt. Ideo aurichalco ſimilauit, quod ex ære, & igne multo, & medicamine, perducitur ad auri colorem, ſic Eccleſia per tribulationes & oppreſſiones purior redditur.

Lib. de reſtitudine catholicæ conuerſationis.

IDEM inquit: Vigilate ſollicite, quia quanto proximiorem finem mundi diabolus proſpicit, tanto crudelius contra Chriſtianos ſeuit, vt qui cito ſe damnandum cognoſcit, plures ſibi in pœna multiplicet, cum quibus vtique ſine fine crucietur.

10 *Serm. 4. in Cant.*

BERNARDVS explicans illa verba: Dum eſſet Rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odoré ſuũ, inquit: Primitiuæ Eccleſiæ potes hunc congruentiſſime aptare ſermonem, ſi recordaris dies illos, quibus aſſumpto Domino, vbi erat prius, & ſedente in dextera Patris illo ſuo nobili & antiquo accubitu, diſcipuli erant congregati in vnum, perſeuerantes in oratione cũ mulieribus & Maria matre Ieſu & fratribus eius. Nonne tibi videtur reuera tunc temporis, nardũ paruulæ & trepidantis ſponſæ dare odorem ſuum? An cum factus eſſet repente de cœlo ſonus tamquam aduenientis ſpiritus uehementis, & repleuit totam domum, vbi erant ſedentes, an non merito paupercula tunc dicere potuit, Cum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum?

11 *In epiſtola 137. ad dominum Papam Eugenium.*

IDEM ſic habet: Quis mihi det antequam moriar videre Eccleſiam Dei, ſicut in diebus antiquis, qñ Apoſtoli laxabant retia in capturam, non in captura argenti vel auri, ſed in capturam animarum? Quam cupio illius te hereditare vocem, cuius adeptus es ſedem, pecunia tua tecum ſit in perditionem. O vox tonitrui, ò vox magnificentiæ & virtutis, ad cuius terrorem confundantur, & cõuertantur retrorſum omnes qui oderunt Sion. Hoc vehementer expectat, & omnino expetit a te mater tua, hoc filij matris tuæ puſilli cum maioribus deſiderant, vt omnis plantatio, quam non plantauit Pater cęleſtis, tuis manibus eradicetur. Ad hoc enim conſtitutus es ſuper gentes & regna, vt euellas, & deſtruas, & ædifices, & plantes. Iam ſecuris ad radicem arborum poſita eſt. Tempus putationis aduenit, in quo ſacramenta ſteriliia recidentur, vt ea quæ præualent, vberius fructum afferant. Confortare igitur & esto robuſtus, manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum.

12 *In ſer. ad paſtores in ſynodo. Eſa. 38.*

IDEM inquit: Merito clamat ſancta Eccleſia hodie; ecce in pace amaritudo mea amariſſima. Multa eſt hodie & longe grauior, quam credi poſſit, perſecutio ſanctę Eccleſiæ, & talis incumbit, qualis a principio non fuit. Multis modis perſecutus eſt eam diabolus, ſed numquam grauius quàm hodie, quia numquam fuit maior per fidio Chriſtianorũ, nec liberior, aut ſecurior tranſgreſſio diuinorum præceptorum. Eccleſiam incipientem perſecutus eſt per tyrannos, proficientem perſecutus eſt per hæreticos, iam lætam & florentem proſequitur per motus illicitos. Fuit ergo amaritudo Eccleſię, amara quidem in perſecutione tyrannorum, ſed amarior in verſutia hæreticorum, ſed amariſſima hodie per prauitatem deſideriorum. Pacé habet Eccleſia apud extraneos ſed filij nequam filij ſcelerati læuiunt in ea, qui propriam matrem euiſcerant, vt ſe pariant in honorem. Pacem vbique habet exteriorem, ſed interiorem in paucis habet, quia vbique, aut quaſi vbique iudicio rationis non conſentit uoluntas, ſed captiuam eam ducit in lege peccati. Eui gilate iuſti, abijcite diabolum, & ſedem Dei expurgate, quia iuſtitia & iudicium correctio ſedis eius.

13 *Lib. de bono mortis. c. 9. to. 1.*

AMBROSIVS in fine capitis ait: Comparatur vtero mulieris partus huius ſæculi, quoniam fortiores ſunt, qui in virtute iuuentutis nati ſunt, infirmiores qui tempore ſenectutis, defecit enim multitudine generationis hoc ſæculum, tanquam vulua generãtis, & tamquam ſeneſcens creatura, robur iuuentutis ſuæ vel marcenti iam virium ſuarum vigore deponit, &c.

Eccleſia firma eſt, quam Dominus fundauit, & ditauit, quæ etiam traditionibus gubernatur. Cap. VI.

BASILIVS vt probet traditiones Eccleſiæ, ſic habet: Dogmata, quæ in Eccleſia prædicantur, quædam habemus è doctrina ſcripto prodita, quædã rurſus ex Apoſtolorum traditione in myſterio, ideſt in occulto tradita recepimus. Quorum vtraque parem vim habent ad pietatem, nec his quiſquam contradicit, quiſquis ſane, vel tenuiter expertus eſt, quæ ſint iura Eccleſiaſtica. Quod genus eſt, vt eius quod primum eſt, & vulgatiſſimum primo loco commemoremus, vt ſigno crucis eos, qui ſpem collocarunt in Chriſtum ſignamus, quis ſcripto docuit? Vt ad orientem verſi precemur, quæ nos docuit ſcriptura? Inuocationis verba cum oſtenditur panis Euchariſtiæ, & poculum benedictionis, quis ſanctorum in ſcripto nobis reliquit? Neque enim his contenti ſumus, quæ commemorat Apoſtolus, aut Euangelium, verum alia quoque, & ante, & poſt dicimus, tamquam multum habẽtia momenti ad myſterium, quæ ex traditione citra ſcriptum accepimus. Conſecramus autem aquam baptiſmatis, præterea ipſum qui baptiſmum accipit, ex quibus ſcriptis? Nonne ex tacita ſecretaq; traditione? Reliqua item quæ fiunt in baptiſmo, veluti renuntiare Satanę & Angelis, ex qua ſcriptura habemus? Nonne ex doctrina, quam patres noſtri in ſilentio, quod curioſos, & ociolos ſubmouer, ſeruarunt? Pulchre quidem illi mirum docti, arcanorum venerationem, ſilentio conſeruari. Nam quæ nunc intueri fas eſt non initiatis, quomodo conueniebat horum doctrinã publicitus circumferri ſcripto? Aut qui tandem ſibi voluit magnus ille Moyſes, qui non omnia, quæ erant in templo, paſſus ſit omnibus eſſe peruia, ſed profanos extra ſacros cancellos ſtatuit, ſed priora atria purioribus permittens, Leuitas ſolos dignos cenſuit numinis miniſterio, mactationes autem & holocauſtomatum oblationes, reliquumq; miniſterium ſacerdotibus aſſignauit, atque vnum ex omnibus ſelectum in adyta recepit, at ne id quidem ſemper, ſed vno tantum die quotannis, rurſus, & huius diei certam horam qua fas eſſet ingredi, præſtituit, quo propter nouitatem, & inſuetudinem, cum ſtupore intuerentur ſancta ſanctorum, probe ſciens pro ſua ſapientia, res vſu tritas, expoſitas eſſe contemptui, cæterum ei, quod ſepoſitum eſt, quodque rarum eſt, huic natura coniunctam eſſe ſummam admirationem, ac ſtudium. Ad eundem profecto modum, & qui in primordijs Eccleſiæ, certos ritus præſcripſerunt Apoſtoli, & patres, in occulto ſilentio voluerunt ſuam ſeruare dignitatem. Neque enim omnino myſterium eſt, quod ad populares ac vulgares aures effertur. Hæc eſt ratio cur quædam citra ſcriptum tradita ſunt, ne dogmatum cognitio propter aſſuetudinem, vulgo veniret in contemptum. Eſt autem ſilentij ſpecies, etiam obſcuritas. Hanc ob cauſam omnes proſpicimus ad orientem, cum precamur, pauci tamen nouimus, quod id facientes antiquã requirimus patriam videlicet paradiſum, quem plantauit Dñs in Eden ad orientem. At in Dominica die erecti perficimus deprecationes, ſed rationem non oẽs nouimus. Non ſolum enim quod ve'ut ſimul cum Chriſto reſuſcitati, quæ ſurſum ſunt quærere debemus, ſed quod is dies videatur aliquo modo imago venturi ſæculi. Neceſſarium igitur in hoc die Eccleſia ſuos alumnos docet ſtantes abſoluere preces ſuas, vt aſſidua commonitione vitæ illius numquam deſituræ, non negligamus ad eam demigrationem, parare viaticum. Quin

1 *Lib. de Spiritu ſãcto ad ſanctũ Amphilochium Epiſcopum Iconij cap. 27. tom. 1.*

2

3

&

& totum tempus vsque ad Pētecosten admonitio est resurrectionis, quam in illo sęculo expectamus. Insuper, & quoties genua flectimus, & rursus erigimur, ipso facto ostendimus, quòd ob peccatum in terram elapsi sumus, & per humanitatem eius, qui creauit nos, in cœlum reuocati sumus. Deficiet mihi dies, si Ecclesię mysteria citra scriptum tradita, pergam recensere.

4 HIERONYMVS explicans illa verba: Sapien
Li. 1. in c. 9. Prouer. tom. 7. tia ædificauit sibi domum, inquit: Sapientiæ domus, Ecclesia Christi est, ex lapidibus viuis hoc est sanctis in tabernaculum sibi constructa. Columnæ autem, doctores sāctę Ecclesię septiformi spiritu pleni, quas nimirum columnas, sapientia excidit, quia ab amore præsentis sæculi seiunctas, ad portandam eiusdem Ecclesiæ fabricam, mentes prędicantium erexit. Immolauit victimas suas. Suis passionibus, Ecclesiam consecrauit. Miscuit vinum, & proposuit mensam. Diuinitatis suæ arcana capere non valentibus, assumptę humanitatis sacramenta patefecit & scripturæ sacræ pabulum nobis aperiendo præparauit. Venite comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis. In pane corpus Domini, in vino mixto sanguinis sacrosancti mysterium, quo in altari mensa videlicet eius satiamur, ostenditur.

5 IDEM exponens illa verba: Diligit Dominus
In Psalm. 86. to. 7. Apoc. 21. Esa. 62. portas Sion, super omnia tabernacula Iacob, ait: Hæc de Ecclesia, super omnes ciuitates Iudę, istam tantum diligit ciuitatem. Ista est ciuitas de qua in Apocalypsi legimus, quòd ædificatur ciuitas Hierusalem, & duodecim portæ ipsius, dicuntur esse de duodecim lapidibus pretiosis constructæ, & ipsa ciuitas de cœlo descēdit, & dicuntur muri eius aurei, & dicūtur plateę eius stratæ esse smaragdo, & dicuntur singulæ portę ex singulis lapidibus pretiosis. Hæ sunt totæ Domini diuitiæ, & hoc diligit Dominus, quod & homines. Prohibet Dominus auaritiam, & ipse de auaritia construit ciuitatem. Mihi videntur portæ Sion esse virtutes: Sicut enim portæ mortis sunt peccata, ita portæ Sion videntur mihi esse virtutes. Super omnia tabernacula Iacob. Videte quomodo Iacob hoc est vetus populus non habet domum ad fundamentis positam, sed tabernacula, quæ cito pertranseunt. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. In omnibus Prophetis dictum est de hac ciuitate, quę est Ecclesia. Esaias dicit, Exurge exurge Hierusalem, induere fortitudinem brachij tui.
Cap. 45. Psal. 45. Psal 71. iterum ipse Esaias, Ego ciuitas firma, ciuitas quæ non oppugnatur. Dicit, & Dauid, Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Et in alio loco, Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Et Saluator gloriosa locutus est de hac ciuitate, Non potest ciuitas abscondi supra montem posita.

6 IDEM explicans illa verba: Qui dedit semetipsū
Li. 1. in c. 2. ad Titū to. 6. pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum egregium, sectatorem, vel Emulatorem bonorum operum, inquit: Christus Iesus, magnus Deus noster atque Saluator redemit nos sanguine suo, vt sibi Christianum populum peculiarem faceret, qui peculiaris tunc esse posset, si bonorū operum sectator & æmulator, existeret.

7 AVGVSTINVS ait: Quando Dauid, Saule repro-
Lib. 17. de Ciuit. Dei, ca. 4. to. 5. bato, ita regnum primus obtinuit, vt eius deinde posteri in terrena Hierusalem diuturna successione regnarent, dedit figuram rei gestæ, significans, quod nō est silentio prætereundum, rerum mutationem, vbi sacerdotium regnumq; mutatum est, per sacerdotē, eundemque Regem nouum, ac sempiternū, qui est Christus Iesus. Nam, & Heli sacerdote reprobato, substitutus est in Dei ministerium Samuel, simul officio functus sacerdotis, & iudicis, & Saule abiecto, Rex Dauid fundatus in regno, hoc quod dico figurauerūt. Mater quoque ipsa Samuelis Anna, quæ prius fuit sterilis, & posteriore fœcunditate lętata est, prophetare aliud non videtur. [Infra.] Dicat ergo Ecclesia Christi, ciuitas regis magni, gratia plena, prole fœcunda, dicat quod tanto ante de se prophetatum per os huius piæ matris Annæ agnoscit, Confirmatum est cor meū in Domino, & exaltatum est cornu meū in Deo meo, lætata sum in salutari tuo, dicat hoc Ecclesia, Quia nō est sanctus sicut Dominus, & nō est iustus sicut Deus noster, tanquam sanctus sanctificans, iustus & iustificans, non est sanctus præter te, quia nemo fit nisi abs te.

IDEM inquit: Vt in exordio generis humani, de 8
Lib. 21. de Ciuit. Dei. latere viri dormientis costa detracta femina fieret, Christum & Ecclesiam tali facto iam tunc prophetari oportebat. Sopor quippe ille viri mors erat Christi, cuius exanimis in cruce pendentis latus lancea perforatum est, atque inde sanguis & aqua profluxit, quæ sacramenta esse nouimus, quibus ædificatur Ecclesia. Nam hoc etiam verbo scriptura vsa est, vbi non legitur, Formauit aut finxit, sed ædificauit eam in mulierem.

AMBROSIVS: Producant aquæ reptilia, &c. 9
Lib. 5. Hexameron c. 2. tom. 1. ait: Plura in mari quam in terra animantia sunt, & ea quę timemus in terris, amamus in aquis, & noxia in terris in aquis innoxia sunt, atque ipsi angues sine veneno. Leo terribilis in terris, dulcis in fluctibus. Quid loquar coruorum? quid etiam luporū teneritudines? nescit hos lupos agnus timere. Hoc ipsum quid miraris, si in Ecclesia aquæ operantur, vt prædonū abluta nequitia, cum innocentibus comparentur, & propheticum illud Ecclesiæ conueniat, Lupi & agni simul pascentur, leo & bos simul paleas manducabunt, &c. *Esaiæ 65.*

IDEM benedictionem Zabulon exponit de Ec- 10
Lib. de benedictioni bus Patri arcbarum. c. 5. to. cod. Gen. 49. clesia, quę habitat iuxta mare immunis periculi, vt spectet alios fluctuantes in freto istius mundi, qui circumferuntur omni vento doctrinæ, ipsa fidei radice immobilis perseuerat. Circa fluctus itaque habitat Ecclesia, vt si qui tempestatibus acti confugere ad portum velint, pręsto sit Ecclesia tamquam portus salutis, quę expansis brachijs in gremium tranquillitatis suæ vocet periclitantes, locum fidæ stationis ostendens, dicens, Ecce credentibus refugium præparatum, quo vētis quassata nauigia possunt se subducere. In his Ecclesijs sunt principes Zabulon, & principes Nephtalim, *Esa. 9.* vt dicitur Psal. 67. Isti sunt qui cum essent in tenebris, lucem viderunt magnam, sicut Propheta Esaias testatur dicēs, Terra Zabulon & Terra Nephtalim via maris trans Iordanem populus qui sedebat in tenebris vidit lucem magnam, qui sedebant in regione vmbræ mortis, lux orta est eis, hæc prætendit terminos vsque ad Sidonem, hoc est vsque ad gentes peruenit, vt Domini misericordia peccata abluat nationum. Sidon. n. primitiuus est Filius Cham. Patris ergo liberatio nocturna tamquam in excubijs posita propugnaculi spiritualis ne quis scopulosa vitæ huius itinera possit incidere, prætendit vīq; ad grauissimorum criminū peccatores, & vbi maior reatus erat, ibi nunc vberior sit gratia, &c.

Ecclesiam ex gentibus Deus elegit synagoga reiecta, ipsius culpa. Cap. VII.

ORIGENES inquit: Cum uideamus quòd in 1
Hom. 8. in lib. Iudic. tom. 1. primo signo, quod Gedeon postulauit, ros cecidit super vellus lanę, in omni autem terra facta est siccitas, & in secundo super omnem terram cecidit ros, siccitas autem fuit in vellere, in quo & fiduciam accipit Gedeon, quia Dominus in manu eius saluū faciat Israel, videnda est huius mysterij ratio, de qua memini etiam quendam ex prędecessoribus meis in libellis suis vellus lanæ populum dixisse Israel, reliquam autem terram reliquas gentes posuisse, & ros qui cecidit super vellus, verbum Dei esse, quod illi soli populo cę

litus

litus fuisset indultum. Supra solum namque Israel ros diuinæ legis aduenerat: siccitatem autem habebat omnes gentes, quia nullus eis humor diuini infundebatur eloquij. Secundi vero ratio signi in contrariũ permutatur, in quo ait, vt supra omnem terram ros descendat, supra vellus autem maneat siccitas.

Vide omnem hunc populum, qui per omnem terram ex gentibus congregatus est, habentem nunc in se rorem diuinum. Vide eum Moysi rore infundi, Prophetarum litteris irrorari. Vide eum etiã in Euangelico & Apostolico humore viridantem. Illud autẽ vellus, idest Iudaicum populum, siccitatem & aridita tem verbi Dei patientem, secundum quod scriptũ est, Quia erunt filij Israel multo tempore, sine Rege, sine Principe, sine Prophetа, non erit altare, neq; hostia, neq; sacrificium. Intueris quanta apud illos siccitas permanet, quãta eis ariditas diuini sermonis euenit? Psal. 71. Descendit Dominus sicut pluuia in vellus, & sicut stillicidia stillantia super terrum. Descendit ergo in illud vellus populi circumcisionis, & sicut stillicidia stillãtia super terram, hoc est super reliquam terram descendit Dominus noster Iesus Christus, stillans etiam super nos, & guttas nobis quoq; afferens roris cælestis, vt & nos bibamus, qui eramus super omnem terram iugi ariditate siccati. Hunc igitur mysterij ordinẽ, Gedeon sanctus prophetico spiritu contuens, non solum primum signum poposcit a Deo, sed & secundum, cõuerso ordine repetit. Sciebat enim rorem diuinũ, qui est aduentus Filij Dei, non solum Iudæis, sed & postmodum etiam gentibus esse venturum, quoniã quidẽ ex incredulitate Israel, salus sit gentibus. Et hoc est, q̃ pro ariditate velleris, vniuersa terra, gratia diuini roris infunditur.

3 IDEM explicans illa verba: Nigra sum, sed formosa, inquit: Hæc sponsa quæ loquitur, Ecclesiæ personã tenet ex gentibus congregatæ. Filiæ autem Hierusalẽ, ad quas ei sermo est, illæ sunt animæ, quæ propter ele ctionem patrum charissimæ quidem dicuntur, inimicæ autem propter Euangelium. Istę sunt filiæ Hierusalem ciuitatis terrenæ, quæ videntes Ecclesiam ex gentibus, quamuis pro eo ignobilem, quòd generositatẽ sibi Abraham, Isaac, & Iacob nõ possit ascribere, obliuiscentem tamen populum suum, & domũ patris sui, atque ad Christum venientem, spernunt eam, & pro ignobilitate generis offuscant. Quod sponsa sentiens filias prioris populi imputari sibi, & pro hoc etiã nigram se appellari, respondens ad hæc dixit, Nigra sum quidem o filiæ Hierusalem, pro eo quòd non descẽdo de stirpe clarorum virorum, neq; claritatẽ legis Moysi accepi; habeo tamen pulchritudinem meam mecũ. Miror vos ò filiæ Hierusalem, coloris velle exprobrare nigredinem. Quomodo non meministis quòd in lege vestra scriptum est, quod passa sit Maria, quæ derogauit Moysi, cum Aethiopissam nigram accepisset vxorem? Quomodo ignoratis illius imaginis adumbrationem, in me nunc veritate compleri? Ego sum 4 illa Aethiopissa. Ego sum, nigra quidem ignobilitate generis; formosa vero propter pœnitentiam, & fidem. Suscepi enim in me Filium Dei recepi, Verbum carnem factum. Accessi ad eum qui est imago Dei, qui est splendor & gloria, & fulgor substantię eius, & facta sum formosa. [Infra:] Iterum in tertio regnorũ 3. Reg. 10. libro scriptum est de Regina Sabba, quę venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis. Hæc autem conuenit personæ Ecclesiæ, quæ ex gentibus venit ad Christum. [Infra:] Venit ergo hęc, immo & secũdum figuram eius, Ecclesia venit ex gentibus audire sapientiam Salomonis veri, & veri pacifici Domini nostri Iesu Christi. Venit ergo in Hierusalem, ad visionem scilicet pacis cum multitudine & virtute multa; non enim cum vna sola gente, vt prius synagoga solos habuit Hebræos, sed cum totius mundi gentibus venit, deferens etiam munera digna Christo, odoramentorum siquidẽ suauitates, opera sunt bona, quæ ad Deũ per odorem suauitatis ascendunt. Cum ergo apparatu intrat ad pacificum Regem Christum, & ipsi aperuit cor suum in confessione & pœnitentia, i. præcedẽtium delictorum, & locuta est ei omnia quę erant in corde suo; propter quod & Christus, qui est pax nostra, enunciauit ei omnia verba eius, & non est verbũ quod omiserit Rex, & non enunciauerit ei, idest Ecclesię ex gentibus congregatæ. [Infra:] Sed in Psalmo Psal. 67. etiam dicitur: Aethiopia præueniet manus eius Deo, si enim intuearis, quomodo ex delicto Israel, fit salus gentibus, & quòd illorum lapsus, introeundi viã nationibus dedit; aduertes quomodo præuenit, & præ- 5 cedit Aethiopia manus, hoc est gentium populos, illos ad Deum quibus primis data sunt eloquia Dei, & in hoc cõpleri, Aethiopia præueniet manus eius Deo, & sit nigra ista formosa, etiamsi nolint, etiamsi inuideant, & obtrectẽt filiæ Hierusalem. Est & locus apud Sophoniam de hac eadem figura, De vltra flumina Psal. 28. scipiant eos Aethiopię, qui dispersi sunt, & afferẽt sacrificium mihi. Vltra flumina Aethiopiæ esse dicitur ille, qui nimijs & superabundantibus peccatis infuscatus est, & atro malitiæ fuco infectus, niger & tenebrosus est redditus; & tamen ne hos quidem repellit Dominus, sed omnes qui sacrificia contribulati spiritus, & humiliati cordis offerunt Deo, confessionis ac pœnitentiæ titulo, ad eum conuersi, non repelluntur ab eo. [Infra:] Vbi Abdemelech Aethiops vir Eunuchus cum audisset, quia Hieremias in lacũ missus est a principibus populi, educit eum inde. Et puto inconueniens non videri si dicamus, quem principes Israel condemnauerunt, & in lacum mortis miserunt, istę alienigenæ & obscuræ gentis homo, & degeneris, i. populus gentium educit eum de lacu mortis, resurrectionem ostendens eius a mortuis credens. Et ideo Dominus relinquens populũ Israel pro peccatis, ad Aethiopem verba dirigit, & ad ipsum mittit Prophetа, & ipse dicit, Ecce ego adduco verba mea super ciuitatem istam, in malo, & non in bono, & saluabo te in die illa, & non te dabo in manus hominum, sed saluãs saluabo te.

CHRYSOSTOMVS exponens illa verba Gen. 9. 6 In quibus Noe benedixit duos filios suos Sem, & Iaphet, ait: Opinor quod benedicendo hos duos, duorũ populorum vocationem significare voluerit; & per Sem quidem Iudæos, ex illo enim & Abraham, & Iudæorum genus multiplicatum est, per Iaphet autem gentium vocationem. Dilatare inquit Deus Iaphet, & habitet in tabernaculis Sem. Hoc in gentibus adimpletum videmus. Dicendo enim dilatare, omnes gentes significauit, sed dicendo habitet in tabernaculis Sem, quia gentes frui cœperunt ijs quę Iudæis parata erant, & erit Chanaam seruus eius. Vidistis quales & ij gratitudinis acceperunt mercedes, & quanta ille, propter temeritatem & impudentiam, ignominia punitus est?

HIERONYMVS explicans illa verba: Onus Duma ad me clamat ex Seir, custos quid de nocte, custos quid de nocte, sic inquit: Legimus in parabola Euangelij missos seruos, qui vocarent bonos & malos, ac patrisfamilias de quibuslibet implerent conuiuium, quia priores Iudæi venire noluerunt. Potest & Ecclesia narrare q̃ Dominus de Seir, hoc est de terrenis locis ad se vociferetur, seq; prouocet ad salutem, & dicat ad ipsum Dominum. O custos quid de nocte consurgens versaris in tenebris, quid absq; peccato in carne es peccaturice, qua causa voluisti humanum corpus assumere? Respondit custos, hoc est Samaritanus qui in Euangelio vulneratum suis humeris ad stabulũ reportauit, venit mane & nox. Et est sensus, gentiũ multitudini est ortus Sol iustitię, & Iudæis venerunt tenebræ, iuxta quod dicitur a Domino, ego in iudicium veni in hunc mundum, vt qui non vident videant, & videntes

Ioan. 9.

Lib. 10. in c. 35. Esai.

Luc. 13.

Psal. 28.

Esa. 54

Gal. 4.

2. Cor. 2. Cant. 7.

Esa. 32.

Ho. 29. in Gen. 10. 1.

Lib. 1. in c. 21. Esaiæ 10. 4. Matt. 22.

Psal. 27.

Psal. 22.

Luc. 9.

Lib. 11. in c. 20. Esai.

Ioan.9. videntes cæci fiant. Et ipse custos qui dixerat, veni mane & nox loquitur ad gentium multitudinem, Si me quæritis, studiosius quærite. Conuertimini ad me filij conuertentes, & ego sanabo contritiones vestras, & venite ad me.

8 IDEM explicans illa verba: Lætabitur deserta, & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi liliũ, &c. sic habet: Quoniam Hierusalem conuersa est in picẽ, & ascendit fumus illius sempiternus, & habitãt in ea

Luc. 13. Onocrotalus, & Hericius, ibis, & coruus, dracones, & struthiones, dæmonia, & onocentauri, lamia, & pilosi, & Domini super eam impleta est sententia, relinquetur vobis domus vestra deserta; propterea quod prius

Psal.28. deserta fuerat, de qua in Psalmo dicitur: Vox Domini concutiens desertum, & commouebit Dominus desertum Cades, vox Domini pręparantis ceruos, & reuelabit condensa siluarum; mutabitur in rerum omnium abundantiam, & pugnantibus ceruis, de vniuersis saltibus nationum, bestiæ, quæ eas prius possederant, expellentur, vt impleatur illud quod in hoc eodem Propheta dicitur: Lætare sterilis, quæ non paris,

Esa. 54 erumpe & clama, quæ non parturis, quoniam plures

Gal.4. filij desertæ, magis quam eius quę habet virum. Hæc erat prius sitiens, siue in via, nõ habens vitales aquas, & Dominus non gradiebatur per eam, quæ florebit

2. Cor.2. vt lilium, vt eum Apostolo dicat, Bonus odor Christi

Cant.7. sumus in omni loco. Et illud Canticorum, Flores visi sunt in terra nostra, mandragoræ dederũt odorẽ suũ.

9 [Infra:] Gloria Libani data est ei decor Carmeli, & Saron. Hoc iuxta priorem explanationem debemus accipere, in qua diximus per Libanum, templum siue Hierusalem intelligi, & Carmelum, priorem significare populum, de quo supra dictum est, Et erit desertũ

Esa. 32. in Carmel, & Carmel in saltum reputabitur. Et Sarõ, eandem habet intelligentiam dicente Scriptura: Factus est Saron sicut desertum. Omnis igitur candor cultus Dei, & circumcisionis scientia, & loca vberrima, atque campestria, quæ appellantur Saron, dabuntur desertæ quondam Ecclesiæ, & habitatores illius uidebunt gloriam Domini, & decorem, siue altitudinẽ Dei nostri. Confortare manus dissolutas, & genua debilia roborate. Apostolis præcipitur, vt confortẽt manus in gentibus dissolutas, & genua debilia roborent, vt qui prius manibus dissolutis, opus facere non poterant, & aridam habebant dexteram, extendant eã ad bona opera. Et qui dudum inter Idola diuersis erroribus claudicabant, firmo super veritatem incedant gradu, & pusillanimes, siue formidolosos, fide Domini confirmantes, faciant non timere, vniusq; Dei metus, vniuersi erroris expellat timores. Tunc aperiẽtur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt, tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum.

10 Hoc quotidie expletur in gentibus, quando qui prius cæci erant, veritatis lumen aspiciunt. Et qui scriptura rum verba, surdis auribus audire non poterant, nunc ad Dei præcepta lætantur, quando qui prius claudi erant; & rectam viam non tenebant, saliunt sicut cerui, imitantes doctores suos. Et aperta erit lingua mutorum, qui scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine. Eruperunt, in deserto quondã Ecclesię, aquæ baptismi, & torrentes in solitudine, diuersæ scilicet gratiæ spirituales, & quæ erat arida, in stagnum paludesq; versa est, vt non solum careret ardore sitis, sed nauigabilis esset & irrigua, & haberet fontes plurimos, quos ceruus desiderat; quos qui biberit potest

Psal.27. benedicere Domino de fontibus Israel. In cubilibus animalium gentilium, in quibus prius dracones habitabant, erunt calamus & iuncus, in quibus fessa prius

Psal.22. membra requiescant, vt dicere possint, Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco pascuæ ibi me collocauit, super aquas refectionis educauit me.

11 IDEM exponens illa verba: Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri, inquit: Animaduertendum est, q̃ rectæ viæ Domini & semitæ Dei nostri, impletio vallium, & montium, colliumq; humiliatio, & praui rum correctio, & asperorum, rupiumq; campestria, & gloria Domini, & salutare Dei nostri non prædicetur in Hierusalem, sed & in solitudine Ecclesiæ, & in deserta gentium multitudine, de qua supra legimus, Lætabitur deserta sitiens, exultet solitudo, & floreat quasi lilium. Hæc enim, deserta erat notitia Dei, & ab idolis tenebatur humilis in confessione, erecta in superbia, aspera & intractabilis, in feritate: sed postquã apparuit gloria Domini, & vidit omnis caro salutare Dei, cuncta repente mutata sunt, & via Domini prærata, ita vt apparet in solitudine gloria Dei. Et omnis caro vidit salutare Dei. Quæ propterea appellaba tur caro, quia prius sanctum Spiritum non habebat. De qua dicit Dominus, Nõ permanebit spiritus meus Gen.6. in homine, quia caro est. Illa autem caro videbit salutare Dei, de qua per Ioel dicitur: Effundam de spiritu Ioel 2. meo super omnem carnem. Quod non tãtum illo tem Matt. 3. pore clamabat Ioannes, qui vox appellabatur Domini, sed vsque hodie in deserto gentilium ecclesiarum, clamant magistri, vt rectas faciamus vias & semitas, in cordibus nostris Deo.

12 IDEM explicans illa verba: Leuet desertum, & ciuitates eius, in domibus habitabit Cedar, laudate habitatores, Petræ, de vertice montium clamabunt, ait: Lib. 12. in c. 42. Esai. Cedar quę quondam inhabitabilis fuit regio trãs Arabiam Saracenorum. Et habitatores Petræ, quæ & ipsa vrbs Palæstinæ est. Hoc autem significat quòd gentiũ populus desertus prius notitia Dei, & idololatriæ erroribus obligatus, ad laudes Domini conuertatur. [Infra:] De gentibus intelligit & Iudæis, desertos faciam montes, & colles, & ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam. Et educam cæcos in viam quã nesciunt & in semitis quas ignorant ambulare eos faciam. Ponam tenebras coram eis in lucem, & praua in recta. Flumina enim doctrinæ suę, in insulis gentium currere fecit, & stagna Iudæorum, redegit in ariditatem, vt in gentibus fit scientia Scripturarum, & in Iudæis aridi tas doctrinę; ducamque cæcos per viam quam ante nesciebant, de quibus supra dicitur: Dedit te in lucem gentium.

13 IDEM exponens illa verba: Lauda sterilis quæ nõ paris, decanta laudem, & hinni, quæ non parturiebas, Lib. 14. in c. 4 Esai. quoniam plures filij desertæ, magis quàm eius quę habebat virum, dicit Dominus, sic habet: Vas electionis Gal.4. assumens de Esaia testimonium, quod nunc habemus adeo promissionis retulit filios, & ad Ecclesiã de gentibus congregatam, quæ deserta in Iudæis fuerat ei relicta, quæ virum non habuerat Deum, nec legem acceperat, nec Prophetas, vnde compellimur desertam eã dicere, de qua supra legimus, Lætare deserta, & reli- Sup. 36. qua his similia. De qua & in Hieremia scriptum est Hier. 15. ex persona Dei, Vacua facta est quæ pariebat septem, defecit & anima eius, occidit ei Sol adhuc meridie. Et 1. Reg. 2. in Samuelis volumine, Sterilis peperit septem, & quę plures habebat filios, infirmata est. Et in Psalmis, Qui Psal. 112. habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem. Synagoga ergo quæ quamdiu virum habebat Deum, sermonemq; diuinum, & legi iuncta erat, generabat Deo plurimos filios, quoniam accepit libellum 14 repudij, & vocanti Deo noluit respondere, & audiuit Filia matris tuæ tu es, quæ dereliquisti virum tuum. Et iterum. Non vt Dominum me vocasti, neq; vt patrem, & principem virginitatis tuæ. Propterea in hoc Hier. 3. eodem Propheta plangitur, Quomodo facta est mere Thren. 1. trix, ciuitas fidelis, Sion plena iudicij, in qua iustitia dormiuit in ea, nunc autem latrones. Sed hoc notandum, quòd quando dicit, plures filij desertæ, magis quàm eius quæ habet virum, non penitus synagoga excludatur a partu, sed multitudo gentium ei præferatur, & ipsa n. in Apostolis, & per Apostolos primum,

populum

populum genuit de Iudæis. [Infra:] Dilata locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, longos fac funiculos tuos, & clauos tuos cõsolida. Ad dexteram.n. & ad læuam penetrabis, & semen tuum gentes hereditabit, & ciuitates desertas inhabitabit. Hoc de ecclesiarum magnitudine, quę pro vno Iudęę loco, & ipso angustissimo, in toto orbe terrarum suos terminos dilatabunt; ad dexteram q; & sinistram penetret Ecclesia gentium, & nequaquam Iudaici tabernaculi imitetur angustias, quod centum cubitorũ longitudinis, & quinquaginta latitudinis ambiebat, nec templi; breuitate claudatur, quod sexagin. ta cubitos habebat in longum, & viginti in latum, sed ad dexteram & ad sinistram, locum capere non cesset.

15 IDEM explicans illa verba: Et cum intrabit populus terræ in conspectu Dñi in solemnitatibus, qui ingreditur per portam Aquilonis, vt adoret, egrediatur per viam portæ meridianæ, &c. inquit: Populus cui istud præcipitur populus est Gentiliũ, vt qui derelinquens portam Aquilonis, a quo exardescunt mala super terram, ingressus fuerit templum, non egrediatur nisi per viam portæ meridianę, ad portam luminis, ad portam caloris, ad portã in qua sponsus cubat in meridie. Denique dicitur in Cantico Canticorum, Surge Aquilo & veni Auster. Qui vero ingreditur per viam portæ meridianæ, egrediatur per viam portæ Aquilonis. Populus Iudæorum est iste, qui derelinquens portam viæ luminis, vadit ad portam Aquilonis, de quo dicitur, Aquilo ventus durissimus. Nam & olla Hieremiæ, a facie Aquilonis accenditur.

Lib. 14. in c. 46. Ezec.

Cant. 4.

Hier. 1.

16 IDEM explicans illa verba: Et factum est verbum Domini ad Ionam dicens, Surge & vade in Niniuem ciuitatem magnã, & prædica in ea. Et surrexit Ionas, vt fugeret in Tharsis a facie Dñi, sic habet: In condemnationem Israelis, Ionas ad gentes mittitur, q̃ Niniue agente pœnitentiam, illi in malitia perseuerent. Surrexit Ionas vt fugeret. Scit Propheta, sancto sibi spiritu suggerente, quòd pœnitentia gentium, ruina sit Iudæorum, idcirco amator patriæ suæ, non tam saluti inuidet Niniue, quàm non vult perire populum suum. Timebat ne per occasionem prædicationis suæ, illis conuersis ad pœnitentiam, Israel penitus relinquere tur. Nouerat.n. eodem spiritu, quo illi gentium prœconium credebatur, quod quãdo nationes credidissent, tunc periret domus Israel, & quod aliquando futurũ erat, hoc ne in suo fieret tempore, verebatur.

Inc. 1. Ionæ 10. 5.

17 IDEM exponens illa verba in versione septuaginta interpretum, Ponam auersionem eorum sicut oues in tribulatione, ait: Reliquias de Israel, quas postquã omnes suscepero, susceptur us sum, nunc interim quia auersi sunt a me, ponam in tribulatione, & coangusta bo, & faciam sedere sine sacerdote, sine altari, & sine Propheta. [Infra:] Ascẽde per diuisionem. Locus iste manifestus fiet, si de Genesi sumpserimus exemplum vbi nascuntur gemini de Thamar, cum qua Iudas Patriarcha concubuit. Factum est, inquit, cum pareret, & haberet geminos in vtero, in ipso partu, vnus protulit manum, & tulit obstetrix, & ligauit in manu eius coccinum dicens, Hic egredietur prior, cum autẽ contraxisset manum, statim egressus est, frater eius, & illa ait, Quare diuisa est propter te maceria? Et uocauit nomen eius Phares, quod interpretatur diuisio. Et post hæc egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinũ, & vocauit nomen eius Zara, quod in lingua nostra interpretatur semen, vel oriens. Ostendit ergo senior populus, in quo erat ortus & semen, antequam de gentibus Ecclesia nasceretur, manum suam in operibus; & postea contraxit eam audiens per Esaiã, Manus enim vestræ sanguine plenæ sunt. Cumq; ille cõtraxisset manus, & a iustitiæ cessaret operibus, frater eius egressus est gentium populus, & propter ipsum diuisa est sepes, & destruxit Dominus, atq; Saluator, vt ille posset incedere parietem, & fecit vnum gregẽ, & duos creauit in semetipso, in vno nouo homine faciens pacem.

Lib. 1. in c. 1. Michææ

Gen. 38.

Esa. 2.

IDEM explicans illa verba: Fluuios scindes terræ, ait: In aduentu Christi impletum est, Posuit Flumina in desertum, & exitus aquarum in sitim, terram fructiferam in salsuginem, a malitia habitantium in ea. Posuit desertum in paludes aquarum, & terrã sine aqua in fontes aquarum, & habitare fecit ibi esurientes, & constituerunt ciuitatem ad habitandum. Postquam enim Dominus venit in mundo, & completum est illud quod dixit in Euangelio, Ego in iudicium veni in hunc mundum, vt qui non vident videant, & videntes cæci fiant, tunc terra Israel, de qua fluuij ante manabant, & irrigabant vniuersæ Iudææ populũ, aruit, & fontes illius obturati sunt: Vniuersus autẽ orbis qui erat desertus & sterilis, & aquas prædicationis dominicæ non habebat, versus est in paludes aquarum, & quot doctores emisit, tot habuit & fontes. Nec sufficit eis fontibus atque fluminibus irrigare orbis populos, sed in vnaquaque prouincia eos qui esuriebant, & patiebantur famen sermonis Dei, in vnum populũ congregantes, extruxerunt Ecclesiam, quæ dicitur ciuitas ad inhabitandum, & quam lætificat impetus fluminis.

18 *Li 2. in c. 3. Habac.*

Ioan. 9.

IDEM exponens illa verba: Et assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui decoram, & alteram vocaui funiculos, ait: Virga vna vocatur decora & pulchra, quia nihil iustius est, quàm uniuersitatis parentem vocare omnes æqualiter, quos æquali conditione generauit. Et alteram vocaui funiculos; quando enim diuidebat altissimus gentes, & separabat filios Adam, facta est pars Domini populus eius Iacob, funiculus hereditatis eius Israel. Et succidi tres pastores in mense vno. Hi intelliguntur in sacerdotibus, & falsis Prophetis, & Regibus Iudæorum, quòd post passionem Christi vno omnia; succisa sint tempore, de quibus loquitur Hieremias, Sacerdotes non dixerunt, Vbi est Dominus, tenentes legem meam nescierunt me, & pastores præuaricati sunt in me, & Prophetæ prophetabant in Baal, & idola secuti sunt.

19 *Lib. 3. in c. 11. Zacha.*

Deut. 32.

Cap. 2.

AVGVSTINVS: Anna mater Samuelis, ait, cecinit Domino, Arcum potentium fecit infirmum, & infirmi præcincti sunt virtute, pleni panibus minorati sunt, & esurientes transierunt terram, quia sterilis peperit septem, & multa in filijs, infirmata est. Pleni panibus Iudæi sunt, quibus credita sunt eloquia Dei. Gentes autem quibus lex illa nõ erat data; posteaquã per nouum testamentum ad eloquia illa venerunt, & multum esuriendo, terram transierunt, quia in eis nõ terrena, sed cęlestia sapuerunt. Tunc sterilis peperit septem, vbi est vniuersa Ecclesię significata perfectio. Sterilis enim erat in omnibus gentibus Dei ciuitas, antequam iste fœtus, per quem eam factam fœcundã cernimus, oriretur. Cernimus etiam quæ multa in filijs erat, nunc infirmatam Hierusalem terrenã. Nunc enim, quoniam ibi littera est, & spiritus non est, amissa virtute infirmata est. Dominus mortificat & viuificat, mortificauit illam, quæ multa erat in filijs, & viuificauit hanc sterilem, quæ peperit septem.

20 *Lib. 17. de Ciuit. Dei c. 4. tom. 5.*

1. Reg. 2.

IDEM inquit: Quòd expoliauit Deus Ægyptios, & vasa aurea, & argentea, & vestes pretiosas dedit populo, hoc significat quòd ex ipsis gentibus animæ pretiosę, tamquam vasa aurea & argentea cum suis vtique corporibus, quod vestes significant, adiungunt se populo Dei, vt simul de hoc sæculo tamquam de Ægypto liberentur. [Infra:] Vitulum aureum comminuit Moyses, & potandum dedit populo, hoc vitulo significata est omnis societas Gentilium idololatriæ deditorum. Hanc sacrilegam societatem, Dominus Iesus Christus illo igne comburet, de quo in Euangelio dicit, Ignem veni mittere in terram, vt quoniam non est qui se abscondat a calore eius, dum in eum credunt gẽtes, igne virtutis eius, diabolica in eis

21 *Li. 22. contra Faustũ Manichęũ to. 6. Exod. 3.*

Luc. 12.

forma

forma soluatur. Totum deinde corpus illud comminuitur, ideſt ab illa malæ conſpirationis conflatione diſciſſum verbo veritatis humiliatur, & comminutum in aquam mittitur, vt eos Iſraelitæ, ideſt, Euangelij prædicatores ex Baptiſmo in ſua membra, hoc eſt in corpus dominicum transferant, vnde dictum eſt Petro, Occide & manduca. *Act. 10.*

22 IDEM inquit: Moyſes a matre ſua proijcitur, & a Pharaonis filia inuenitur, atque colligitur; & Chriſtus Dominus a ſynagoga, de qua natus eſt repudiatur, & ab Eccleſia inuenitur, atque ſuſcipitur. Poſtquam autem creuit Moyſes abiit in regionem longinquam, & accepit Aethiopiſſam vxorem. Agnoſcite fratres hoc non paruum eſſe myſterium, Aethiopiſſa illa ex gentibus erat, quam beatus Moyſes duxit vxorem, quia & Chriſtus ex gentibus ſibi ſociaturus erat Eccleſiam. Moyſes dereliquit populum ſuum in longinquis regionibus, & Aethiopiſſæ coniungitur, & Chriſtus derelicto populo Iudæorum de extremis regionibus Eccleſiæ ſociatur, illi vtique qui dicit in Pſalmis, A finibus terræ ad te clamaui. Audi ex perſona Eccleſiæ, in Cantico Canticorum dicit Eccleſia, Nigra ſum & formoſa, nigra per naturam, formoſa per gratiam. *Serm. 86. de tempore to. 10. Exod. 1. Pſ. 60. Cant. 1.*

23 IDEM inquit: Vua de terra promiſſionis, duorũ obſequio defertur inſerto vecte pendens. Poſſunt iſti duo, Chriſtianum, & Iudaicum populum figurare, ſynagogæ, & Eccleſiæ populi. Et quia prior fuit Iudæorum, populus præcedit Iudæus, ſequitur Chriſtianus, ſalutem ſuam hic ante conſpectum ſuum gerit, ille poſt dorſum. Hic obſequium præfert, ille contemptum. Vnde de Iudæis Prophetа teſtatur, Obſcurentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorum ſemper incurua. Chriſtianus præſenti munere fruitur, Iudæus ſolo onere prægrauatur. Quia Chriſtus ſicut credenti ſalus, ita onus non credenti; Iudæis enim ille ſpecialiter annunciatus, de quibus dictum eſt, In ſua venit, & ſui eum non receperunt, factus eſt eis lapis offenſionis & petra ſcandali, & quem Iſrael non cognouit, gentium fides recepit. Portat quidem Chriſtum in lege Iudæus, ſed a gratia quam in myſterijs portat, auerſus eſt, quia quem prædicatione ſuſcepit electus, corde perdit incredulus, & quem vnus aſpernatur in lege, alter admiratur in corpore. Vnde amborum Dominus, & Redemptor noſter, ab hoc adorante geſtatur, ab illo ſe auerſante ſuſpenditur, ac ſic impletum eſt in Iudæis, verterunt ad me terga, & non faciem. Et Chriſtum Dominum quem prior populus Iudæorum, & poſt dorſum reliquit, & crucifixit, nos poſtea venientes adorare & portare meruimus. Vnde quantum poſſumus cum ipſius adiutorio laboremus, ne a cerueicibus noſtris, tam ſanctam ſarcinam, malis operibus deponamus. *Ser. 100. de tempore. Num. 13. Pſ. 68. Ioan. 1. 1. Pet. 2.*

24 IDEM ait: Senior populus qui egreſſus eſt de Aegypto, in deſerto ſepultus eſt, iunior autem, qui ei ſucceſit Ieſu duce, in terram promiſſionis inducitur. Senior ille populus, typum habuit Iudæorum; iunior uero, figuram habuit gentium. Ille populus ſenior tranſito mari rubro ſepelitur in eremo, iunior uero ad hoc tranſijt Iordanis fluuium, vt acciperet regnum. *Ser. 106. de tempore.*

25 IDEM inquit: Afferens hiſtoriam Gedeonis de rore in vellere & in area. Ros in vellere, fides erat in Iudæa, quia ſicut ros uerba Dei deſcendunt. Vnde & Moyſes ait, Expectetur ſicut pluuia eloquium meum, & ſicut ros verba mea. Ergo quando totus orbis infructuoſo æſtu, Gentilis ſuperſtitionis arebat; tũc erat ros ille cæleſtis viſitationis, in uellere, ideſt in Iudæa. Poſtquam uero quæ perierant domus Iſrael, fontem aquæ uiuæ negauerunt, ros fidei exaruit in pectoribus Iudæorum, meatuſque ſuos fons ille diuinus in corda gentium deriuauit. Inde eſt, quòd nunc fidei rore totus orbis humeſcit; at uero Iudæi, Prophetas ſuos & conſiliarios perdiderunt. Nec mirum ſi perfidiæ ſubeunt ſiccitatem, quos Dominus Deus prophetici imbris vbertate priuauit dicens; Mandabo nubibus ne pluant ſuper vineam iſtam. Etenim propheticæ nubis pluuia ſalutaris, ſicut Dauid dixit, Deſcendet ſicut pluuia in uellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. Hanc nobis Scripturæ diuinæ totius mũdi pluuiam, pollicebantur, quæ ſpiritu diuini roris ſub Domini Saluatoris aduentu, orbẽ rigaret. Venit ergo iam ros, venit & pluuia, venit Dñs ſtillicidia ſecum cæleſtia deferens, & ideo iam nos bibimus qui ante ſitiebamus, & diuinum illum ſpiritum, hauſtu interiore potamus. Hoc ergo præuidit ſanctus Gedeon, quia vẽrum & ſpiritalem rorem, etiam gentes, nationeſque, erant fidei perceptione bibituræ. [Infra:] Et quia primo tempore ros uerbi Dei in ſola Iudæa fuit, & totus mundus in ſiccitate remanſerat, ideo primum ros in vellere venit, & arca ficca fuit; poſtea cũ Iudæi Chriſtum Dominum occiderunt, per paſſionis iniuriam ex preſſum eſt vellus, & remanſit Iudæorum populus aridus & ſiccus, & in totam aream, ideſt vniuerſum mũdum, ad omnes gentes, nõ ſolum ros, ſed etiam pluuia verbi Dei, & Apoſtolorum flumina, peruenerunt. Denique in uniuerſa terra quaſi area rore gratiæ perſeuerante in nobis, ſpiritalis irrigatur Eccleſia, & infelix ſynagoga ab omni humore, & pluuia diuini uerbi, ſicca remanſit, & arida. *Exod. 3. Ioan. 13.*

AMBROSIVS explicat figuram eandẽ Iudi. 6. De uellere Gedeonis quando ros fuit in uellere, tota area erat ficca, & quando ros deſcendit in area, manſit vellus ſiccum, ſic ait: Ros in uellere fides erat in Iudæa, quia ſicut ros, Dei verba deſcendunt, ergo quando totus orbis infructuoſo æſtu Gentilis ſuperſtitionis arebat, tunc erat ros ille cæleſtis viſitationis in vellere; poſtea uero quam oues quę perierunt domus Iſrael (vnde puto Iudaici velleris adumbratam) oues inquã illę fontem aquæ uiuæ negarunt, ros fidei humentis exaruit in pectoribus Iudæorum, meatuſq; ſuos fons ille diuinus in corda gentium deriuauit. Hinc eſt quod nunc fidei rore totus orbis humeſcit: at uero Iudæi Prophetas ſuos, & conſiliarios perdiderunt, nec mirum ſi perfidię ſubeant ſiccitatem, quos Dominus Deus prophetici imbris ubertate priuauit dicens: Mandabo nubibus meis ne pluant ſuper uineam iſtam. Eſt enim propheticę nubis pluuia ſalutaris: ſicut & Dauid dixit, Deſcẽdit ſicut pluuia in vellus, & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram. Hanc nobis ſcripturæ diuinæ totius mundi pluuiam pollicebantur, quæ rigaret orbem ſub Domini Saluatoris aduentu ſpiritus rore diuini. Venit ergo iam Dominus, venit & pluuia; & ideo iam nos bibimus, qui ante ſitiebamus; non tamen ocioſe vellus non in cãpo poſuit, vel in prato, ſed poſuit in area, ubi meſſis eſt tritici; meſſis enim multa, operarij autem pauci, eo quòd per fidem Domini, futura eſſet meſſis fœcũda uirtutum. Neq; illud ocioſum, quod exſiccauit vellus Iudaicum, & rorem eius miſit in peluim, vt repleretur aqua; non tamen ipſo eo rore pedes lauit, alijs debebatur tanti prerogatiua myſterij, expectabatur ille, qui ſordes omnium poſſet abluere; non enim Gedeon, ſed filius hominis uenit, non miniſtrari, ſed miniſtrare, hoc prophetabatur quod illo rore cæleſti diſcipulorum ſuorum Dominus Ieſus pedes lauaret, vt habes in Euangelio Ioan. 13. &c. *Lib. 1. de Spiritu ſãcto in prologo to. 4. Eſa. 5. Pſ. 71.*

IDEM explicat illud, quando Hieremias miſſus fuit in lacum a Iudæis, ſic ait: Verbum propheticum deſpiciens, in lacum demerſerat populus Iudæorum, neque quiſquam inuentus eſt de Iudæis, qui leuaret Prophetam, ſed vnus Æthiops Abdemelec, in quo nomine figura pulcherrima eſt, quia ſermonem propheticum, quem Iudæi uelut in cænum ſuæ mentis carniſque detruſerant, nos uidelicet ex gentibus peccatores, nigri ante delictis, & quond am infructuoſi, eleuauimus de profundo; ſcriptum eſt enim, Aethiopia præleuabit manus ſuas Deo, in quo ſanctæ Eccleſiæ ſpecies ſignifi- *Libro. de Spiritu ſã. to. c. 11. Pſ. 67.*

Cant. 1. catur, quæ ait in Canticis Canticorum, Nigra sum, & decora filia Hierusalem, nigra per culpam, decora per gratiam, nigra per conditionem, decora per redemptionem, aut certe nigra exercitij sui puluere, nigra ergo dum prœliatur, decora dum victoriæ suæ insignibus coronat, & bene funibus leuatur Propheta, fidelis enim dixit: Funes ceciderunt mihi in præclaris. Bene pannis quia ipse Dominus exculantibus his, qui primo ad nuptias uocati fuerant, ad exitus viarum misit, vt quot quot inuenirentur & boni, & mali, ad nuptias vocarentur, His itaque pannis, propheticum uerbum leuauit ecæno &c.

29 Lib. de Iacob & vita beata c. 2. to. 1. IDEM loquens quomodo Iacob surripuit benedictionem, & stolam fratris, offerens hædum &c. Dicit quod uestimenta Esau prius erant in occulto, & sine usu suo, hæc accepit populus Christianus, stolam veteris testamenti, stolam propheticam, & sacerdotalẽ, stolam regalem Dauidicam, hæc dedit Ecclesia populo Christiano, qui uti sciret amictu accepto, quoniam populus Iudæorum eam sine usu habebat, & proprios ne sciebat ornatus. Iacebat hæc stola in umbra abiecta, atque neglecta, obscurabatur enim tenebrosa impietatis caligine neque in angusto corde populi Iudaici, latius poterat explicari, induit eam Christianus populus, & refulsit, illuminauit eam suæ fidei claritate, & piorum lucefactorum agnouit Isaac, notum odorem generis sui, recognouit stolam Scripturę ueteris, sed vocem plebis ueteris non recognouit, & ideo cognouit esse mutatam; manet enim hodie stola eadem, sed populi deuotioris canora cœpit esse confessio &c.

30 Li. de Apologia Dauid cap. 4. to. 1. Num. 12. IDEM dicit: Quòd quia Aaron, & Maria murmurauerunt contra Moysen, quòd duxerit Aethiopissam, Mariam lepra percussam, quo loci, ait: Euidentis fuit figura mysterij, quod sacerdotalis ille populus patrum, fraterno populo posterioribus temporibus derogaret, Aethiopissæ illius nesciens sacramentum, nam si cognouissent, non reprehendissent, quod cum veteri mysterio conuenerit; itaque cum Iudæus eum qui ex gentibus credidit, dicit esse communem, & uult a lege secernere, lepram habet, quam non poterit euadere, nisi spiritualis ei legis agnitio, ad ueniam fuerit suffragata, &c.

31 Li. de his qui initiãtur mysteriis cap. 3. to. 4. 4. Reg. 6. IDEM loquens de baptismo, & adducens historiam de Naaman Syro, ait: Recognosce nunc quæ sit illa puella ex captiuis, iunior scilicet ex gentibus congregatio, idest Ecclesia Domini, depressa ante captiuitate peccati, quando libertatem adhuc gratiæ non habebat, cuius consilio vanus ille populus nationum uerbum audiuit propheticum, de quo diu ante dubitauit; postea tamen ubi credidit exequendum, ablutus est ab omni contagio vitiorum, & ille dubitauit antequam sanaretur, tu iam sanus dubitare non debes, &c.

32 Octo. 21. super Psal. 118. to. 2. Act. 9. IDEM super illud: Lætabor ego super eloquia tua quasi qui inuenit spolia multa, sic ait: Sicut Dauid abstulit Goliæ gladium, & ipsius gladio caput eius execuit: sic uerus Dauid humilis, & mansuetus Dominus Iesus intelligibilis Goliæ caput, armis ipsius amputauit; arma .n. diaboli, gentes erant, fide autem gentium vulneratus, caput quod habebat, amisit, distracta sunt spolia prostrato, vasa eius direpta, quia alligatus est fortis. Vas diaboli, caro erat hominis peccatoris, sed posteaquam in Christum credidimus, caro nostra cœpit esse vas electionis, vt de Paulo Apostolo dixit Dñs Iesus ad Ananiam. De Iudæis etiam Dñs abstulit spolia, hoc est regnum cœlorum, & dedit genti facienti fructum eius. Merito exulto, sicut qui inuenit spolia multa, sine labore meo inueni spolia, quæ nõ habebã, inueni pentateuchũ, libros Regnorũ, Prophetarũ scripta, &c. Habent illi libros, sed sensũ librorum non habent, habent Prophetas, sed nõ habent quẽ illi prophetauerunt; ideoq; & cũ Moyse, & Elia mihi apparuit, qa ab illis recessit &c. Hebræi spoliauerũt Ægyptios, & uasa eorũ abstulerunt, Iudæorũ spolia habet populus Christianus, & totum habemus quod illi habere se nesciebant, illi aurum & argentum materiale abstulerũt, nos aurum mentis accepimus, nos acquisiuimus cœlestis sermonis augmẽtũ. Merito ergo vocatũ est nomẽ Christi, Velociter spolia detrahe, cito prædare, quia priusquam sciat puer vocare patrem, aut matrem &c. Esa. 8.

33 L. 3 in Lucam super c. 3. to. 3. Deut. 23. IDEM loquens de Ruth, ait: Cum lex Moysi prohiberet Moabitas intrare Ecclesiam Domini, quomodo intrauit Ruth in Ecclesiam, nisi quia sancta & immaculata moribus supra legem facta est, & in illa nostrum omnium, qui collecti ex gentibus sumus, ingrediendi in Ecclesiam Domini figura præcessit, vt & nos quoque propter morum electionem in Ecclesiam Domini, meritis suffragantibus allegemur; illius enim sanctitatem erga socrum, pietatem erga defunctum, religionẽm erga Deum, & mores, cum cognouisset Booz proauus Dauid, eam sibi elegit uxorem &c.

34 Super epi. ad Ro. to. eod. IDEM super illud Rom. 10. Ideo primus Moyses dicit: Ego ad æmulationem uos adducam in non gentem &c. ait: Indignantis verba sunt, propter quod sem per diffidentes inuenti sunt Iudæi, æmulatio ergo illis data est inuidentiæ, dum uident gentem, quæ prius, quia sine Deo fuit, sensu bruta erat, Deum suum appellare qui fuerat Iudæorum, & donum illis promissum assecutam, per quam zelum passi, iracundia distenderentur, vt malitiæ & incredulitatis suæ, mercedem exoluerent. Nulla enim res sic cõsumit hominem, nisi zelus, quem ideo Deus vltorem posuit incredulitatis, quia graue peccatum est, nam semper in ira missi excruciantur, quando audiunt legem, & Prophetas ad nos pertinere, qui in Christum credimus &c.

35 Super 2. epi. ad Cor. to. 3. IDEM super illud 2. Cor. 3. Habentes autem talem spem, multa fiducia vtimur &c. ait. Spem. Habere nos dicit videndi gloriam, non talem qualis fuit in vultu Moysi, sed eam quam uiderunt tres Apostoli in monte, reuelante se Domino. Hinc igitur conijcere debemus quantum nobis contulit diuina clementia, quantumque nos superioris gratiæ dono ditare dignata est, quam dederat Iudæis, Iudæi enim cũ minor esset gloria vultus Moysi, eam speculari non poterant, nos uero non Moysi gloriam, quæ inferior est, sed excellentẽ Saluatoris gloriam visuros nos credimus, Iudei ergo serui, gloriam non meruerunt videre, nos autem, Domini communis gloriam sumus uisuri; ideoque & nos vicem reddere, inquãtum possumus debemus beneuolentiæ Dei, ut propensiores simus in eius amore, qui nobis fiduciam dedit, abluens nos a peccatis, uidendi gloriam Dei &c.

In Ecclesia boni & mali, perfecti & imperfecti sunt, eam tamen & mundum tutantur iusti ab ira Dei.
Cap. VIII.

ORIGENES ait: Sicut olim dictum est ad Noe, vt faceret arcam, & introduceret in eam secum non solum filios & proximos suos, verũ etiam diuersi generis animalia, ita etiam ad nostrum Noe, qui uere solus iustus & solus perfectus est, Dominum nostrum Iesum Ghristum, in consummatione seculorum dictũ est a Patre, vt faceret sibi arcam ex lignis quadratis, & mensuras ei daret, cœlestibus Sacramentis repletas. Hoc enim designatur in Psalmo, cum dicit, Postula a me, & dabo tibi gentes hęreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Constituit ergo arcam, & fecit in ea nidos, idest promptuaria quædam, quibus diuersi generis animalia recipiantur. De quibus & Propheta dicit, Perge populus meus intra in promptuaria tua, absconde te parumper, donec transeat furor iræ meæ. Confertur ergo populus hic, qui saluatur in Ecclesia, illis omnibus, siue hominibus, siue animalibus quæ saluata sunt in arca; verum quoniam non est omnium vnum meritũ, nec vnus in fide profectus; idcirco & arca illa non vnam præbet omnibus mansio- 1 Hom. 2. in ca. 6. Gen. to. 1. Psal. 2. Esa. 26.

sionem, sed bicamerata sunt inferiora, & tricamerata superiora, & nidi distinguuntur in ea, vt ostendat, quia & in Ecclesia licet omnes intra unam fidem contineantur, atque in uno baptismate diluantur, non tamē vnus omnibus atq; idem profectus est, sed vnusquisq; in suo ordine. Hi quidem qui per rationabilem scientiam viuunt, & idonei sunt, non solum semetipsos regere, sed & alios docere, quoniam valde pauci inueniuntur, qui cum ipso Noe saluantur, & proxima ei propinquitate iunguntur. Sicut & Dominus noster Iesus verus Noe paucos habet proximos, paucos filios & propinquos, qui verbi eius participes sint, & sapientiæ capaces. Et hi sunt, qui in summo gradu positi sunt, & in summitate arcæ collocantur. Cæterum multitudo irrationabilium animalium, vel etiam bestiarum, in inferioribus locis habetur, & eorum maxime, quorum feritatis sequitiam, nec fidei dulcedo molliuit. Superiores tamen aliquantulo ab his sunt, qui licet minus rationis; plurimū tamen simplicitatis, innocentiæque custodiunt. Et sic per singulos habitationum gradus ascendentibus, peruenitur ad ipsum Noe. [Infra:] Huic dicitur, facies tibi arcam ex lignis quadratis. Quadratum est quod nulla vacillat ex parte, sed quocumque verteris, fida & solida stabilitate consistit. Ista sunt ligna, quæ omne pondus, vel animalium intrinsecus, vel fluctuum extrinsecus ferunt. Quos ego arbitror doctores esse in Ecclesia & magistros, atque æmulatores fidei, qui & populos intrinsecus positos verbo commonitionis, & doctrinę gratia consolantur, & impugnantibus extrinsecus, vel gentilibus, vel hæreticis, & quæstionum fluctus, ac procellas certaminum commouentibus, virtute verbi ac sapientia rationis obsistunt. [Infra:] Hæc ligna intrinsecus & extrinsecus bitumine liniuntur, ne sint vt illi, q de foris apparent hominibus iusti, intus autem sint sepulchra mortuorum. Sed vult te & corpore sanctum esse extrinsecus, & corde intrinsecus purum. Cautum vndique & castitatis, atque innocentiæ uirtute munitum, hoc est intus & foris bitumine esse oblitum.

3 IDEM inquit: Currunt adolescentulæ post sponsum in odorem eius; unaqueque tamen pro uiribus; alia quidem uelocius, alia paulo tardius, alia tamen infimus cæteris, alia etiam primo loco. Verumtamen currunt omnes, sed vna est perfecta. Introducitur in cubiculum Regis, & ipsa est Regina effecta, & ipsa est, de qua dicitur, Astitit Regina a dextris tuis i vestitu deaurato circumdata uarietate. De his autem adolescentulis, quæ post ipsam cucurrerant, & procul ab ea in ipsis currendi spatijs remanserant, dicitur: Adducentur Regi uirgines post eam, proximæ eius adducentur tibi. Adducentur in lætitia, & exultatione, adducentur in templum Regis. [Infra:] Quod autem dicit: Exultemus & iucundemur in te, videtur ex persona adolescentularum dici, vel optantium, uel petentiū a sponso, vt quemadmodum sponsa consecuta est, quæ perfecta sunt, & exultat, ita etiam ipsæ suum implere cursū, & peruenire vsque ad Regis cubiculum mereantur, vt perfectis, & intuitis omnibus his, de quibus illa gloriatur, etiam ipsæ exultent, sicut & illa, & iucundentur in eo. Sponsa postquam oscula meruit ab ipso sponsi ore suscipere, & vberibus eius perfui, ait ad eum. Meliora sunt vbera tua vino. Adolescentulæ vero quæ nondum ad id beatitudinis venerunt, neque summam perfectionis acceperant, neque vsu & operibus, fructus perfectæ charitatis expleuerant, vt quasi expertæ pronunciarent de uberibus eius quia bona sunt; videntes tamen sponsam delectari, & refici ex uberibus sponsi, tamquam imitatrices perfectionis eius, & desiderantes eisdem uestigijs incedere, dicunt, & promittunt, Diligemus ubera tua super vinum, idest nos quidem nondum in id perfectionis ascendimus, ut iam diligamus ubera tua pluſquam uinum; gerimus tamen spem, vtpote adolescetulæ, in id ætatis proficere, quo possimus non solum pasci, & ali ex vberibus verbi Dei, sed & diligere alentem. Dilecturas se promittunt ubera sponsi super uinum, & non quòd iam in præsenti diligant, neque integram uim charitatis ostendat.

CHRYSOSTOMVS exponens illa uerba Genesis 7. Ingrediens autem in arcam tu, & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum, inquit: Filij Noe salute potiti sunt, uolente id Deo in honorem iusti. Consuetudo.n. misericordiæ Dei est, honorem hunc dare seruis suis, ut propter eos saluentur, & alij. Id quod & beato Paulo concessum est. Quandoquidem cum ille Romam nauigaret, orta in mari tempestate magna, ita vt multi saluti suæ timerent, nullamq; bonam spē propter procellarum magnitudinem haberent, uocatis omnibus dicit, Bono animo estote uiri; amissio .n. animæ nullius erit ex uobis, præterquam nauis: astitit.n. mihi nocte hac, Dei, cuius sum, angelus dicens, Ne timeas Paule, dedit enim tibi Deus omnes qui tecum nauigant. Vidisti quomodo uirtus uiri, salutem illis conciliauit? Ita simili modo & hic factum est, dum propter Noe iustum, filios & horū uxores, Dominus a diluuio liberauit.

4 *Ho. 24. in Gen. to. 1.*

Act. 27.

IDEM dispurans qua ratione cum in mundo modo tot sint mala, similia Sodomorū flagitijs, de quibus Gen. 18. Locutus est Dñs Abrahæ, cur non inferat Dominus flagella, quæ tunc intulit, & ait: Quia pp gratiā Dei, sunt & nunc multi uirtute prædicti, qui placare possunt Dominum, sicut tunc Patriarcha. Tametsi nos cū nosipsos attendimus, & nostram uidemus desidiā, putamus miram uirtutis raritatem; attamen pp illorum uirtutem, longanimitatem Deus in alios seruat. Et ut scias, quòd talium fiducia, nobis longanimitatem Dei conciliet; audi ex hac ipsa historia dicit .n. Patriarchę, Si decem inuenero, non perdam ciuitatem. Et quid dico decem iustos? Nullus inuentus illic ab iniquitate alienus, nisi solus Loth iustus, & duæ eius filiæ. Vxor .n. propter illos forte pœnam ciuitatis effugit; postea tñ pœnam dedit propter suam malitiam. Nunc autē propter ineffabilem Dei misericordiam, quia pietas incrementum sumpsit, multi etiam in medijs ciuitatib. ignorati, possunt placare Deum, & alij in montibus, & in speluncis, aliorumque uirtus, multorum tegere valet malitiam. Multa enim Domini bonitas est, & sæpe solet etiam propter paucos, multis dare salutem. Et quid dico propter paucos iustos? Sæpe quando non inuentus est in præsenti vita iustus, propter defunctorū uirtutem, uiuentium miseretur, & curam habet. Vnde clamat dicens, Protegam ciuitatem hanc propter me, & propter Dauid puerum meum. Quasi diceret, Licet ipsi indigni sint, & nullam salutis habeant occasionē; verum quia solitus sum misericorditer agere, & ad miserendum promptus sum, propter puerum meum Dauid faciam, qui ante hos annos e uita migrauit, hic auctor erit salutis, his, qui sua sese perdiderunt desidia. Vidisti misericordiam Domini, quomodo eos qui virtute pollent, toti multitudini opponit, & respondit?

5 *Hom. 42. in Gene.*

4 Reg. 13. & 20.

IDEM explicans illa uerba Actuum 27. Cum autem vehementi tempestate iactaremur, sequenti die iactum fecerunt, ac tertio die nostris manibus armamenta nauis proiecimus; porro neque Sole, neq; Luna, neque sideribus apparentibus ad complures dies, & tempestate non exigua imminente, iam ablata erat omnis spes salutis nostræ, inquit ei Angelus, Donauit tibi Deus omnes qui tecum nauigant, sic habet: Quòd dictum est Paulo, donauit tibi eos, tantumdem est, ac si diceret, digni quidem erant qui perirent, verumtamen in tui gratiam hoc fit, erant autem in naui animæ ducentæ septuagintasex.

6 *Hom. 53. in Act. Apostolor. to. 3.*

IDEM inquit, referens historiam Exodi 32. In qua Moyses deprecabatur Dominum pro populo. Nō intulit Deus pœnam, sed ne fierent ignauiores, voluit vt discerent, quòd non suo merito, sed Moysi patrocinio, iram dominicam effugerint. Hæc & nos sæpe facimus,

7 *Serm. de pœnitētia & cōfessione to. 5.*

facimus,& famulos qui peccauerunt dignos ſupplicijs nolentes punire,neque a ſupplicij metu liberari, amicos iubemus,vt illos e noſtris eripiant manibus atque vt ita timor illorũ in eis creſcat, & noſtra effugiãt verbera. Hoc & Deus fecit. Et quòd hoc ſit verum,ex ipſis verbis manifeſtum eſt. Dimitte me, inquit, & iraſcar.

Hier. 5. [Infra:] Non hic autem ſolum hoc fecit, ſed ad Hieremiam,& ad Ezechielem,idem hoc dicit: Circuite & videte in vijs Hieruſalem,num ſit qui faciat iudicium,& iuſtitiã,& miſericors ero eis. Multi enim impij, vnius virtute ſimul fruuntur. Multorum autem malitia, quãuis vnus ſit qui recte agat,in medio magni populi non ruit. Sed vnus quidem homo recte viuens,populũ integrum eripere poteſt ab ira Dei. Moyſes ſolus potuit tãto populo impetrare veniam. Mihi autem aliud maius eſt iudicium diuinæ miſericordiæ. Cum enim non inuenit homines viuos, qui poſſint intercedendo veniã obtinere,confugit ad defunctos, & per illos inquit ſe

Eſa. 37. remiſſurum peccata, quemadmodum Ezechiæ dicit, Protegam ciuitatem hanc ptopter me, & propter Dauid puerum meum. Olim enim mortuus erat Dauid.

8 HIERONYMVS exponens illa verba: Viuo

Lib. 13. in Eſa. c. 49. to. 4. ego,dicit Dominus,quia omnibus his velut ornamẽto veſtieris,& circumdabis tibi eos quaſi ſponſa, ait: Felix qui tanti meriti eſt, tantæque virtutis, vt ornamentum dicatur Eccleſiæ. Puto autem has diuerſas ſignificari gratias ſpirituales,per quas ſponſæ ornatur ambitio. De qua & in Pſalmo canitur, Aſtitit Regina a dex-

Pſal. 44. tris tuis in veſtitu deaurato circundata varietate.

9 IDEM exponens illa verba: Circuite vias Hieru-

Li. 1. in c. 5. Hierem. ſalem,& aſpicite,& conſiderate, & quærite in plateis eius,an inueniatis virum qui faciat iudiciũ, & quærat

Gen. 18. fidem,& propitius ero ei,inquit: Grandis amor iuſtitiæ,vt nequaquam iuxta interrogationem Abrahæ, & reſponſionem Dei,pro decem viris iuſtis Deus liberauerit ciuitatem,ſed ſi vnum inuenerit, iamiamque peritura Hieruſalem,qui faciat iudicium, & quærat fidẽ, ſiue vt Symmachus tranſtulit veritatem, tamen Deus miſereatur Hieruſalem.

10 AVGVSTINVS explicans illa verba: Adhæſit

Expoſit. in Pſal. 43. to. 8. in terra venter noſter, ſic habet: Venter dicuntur qui carnales ſunt,vt os Eccleſiæ in ſanctis ſit, in ſpiritualibus ſit,venter Eccleſiæ in carnalibus ſit. Itaque os Ec-

Ezec. 3. cleſiæ eminet, venter abſconditus eſt, tamquam mol-

Apoc. 10. lior & infirmior. Hoc ſignificat quodam loco Scriptura,vbi quidã dicit ſe accepiſſe librum, & ipſe liber dulcis erat, inquit, in ore meo, & amarus in ventre meo. Quid eſt hoc,niſi quia præcepta ſumma,quę accipiunt ſpiritales,non accipiunt carnales, & de quibus gaudẽt ſpiritales,contriſtantur carnales? Liber iſte fratres,q̃d habet? Vende omnia quæ habes,& da pauperibus,quã dulcis eſt in ore Eccleſiæ, ab omnibus ſpiritualibus factum eſt. At vero carnali cuicumque dixeris, hoc fac, a te triſtis recedit: ſicut ille diues, cui a Domino dictum

Matt. 19. eſt? Vende omnia quæ habes,& da pauperibus,qui receſſit triſtis,quia liber ille dulcis eſt in ore, & in ventre amarus. Poſitus in anguſtijs,aut damno pecuniæ, aut damno iuſtitiæ,dicitur tibi,perde potius pecuniam,ne perdas iuſtitiam;tu autem cui non dulcis eſt in ore iuſtitia,ſed adhuc in illis membris infirmus es, quales in ventre deputat Eccleſia, contriſtatus eligis aliquando magis amittere aliquid de iuſtitia,quàm vel nummum de pecunia,& percutis te damno grauiore implens facellum tuum,& exinaniens cor tuum. Fortaſſis ergo de illis dixerit,Hæſit in terra venter noſter.

11 IDEM explicans illa verba: Æſtatem, & ver, tu

In Pſ. 73. plaſmaſti ea,inquit: Feruens ſpiritu æſtas eſt, tu inquã feciſti ſpiritu feruentes, tu feciſti & nouellos in fide, ver,& æſtatem & ver tu feciſti ea,non glorientur quaſi

12 non acceperint,tu feciſti ea.

Ser 14. in Cant. Pſ. 132. BERNARDVS inquit: Vnguentum deſcendit a capite in barbam, & in oram veſtimenti. Refundat & inferioribus membris, quod accepit ipſa deſuper. Exuberet adhuc quæſo,& perueniat vſque in oram veſtimenti, in me utique omnium nouiſſimo,atque indigniſſimo, de veſtimento tamen. [Infra:] Eccleſia recumbit intus, ſed Eccleſia interim perfectorum. Spes tamen eſt, & nobis. Excubemus pro foribus, qui minus perfecti ſumus, ſpe gaudentes. Sponſus & ſponſa ſoli intus interim ſint, mutuis ſecretiq; fruantur amplexibus, nullo ſtrepitu carnalium deſideriorũ, nullo corporeorũ phantaſmatum perturbante tumultu. Turba vero adoleſcentularum, quæ abſq; huiuſmodi inquietudinibus nondum poſſunt eſſe, foris expectet,expectentque ſecure,ſcientes ad ſe illud ſpectare quod legunt. Adducentur Regi virgines poſt eam, *Pſal. 54.* proximæ eius afferentur tibi. Frequenter ego ipſe *Infra.* (quod fateri non verecundor,) maxime in initio conuerſionis meæ, corde durus, & frigidus, & quærens quem vellet diligere anima mea, nec adhuc enim diligere anima mea, nec adhuc enim diligere poterat,quẽ nondum inuenerat,aut certe minus quam vellet, diligebat, & ob hoc quærebat, vt magis diligeret, quem nequaquam quærerer, niſi iam aliquatenus dilexiſſet. Cum ergo eum quærerem,in quo recaleſceret atque requieſceret ſpiritus meus, utique torpens & langueus, nec ulla de parte occurreret,qui ſuccurreret,per quem videlicet pruina rigens, quę ſenſus ſtringebat internos, diſſolueretur, & vernalis illa ſuauitas,ac ſpiritualis amænitas, reuerteretur, tunc magis ac magis languebat & tædebat, & dormitabat anima mea præ tædio, triſtis pene, & deſperans, & muſitans ſecũ illud, A facie frigoris eius quis ſuſtinebit? Cum ſubito ſorte *Pſ. 147.* flebat ſpiritus, & fluebant aquæ, & erant mihi lachry- *Pſ. 41.* mæ illæ panes die ac nocte. Quidnam iſtud niſi odor exhalantis unctionis, quæ ad me peruenerat, & non pinguis aſperſio? Exiſtimo & aliquos veſtrum idẽ eſſe expertos,& experiri interdum adhuc.

13 AMBROSIVS reſpondet Nouato hæretico ne- *Lib 1. de pœnitentia c. 8. to. 1.* ganti peccatoribus pœnitentiam,propter illum locum 1. Reg. 2. Si peccauerit homo in hominem, orabũt pro eo ad Dominum; ſi autem in Dominum peccauerit homo, quis orabit pro eo? ſic ait: Non ſcriptum eſt, nullus orabit pro eo, ſed quis orabit? hoc eſt, quis ille ſit qui in tali cauſa orare poſſit, quæritur non excluditur. Sic habes in Pſal. 14. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo,&c. Non enim nullus,ſed probatus habitabit. Et Pſal. 23. Quis aſcendet in montem Domini, *Pſ. 82.* &c. Et illud ita opinor dictum, Deus quis ſimilis tibi non utique nullus, quia imago Patris, Filius Dei eſt. Similiter igitur accipiendum, quis orabit pro eo, hoc eſt, ſingularis vitæ aliquis debet orare pro eo qui peccauit in Dominum, quia quo maior culpa, eo maiora ſunt quærenda ſuffragia. Non enim quicumque de vulgo, pro Iudæorum populo, ſed Moyſes rogauit quando vituli caput, fidei immemores adorauerunt, qui non errauit, ſed quod rogauit, & meruit, & impetrauit, &c. Cap. nono, exponit illud 1. Ioan. quinto. Eſt peccatum ad mortem,non de illo dico vt oret quis, non enim ad Moyſen, & Hieremiam loquebatur,ſed ad populum, qui ſuorum peccatorum alium precatorem deberet exhibere, cui ſatis eſt, ſi pro leuioribus delictis Deum precetur, grauiorum ueniam,iuſtorum orationibus reſeruandam putet. Nam quomodo Ioannes diceret non orandum pro delicto grauiore,qui legiſſet Moyſen rogaſſe, & impetraſſe vbi erat prænaricatio uoluntaria, qui ſciret etiam Hieremiam rogaſſe? Quomodo Ioannes diceret non orandum pro peccato, quod eſſet ad mortem, qui in Apocalypſi ſcripſit mandatum angelo Eccleſiæ Pergami, vt ageret pœ- *Apoc. 2.* nitentiam, eo quòd haberet tenentes doctrinam Nicolaitarum? Cognoueratque ipſe Ioannes Stephanum pro perſecutoribus ſuis, qui Chriſti nomen audire nõ poterant, deprecatum, cuius precationis effectum in Apoſtolo vidimus; Paulus enim qui lapidantium Stephanum ueſtimenta ſeruabat, non multo poſt per

gratiam

gratiam Christi factus Apostolus est, qui fuerat ante persecutor, &c.

14 IDEM, ostendit Dei iustitiam in varia collatione donorum, sic dicit: Si de parentum carnalium iudicijs conqueri non audemus, cum aliquos filios suos ante vlla morum examina, ante aliqua pietatis obsequia, in dulgentiore amplectuntur affectu; in dominis quoque erga famulos, libera est dispositio, nec iuste a quoquam reprehenditur, qui de vnius conditionis familia, quosdam sibi, quos benignius honestaret, & quos liberius erudiret, elegit; numquid de summi Patris & veri Domini beniuolentissima æquitate causandum est, quòd in magna domo eius, innumeris differentijs vniuersa variantur? Cumque nemo aliqui boni habeat, quod non ille donauerit, non omnes tamen, ijsdem virtutibus micant, aut eadem charismatum dote, ditatur, &c.

Lib. 2. de vocatione gentium c. 10. to. 4.

Psal. 54. *Infra.*

15 IDEM sic ait: Quàm beata ciuitas, quæ plurimos iustos habet, quàm gaudeo cum aliquos mites, ac sapientes diu viuere video, cum virgines castas, viduas graues aspicio longæuas; non enim ipsis gaudeo, cum viuendi multa subeant tædia sæculi, sed quia prosunt pluribus; similiter cum aliquis huius mundi decidit, qui amoris longæua senectute depositus, afficior, quia destituitur grex iuuenum, muro senili; perituræ n. urbis, & malorum imminentium hoc primum indicium est, si decidant viri sapientes & boni, &c.

Lib. 2. de Cain et Abel cap. 3. tom. 1.

Aegritudo corporis multa habet conuenientia, quibus consolandi sunt infirmi. Cap. IX.

1 ORIGENES explicans verba illa Apostoli: Tribulatio patientiam operatur, patientia vero spē, ait: Tribulatio proprie sanctorum est, impiorum autē tribulatio flagella appellantur. Vnde in Psalmo dicit: multæ tribulationes iustorum; de istis autem ait: Multa flagella peccatorum. Tribulationes ergo iustorum, non solum eas debemus accipere, quæ extrinsecus veniunt ex istis rebus, damnis, vel ægritudinibus, vel ex quo libet corporis circuitu, sed & in eo quòd etiā in requie positi semetipsos affligunt. [Infra:] Tribulatio hæc nō potest indifferens dici, sed aperte bona, per quam bona virtutis implentur. Tribulatio autem iusti, nō angustat animi virtutē, sed potius dilatat, vt Paulus Corinthijs scribens, ait: In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur, deijcimur, sed non perimus.

Li. 4. in c. 5 epi. Pauli ad Ro. to. 3.

2. Cor. 4.

2 CHRYSOSTOMVS ad Stargyrium Monachum arreptitium, quem grandi quadam infirmitate grauatum, consolatur, inquiens: Aiebas mihi in hoc morbo, primo ea te consideratione turbari, ac fere in desperationem præcipitari, quòd cum priori tempore, laxius & negligentius viueres, nihil huiusmodi perpessus sis; postea vero quàm teipsum mundo crucifixisti, tunc demum te iste morbus inuaserit, secundo quòd quamplurimos noueris, dum delicate viuerent hac peste correptos; eos tamen paruo post tempore; ita ea infirmitate liberatos, vt perfectæ integritati restituti, & vxores ducerent, & plurimos procrearent filios, omnibusque vitæ præsentis voluptatibus, diu ac iucunde fruerentur, contra tu, cum tantum tempus in ieiunijs, ac pernoctationibus, & reliqua propositi, & vitæ austeritate contrieris, nullam ærumnarum tuarum liberationem, nullum finem, hactenus inueneris. Ad hæc, alia ex parte nimium te angi dicebas, quòd ita animum tuum incredibilis vis mœroris occupauerit, vt sæpius ad laqueum fere, fluuiumq; ac præcipitium proueharis. Quarto deinceps loco, cp æquales tuos, & contubernales, qui tecum sacram hanc cœlestemq; conuersationem inierunt, tranquille agentes aspicis, te vero, sæuissimæ procellæ expositum. Dura sunt profecto ista, & q animum maxime perturbare possint, ingentique implere tumultu, sed animum remissum, imperitum, ac desidem. At uero nos si respirare paululum voluerimus, cogitationesque pacis admouere, has omnes mæroris causas ueluti tenuissimum puluerem excutiemus. Caue autem putes me modo ista, idcirco tanta facilitate polliceri, quòd extra dolorem hunc exationemque persistam. Cum inuasit animam tuam scelestus ille dæmon ab initio, non tunc ego præsens aderam, didici tamen omnia diligentissime. Nam Theophilus Ephesius utriusque nostrum amantissimus, profectus ad me cuncta mihi per ordinem tristis ac mœrēs retulit, distortas manus, toruos oculos, oris spumam, horrendam illam & confusam vocem, diabolicum tremorem, sensus per multam horam priuationem. [Infra.] Si morbis affecti, nec sic quidem peccare desistimus, quo scelerum, progressa non esset audacia nostra, si nos affluere delicijs, & otio constituisset Deus? Attestantur autem, & nostræ huic rationi, & quæ quotidie fiunt, & quæ maioribus nostris contigerunt, sedit, inquit, populus manducare & bibere & surrexerunt ludere. Ac rursus, incrassatus est dilectus, & recalcitrauit. Consona quoque his beatus Dauid loquitur dicens, Cum occiderē eos, quærebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum. Ad Hierusalem quoque per Hieremiam loquitur Deus, Per omnia erudire Hierusalem, ne recedat anima mea a te. Quòd autem non solum malis, sed & bonis humiliari, atque incuruari, salutare sit, rursum significat Propheta, cum dicit, Bonum mihi Domine quòd humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Post hunc & Hieremias hæc eadem, sed non eisdem verbis exclamat, Bonum, inquiens, viro, si iugum tulerit graue ab adolescentia sua, sedebit solitarius, & tacebit. Beatus etiam Paulus, qui tanto munere gratiæ cœlestis effulsit, boni tamen huius vulitate indigebat, vnde aiebat, Datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet; ne extollar. Propter quod ter Dominum rogaui, vt discederet a me, & dixit mihi, Sufficit tibi gratia me, nam uirtus in infirmitate perficitur. Cupientibus itaque cœleste regnum ingredi, angustam viam arripiendam iubet, quasi non aliter intrare liceat, ideo pressuræ, & quæque nobis tristia cōtingunt, quæ non minus Dei prouidentiam, summamque clementiam indicant, quàm læta, & iucunda. [Infra:] Præterea in peccatoribus, etiam, futurum cruciatum leuius, ac tolerabilius, præsentis temporis pœna constituit, ea enim quæ nobis in hac uita inferuntur supplicia, diuinitus futurorum cruciatuum partem haud exiguam succidunt. Nam cum Christus Dominus discipulos alloquens de diuite & Lazaro differeret, Abraham retulit, cum rogaretur a diuite, vt mitteret Lazarum, qui extrema digiti parte paululum aquę, ardenti linguę instillaret, dixisse ad illum, Fili recordare, quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus mala, nunc autem hic consolatur, tu uero cruciaris. Paulus quoque dum Corinthijs scriberet aliquando, iubet eum qui grauissime fornicatus fuerat, tradi Satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die Domini. Rursusque cum eosdem de his qui indigne sacra mysteria percipiebant, admoneret, Propterea, inquit, inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Cum iudicamur autem a Domino corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Vidisti ut omnia agat, atque moliatur Deus, ut post peccatum quoq; mitiore, quàm debuimus plectamur pœna, aut etiam omnino liberemur?

Psal. 147. *Psal. 41.*

Exod. 32. *Deut. 32.* *Psal. 77.* *Hier. 6.* *Psal. 118.* *Thren. 3.* *2. Cor. 12.* *Matt. 7.* *Luc. 16.* *1. Cor. 5.* *Ibidem.*

3 4

5 IDEM inquit: Omnes hominum calamitates, si dinumerare velimus, non ipsi solum, sed tu quoque, lamenta tua ac p oratus fortasse ridebis. Denique non solum omnes, sed ne breuissimam quidem earum partem eloqui nobis possibile esset. Neque enim scimus illas, neque si sciremus, tempus omni narrationi sufficeret. Memento quæso senis illius optimi, atque amantissimi (Demophilum dico) ex magna illustrique familia.

Lib. 3. de prouidētia

Hic iam quintū & decimū annum agit, ex quo nihil

agere plus potest, quàm mortuus, nisi quod tremit iugiter, & loquit, sensumq; disertissimum suorum habet malorum. Ceterum in summa paupertate uitam agit, ministro tantum uno adolescẽte comitatus, bono quidem, non tamen calamitatem illam sedare ac consolari idoneo. Neque enim inopiam iuuare potest, neque resolutionis illius tremorem sistere, sed buccellam tantũ, ori domini apponere (quippe neque ad hoc illũ iuuare possunt manus) & offerre calicem, & purgamenta narium abstergere præualet, aliud autem plus, inferre nihil. Ego autem illum de Euangelio considero, qui triginta, & octo annis hoc morbo cõsumptus fuerat. Tu velim præterea Aristonum quoque ex Bithynia cogites, qui diebus singulis ac noctibus, dolores illũ adeo torquent, vt apud ignaros illius morbi, vesanus credatur. Porro clamores illius ac gemitus, lamenta parturientium superant, adeo vt sæpius hi etiam, qui longinquius ab illius habitaculo remoti infirmi sunt, præ vigiliarum tædio, ac nimietate turbati, mittant, culpãtes, q; ex illius clamoribus infirmis suis deterius fit, quod illi non ex longinquis interuallis, sed sæpius diebus singulis ac noctibus cõtingit. Sextusq; iam hic annus ver titur, ex quo molestissimo huic flagello, permissus est, neque seruus vllus adest, qui curam eius habeat, neque medicus, qui cõsoletur, id propter inopiam, istud quia superat omnẽ artis industriam, is morbus. Neque amicorum aliquis eum iam uidere vult, sed eũ omnes deseruerũt, & hi qui plurimis antea ab eo beneficijs fuerant affecti. Quod si quis unquam ingreditur, protinus resilijt, tanto fœtore domus illa plena est, eo quod nullus adsit, qui curam eius gerat, una enim & sola illi ancilla assidet, tãtum illi ministrans, quãtum põt mulier, cum sit sola, & ex opere manum uiuens. [Infra.] Verũ ne per singulos, enumerans eos, qui eiusmodi aduersis casibus afflicti sunt fastidium legentibus faciam, perge quæso ad illum, cui Xenodochij cura commissa est, ac iube te ad ibi iacentes introduci, ut omnium morborũ inspicias radicem, nouaque infirmitatum genera, omnesq; materias mæroris. Inde ꝓficiscere ad balnea vbi iacent nonnulli nudi, frigore, morbo, fameq; perpetua obsessi, aspectuq; solo ac tremore corporis, & sonitu se collidentium dentium, prætereuntes ad misericordiã flectentes, neq; uocem emittere, neq; manum extendere valentes, eo ꝙ iã his malis penitus attriti sunt. Neq; hactenus perfiitas uelim, sed ad pauperũ diuersoriũ ꝙ ante urbẽ est, egredere, perspicies eum quo detineris mœrore, portum esse tranquillissimum. Quid enim dicere necesse est, vel elephantia cõsumpta virorum mẽbra, vel cancro mulierũ? Ambo enim isti, & longi sunt, & insanabiles. Horum uero alter, quos occupauerit, suis vrbibus eliminat, neque lauacri eos, neque fori, neque alterius cuiusquam illorum loci participes fieri, fas est.

Ioan. 5.

6

7 *Hom. 1. ad populũ Antiochenum.* IDEM vbi exponit uerba: Pauli 1. Timot. 5. Modico vino utere propter stomachum, & frequentes infirmitates tuas, ait: Non leuiter ægrotabat, sed continue, sed alternis, & iugibus infirmitatibus. Non enim dixit propter ægritudinem, sed propter multas ægritudines, neque simpliciter propter infirmitates, sed ipsarũ continuationem significans dicebat, frequentes tuas infirmitates. Audiant qui modico traditi languori, ægre ferunt, & indignantur. Non solum autem hoc est quod quæritur, ꝙ cum esset sanctus ægrotabat sic continue, sed ꝙ communia mundi negotia, ipsi erant credita. Si enim vnus esset illorum qui in montium vertices secesserunt, & in solitudine cellulas compegerunt, non esset tam dubiũ quod quæritur, in medium vero ꝓuectum, & tot ecclesiarum curas habentem creditas, & vrbes totas, & gentes, tanta cum sedulitate & studio administrantem, infirmitatis necessitati traditum esse, hoc est quod maxime non animaduertentem, omnino in stuporem agere potest. Et si enim inquit, nõ propter se, saltem propter alios, ipsum ualere oportebat. Hic infinitos ad ueritatem ducere poterat, & ægrotabat. Si nullum præterea damnum ex imbecillitate rebus inferebatur, hoc solum fideles pigriores reddere poterat. Nam si milites ducem suum lecto detentum cernentes, segniores fiunt, & ad pugnam tardiores, multo magis par erat, & fidelem præceptorem tot signa operatum, intuentes cõtinue ægrotantem, & corporis morbo laborãtem, humanum quiddam esse perpessos. Nec vero hæc tantum, sed & aliud quiddam dubitãtes quæ runt, qua de causa, neque seipsum, neque ipsius præceptor, ita confectum curauit, sed mortuos quidem suscitabant, & dæmones expellebant, & mortem facile vincebant, corpus vero ægrotum non instaurabant. Et q in alienis corporibus etiam mortuis, tantam exhibuere virtutem, stomachum lapsum non releuabant. Et quod maius est, non veretur nec erubescit Paulus, post tot, & talia signa, quæ nudo præstitit verbo, Timotheo scribere, vt modico vino veteretur, quasi non posset absque illius auxilio, vnum laborans membrum erigere. [Infra.] Variæ enim & omnimodæ sanctorum afflictionis causas, numero octo, charitati vestræ dicere possum. Prima est, quòd cum facile in arrogantiam, propter meritorum magnitudinem & miraculorum tollantur, ipsos finit affligi. Prophetam Dauid, & Paulum audiamus, hæc dicentem. Ille quidem dicit, Bonum mihi Domine, quòd humiliasti me, iste autem raptus in Paradisum, ait: Ne magnitudo reuelationũ extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ. Quid hoc apertius? Ne extollar, inquit, propter hoc, permisit Deus angelos Satanæ colaphizare me. Angelos autem Satanæ, non dæmones aliquos dicit, sed homines diabolo ministrantes, infideles tyrannos, qui continue ipsum tribulabant, & insequebantur. Quod autem dicit, huiusmodi est, poterat Deus continere persecutiones, & tribulationes assiduas, sed quoniam in tertium raptus fui cœlum, & in Paradisum delatus, ne extollar, permisit persecutiones has. Quia ergo sancti, & admirabiles Paulus & Petrus, & omnes quicumque tales, qualescumque sunt, tamen homines sunt, & multæ cautionis ne facile extollantur, indigent. Secunda ratio, ne cæteri maiorẽ habeant de ipsis opinionem, quàm humana patitur natura, & ipsos deos, non autem homines esse arbitrentur. Quòd humana natura maiora, multi sæpius de ipsis suspicaturi erant, nisi talia patientes vidissent: audi, quomodo Paulus timeat, Nam etsi voluero, inquit, gloriari, non ero insipiens, parco autem, ne quis me existimet, supra id, quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Quid autem est, quod dicit? Poteram multo maiora dicere miracula, sed nolo, ne forte signorum magnitudo, maiorem de me hominibus suspitionem inducat. Diabolus persuasit, vt homines crederentur dij, & templis & aris honorarentur, sicut Lystris, Paulo, & Barnabę tauros, & coronas duxerunt, ipsisque immolare aggrediebantur. Ne hoc, & in sanctis fieret, permisit ipsos Deus continuo flagellari, in varios incidere morbos, vt nimia corporis imbecillitas, & tentationum turba, præsentibus persuaderet, quòd homines erant, talia edentes miracula, nihilque de suo afferebant, sed Dei gratia illa operabatur. Et hæc sit tertia ratio, vt Dei virtus appareat per ægrotantes, & compeditos, exuperans, & prędicationem augens. Quarta, vt ipsorum illorum patientia manifesta fiat, non propter mercedem Deo seruientium, sed & tantum exhibentium gratitudinem, vt & post tot mala, sincera in ipsis beneuolentia ostendatur, ne propter præsentis felicitatis spem, sancti Deum colere putẽtur. Quoniã multis erat circumdatus diuitijs Iob, Diabolus ad hanc statim confugit defensionẽ dicens, Numquid Iob gratis colit Deum? Circumuallasti interiora & exteriora eius, propter mercedẽ, inquit, ille vir tutem sequitur, tanta opulentia fruens. Voles ergo Dominus ostendere, ꝙ non ipsum sancti colunt propter

8

1. Cor. 15. 10

Psal. 118.
2. Cor. 12.

1. Cor. 4.
Heb. 12.

Psal. 153.

9 *Ibid.*

Rom. 5.

Eccl. 2.

Luc. 16.

Act. 14.

11 *Hom. 6. ad populum.*

Exo. 1.

Num. 11.

Iob. 1.

mercedem,

mercedē, omnē ipsius substantiā abstulit, & in grauē morbum incidere permisit. [Infra.] Omnes, ipsius animi habitudinem admirati sunt, non solum aūt ex rerū ablatione demonstrabatur, sed et ex patientiæ lucta circa ægritudinem. Quinta ratio, vt de resurrectione cogitemus. Cum.n. virum iustum, & multa plenum virtute innumera passum mala, & sic hinc digressum videris, oportet ex hoc, omnino aliquid de illo iudicio cogitare. Si.n. homines pro se laborantes, sine præmijs, & retributione migrare non permittit; multo magis eos, q̄ tantum laborauerunt, nunquam incoronatos remanere Deus decerneret. Si autem ipsos, laborum suorum retributione, priuare non elegit, omnino necesse est, quoddam aliud tempus esse post præsentium finem, p quod, præsentis vitæ laborum retributiones reciperet.

1. Cor. 15. 10 Vnde Paulus aiebat: Si secundum hominem cū bestijs pugnaui Ephesi, quid mihi prodest, si mortui non resurgūt? Et iterum, Si in hac vita, tantum in Christo sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Innumera patimur mala in præsenti vita, inquit: Si igitur non speratur altera vita, quid nobis esse pōt miserabilius. [Infra:] Itaq; cum videris iustū angustiari, affligi, imbecillitate, paupertate, & innumeris alijs ęrumnis præsentem vita transire, dic intra teipsum, q̄ nisi resurrectio esset & iudicium, numquam Deus tāta p̄ se passum mala, nullo potitum bono, hinc migrare p̄misisset. Vnde patet, q̄ alteram ipsis vitam præsenti iucundiorem, & multo meliorem parat. Quapropter, Deus tolerat, iustum quidem affligi; impium vero delicijs in dies affluere. Sexta ratio, vt omnes in grauia incidentes, sufficientem consolationem, & mitigationem habeant, in eos respicientes, & malorum quæ ipsis accidunt, recordantes. Vt autem discas, quos hic oporteat putare beatos, nos docet Paulus dicens: Et esurimus, et sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur. Et quem diligit Dominus castigat, flagellat autem omniū filium quem recipit. Certum est, quòd non remissione fruētes, sed propter Deum angustiatos laudemus, & beatos censeamus. Sic & Propheta dicit: Dextera eorum, dextera iniquitatis, filiæ eorum compositæ, circumornatæ vt similitudo templi, &c. Beatum dixerunt populū, cui hæc sunt. Tu vero quid dicis? Beatus populus, cuius Dñs Deus eius. Hunc beatum puto, etsi innumera patiatur mala. Est & alia, tertia quòd tribulatio spectabiliores facit tribulatos. Tribulatio.n. patientiā operatur, patientia vero probationem, probatio aūt spem, spes autem non confundit. Vides, q̄ in tentationibus manere, de futuris bene sperare facit? Quemadmodū .n. in fornace aurum examinatur, sic & homo acceptus, in humiliationis camino. Est & alia causa, q̄ si aliquas habeamus maculas, & hic eas deponimus, sicut Abraham ad diuitem dicebat, quoniam Lazarus recepit sua mala, vnde consolationem accipit. Præterea etiam, vt coronæ, & præmia nobis augeantur. Quanto.n. tribulationes intenduntur, tantum & retributiones amplia buntur, immo vero & multo plus.

Rom. 5. 9 Ibid. Eccl. 2. Luc. 16. Act. 14.

11 Hom. 6. ad populum. IDEM inquit: Propterea, Deus laboriosam vitam nostram, & grauem constituit, vt præsenti tribulatione compulsi, futurorum desiderium capiamus. Si.n. nunc cū sint tot tristitia, & pericula, & timores, & curæ, nos vndiq; circumeuntes, tam libentes, præsenti immoramur vita, si nihil horum esset, & absq; tristitia; & ærumnis omnibus tota foret vita nostra, q̄n vmquam futura desideraremus? Sic & Iudæis Deus fecit, volens.n. & illos in reditus cupiditatem inducere, & vt Ægyptum odissent, persuadere, permisit eos lateritio opere, & luto laborare, vt laborum & ærumnæ illius magnitudine cruciati, ad Deum de reditu clamarent. Si enim egressi, quamuis hęc accidissent, Ægypti iterum memineruēt, & pristinæ seruitutis, & ad grauem tyrannidem redire festinabant, nisi tales fuissent experti barbaros, quādo vnquam alienam dimittere terram voluissent? Ne igit & nos terræ affixi, & præsentibus inhiantes doleamus, & futurorum obliuiscamur, vitam nobis fecit Deus laboriosam. [Infra:] Nihil igitur eorum timeamus, quæ nobis natura afferuntur, sed illa quæ ex mala nobis p̄ueniunt voluntate. Illa.n. nobis pœnam pariunt, hocq; cogitemus continue, in his quæ nobis inexpectata accidunt, quod nō correximus illa dolentes. Et præter hoc, illud quoq; quòd si quid graue in præsenti patimur vita, iniuste, multa peccata dissoluimus. Idcirco magnum bonum est, hic luere peccata, & non illic. Etenim purpuratus diues, graue nihil recepit; & propterea illic torquebatur. Et quod hoc esset in causa, ne ulla illic fruere tur consolatione, audi, quid dicat Abraham, Fili recepisti bona tua, itaq; nūc dolorem patere. Quòd aūt Lazaro bona data sunt, quia hic cum virtute infinitas passus molestias fuerit, Patriarcham & hoc dicentem audi. Cū.n. dixisset diuiti, Recepisti bona tua, intulit, Et Lazarus mala; & propterea, consolationes capit. Sicut.n. in virtute viuentes, & tribulati, duplex habent emolumentum, sic & vitio viuens & gaudens, duplicem habebit pœnam.

Luc. 16.

12 In epi. ad Cypria. in qua exponitur. Psal. 89. to. 3. HIERONYMVS explicans illa verba: Lætifica nos pro diebus quibus nos afflixisti, vel humiliasti, annis quibus vidimus mala, inquit: Et Lazarus qui recepit mala in vita sua, in sinu Abrahæ, æterno quieuit gaudio. Mala autem appellat afflictiones & angustias. Quanta igitur magis in hoc sæculo, persecutionibus, paupertate, inimicorum potentia, vel morborum cruciatibus fuerimus afflicti, tanto post resurrectionem, in futuro maiora præmia consequemur? Pulchre aūt non dixit sustinuimus mala, sed vidimus.

13 In epi. ad amicum ægrotum to. 9. IDEM ait: Qui curādus est non dicit medico, qua lege curetur, nec miles eligit, quo mittatur, nec seruus, quo vel bere castigetur. Quod.n. ex maioris pendet arbitrio, non est in potestate subiecti. Ergo qui superna regimur potestate, & inter mundi miserias multiformes, corrigendi uersamur, nec nostrum est de potestate Domini aut plagas eligere, aut alia certamina quæ ferendo uincamus, sicut nec seruorum est eligere de dominis, genera flagellorum. Potestatis est emendare, cōditionis est subiacere, Regis est onus imponere, & militis sustinere. Quippe cum & ab ipso rege, nihil geratur iniustum, qui suis legionibus pro uirium qualitate bellicos sudores imponens, fortes mittit ad fortia, inferioribus competentia iubet, vt nec inferior cōtra proprias vires, certamine potentioris arceatur, aut potentior, in ferioris certamine degradatis meritis, humilietur. Nec inimicus est medicus, qui ferit, vt periculum tollat, & vulnus excludat. Nec aduersatur paternus affectus, si liberos doceat amplexibus flagellorum. Pater na enim flagella, exercitia sunt innoxiæ pietatis. Ergo quoniam castigatio corrigentis, amoris est causa, cū de pietate descendat, ama medicum percussorem, cuius plaga mater est medicinæ. Ego, inquit Dominus, occidam, & uiuere faciam, percutiam, & ego sanabo. Cum non desit in homine quod curetur, ferit, vt curet, vt sūt manus medici, quæ multum lædendo conferunt sanitatem, non sine murmure patientis. Aggredere igitur frater sustinentiæ remedium, quo valeas grauidam tentationibus sarcinam leuigare, & pericula dum pateris superare. Iacentia membra, animus rigidus consoletur, & curet. Regnum teneat virtus intra corpus anxietatibus captiua tum, ut anima inclusa periculis, vigeat ipsius libertate virtutis, quę in ipso vestibulo dominicæ seruitutis, contra infestas calamitates iussa est armari. Fili, inquit, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Coniungere Domino, & sustine ait Salomon, vt crescat in nouissimo uita tua. [Infra:] In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabū tur, ideo tenuit eos superbia. Cernis igitur medicinali flagello, immeritos despici, & meritos, amicabiliter castigari. Parens enim omniū Deus, vt est medicus fidelis erga susceptos, & genitor circa liberos suos, quos a-

Deut. 32.

14

niat. Sic ferit, vt corrigat, non vt occidat. Ergo felix est qui vapulat, vbi amoris est plaga. Beatus, quem super ni verberis remedium curat, corrigit, emendat, cum Dauid dicat, Beatus quem tu emendaueris Domine, & de lege tua docueris eum. Nec mirandum est .n. ꝙ malorum frequentium stragibus varijs, sic mortaliū vita populetur in mundo, in quo nemo nascitur ridēs in quo nemo lumen vitę nisi cum lachrymis auspicat. Cum nos denique, maternæ vuluæ tentorium, ostēderet mundo, flentes didicimus mundum, vt quasi malorū primitias, in primis lachrymis gustaremus. Vnus est omnibus introitus ad vitam. Primam vocē, ait Salomon rex, similem omnibus emisi plorans, & similis etiam est exitus. Quid ergo prosperitatis aut lætitiæ potest nobis occurrere, vbi primo discitur flere, & inter ipsa cunabula nascentis infantię, & in ipso vitę vestibulo, nihil aliud noui, de mundo, quàm fletus occurrit? Limina mundi cū fletu calcauimus, flebimus equi
15 dem transituri. O angustum, & satis anxium tempus vitæ mortalis; vbi cū initio nominatur, & finis. Quis enim inter anxietates vagantis sæculi, ęrumnasq; morborum lædentium, non magis morte desiderat, quàm longam satis & languidam vitam? dicēte Salomone. Melior est mors, quam vita amara, & requies æterna quàm languor perseuerans. [Infra:] Sæculum pelago comparatur, in quo rara sunt prospera, expauescitur, timetur, morbi quoque non desunt, solus exitus, securitatis est portus. Hinc atque illinc ingruunt calamitatis incursus infestæ, sed vsque ad portum ideſt ad exitum, virtutis est tolerare. Inter calamitates animus rector hominum gubernat, & regit, quamuis aliquis periculis paululum temperatis, nauigium tractabile ducat, sed potius illa expectatur, atque triumphis maioribus excipitur nauis, quę turbido flumine, coactos in verticem fluctus, potenter excussit. Hanc excipit profundo cum gaudio, turba in portu. Sua felicitate miser est, qui cum infelicitatibus, quibus gloria gignitur, nunquam meruit habere conflictum. Nec suam virtutem didicit, quem calamitas non excussit. Nec eum sequitur felicitas præmiorum, qui sarcinam non vult gestare armorū. Superatur morbus in corpore, si discat animus sustinere, & ideo vbi corpus iacet infirmum,
16 in recessibus maior habenda est virtus. [Infra.] Profecto illi sani sunt, quos morbus inuiolauit atque iactat insanus. Incolumnis est, quem quolibet verbere corrigit Deus, qui se hominis amatorem castigando testatur dicens. Ego quos diligo, arguo, & castigo. Et ideo se sanum non iudicet, qui aut morbis, aut sordibus caret, nec infirmitatis remedio cōfouetur. Illi vero sunt miseri, qui nimiæ felicitatis inerti tranquillitate torpescunt, quibus fucata sanitas, vt fallat & decipiat adulatur, quos æterna tenebit ægritudo, æterno tortore, totum hominē post modum vexatura. Et quid prodest per discrimina prospere cucurrisse, si post cursum contigerit incerire? Frustra denique nauis per superbum pelagus & insanum, amicis fluctibus, commoda prosperitate cucurrit in portum, si cum naufragio peruenit, & periturā portus acceperit. Cum iudicamur, ait Paulus, a Domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. [Infra.] Tetat vos Dominus Deus vester, vt sciat si diligatis eum ex toto corde vestro, & ex tota anima vestra. Et iterum. Correptionem Domini ne abijcias, ipse enim vulnerat, & medetur, percutit, & manus eius sanabunt. [Infra:] Omne quod tibi applicitum fuerit accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe, quoniam igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis. Dic, si bona suscepimus de manu Dñi, mala quare non sustineamus. Dñs dedit, Dñs abstulit, sicut Dño placuit ita & factum est, sit nomē Dñi benedictum. Aduersum igitur, satisq; contrarium est, probationis tempore in Dominum murmurare, q aut vitæ nostræ pestiferam labem, ærumnarum iactatione vexat, vt liberet, aut iustitia ventilat vt coronet, ac vexatione membrorum, aut delictum vapulat, aut iustitia probatur, vt vincat.

1. Cor. 11. Deut. 13. Iob. 5. Eccl. 2. Prou. 17.

IDEM in fine, sic habet: Si intemperate cibus sumptus, aut immoderate potus acceptus, leuem corporis febriculam concitarit, deijcimus animum, affligimur, suspiramus; nulla cura tunc est sæculli, nulla villarū, nemo de patrimonio cogitat, nemo de foro, oēs calumnię omnia lucra in periculis corporis conquiescunt. Curritur ad medicos, & pro remedio promittuntur munera aurum argentum. Interdum etiam mancipia tradunt, & pene totum patrimonium, aut negligitur, aut donat. Si autem contigerit, vt inter ceteros, languidum visitātes, aut clericus, aut sacerdos, aut etiam laicus Dei seruus aduenīat, rogatur vt oret, & qui sæpe pro nihilo cō temptus fuerat, necessitatis tempore supplicat, vt precibus suis commeatum vitæ longioris obtineat. Et cū sic Dominus conferat sanitatem, cito succedente obliuione, in contrarium omnia permutantur. Timor in insolentiam, gratia vertitur in contemptum, & quasi nihil vnquam incommodi senserimus, aut quasi reuocare cursus ad talia nequeamus, rebellamus, efferimur, & concessum ad pœnitentiam vitæ spatium negligimus, & peccata non pœnitendo cumulamus. Legamus Esaiam Propheram, & necessarium Ezechiæ regis quæramus exemplum, cui morituro anni quindecim ad superiorem vitā proprijs fletibus & Propheræ precibus augentur; quique accepta tanti numeris gratia, nō peccatis, non uoluptatibus, non delicijs, sed soli Domino indultum vitæ spatium humilis & sanctus exhibuit.

17 *In epist. ad amicū, quē instituit in scię. diuin.*

IDEM ait: Tradunt Paulum, grauissimum capitis dolorem sæpe perpessum, & hunc esse angelum Satanę qui appositus ei sit, vt eum colaphizaret in carne, ne extolleretur. Ideo hic inquit, & tentationem vestrā, quæ erat in carne mea, non spreuistis, neque respuistis. Hæc infirmitas & languor hic corporis, apud eos quibus annunciabatur Euangelium, tentatio fuit, an contemnerent eum sublimia promittentem, quem languoribus corporis subiectum videbant. Nec non & illud dici potest, quod in principio aduentus sui ad Galatas, contumelias & plagas corporis ab his qui contraibant Euangelio, sustinuerit, & hanc fuisse tentationem vel maximam Galatis Apostolum Christi cernentibus, verberari.

18 *Lib 2. in c. 4. epist. Pauli ad Galat as 10. 6.*

GREGORIVS inquit. Aliter admonendi sunt incolumes, vt salutem corporis exerceant ad salutem mentis, ne si acceptæ incolumitatis gratiam ad vsum nequitię inclinant, dono deteriores fiant, & eo postmodum supplicia maiora mereantur. Admonendi sunt incolumes, ne opportunitatem salutis in perpetuum promerendæ, despiciant. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli, ne forte impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena, & gemas in nouissimis, quando consumpseris carnem & corpus tuum. Honorem suum alienis dat, qui ad Dei imaginem conditus, vitæ suæ tempora malignorum spirituum uoluntatibus administrat. Annos etiam suos crudeli tradit, qui ad uoluntatem male dominantis aduersarij accepta viuendi spatia expendit. Quisquis autem per acceptam valetudinem corporis, non exercendis uirtutibus, sed perpetrandis uitijs laborat, nequaquam suis uiribus, suam domum sed extraneorum, & dæmonum habitacula, ideſt facta multiplicat luxuriando, vel superbiendo. Bene autem subditur. Et gemas in nouissimis, quando consumpseris carnem & corpus tuum. Plerumque accepta salus corporis per uitia expenditur, sed cum repente subtrahitur, cum; molestijs caro atteritur, cum iam egredi anima vrgetur diu male habita, quasi ad bene viuendum salus amissa requiritur. Et tunc gemunt homines, quòd Deo seruire noluerunt. Vnde dicitur. Cum occideret eos, quærebant eum, & reuertebantur. At contra admonendi sunt ęgri vt eo se filios Dei sentiant, quo illos disciplinæ flagella

19 *Tertia pars curæ pastoralis ad monitionem 13. tom. 4. Prou. 5.*

20

Pſal. 77.

gella castigant. Nisi enim correctio hereditatem dare disponeret, erudire eos per molestias non curaret. Hic namque ad Ioannē Dominus per angelum dicit. Ego quos amo, arguo, & castigo. Hinc rursum scriptum est, *Apoc. 13. Heb. 12.* Fili mi noli negligere disciplinam Domini, neque fati geris cum ab eo argueris, quem enim diligit Dominus castigat, flagellat autem omnium filium, quem recipit. *Psal. 33.* Hinc Psalmista ait: Multæ tribulationes iustorum, & de omnibus his liberauit eos Dominus. Dicendum est ægris, vt si cœlestem patriam suam esse credunt, necessario in hac labores velut in aliena patiantur. Hinc est enim, quod lapides extra tunc sunt, vt in constructione templi Domini absque mallei sonitu ponerentur, quia uidelicet nūc foris per flagella tundimur, vt intus in templum Dei postmodum sine disciplinę percussio ne disponamur, quatenus quicquid in nobis est superfluum, modo percussio resecet, & tunc sola nos in ædificio concordia charitatis liget. Admonendi sunt ęgri, vt considerent pro percipiendis terrenis hæreditatibus, quomodo dura carnales filios disciplinæ flagella castigent. Quæ ergo nobis diuinæ correptionis pœna grauis est, per quam & numquam amittenda hereditas percipitur, & semper mansura supplicia vitantur? Admonendi sunt ægri vt considerent quanta salus cordis sit molestia corporalis, quæ ad cognitionem sui mentem reuocat, quam plerumque salus abijcit, infirmitatis memoria reformat, vt animus qui extra se in elatio nem ducitur, cui sit conditioni subditus, ex percussa, quam sustinet, carne, memoretur. Balaam, vt perueniret ad propositum tendit, sed eius uotum, animal cui præsedit, præpedit. Prohibitione quippe immorata *Num. 22.* asina angelum videt, quem humana mens non uidet, quia plerūq; caro per molestias tarda flagello suo menti Deum indicat, quem mens ipsa carni præsidens non videbat; ita vt anxietatem spiritus proficere in hoc mūdo cupientis, velut iter tendentis impediat, donec ei *2. Pet. 22.* inuisibilem, qui sibi obuiat, innotescat. Vnde bene Petrus dicit, Correptionem habuit suæ vesaniæ, subiugale mutum, quod in hominis voce loquens prohibuit Prophetæ insipientiam. Insanus quippe homo a subiugali muto corripitur, quando elata mens humilitatis bonum quod tenere debebat, ab afflicta carne memoratur. Admonendi sunt ægri, ut considerent quanti sit muneris molestia corporalis, quæ & admissa peccata *Prou. 20.* diluit, & ea quæ admitti poterant, compescit. Vnde scriptum est, liuor vulneris abstergit mala, & plagæ in secretioribus ventris. Mala enim liuor vulneris abstergit, quia flagellorum dolor vel cogitatas vel perpetratas nequitias diluit. Quia dum exterius percutimur, ad peccatorum nostrorum memoriam taciti afflictique reuocamur, atque ante oculos nostros, cuncta quæ a nobis sunt male gesta, reducimus: & per hoc quod foris patimur, magis intus quod fecimus, dolemus: admonendi sunt ægri, quatenus patientiæ virtutem seruent, exemplo Christi. Cur enim asperum creditur vt a Deo homo toleraret flagella pro malis, si tanta Deus ab hominibus pertulit mala pro bonis? Aut quis sana intelligentia de percussione sua ingratus existit, si ipse hinc sine flagello non exijt, qui hic sine peccato vixit?

AMBROSIVS ponderat sanctitatem, Iob, qui *Enarration. in Iob c. 2. to. 2.* in stercore positus mysteria loquebatur, neq; aquirendis propriç remedijs ęgritudinis, sed sacris vacabat sermonibus, fortioresque erant sermones ægri hominis, quàm illorum qui non ægrotabant, & quid dicam fortiorem inuentum ceteris? fortio ęger, quam cum sanus *2. Cor. 12.* esset, seipso inuentus est, fortior enim æger Iob, quàm cum sanus fuerat, secundum quod scriptum est, Virtus in infirmitate perficitur, ergo & Iob cum infirmaretur, tunc validior erat, non enim ægrotabat animo, & si doleret corpore, &c.

IDEM super illud Phil. 2. Necessarium arbitratus *Super epi. ad Phi. 1. 3* sum Epaphroditum fratrem, &c. mittere ad vos, &c. etenim infirmatus est prope mortem, ait: Quid ergo est, ut præsente Apostolo, qui mortuos suscitabat, hic Epaphroditus infirmaretur vsque ad mortem? numquid non orauit pro illo Apostolus, & nō impetrauit, vt citius sanaretur, sed digna infidelium causa fuit, nā huic non ad detrimentum contigit ægritudo, sed ad augmentum, probationes enim diuersæ sunt credentium, alius enim per ægritudinem, alius amissione charorum, alius enim per damnum pecuniæ, alius per tribulationes probatur, si in necessitate stabilis inueniatur, auxilium a diuersa parte non quærens, vt augmentum faciat meritorum. Non ergo contempta est postulatio Apostoli, sed melius promissum ei, p quo petebat, quid *1. The. 4.* autem illud est, vt cum de excessu fratrum in alia epistola non contristari debere, admoneat, in hac autem contristandum se, si exisset Epaphroditus de corpore significat? Sed sic se tristem futurum dixerat de excessu Epaphroditi, quia solatium eius, & auxilium requirebat, non tamen vt quasi perditum lugeret, &c.

Eleemosyna eiusque necessitas, & modus in ea seruandus, quam differre non expedit. cap. X.

ORIGENES sic habet: Missi Angeli ad subuersionem Sodomorum, cum iniunctum cuperent maturare negotium, curā prius gerunt hospitis Loth, vt eum imminenti ignis excidio, contemplatione hospitalitatis eximerent. Audite hæc qui peregrinis claudi tis domum, audite hæc qui hospitem uelut hostem vitatis. Loth in Sodomis habitabat, alia eius bene gesta non legimus. Hospitalitas in eo sola ex vsu veniens memoratur. Euadit ignes, euadit incendia, ob hoc solum q̄ domum suam patefecit hospitibus. Hospitalem domum, Angeli ingressi sunt, clausas hospitibus domos, ignis ingressus est. 1 *Hom. 5. in c. 19. Gen. to. 1.*

IDEM inquit explicans illa verba: Beatus vir qui post aurum non abijt, nec speruit in pecuniæ thesauris. Veræ inæstimabilis atque æterna beatitudo est, vt cum quis diues effectus fuerit, non confidat in auro, nec intendat in argenti repositione, sed recondat hæc in mandato altissimi, & det ea in eleemosyna pauperibus, sed seminet atque spargat ea late per animas miserorum, per ora esurientium, per destitutos atque miseros, Iuxta hoc quod dictum est. Seminate vobis ad iustitiam, ut meratis fructum uitæ, & disperfit dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculū sæculi. Eiusmodi vero, metet multipliciter in die resurrectionis. Eiusmodi eleemosynarum iustificationibus, tanquam lux effulget coram Angelis Dei. Talis fuit beatus Iob. apud quē numquam hospes foris mansit, cuius ianua omni aduenienti patuit, quem inualidi numquam prætermiserunt, rogare de his quæ opus habuerunt, qui non dimisit pauperem exire de domo sua vacuum. Ad cuius tonsuram ouium, omnium pauperum scapulę calefactæ sunt. Ob hoc enim, & istam multitudinem pecorum nutriuit, & maximam agriculturā exercuit, vt plurimis impertiret, ut plurimis benefaceret, ut plurimorum memor esset. Non propter os suum tantum, sed vt multos esurientes saturaret, atq; plurimos nudos uestiret, & multis miserabilibus atq; infelicibus refrigeraret, & ministeriū eius nimis copiosum quod ministrabit hospitibus, & infirmis miserantibus destitutis, & peregrinis & pauperibus. Pro horum ergo omnium susceptione, nimium copiosum habuit ministerium, puto quod, & in cœlo & in excelsis, copiosum nimis habuerit ministerium. Plurimi ministrauerunt ei super terram pro miserorum susceptione, sed pluriores ministrabant ei in cœlis, cœlestes Angelis incorruptibiles eleemosynas, atque bona opera eius, in memoriam coram Deo in Cęlum deferentes. Sicut dictum est ad Cornelium, Orationes tuæ, & eleemosynæ ascēderunt sursum coram Deo. Attestantur autem Angeli non soli Iob, sed, & omnibus qui similiter vt Iob eleemosynas, miseris ac beneficia infelicibus impertiunt. 2 *Lib. 2. in Iob to. 2.* 3

[Infra.]

[Infra.] Hæc Iob opera, hic sunt perfecta, in cælo vero demonstrata; hic seminata, illic vero messa, hic dispersa, illic autem collecta, hic Deo fœnerata, illic vero cum gloria a Deo fœnerantibus reddita. Qui enim miseretur pauperi, fœneratur Deo, secundum autem datum illius, retribuet illi Dominus.

4 IDEM explicans illa verba: Hospitalitatem sectantes, ait, Quam digne hospitalitatem sectantis magnificentiam uno sermone comprehendit. Dicens enim sectandam esse hospitalitatem, non illud solum ostendit vt venientem ad nos hospitem, suscipiamus, sed, & requiramus, & solliciti simus, & sectemur, ac perquiramus vbique hospites, ne forte in plateis sedeant, ne extra tectum iaceant. Recordare Loth, & inuenies q̃ non illum hospites, sed ipse quæsierit hospites, & hoc erat hospitalitatem sectari.

Lib. 9. in c. 12. ad Romanos.

5 BASILIVS sic habet: Non communis meminit naturæ, nec quæ supererant putauit egentibus distribui oportere, nec vllam inibat rationem illius præcepti, ne desieris benefacere inopi. Itemque, eleemosynæ, & fides ne te deserant. Item, frange esurienti panem tuam, sed horrea multitudine fructuum grauata dirumpebantur, cor autem eius parcum ac tenax, minime exaturatum est. Quod faciam inquit? Agnosce o homo eum qui dedit, qua gratia iam multis sit prælatus? Dei optimi minister es, tuorum dispensator conseruorum. Ne puta, omnia ventri tuo præparari, quæ in manibus habes, vt aliena existima, paruo te exhilarabunt tempore, deinde diffluentia præteribunt, quorũ ratio abs te acriter exigetur. Plane imprudenti uteris consiliario, quid faciam? Parata tibi responsio fuerat, esurientium animas explebo, aperiam horrea, & omnes vocabo indigos, imitabor Ioseph, præconio exhibitæ hominibus benignitatis celebrem, voce emittam magnificam, qui cumq; panibus egetis venite ad me singuli; participes futuri quod satis fuerit, gratię a Deo mihi collatæ, quasi prosilientis e communibus fontiũ scatebris. [Infra:] Imitare o homo vel terram, ut illam fructus proferto, ut ne illa cõspiciaris esse deterior, quæ inanimis est. Sane illa non in suum vsum, aut commodum, sed in tuum ministrare contendit. Tu autem quem debueras ostendere beneficientiæ fructuum, illũ tibi ipsi congregas? Non benefactorum gratiæ, in dantes reuertuntur. Dedisti esurienti, tibi cõsuluisti, quod

6 dedisti, ad te cum augmento redibit. Quemadmodum enim frumentum in terram cadens, lucrum proijcienti parit, sic, & panis in esurientem proiectus, multam in posterum tibi reddet vtilitatem. Seminate inquit vobis ipsis in iustitia. Si autem diuitias ob honorem inde prouenientem admiraris, considera quanto ad gloriã magis faciat, multorum filiorum parentem appellari, quam mille stateres in marsupio repositos habere. Pecuniam enim hic vel nolens relinques; honorem vero ex benefactis, ad Dominum referes, quando populus omnis communem iudicem circunstans, te, & nutritorem, & in inopes beneficium, & demum omnibus, quę ad humanitatem pertinent, nominibus appellabunt. [Infra:] Tuas opes in pauperum varios vsus dispone ac dispensa, clarus ac venerabilis, ob sumptus in egentes esto. De te illud dicatur, Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculum sæculi. Ad horrea tua aperienda, noli annonæ caritatem expectare. [Infra.] Putei cõtinuo exhausti, & copiosiore & pulchriore admodum fluunt aqua, dimissi uero, & quieti facile putent. Sic & opes conditæ quiescentesue inutiles, motæ autem, & translatæ, publicum commodum, & fructum pariunt. [Infra.] Destruam horrea mea. Habes si vis apothecas, ventres pauperum, thesauriza tibi thesauros in cœlo. Quæ illic reconduntur, ea non depascũtur tineę, nec furantur latrones. Dixeris, atqui tum in pauperes dispartiar, cum horrea secũda compleuero; longa tibi uitæ tempora præfixisti, vide ne te illud tempus quod certo ac præstituto termino accelerare solet, forte corripiat. Vitam namq; tibi polliceris, non ut posthac sis liberalior, ac tribuas, sed ut instantem mendicum a te propulses. Iam quando suppetit, quid prohibet, quominus liberaliter impartiare? Nonne inops adest? Non sunt plena horrea? non merces a Domino parata? Nõ mandatum manifestum? Esuriens fame absumitur, nudus frigore rigescit, & tu eleemosynam in crastinum differs? Audi Salomonem. Ne dicat regressus reuertere, & cras dabo, ignoras enim quid sequens pariat dies. Quantam te Deo beneficentissimo gratiam habere, quam hilarem esse te simul, & in inopes liberalem oportebat, q̃ non ipse pro foribus alienis cogeris obstreperus esse & querulus, sed tuas alij occupant. Nunc autẽ tristis es & rogatu difficilis, occursus pauperum uitas, ne forte aliquid uel modicum e manibus coacto exeat. Vnam tantum nosti uocem. Non dabo, non habeo, nam & pauper quoque ego sum. Pauper in quam charitate, benignitate in indigos, pauper fide, erga Deum pauper, pauper æterna spe. Quamobrem frumenti, quodcumque possides, tuos fac fratres participes. Cras forte marcescet, hodie egenti da. Dixeris, cui facio iniuriam, si mea retineo? Quæ illa dic mihi tua? Vnde accepta hæc ad traducendam præsentẽ hãc vitam inuexisti? Nonne nudus ex utero matris excidisti, nuduſq; rursus reuerteris ad humum? Cur tu dives es, ille pauper? Profecto nõ ob aliam causam, nisi vt tu benignitatis ac fidelis administrationis mercedem accipias. Esurientes est panis, quem tu retines, nudi est vestis, quam in arca custodis, discalceati calceus, qui apud te marcescit, egentis argentum, quod tu terræ infossum possides. Quare, tot iniurius es hominibus, quos poteras opem conferre.

Hom. 6. ex uarijs huius tomi. tomo 1.

Prou. 3.

7

10 *Hom. 8. ex uarijs.*

8 IDEM loquẽs de adolescente illo, qui cum audisset a Christo a Domino, Vade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, qui recessit tristis, inquit: Mihi euenisse huic adolescenti, vel propinquis ipsius uidetur, quod illi solet euenire, qui iter facit ciuitatis alicuius spectaculi videndi studio, properatque vsque ad mœnia, ibi reperto diuersorio requiescit, modicumque quod restat viæ, ob pigritiam atque desidiam ire detrectat, simul & toleratum itineris laborem inanem reddens & spectaculo bonorum, quæ videre poterat in urbe, excludens. Sic & huiusce modi sunt homines, qui cetera quidem mandata obseruant, ad bonorum vero suorum erogationem claudicãt. Vidi ego multos ieiunantes, orantes, prętetitorum pœnitentia suspirãtes, omnem deniq; sine sumptu pietatem ostendentes, egentibus vero ne obolum quidem prębentes. Quid his cetera virtutum diligẽtia prodest? Non propterea regnum Dei consequentur. Idcirco inquit Dominus, Difficilius est diuitem intrare in regnum cælorũ, quam camelum per foramen acus. Hoc testimonium validũ, qui testatur verus, persuasi uero pauci. [Infra.] Quid quæso grauaris? Qui dolens audiens vende omnia quæ habes? Si enim te in futurum sęculum sequerentur, profecto præ illis pretiosioribus, quæ ibi reperies, & hæc nihil penderes. Sed quando necesse est ea hic remanere, cur ex eorum actione non lucritacis maiora longe reperiendo? Nam si alacri lætoque animo das aurum, vt equos possideas, cur id regno Dei potius commutari suasus, doles, petenti denegas, & abnuis, mille sumptum occasiones commemorando? Quid miser iudici respondebis? Parietes vestis, hominem non vestis? Equos phaleris ornas, fratrem tuum laceris amictum pannis aspernaris? Frumentum retinendo perdis, esurientes non respicis? Aurum in terram condis, & oppressum nõ curas? [Infra:] Sed inquis, ego quidem bonis, dum vixero, frui volo, post mortem uero in testamento heredes facultatum mearum ac dominos pauperes faciam. Heu miser tunc benignus ac liberalis hominibus eris, cum amplius inter homines non ages? Cum te cadauer aspiciam, tunc fratris amantem appellabo? Magna dignus eris liberalitatis laude, magnus tibi honor

Hom. 7. cũ tra diuitis uarios. Matth. 19.

Ibid.

11 *Homil. 23. ex uarijs.*

9

nor debebitur aut gratia, si in sepulchro iacens & in terram conuersus, magnificus ac sumptuosus apparebis. Dic cuius mercedem temporis postissimum exposces, vitæ ne, an mortis? Nam si tempore, quod ad promerendum datur in uoluptatibus absumpto, pauperes nequaquam respexisti, mortuus cuius nam actionis aut operis mercedem petiturus es? Ostende opera, & tunc primum mercedem repete. Nullus enim post mercatum solutum negotiatur, neq; demum post certamina accedens coronatur, nec post bellum fortia gerit, nec item post uitam pietatis laudem præmiumve capiet. Atramento & tabulis pulchra opera, & commendanda gerere studes? Quis de mortis genere sponsor? Quot videmus repentino, ac vi, casuq; extingui, qui præ doloris & spiritus angustia, nec vocem quidem emittere potuerũt? Quot etiam febris, a sensu alienos fecit? Quid igitur tempus expectas, in quo sæpe rationis tuæ compos non eris? Immo qui hæreditati insidiatur, paratus aderit, omnia tantum quæ ad eius faciant vsum adhortãs, ac tua irritare consilia quærens? Quòd si nihilominus cõtigerit vt, & verbo, & scripto res tuæ palam mandentur, vna tantum transposita littera, vnũ non probe appositum signum, totã sententiam mutare ac irritam facere valebis. Duo item aut tres improbi testes, totam hæreditatem in alios conuertent.

10 *Hom. 8. ex uarijs.*

IDEM, quando imminente siccitate grandi fames Cæsareæ inualuit, inquit, hiemes solitum humorẽ cum sicco non retinuit, sed in glaciem tota abijt niuis imbris penitus expers. Vernum tempus alteram quidem sui officij partem ostendit, caliditatem dico, humiditatem uero nullam illi coniunxit. Æstus vero immẽsus, & frigora naturæ leges prætereuntia, ac in nos damnũque nostrum cõiurata mortales ad victus uitæq; simul trahunt discrimina. Quæ igitur fratres huius tantæ cõfusionis contrarietatisq; causa? Vnde talis rerum temporumque nouatio? Illæ sunt causæ, cur nobis consueta gubernatio sublata sit, quod cum ex Deo accipiamus, alijs non damus, conseruos non miseramur, egentibus desumus. Esurientes non nutrimus, inopibus alimenta negamus. Cum indeficientem thesaurarium Deum habeamus, erga pauperes tenaces sumus. Ouiũ gregem fœtura implet, ouibus vero nudos plures esse sinimus. Graues rerum apothecas & cellas habemus, his autem carentes, nequaquã respicimus. Hac de causa, & Deus omnipotens manum non aperit, quoniam fraternitatis charitatem occlusimus. Ob hoc, & campi steriles, quoniam charitas friguit. Supplicantium uox frustra clamat, & in aera euanescit ac dissipatur, nam & nos rogantes, minime audimus. [Infra.] Imitare uiduam Sareptanam, quæ Eliæ egenti panem porrigens, a miseria leuata est. Si eges, Deo diuiti fac fœneres, crede, inquam illi, qui quod afflicto datur perpetuo quasi suæ personæ datum amplectitur, & de suo reddit dignus, vbique fideiussor, terra marique apertos habens thesauros. Magnificus est Deus in dando fœnore. [Infra.] Si senem egurietem videris, fac nutrias, vt Ioseph, Iacob. Si inimico occurras afflicto, parce iræ, ne expellas vindictę cupidus, sed potius nutrias, vt ille quondam fratres, a quibus venditus fuit. Cum in iuniorem incideris indigentem, funde lachrymas, vt ille super Beniamin fratre senectutis filio.

8 *Hom. 7. cõtra diuitas auaros. Matth. 19.*

Ibid.

11 *Homil. 23. ex uarijs.*

IDEM inquit: Antequam ad consummatam perditionem perueniat homo, plurimum ex oneribus deponat, & antequam submergatur scapha, sarcinarum iactura faciat, quas præter decorum cõgessit, atque ita imitetur eos, quibus in mari negotium est. Illi nãque etiam, ubi necessariorum aliquid naui intulerunt, tempestas autem feruẽs ex pelago insurgat, ac nauem oneribus pressam, fluctibus obruere minitetur, quam poterunt citissime, plurimum de pondere tollunt, & abiciunt, & merces suas absque vlla detrectatione in mare profundunt, ut nauem supra fluctus sublimiorem reddant, & animabus tantum, si ita possibile sit, & corporibus e periculo euadere liceat. Multo autem magis nos ista, & consultare conuenit, & facere. Nam illi quidem, quicquid sit quod abijciunt, mox pereunt, & paupertatis deinceps necessitas illos occupat, nos verò quanto magis prauum hoc onus effuderimus, tanto plures, & meliores animabus nostris diuitias coacernabimus. Pecuniæ sane bene eiectæ, nec pereunt eijciẽtibus ac dispergentibus, sed velut in alias quasdam tutiores naues, pauperum uidelicet ventres translatæ conseruantur, & ad portus pertingunt, & proijciens euadit periculum. Adigamur itaque, fratres eo, vt, & in nos ipsos humani simus, & facultatum nostrarum pondus, si quidem omnino quæstum facere voluerimus, in multos diuidamus, qui, & portent illud alacriter, & in sinus Domini, ueluti tuta penetralia recondant, ubi nec tinea corrumpit, nec fures effodiunt, neque furantur. [Infra.] Si nos pauper aliquis accesserit, vix etiam præ fame loquens, auersamur hominẽ eiusdem nobiscum naturæ, fastidimus & studiose aufugimus, quasi veriti ne & de ipsa miseria nonnihil si tardius progrediamur contrahamus. Et si vultu fuerit in terram ex calamitatis pudore demisso, hypocriticos artificem esse dicimus. Si vero nos libere ac fidẽter, grauiter a fame stimulatus aspexerit, impudentem rursum, & raptorem uocamus. Quòd si dono alicuius, veste indutus est integriore, tanquam insatiabilem pellimus, & paupertatem illum simulare iuramus, si vero marcidis fuerit ac laceris panniculis obtectus, vt graueolentem, iterum abigimus. Neque immitem hunc animum nostrum flectere potest, siue conditoris nostri nomen precibus suis adhibeat, siue continuo iuramento nos talibus passionibus haud quaquam fore obnoxios si commisereamur confirmet. Qua propter suspicor, ignem gehennæ, nobis grauiorem quam diuiti epuloni futurum.

12 *Ho. 35. in Gen. 10.1.*

CHRYSOSTOMVS in re hac disertissimus est, de qua tertio quoque verbo elegantissime disserit, & in primis ait: Pecuniarum abundantiam in animarum nostrarum salutem expendamus, superfluaque indigentibus insumamus. Quare enim dic mihi permittis filium, aurum & argẽtum prodigere, quę oportebat in pauperum ventres enucuare, reponendo in totum promptuarium, vt tempore quo maxime opus habes eorum adiutorio, consolationem inuenias. Et qui a te hic pasti sunt, alibi fiduciæ fores tibi aperiant, & accipiant te in æterna sua tabernacula. Vestes quoque non sinamus a vermibus rodi, & absque vsu in arculis putrescere, cum tot sint qui indigeãt, & obambulant nudi, sed veneremur, honoremque demus nudo Christo, potius quàm tineis, & induamus eũ, qui propter nostram salutem nudus obambulare vult, vt cum ipsum induerimus, audiamus in die illa, nudus eram, & vestistis me. Num onerosa sunt præcepta? Ea quæ pereunt, inquit, quę a uermibus arroduntur, quæ absq; vsu & frustra consumuntur, hæc dispensa, ut tibi fiant utilia, ut & detrimenti damnum effugias, & ex ipsis lucrum maximum tibi pares. Excellẽtis enim & magnæ inhumanitatis est, post tot spirituales admonitiones, arculis & muris includere superflua, & non illis subleuare proximorum inopiam, sed sinere a rubigine & tinea potius corrũpi, & propter illa, supplicijs potius plecti, quàm digna pro eis remunerationem accipere.

Matt. 25.

IDEM ait: Videamus quantam abundantiæ vim, possideat larga eleemosyna, vt cum didiceris lucrum, quod inde nascitur, alacriter eam facias. Forte enim tanta eius potestas, ut non solum peccata purgare, sed & mortẽ fugare ualeat. Et quis, dicet aliquis, eleemosynã faciens, superior morte effectus est? Sane oẽs vidimus, sub mortis potestatem venisse. Ne turberis dilecte, sed disce quomodo eleemosynæ vis, & mortis uicit tyrannidem. Tabita vestiebat uiduas, & alios sumptus eis pębebat: Factum est autem vt infirmata moreretur, sed quæ ab illa curabantur, & quas vestiebas, stabant circa

13 *Ho. 55. in Gen.*

Act. 9.

Apo-

Apostolum, & ostẽdebant ei vestes, quas faciebat illis Dorcas, atq; ad miserationem Apostolum prouocabant, qui genibus flexis orans dixit. Tabita surge, Illa autẽ aperuit oculos suos, & viso Petro resedit, & dans ei manum erexit eam, & accersitis sanctis viduis, assignaui eam viuam. Vidisti quanta retributio beneficentiæ in viduas, etiam in præsenti vita? Quod enim in tũ præbuit illa uiduis, quantum illæ ei rependunt? Vestes præbuit, & alimenta, sed illæ ad uitam hanc reduxerũt, & mortem fugere fecerunt. Vidisti pharmaci potentiam? Hoc omnes nobis ipsis paremus, neque enim sumptuosum est, quamuis tantæ sit virtutis, sed & vili emitur, nec multos sumptu indiget. Magnitudo enim eleemosynæ, non in multitudine pecuniarum, vel opũ
Matt. 10. Luc. 11. 14 sita est, sed ex alacritate dantiũ iudicatur. Propter hoc, & qui potum aquæ frigidæ dedit, acceptus est, & quæ duo minuta in corbonam misit, grata est, vt discamus ꝙ vbiq; mentem requirit Deus. Effundamus igitur facultates nostras in indigos, mente liberali, ex his quæ nobis Dominus dedit, & quæ ab eo data sunt, ipsi iterum demus, vt sic iterum nostra cum lucro fiant. Tanta enim eius est liberalitas, quod licet accipiat de his quæ ipse dedit, non tamen putet propria se accipere, sed magna munificentia nobis ea redditurum se pollicetur. Tantum nos, & quæ nostra sunt facere velimus, & sic pauperibus erogemus, quasi deponentes ea in manus Domini, scientes ꝙ quæcumq; acceperit manus eius, ea non solum reddit, sed multiplicatiora nobis iterum largitur. Et non solum illa reddit multiplicata, sed cum illis regnum cœlorum donat, & innumera bona largitur, modo ex datis, paruum quiddã inferre voluerimus. [Infra.] Si agricolę, penu suũ euacuant, & semina terræ concredunt, idq; cum uoluptate faciunt, ipe maiora recipiendi, se solantes, & quamuis sciant quod aeris intemperies nonnunquam, & terræ sterilitas, & alia multa accidentia spe excidere faciant, attamen bona spese alentes, ea quæ sunt in promptuarijs collecta, terræ concredunt, multo magis nos, quæ absque vsu recõdita sunt, dispergere in pauperũ vsus, & educationem cõuenit. Hic nunquam spes eluditur,
Psal. 111. neque timenda aliqua tetræ sterilitas. Dicit enim Disper sit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sęculũ sæculi. Breui tempore distribuit, & perpetuo sæculo iustitia eius permanet. Et postquã dixit, Dispersit dedit pauperibus, ne putes dispersa perire, statim subdidit, Iustitia eius manet in sæculum sæculi.

15 IDEM: Recensitis peccatis Nabuchodonosor in-
Homil in Psal. Cantate 1. qui est 95. gentibus, ait illi Daniel. Consilium meum tibi placeat: O rex; peccata tua eleemosynis redime, & impietatem tuam commiserationibus pauperum. Vide quantam vim habeat eleemosyna, quantum ualeat humanitas, quam efficax iustitiæ opus, operetur, erga egenos misericordia. Admonuit propheta, cui si obedisset ille legis transgressor, gratia fuisset consecuta promissum.

16 IDEM inquit exponẽs verba illa Matthæi 10. Qui
Hom. 36. in Matth. to. 2. cumque potum dederit vni ex minimis istis, calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam, sic habet: Si mendicus ac pauper, ipsius etiam panis indigens, te adierit, quibus tu non veteris maledictis, quæ crimina, quas contumelias, quæ conuitia non obijcies? Cũ nec tecum ipse reputas, quanta etiam tu desidia uitam trahas, & cũ Deus multa tibi bona in dies præbeat. Quare cum pauperem videris, nulla dedignatione moueaeris, si iuuenis atque saluus, abs te alimenta petat, ne si quidem sicut seruus sit fugitiuus, sed ea quæ diximus tecum versa. Deinde audes ocium ceteris obijcere, qui tot delicta tibi non obijcis, non insidias, non periuria, non mendacia, non latrocinia, non alia mille facinora recordaris. Hæc autem dico, non quia velim legẽ pro ociosis condere, sed quia valde desidero, bonis vos esse operibus occupatos. Nam & Paulus cum multum
Thren. 5. conquestus fuerat dicens, Si quis operari non vult nõ manducet, addit, bonum facientes, non deficiatis, quæ certè contraria esse videntur. Nam si iussisti ne comedamus, quomodo alijs dare ociosis mones? Sed hæc contraria non sunt. Vult enim Paulus pauperem ab ocio liberare, diuitem autem vt liberalis sit. Sed multa inquies mendacia, multas fabulas, pauperes singũt. Ego vero hac etiam de causa, maiori misericordia moueor, cum in eam necessitatem incidisse homines videam, vt impudentissime mendacijs viuere cogantur, quorum nos non modo non miseret, sed verbis etiam asperis eos laceramus, non accepistis dicentes semel iam, atque bis? An ergo, cibo rursus non indigent, 17
quia semel, atq; bis acceperunt? Cur non tuo quoque ventri, eandem legem imponis? Sed ventrem quidem tuum etiam vltra mensuram replendo disrumpis, a paupere autem modica petente, faciem auertis, cuius vel hac de causa misereri debes, quoniam quotidie te adire, non parua premitur necessitate. Nam si nulla alia esset ratio, quæ ad misericordiam flecteret, propte rea tamen misericors ergo pauperẽ esse deberes, quoniam necessitate coactus ad te venit. Tu vero non modo benigno animo non es, quoniam illum impudentem vides, qui paupertate superatus est, nec solum te illius non miseret, verum etiam paupertatem multis præsentibus, exprobras. Cumque Deus iubeat occulte, & in abdito præbere, audes te publice pauperem afficere opprobrijs, qui a te misericordia esset subleuandus. Dare misericorditer non vis? Quid igitur criminaris? Quid tribulas, calamitosam, atque miseram animam? Refugit ille ad manus tuas, vt in tranquillum portum, cur tu omnem fluctuum vim in illũ concitas, & maioris hiemis sibi reddis procellas? Credis quia si talia se putasset abs te percipere, venisset ad te? Quòd si talia se auditurum abs te putauit, & tamen venit multo magis tamen eius miserandum est, quam tuam illiberalitatem pertimescendum, qui cum ita inuictam necessitatem imminere illi videas, mitior factus non es, nec opinaris satis ipsi esse ad excusatio
Esai. 58. nem impudentiæ, ingentes famis vires, sed impudentiam ei obijcis, qui maioribus in rebus, impudentissimus sępe fuisti. Hæc ita in memoria teneamus, vt humiliores facti, non irrideamus miseros, nec vulneremus eos, qui remedium a nobis quærunt. Nam si prębere non vis, cur cædis? Non est tibi animus largiendi, cur contumeliaris? Sic ergo fac, quemadmodum vir quidem sapiens iussit. Pacifice ac mansuete paupe 18
ri respondete, qui certe inuitus ita impudiens est, nõ est enim homo qui nisi inuitus, impudentiæ crimine
Luc. 6. velit confundi. [Infra.] Audiamus Dominum, qui iubet omni petenti dare, & alibi ait: Estote misericordes, sicut & pater vester. Ita cum pleraque alia dixit, de nullo id præterquam de misericordia dixit, sitis misericordes, sicut & Pater vester. Nihil enim certe nos vsque ad similitudinem Dei sic effert, quemadmodũ libera benefica, & copiosa collatio. [Infra.] Non sum nescius ad tantam crudelitatem nonnullos deueniſſe, vt ex desidia, fame pereuntes neglexerint, & ad hæc verba impudenter protuperint, nullus in præsentiarum mihi famulus adeit, procul ab hædibus meis absum. O immanitatem ab humanitate omni alienã, ne paululum, itineris defatigeris labore, inedia mendicus peribit: Nec cogitas tanto maiorem mercedem tibi esse repositam, quanto magis laboras. Nam quando de tuo solummodo præbes, pro eo solum quod dedisti, quando vero ipse quoq; ad dandum profectus es, huius etiam laboris retributio tibi debetur. Sic &
Gen. 18. Patriarcham, ideo magis admiramur, quoniam cum trecentum decem & octo haberet vernas, non alium misit, sed cursu ad boues contendit, & vitulum attulit. Nunc vero ita inflati nonnulli sunt, vt non vereantur per famulos misericordiæ vti virtute. Illud obsecro, atq; obtestor, ne contumelijs atque criminibus inopẽ turpiter cædas, remedio indiget qui te adijt, non vul-
Ibid. neribus, misericordiæ ope, non acuto gladio. Nam si

quis

Ibid.

19
Hom. 46. in Matth.

20
Hom. 55. in Matth.

quis sapide percussus,cęteris omnibus neglectis ad genua tua sanguinolentus refugerit,alio ne tu iterum lapide caput eius percuteres, & vulnus vulneri adderes? Nequaquã certe id faceres, sed priori etiam vulneri mederi curares. Cur igitur in paupere oppositum facis, &c. [Infra.] Cogita etiam quo illæ contumeliæ, atque iniuriæ peruenerint, cum Deus quidem ad te pauperem miserit,quia dandi potentem fecit, præbere illi iussit,tu autem non modo non dederis,sed conuitijs turpiter expuleris. Huius delicti magnitudinem si facile percipere non potes, considera in his temporalibus rebus, & videbis quam atrox facinus commisisti. Nam si famulus tuus ad alium famulum similiter tuum argentum repetiturus, quod illi dederit,iussu tuo profectus sit, nec inde solum inanis,verũ omni conuitio atque cõtumelia pulsus redierit,dic quo supplicio famulum tuum punires, cum te ipsum ab eo cõtemptum censeres. Pariter ergo de Deo etiam cogita. Ipse enim est qui ad nos pauperes mittit, nec nostra, sed Dei damus,si quicquam dederimus. Quòd si non dederimus, verum etiam iniuria lacessitos repulerimus, ipse tecum animo volue quibus supplicijs, quo fulmine, rem dignam egerimus. Hæc omnia cogitantes linguam domitam quasi freno tenete, & omnem illiberalitatem eijcite,nec pecunijs solum & rebus nostris,verumetiam suauitate sermonis consolemur pauperes.

Ibid.

19 IDEM sic habet: Non potes omni ex parte pecuniam eijcere, offeras partem egentibus. graue videtur onus,æqualiter cum Christo partiri quæ habes, vestê vnam petenti tradas, & quoniam ad medietatem præstare grauaris,tertiam saltem partem concedas. Frater tuus est,atq; coheres in regno cœlorum,fac etiam hic cohęredem,præsertim cum omnia quæ ei præstas, ad te ipsum refundantur. Audi Prophetam dicentem. Carnem tuam (vel propinquos seminis tui, vt Chrysost. legit) ne despexerit. Deus te cœlorum hæredem statuit, tu nec ex istis terrenis quicquam ipsi concedis? Ipse nullius te boni auctorem, sed hostem atque inimicum Dei,reconciliauit, tu nec etiam amico,& benefactori quippiam retribues? Dominus,te seruum,primus ad mensam suã inuitauit,primus ad tecta sua subduxit, tu vero etiam nec secundo loco inuitare sustines. Nudum te induit,tu nec peregrinũ conducis, primus tibi calicẽ suum obtulit,tu vel aquam frigidam ei negas. Potauit te Spiritu sancto, quamuis indignus esses,tu nec corporalem hanc sitim suam,mitigare studes, præsertim cum omnia hæc ipse tibi dederit. Ego, Christus inquit, non tantum postulo,quantum dedi. Sanguinem dedi,aquam flagito. Vestimentum te induit salutare,& hoc per se ipsum, tu saltem ipsum per famulum indue. Glorioſum te fecit in cœlis, tu nuditate,deformitate,frigore ipsum eripe. Angelorum te conciuem effecit,tu in tecto saltem suscipias, & sicut vnũ famulorum domo tua cõtegas. Non renuo, inquit hoc ego diuersorium, qui tibi ad cœlum uiam construxi. Qui te à durissimo erui carcere, peto nunc abs te si liberare me à carceribus non potes, non paruum mihi solamen est,si vinctum uisites. Ego te mortuum suscitaui,nec tale quid abs te requiro,sed ad uidendũ ægrotum solummodo venias. Quando igitur ita se res habeant,& magna nobis largitus sit,pro quibus minima quædam repetat, negligentes,iure ad ignem intrudemur,cum vel lapides ipsos ac duros silices insensibilitate superemus.

Hom. 46. in Matth.

Esai. 58.

Luc. 6.

Gen. 18.

20 IDEM explicans illa uerba Esaiæ: Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam,cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris,sic habet: Dices quis hæc omnia poterit facere? Immo vero dic quæso, quis non potest? Quid enim ex illis difficile,aut quid arduum? Quæ certe ita facilia factu sunt, vt multi mensuram eorum in agendo excesserint, non iniusta chirographa solum laceran-

Hom. 55. in Matth.

Ibid.

do,verum etiam omnibus suis se nudantes,non tecto, & mensa pauperes tantummodo recipientes, verum etiam magno se sudore conficientes vt inopes nutriãt, qui non cognatis tantummodo,verum etiam inimicis beneficia contulerint. Si vero tu difficilia putas,magnitudinem pręmiorum considera diligentius,& facilima tibi reddentur.[Infra.] Ideo ait. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum. Erumpet vel scindetur dixit, non apparebit,vt velocitatem & copiam dantis exprimeret, vtque hoc verbo intelligamus valde illum nostræ salutis cupidum esse,quodque muneribus plenus ex largiendi festinatione quasi prorumpit, cum nihil sit quod inæstimabile dandi desiderium prohibere possit, quibus omnibus infinitam profecto bonorum copiam paratam nobis esse ostendit. Matutinale autem lumen est, quando adhuc te loquente dicit, Ecce adsum.

21 IDEM inquit: Zachæi domum cogitatione ingredere, & considera, cum audisset Christum apud se mansurum,quomodo eam ornauit. Non enim curriculo ad vicinos contendit, mensas, sedes, subsellia petens eburnea,nec extraxit e loculis Laconica quædam mẽsarum velamina,sed ornatu Christo gratissimo decorauit. Quod porro istud? Dimidium bonorum meorum do pauperibus. Sic, & nos oro domus nostras exornemus, vt Christum suscipere mereamur, hæc pulcherrima portarum uelamina. Hęc in cęlis solummodo fiunt, ibi texuntur, ibi cœlorum rex habitat. Sic Matthæus,sic Centurio,domum suam eleemosynis ornauit. Vnde factum est, ut vsque in hodiernam diem,fulgentissimam habitet regiam.

Ho. 84. in Matthæũ.

Luc. 19.

Act. 10.

22 IDEM inquit: Mulier illa Sunamitis pauper erat, ad quam venit Elias in tempore famis quando totus ficcitate plene aruerat mundus, & inopia ingenti tabefactis animantibus uictum negabat, qñ cęlum æstiuo igne exaruerat, quando non herbæ, non flores neque ulla germina pullulabant. Tunc Elias, uir cui totus erat mundus inferior,ad illam inopem uiduam uenit. Quare ergo uir ille,qui in verbo ignẽ de cœlo eduxerat,non similiter ipse sibi panes deposuit. Nunquid non poterat? Vtique poterat: Sed non hoc facit ne prę paratæ ad bonum opus vidua, hospitalitatis mercedibus priuaretur,vt,& illam modicum pugillum farinæ, & stillicidium olei more Prophetæ susceptũ, viduæ domus multiplicata benedictione rependeret. Non enim pro sua tantum requie ad eam missus est Propheta, vt ab inope pasceretur,quantũ vt egentem pasceret. [Infra:] Illa simpliciter quod habebat confessa est dicens, Viuit Dominus,si est in repositione nisi hoc modicũ farinæ,& exiguum olei. O rem laudabilem, quod in tanta escarum penuria, ipsum modicum quod ei residuum erat,non denegauit: O detestanda & insatiabilis hominum auaritia: Quanti vero nunc qui aurum & argentum velut lutum habent, cum rogantur vt indigentibus opem præstent,scripturas & cautiones ordinant, insuper fidei iussores, & interuentores fœnoris commodati accipiunt. Illa autem paupercula nostra, ab vna voce quod postulata est habere, non negauit pugillum farinæ. Et illa quidem,necdum Christum loquentem vt nos audierat. Qui recipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet, & qui potauerit sitientem calice aquæ frigidæ, non perdet mercedem,suam. Quòd autem ait,festina,docere illam uoluit prompto animo,& feruenti spiritu,& hilarem,& manu paratam ad boni operis effectum, nõ ex tristitia,aut necessitate præbentem. Hilarem enim datorem diligit Deus.

Ho. 84. in Matthæũ.

Matt. 10.

2. Cor. 9.

23 IDEM inquit: Rapina est pauperibus,non impertiri de tuis facultatibus. Ac fortassis vobis mirum esse videtur quod dico,verum ne miremini, testimonium enim vobis ex diuinis scripturis proferam. Itaque Dominus Iudæos accusans per prophetam dicit. Produxit terra prouentum suum, & non intulistis decimas,

Hom. 7 in Lucã, quæ est cõcio 2. de Lazaro

Esai. 3.

sed

sed rapina pauperis est in domibus vestris. Quoniam inquit oblationes solitas non dedistis, rapuistis ea quę sunt pauperis. Hoc autem dicit declarans diuitibus q; res pauperum possident, etiamsi paternæ hæreditates obuenerint. [Ac rursus alibi dicit.] Ne spolies vitã pauperis. Qui uero spoliat, aliena tollit. Propter hoc igitur discamus q; quoties eleemosynam nõ præstiterimus, pari cum his qui spoliant, supplicio afficiemur. Heriles enim pecunię sunt, vndecumque eas collegerimus, & ideo ubi plura possidere concessit Deus, non vt in scortationes, temulentiam, ingluuiem, in vestes sumptuosas, aliamque mollitiẽ consumeres, sed vt ea distribueres egentibus. Quemadmodum enim receptor quispiam, qui regias pecunias accepit, si neglexerit his quibus iussus est, distribuere, inque proprias consumpserit delicias, pœnas dat, ac perditur, ita sane, & diues receptor est pecuniarum, quæ pauperibus distribui debebant. Parcamus igitur ijs tanquam alienis, vt fiant nostra, quod erit, si pauperum manibus impertiuerimus. Diues Lazarum in sinu vidit Abrahæ. Hospitalis erat Abraham, vt igitur redarguatur diuitias inhospitalitas, propterea Lazarum cum illo videt. Ille etiã præ tereuntes venabatur, & in domum pertrahebat suam, hic vero etiam intra domum iacentem despexit, cumque talem thesaurum haberet, salutis parandæ materiam præteribat quotidie, nec in quod oportebat, vsus est pauperis propinquitate. At Patriarcha pro foribus sedens, introducebat prætereuntes omnes, & quemadmodum piscator iacto in mare rete, piscem quidem attrahit, attrahit autem frequenter aurum, & margaritas, & hic itidem reticaptans homines, piscatus est tandem & Angelos, quodque mireris, etiam insciens. In quod, & Paulus in huius laudibus dixit, Sectare hospitalitatem, per hanc enim quidam inscientes, hospitio receperunt Angelos. Ac recte dixit inscientes. Nam si sciens illos excepisset tanta cum humanitate, nihil magni miriue fecisset, sed eos credens homines viatores, cum alacritate vocauit intro. Abraham non excutiebat quales essent prætereuntes, nec vnde venirent, quemadmodum & nos nunc facimus, sed sine delectu prætereuntes excipiebat omnes. Nam eum, qui præstat humanitatem, non oportebat exposcere vitæ rationem, sed inopię mederi. Vnicum habet opus patrocinũ pauper, quo eget, ne quid ab illo postules amplius. Sed et si fuerit omnium improbissimus, & necessario victu eguerit, sedemus eius famen. Ita enim Dominus dixit: Estote similes Patris vestri, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos, & pluit sup iustos, & iniustos. Portus est in necessitate constitutorum, homo misericors. Portus autem, omnes qui in naufragium inciderint, excipit, liberatque, siue mali fuerint, siue boni. Tu proinde si videris hominem qui in necessitatis naufragium inciderit, ne iudica, ne vitæ gesta examina, sed medere miseriæ, liberauit te Deus omni tali sollicitudine, & curiositate. Cur ergo curas superuacaneas nobis accersimus? Aliud est index, aliud eleemosynæ largitor. Ideo vocatur eleemosyna, q; eam & indignis damus Vnde & Paulus dixit. Quod bonum est facite erga omnes, maxime erga domesticos fidei. Vnde etiam infidelibus etiam benefaciendum docuit. Et Iob Abrahæ nepos aiebat. Ostium meum iugiter patebat cuiuis aduenienti. Non sic huic patebat, vt alteri esset occlusum, sed indifferenter apertum erat omnibus.

Ibidem.

24 *Ibidem.*

Matth. 5.

Galat. 6.

25 IDEM ait: Hoc pacto hinc emigrantes diuites apparebimus, si pecunias non hinc relinquamus, sed per pauperum manus, ad perpetuos transferamus thesauros. Si Christo mutuabis, cui multa debemus, non quidem pecunias, sed peccata; nolimus in hoc sęculo despicere esurientem, vt in futuro nos nutriat. Hic eum vestimento operiamus, ne suo nos auxilio nudos desti tuat. Si ei potum dederimus, nõ dicemus cum diuite: Mitte Lazarum, vt intingat extremũ digiti sui in aqua vt refrigeret linguam meam. Si hic domi hospitem accipiemus, multa nobis in regno suo habitacula præparabit. Si in carcerẽ intrusum uisitabimus, ipse nos vinculis liberabit. Si peregrinum tollegimus, nos cœlestis Regni peregrinos non despiciet, sed supernæ ciuitatis participes faciet. Si infirmo operã præstabimus, quàm primum nostras curabit infirmitates. Parua igitur saltẽ exhibeamus, vt pro paruis maxima accipiamus, & mercemur. Dum tempus est seminemus, vt metamus antequam hiems aduenial, dum mare nauigari potest, dum huius negotiationis sumus domini.

Ho. 24. in Ioan. to. 3.

Luc. 16.

IDEM inquit: Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas in miserationibus pauperum, & suspẽ de eas in collo tuo. Neque hodie quidem facias, & eras desistas. Eleemosyna medicina est, quę omnibus vulneribus exhiberi potest. Date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt uobis. Hæc omnia munda facit, hæc ieiunium, hæc humi dormire expuerat, quamuis molestiora & laboriosiora sint, hæc tamen lucrosior, illuminat animam, saginat, pulchram, & decoram facit. Non adeo athletas oleæ præmium excitat, vt pietatis certatores, hoc oleum corroborat. Vngamus ergo animas, vt aduersus hostem certemus audenter.

26 *Hom. 80. in Ioannẽ. Dan. 4.*

Luc. 11.

IDEM sic habet: In Cornelio vide eleemosynæ vim. Vide etiam quanti fecerit, ut credat, vt Angelus missus & spiritus operatus, & princeps Apostolorum accersitus, visionemq; talem vidit, & nihil omnino intermissum est. Eleemosyna fons purissimus est, iuxta quem non pini, & quercus, & cypariss, sed plantæ illis multo proceriores, amor Dei, laus hominũ, gloriaque in Deo, beneuolẽtia ab omnibus, peccatorum abolitio, multa fiducia, opum contemptus, eleemosyna autem per quam charitatis planta nutritur. Hic ramos in sublime erigi facit. Hinc fons, melior eo qui est in paradiso, non in quattuor diuisus initia, sed in cęlum ipsum surgit. Hic parit flumen illud quod salit in vitam æternam, in hunc si mos inciderit, tamquam flamma à fonte consumitur, sic vbi irrorarit, magna operatur bona. Hic, ignis flumen extinguit, vt scintillam. Quemadmodum in horto fons non nunc quidem profundit flumina, nunc vero arescit, alioqui nõ esset iam fons, sed semper scaturit, ita & noster semper largius profundit flumen in eos, qui maxime indigent misericordia, vt maneat fons. Si tu huius fontis aperueris ora, fontis Dei talia erunt ora, vt omnium abyssum vincant. Occasionẽ solam quærit à vobis accipere Deus, & profundit ex penuarijs suis bona, si fontem tuum non obturaueris, nec ille obturabitur. Planta in pauperum manibus quę cumq; uolueris, nihil hac terra pinguius, in ipsum peruenit cęlum arbor quæ plantatur. Iam quod plantatur in terra, priusquam fruaris, præripit mors. Hæc arbor quando mortuus fueris, fructum tibi afferet.

27 *Homi. 22. in Acta Apost.*

Homil. 10 in epist. 1. Pau. ad Corinth.

IDEM ait: Rapinæ atque auaritiæ incumbis, non paupertate pressus, non fame te ad id impellente, sed quo equi tui frenum, domus tectum, columnarum capita copiose inaurentur. Hoc ipsum uero quantã gehẽnam meretur? Cum tu fratrem tuum, qui uidelicet bonorum arcanorum tecum particeps effectus, atque eo vsque à Domino honoratus est tuo, in infinitas calamitates præcipitem agis, vt lapides, vt domus tuæ pauimentum, ut animantium ratione carentium corpora exornes? Tene tam sollicitam alendi canis curam gerere, hominem autem seu uerius dicam Christum ipsum propter canem ad summam famem adigi? Quid hac confusione pestilentius? Quid hac iniquitate letalius? Quot tandem ignei fluuij ad huiusmodi animã depascendam satis esse possunt? Hem qui ad Dei similitudinem expressus est, pannosus, indecorusque iacet per tuam inhumanitatem, muli autem, vxorem tuam portantes, tum autem pelles, & ligua, quibus tectum illud texitur, multo auro splendescunt, ac si sedile, si scabellũ conficiendum est, vbique aurũ, vbique argẽtum, Christi autem membrũ, isque propter quem Deus de cœlo ad nos descendit, sanguinemque pretiosum effudit, auari-

28 *Homil. 11. in ep Pauli ad Rom. to. 4.*

29 *Hom. 14. in eandem epist.*

30

31 *Ho. 21. in eand. epist.*

auaritia tua, ne necessarium quidem cibum habet? Et lectuli quidem argento vndique cincti, vndique ornati sunt, sanctorum uero corpora, vel necessario operculo carent, ac tibi minoris fit ipse Christus quàm muli, quàm lectus, quàm sedile, quàm scabellum.

29 *Hom. 14. in eandem epist.* IDEM sic inquit: Induimini, ait Paulus, sicut electi Dei viscera misericordiæ. Vt perpetuam misericordiam à nobis deposcat, non dixit miseremini, sed induimini, vt sicut vestis semper nobiscum esse solet, ita sit & misericordia. Neque uero simpliciter misericordiam dixit, sed misericordiæ viscera, nimirum vt naturalem imitemur pietatem, & necessitudinem. At nos secus factitamus, si ad nos accesserit quis, obolum vnũ flagitans, iniurij sumus, conuitiamur, aggressorem vocamus. Non horrescis ob panis frustum, aggressorem vocare? Quòd si ille vrgens aggressionem facit, hac certe de causa, misericordia dignus est vt qui sic fame premitur, ut talem coactus personam indueris, estq; hoc crudelitatis nostræ crimen. Nam quandoquidem faciles nos illi exhibere non sustinemus, artificia mille cõmentari coguntur, vt inhumanitatem nostram decipiant, tuam autem duritiem emolliant. [Infra.] Si tantam tibi Deus potestatem faceret, vt collabens cœlum erigere ac restituere posses, nonne hoc facto interpretareris, honore te eo honestatum, qui conditionem maxime superaret tuam? Ecce igitur maiori te honore dignatus ille est. Nam quod cœlis ipsis honoratius est, huius tibi erigendi restituendique curã credidit. Deus enim inter omnia quæ videntur, homine nihil maioris æstimat, propter quem & cœlũ, & terram, & mare fecit, in quo ipse sane inhabitare magis gaudet, q̃ i cœlo.

30 *Homil. 10 in epist. 1. Pau. ad Corinth.* IDEM ait: Cibus corporis membris communiter distributus, si in vnum membrum venerit, ab illo quoque alienus fit, cum digeri nequeat, neque præbeat nutrimentum. Si autem cum alijs communicauerit, & illius, & omnium proprius erit: sic in pecunijs, si tu solus his frueris, etiam tu eas amittes, non enim earũ fructum accipies, si cum alijs possederis, tunc longe magis, tuæ erunt, tunc accipies vtilitatem. Nonne uides quod manus ministrat, os mandit, venter accepit. Nun quid venter dicit, postquam ego accepi, omnia mihi seruare debeo. Noli igitur, & tu hoc de pecunijs dicere; accipientis namque est, vt in alios conferat. Quemadmodum igitur ventris vitio fit, vt cibi in eo desiderant neque digerantur in membra, si quidem toto corpore corrumpuntur; sic suo ipsorum vitio, diuites quæ habent si seruant, & se, & alios perdunt. Oculus item totam lucem accipit, non tamen ob hoc in suum duntaxat vsum, sed totum illuminat corpus. Nares præterea odoris sensu mouentur, sed non solę detinent, verũ ad cerebrum mittunt, & stomachum in odoris partem admittunt, & totum ex se hominem recreant. Soli pedes ambulant, non tamen seipsos tantum moueant, sed, & vniuersum corpus. Sic, & tu quæcumque habes noli in tuum vsum recondere, quoniam totum corrũpis, & te primum. Neque solum in membris id uidere licet sed & in artibus. Etenim si faber, nulli tradere uel let artis suæ opera, & seipsum, & reliquas artes euerteret. [Infra.] Dicat igitur, ille meam filiam nuptui tradidit, alius filium meum uirum euadere fecit, alius vero calamitate me, alius periculis liberauit. Hæc autem aureis coronis præstantiora sunt verba, longe satius est hos propriæ benignitatis in ciuitate præcones habere, quam innumeros qui te præcedant satellites. Hæ uoces, suauiores sunt uocibus præconum præcedentium principes, cum scilicet, & saluator, & beneficus, & patronus, quæ Dei nomina sunt, appellaris, non cupidus, non insatiabilis, non superbus, non pusilli animi. Et si in hac vita hæc verbo adeo clarum hominem reddũt, cum in cęlo scribentur, & Deus ea in venturum diem prædicet, intelligam velim, quanta frueris gloriam.

31 *Ho. 21. in eand. epist.* IDEM inquit: Acriter contra diuites loquens qui dicunt pauperes simulare tremorem & infirmitatem. His verbis non timuisti, ne fulmen cęlitus ardens deferatur. Etenim si simulat, ex inopia & necessitate simulat, propter crudelitatem tuam, & inhumanitatem, huiusmodi personarum simultationibus egentẽ, quæ nulla commouetur misericordia. Itaque simulatio illius, tuæ est inhumanitatis preco. Cum enim rogans, & supplex, & miserabilibus verbis, & anxius, & lachrimans, toto die circumeundo mendicans, ne necessariũ quidem victum comparat, fortasse hanc artem inuenit, quæ non tantum illi, quantum tibi affert ignominiam, & culpam. Nam si facile moueremur, numquam sane ille eiusmodi sustinere eligeret. Et quid nuditatẽ, & tremorem memoro? Dicam quod longe horribilius est, quod nonnulli suos cæcare filios, ętatis floremagẽtes, coacti sunt, vt in stupiditatem nostram inueheret. Siquidem cum sensu visus fruentes & nudi circummẽdicantes, neque ætate neque calamitate, inhumanos atque immisericordes mouerent, tantis malis aliam addiderunt calamitatem, & quidem maiorem, & ut famẽ lenirent, leuius fore arbitrati sunt, hoc communi lumine & solaribus radijs, omni humano generi concessis, priuari, quàm perpetuo cum famo pugnare, & miserrima morte perire. [Infra.] Alij quidem sine calceis incedũt, alij capiti acutos clauos infigunt, alij per ipsum gelu, nudo corpore mendicantes petunt, alij etiam is grauiora ferentes, miserabile de se præbent spectaculum. [Infra.] Quomodo autẽ dicis, Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam, cum tu non secundum magnam misericordiam miserearis? Fortasse autem neque secundum paruam.

32 *Hom. 43. in eand. epist.* IDEM exponens illa uerba Pauli 1. Corinth. cap. 16. De collectis quæ fiunt in sanctos, sicut ordinaui Ecclesijs Galatiæ, ita & vos facite, & vnusquisque apud se reponat recondens, quidquid commodum fuerit, inquit: Ecclesiam tibi constitue domum tuam, arculam vero gazophylacium, & sic ipse sanctarum fias diuitiarum custos, & tuo ipsius suffragio, miseris æconomus designatus. Ipsa autem misericordia hoc te sacerdotio initiabit. [Infra.] Et profecto non minus est iuxta lectũ eleemosynam reponere, quàm si isthuc Euangelium suspendas. In hac enim arcula aduersus diabolum armaturam habes repositam, hac orationem tuam penetrantem efficis, domum sanctam reddis, in hac conclusas habes regias dapes. Constituenda nostris in ędibus arcula pauperibus, in eo loco vbi quisque consistere, & orare solitus est reponatur. Ita vt eleemosynam primũ quoties accesseris oraturus imponas, & deinde oratio nem proferas. Ad lectum deponatur illa, & sic absque phantasijs tranquille noctem transiges. Si aliquid venditerit artifex, sutor uel coriarius, vel faber ærarius, sui artificij primitias eius pretij, offerat Deo, & Domino partem diuidat, huc pauculum conijciendo.

33 *Ser. de elemosyna, & collatione sanctos.* IDEM ait: Deus eleemosynam non ob hoc solum instituit, vt pascantur indigi, sed etiam vt dantibus accresceret beneficia, atque adeo magis propter dãtes, quàm propter accipientes. Et propterea vera eleemosyna est sic dare, vt gaudeas te dare, putesque te accipere magisquam dare, non ex tristitia, aut ex necessitate. Hilarem enim datorem diligit Deus. [Infra.] Vbi venero, quoscumque probaueritis eos mittam, vt deferant gratiam vestram. Eleemosynam vocat gratiam, demonstrans q̃ sicut mortuo excitare, & dæmones effugare, & leprosos mundare, gratię opus est, sic pauperes iuuare. [Infra.] An non potuit Deus præcipere telluri, ut proferat aurum elaboratum? Etenim qui dixit: Germinet terra herbam fęni, & ipsa mox protulit uiridantem faciem, non potuit præcipere vt fontes, & flubij auri ubique manent? At noluit, sed permisit multos inopes, tam ob illorum quàm tuam vtilitatẽ. [Infra.] Dicis, pauperes isti fugitiui sunt, & peregrini, & nebulones, relictaque patria sua in nostram confluunt. Et tu hac ne de causa stomacharis, ciuitatisq; huius coronam prędpuam vellicas quoniam communem patriã, & por-

2. *Corin. 9. Eccl. 35.*

Gen. 1.

& portum, omnes eam putant, & alienam, proprię præ ferunt? Ne tantum præconium adulteres, ne principalem hanc patriæ laudem decurtes. Olim cum fames totum orbem inuasura esset, habitatores huius ciuitatis, his qui Hierosolymi erant, per manum Barnabę & Sauli subsidia miserunt non parua. Qua ergo uenia digni erimus, quomodo excusabimur cum patres nostri suis opibus pauebant eos qui à longe habitabant, & ad ipsos currebant; nos uero etiam aliunde ad nos confugientes fugamus, & vt de eis pœnæ sumantur petimus? Quod si Deus ita diligenter nos scrutaretur, uti nos causam pauperum, nullam unquam misericordiã uel ueniam asseqeremur.

34 *Hom. 19. in eandem epistolam.* IDEM inquit: Vt ad liberalitatem Corinthios prouocet Paulus, adducit regium vatem dicentem. Dispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculũ sæculi. Cum dicit, dispersit, nihil aliud manifestat, quã q; cum liberalitate dedit. Nam quamuis hæc non maneant, manent tamen quæ ex illis nascuntur. Et manẽt semper, iustitiam autem hoc loco misericordiam uocauit. Etenim iustos facit eleemosyna, peccata quasi ignis consumens, quando cum liberalitate effuderitis. Non uides quanta alij dant mimis, & mulieribus scortis, & si dimidum Christo dederis quæ illi saltantibus dant, & liberaliter his qui in fornicibus, tanta tu, uel esurienti da. Nam illi quidem corpus scortorum auro multo uestiunt; tu uero neq; tenui veste, Christi carnẽ, eamq; nudam uidens, quali hoc venia, dignum, quantum hoc non meretur supplicium? Ad uentrem, & ebrietatem, ac intemperantiam complendam, nullius paupertatis memor es, vbi autem paupertatem iuuare oportet, omnibus es pauperior. Et parasitos quidem pascens, & adulatores quasi ex largis fontibus, fouens, gaudes; si autem pauperem alicui uideas, tunc tibi pau- *3. Reg. 17.* pertatis metus incidit. [Infra.] Vidua quæ Eliam pauit non de paupertate, sed de morte periclitabatur, non solum sua, sed & filiorum, neque ab alijs expectabat se recepturam, sed statim morituram. Verum Prophetam uidit, dicet quis, & inde liberalis facta est? An non & *Psal. 143.* vos videtis innumeros sanctos? Et quid dico sanctos? Prophetarum Dominum uidetis medicantem, & nec sic efficimini misericordes, & habentes promptuaria eructantia ex hoc in illud, neq; ex hac abundantia cõmunicatis. Cogita igitur quantum supplicium paratũ sit, quando magis habemus. & infirmiores sumus muliere ista uidua, paupere alienigena, barbara, filiorum matre, & nihil eorum, quę nos scimus, sciente. [Infra.] Dispergе pecuniam ut colligas iustitiam neque enim illa cum pecunijs adesse vult, sed & per illas quidem, non cum illis.

35 *Hom. 6. in 2. epist. ad Timoth.* IDEM sic habet: Virginibus satuis non incestus, non adulterij, non inuidiæ, non liuoris, non ebrietatis, non infidelitatis, aut peruersæ fidei crimen inuritur, sed olei tantum defectus, quia scilicet misericordiam nõ exercuerant, neque eleemosynas fecerant; id enim *Matt. 25.* significat oleum. Et illi item qui supremæ damnationis sententiam luent quibus dicitur, Discedite maledicti in ignem æternum, solum q; Christum non pauerint crimine exagitantur, nullaque cęterorum mentio *Ibidem.* fit. Vides certe, ut eleemosyna sola neglecta, gehennæ ignibus tradat? Ad quid enim eris utilis, qui eleemosynam non facis? Ieiunas quotidie? At uirginibus non profuit huiusmodi studium. Oras? At sine eleemosyna infructuosa erit oratio, absque illa inutilia sunt omnia. *Ioan. 4.* Qui non diligit fratrem suum, ignorat Deum. Illum quomodo diligis, qui ne minima quidem ista & vilia, pateris ei tecum esse communia?

36 *Homil. 32. in epist. ad Hebræos.* IDEM ait: Domum in cœlis manus pauperũ ædificant. Pennata est misericordia & ualde leuis, habens alas aureas, & volatum, quæ Angelis magnam gratiam dilectionis apportet. Scriptum est enim. Pennæ tuæ *Psalm. 67.* sicut pennæ columbæ deargentatæ, & collum eius in fulgore auri. Sicut columba quædam nitens, & aurea venustate decorata, mites & affabiles oculos habens, per cuncta peruolat. Pennata est & leuis, semper ante solium regale consistit. Quãdo iudicamur repente sub uenit, & nos à supplicijs liberat imminẽtibus, alis suis nos contegens. Hanc amplius desiderat Deus, quàm sacrificia numerosa. Ex eius vocabulo Deus desiderat ap- *Psalm. 5.* pellari, Miserator & misericors, Deus longanimis, & multum misericors. Ego autem sicut oliua fructifera in domo Domini, ait Propheta: Tales ergo efficiamus, sicut oliua fructifera, ex omnibus partibus misericordias germinemus. Non enim sufficit oliuam esse, sed opus est eam esse fructiferã. Sunt enim misericordes, sed parua per totum annum tribuentes. Isti oliuæ quidem sunt sed non fructiferæ, quinetiam aridæ, & quãdoquidem miserentur oliuæ sunt, quoniam uero non longe, neque magnifice, non sunt fructiferæ. Nos efficiamur oliuæ fructiferæ. Sæpius iam dixi, & nunc quo que dico, quoniam non mensura, uel quantitate datorum, iudicatur misericordiæ magnitudo, sed ex uoluntate largiẽtis. Scitis enim illius viduæ factum, quæ *Mar. 12.* duo æra minuta contulit, vt neque pauper de opere suo desperet, neque diues glorietur, cum de magnis parua largitur. Obtulerunt quidam etiam fetas, & pilos in templi constructionem, sed hi si aurum habentes, capillorum munera deportarent, maledicti potius extitissent. Si uero istud tantum habentes, obtulerunt, acceptibiles in suo munere facti sunt, Quantum habet *Eccles. 9.* manus tua, inquit Salomon benefacito.

37 *Serm. 21. in epist. Pauli ad Rom.* IDEM explicans illa uerba ad Roman. 12. Necessitatibus sanctorum communicantes, hospitalitatem sectantes, inquit: Non dicit necessitatibus sanctorũ subuenit, sed necessitatibus illorum communicantes, ostẽdens q; plus accipiant quam præstent, & q; res ista negotiatio sit, communicatio siquidem est. Tu pecuniam das, illi fiduciam tibi erga Deum adferunt. Non dicit hospitalitatem facientes, sed sectantes, instruens nos vt non expectemus egenos, donec ad nos ueniant, sed ad ipsos curramus & sectemur, sicut Loth & Abrahã. Totum namq; diem in hoc consumebat, bonam expectans uenationem. Et si quando quempiam videbat, occurrebat, ad terram supplicando procidebat dicens. Si *Genes. 18.* inueni gratiam in conspectu tuo, ne transeas seruum tuum. Non sicut nos, qui cum peregrinum aut pauperem viderimus, supercilia attolimus, neq; dignos æstimamus, quos alloquamur. Et si quando innumeris supplicationibus; vix tandem molliti, modicum argenti p famulos dare iusserimus, uniuersum quod ab beneficẽtiam attineat, probe nos præstitisse putamus, Abrahã uero non ita, sed sumpram famuli personam induit; tametsi ignoraret quoniam susceperus esset. [Infra.] Ne curiose scruteris pauperum uitam atq; negotia, nã extremæ illud insolentiæ est, pro uno pane, totam hominis miseri vitam curiose inquirere. Nam etiam si homicida, si latro, aut aliud eiusmodi fuerit, an non videtur tibi, vel pane vel modico argento dignus? Et tamẽ Dominus tuus solem suum illi producit, tu uero quotidiano cibo indignum iudicas? Illius es tu seruus qui percutientem se curauit, qui se crucifigentium salutẽ cupiebat; pro quibus in cruce Patrem orabat, cõuitiãti Latroni paradisum promisit, & dedit.

38 *Hom. 5. de pœnitentia tom. 5.* IDEM ait: Sine plumis eleemosynæ, pœnitentia volare non potest. Quapropter Cornelio bene pœnitenti, religionis & pietatis pena, eleemosyna fuit. *Act. 10.* Eleemosynæ enim tuæ, inquit, & orationes in cœlum ascenderunt. Videmus in foro captiuos pauperes lachrymantes, nundinæ nobis profecto mirabiles sunt, harum nulla est alia professio, & negotiatori nulla alia intentio, quàm paruo quidem emere, magno uendere, nam ea cuiusq; negotiantis industria. Tales Deus nobis nundinas proposuit, modico iustitia eme, quo multo uendas in ęculo futuro. Hic iustitia modico emit, pro panis fragmento, uili pro vestimento, pro calice *Mar. 9.* aquæ frigidæ. Amen dico vobis (inquit spiritualis mer-

ca-

caturę doctor) non perdet mercedem suam, calix aquę frigidæ dignus est mercede. Frigida aqua, in qua nec ligna consumus, vt calefiat, mercedem habet. Qui miseretur pauperis, fœneratur Deo. Si Deo fœneramur, is ergo nobis debitor erit. Quem ergo eum tibi esse velis, debitorem, an iudicem? Debitor ueneratur fœnerantem, iudex nequaquam mitigatur ab eo cui ipse fœneratus est. Fœneranti dicit Deus: Non credis huic per inopiam, mihi per diuitias crede. Vidit pauperem, nec spreuit Deus, sed semetipsum dedit pignus, nihil habenti, atque inopi astitit sua multa bonitate, astitit à dextris pauperis.

Prou. 19. Eccles. 29 — *Psalm. 81.* — *Psal. 108.*

39 *Homil. 33. ad populũ.*

IDEM intendens probare, quòd eleemosyna est omnium artium quæstuosissima, ait: Eleemosyna ex manibus mortis nos eripit, & utraque uita claros exhibet, & mansiones ædificat in cęlis, & ęterna parat illa tabernacula: Hæc lampades nostras non finit extingui, nec sordidis indutos uestibus, in nuptijs uideri, sed lauat, & niue mundiores reddit.

40 *Homil. 34. & 35.* — *Mat. 22.*

IDEM multa pulchre differit de eleemosyna, quæ in anterioribus dixerat, homil. autem 36. inquit: Dans eleemosynam sicut oportet dare, discit a pernari diuitias, qui pecunias didicit apernari, malorum radicem excidit, itaque non minus accipit, quàm præstat beneficium. Qui dat eleemosynam, discit non admirari pecunias, neque aurum. Hoc autem instructa mente, maximum in cęlum ascendendi principium accepit, & innumeras contentionis, & litis, & inuidiæ, ac tristitiæ, sustulit occasiones. Docuit eleemosyna ne res proximi concupiscas. Quomodo namque id faciet, qui sua dispergit & largitur. Non vltra locupleti inuidet, quomodo namq; cum uelit pauper fieri? Tanta est uis eleemosynæ, ut suos in cęlum introducit alumnos. Est enim cęli nota ianitoribus, sponsalis thalami fores obseruantibus, quin & uenerabilis, & quos sui cultores agnouerit, cum multa introducet libertate, & contradicet nemo. Nam si Deum in terram deduxit, & hominem fieri persuasit; multo magis in cęlum hominem poterit reducere. Hanc diligamus non uno die uel altero, sed in omni tempore, ut nos agnoscat. Si ipsa nos agnouerit, & Dominus agnoscet, si non agnouerit ipsa, ignorabit & Dominus, & dicet: Nescio uos. Multo maius est, quàm in nomine Iesu mortuos suscitare, esurientem pascere Christum. Nam hic quidem tu de Christo bene mereris, illic autem ipse de te. Hic in signus, ipse Deo debes, in eleemosyna uero Deum habes debitorem.

Eccles. 9. — 37 *Serm. 21. in epist. Pauli ad Rom.* — *Genes. 18.*

41 *Homil. 67 ad populũ.*

IDEM inquit: Hæc erant apud Apostolos amicalia, omnes in medium, sua ponebant, ut communia essent. Ego uero non omnia, sed aliquam partem, quã quisque probauerit, inquit: Definiat unusquisq; per unam sabbatorum, ut aliquem censum pro septem ferat diebus & deponat & ita det eleemosynam, siue parum, siue magnum. Ait enim: Non apparebis uacuus coram Domino. Iudæis hæc dicebantur, quanto magis nobis? Propterea pauperes ante fores positi sunt, ne quis uacuus ingrediatur, vt introeat cum eleemosyna, si ut misericordiam consequaris intras, prius miserere. Fac tibi Deum debitorem, & tunc eum pete, vt cum fœnore recipias. Mutua, & tandem Deum repete. Non in manuum extensione satis est audiri. Extende manus tuas non in cęlum, sed ad pauperum manus. Si ad pauperum manus, extenderis manum, ipsum cęli verticem tetigeris, qui enim illic sedet, eleemosynam suscipit; si uero porrexeris vacuas, nihil profeceris. Audi namq; Esaiam Prophetam dicentem: Si extenderitis manus uestras, auertam oculos meos à uobis, & si multiplicaueritis orationem, non exaudiam uos. Sed quid ait? Iudicate pupillo, & humili, & iustificate uiduam, & discite benefacere. Ita licet deorsum manus habeamus, audiri poterimus, dicet nihil loquamur, aut petamus. [De re hac plura habet Chrysostomus, sed hæc sunt se lectiora.]

Exod. 16. — *Exod. 23.* — *Esai. 1.* — 38 *Hom. 5. de pœnitentia tom. 5.* — *Act. 10.* — *Mar. 9.*

HIERONYMVS Fabiolæ laudes referens, ait: Omnem censum quem habere potera: (erat autem amplissimus, & respondens generi eius) uendidit, & inde pecuniam congregatam, usibus pauperum præparauit, & prima omnium Xenodochium construxit, in quo ægrotantes colligeret de plateis, & consumpta languoribus, atque inedia, miserorum membra, foueret. Quoties, morbo regio, & pedore confectos, humeris suis ipsa portauit? Quoties lauit purulentam vulnerum saniem, quam alius aspicere non ualebat? Præbebat cibos propria manu, & spirans cadauer, sorbitiunculis irrigabat. Ille quem despicimus, quem uidere non possumus, ad cuius intuitum nobis nomitus erumpit, nobis similis, de eodem nobiscum formatus est luto, ijsdem compactus elementis, Quidquid patitur, & nos pati possumus. Vulnera eius, existimemus propria, & omnis animi in alterum duritia, clementi in nosmetipsos cogitatione frangetur. Non mihi si linguæ centum sint, ferrea uox, omnia morborum percutere nomina possim, quæ Fabiola in tanta miserorum refrigeria commutauit, vt multi pauperum sani languentibus inuiderent. Quamquam illa simili liberalitate erga clericos, monachos, ac uirgines fuerit. Quod monasterium non illius opibus fultum est? Quem nudum non Fabiolæ uestimenta texerunt? In quorum se indigentiam non effudit præceps, & festina largitio? Angusta misericordiæ eius, Roma fuit. Peragrabat ergo insulas, & totum Etruscum mare, Volscorumque prouinciam, & reconditos curuorum littorum sinus, in quibus monachorum consistunt chori, uel proprio corpore, vel transmissa per uiros sanctos, ac fideles, munificentia circumibat.

42 *Epist. 30. ad Oceanũ epitaphium Fabiolæ to. 1.*

IDEM statim in exordio, ait: Abdiam aiunt, Hæbræi, esse illũ, qui sub rege Samariæ Achab & impiissima Iezabel, pauit centum Prophetas in specubus. Hic igitur, quia centum Prophetas aluerat, accepit gratiam prophetalem, & de duce exercitus fit dux Ecclesiæ. Tũc in Samaria paruum gregem pauerat, nunc in toto orbe, Christi pascit Ecclesias.

43 *In exposit. Abdiæ Prophetæ to. 5. 3. Reg. 18.*

IDEM exponens uerba illa: Honora Dominum de tua substantia, & de primitijs frugium tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate, & uino torcularia redundabunt, inquit: Multi multa pauperibus, sed de aliena substantia, ac frugibus, quas vi vel fraude rapuerant, tribuunt. Multi largiuntur de suo, sed largiendo, Dominum non honorant, quia fauoris humani & non amore superni inspectoris, faciunt. Qui ergo proficuum sibi, elemosynæ fructum fore desiderat & de suis proprijs, & in conditoris honorem tribuant, vt scilicet homines, qui eius plasma sunt, & ad eius imaginem facti, recreentur. Qui autem terrena subsidia largitur inopibus, ditior dando cęlesti remuneratione redditur; & ideo ait, Et implebuntur horrea tua &c.

44 *Lib. 1. in c. 3. Prouerb. tom. 7*

IDEM exponens illa verba: Multi cibi in noualibus patrum, & alijs congregantur absque iudicio, sic habet: Absque iudicio recto facit, qui diuitijs congregandis sedulus insistit, & has aggregatas non ipse pro redemptione animæ suæ, pauperibus dispensat; sed alijs post se dispensandas reseruat. Iuxta quod in superiore versu, iuxta litteram dicitur. Et custoditur iusto substantia peccatoris, maxime cum sibi uictus abundet, & iure paternæ hæreditatis, neq; vlla, pecunias colligendi, necessitas sit.

45 *Lib. 2. in c. 13. Prou.*

IDEM exponens illa uerba: Supportantes inuicẽ in charitate, ait: Hoc est quod alibi scriptum est. Alter alterius onera portare, vel sufferre inuicem in charitate, eos cõplere dicimus, qui diuities sunt, & inopiã pauperũ subleuant. Si qs ægrotanti fratri prębet obsequiũ, suffert eũ in charitate. Si qs in cęlibatu beatã trã figens vitã, aliũ qui & uxorẽ habet, ac liberos, & seipsum vix põt pascere adiuuauerit, alienũ onus portasse laudabit. Et qui matrẽ vel sororem uiduã cernens ege-

46 *Li. 2. in c. 4. epist. ad Eph. 6. Galat. 6.*

flate tabescere, non potest adiuuare, huic si quis porrexerit manum, sustinuit eum in charitate.

47 IDEM explicans illa uerba: Estote inuicem benigni, misericordes, donantes uobisinetipsis, inquit: Donantes vobisinetipsis, quia quod bene in alim fit, magis ei reponitur, q̃ præstitit, quàm cui datũ est. Qui mi
Li. 3. inc. 1. epist. ad Ephes. fert pauperis, ipse saturat, & qui dat ei, Deo fœnerat?

48 AVGVSTINVS explicans illa uerba: Filiæ
Expos. in psal. 44 t. 8. Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur, omnes diuites plebis, inquit: Adorent eum in muneri-
Matt. 6. bus. Quid est in muneribus? Nolite uobis condere thesauros in terra, ubi tinea & rubigo exterminant, &
Luc. 11. ubi fures effodiunt & furantur, sed thesaurizate uobis thesauros in cœlo. Venite cum muneribus, date eleemosynam, & omnia munda sunt uobis. Venite
Oseæ 6. cum muneribus ad eum qui dicit, Misericordiam volo magis, quàm sacrificium. Ad illud templum, quod erat ante umbra, & figura futuri, uenichatur cum tauris & arietibus, cum diuersis quibusque animalibus. Modo venit rex, & ipse munera vult? Quæ munera? Eleemosynas, Ipse est enim indicaturus, &
Matt. 25. munera imputabit quibusdam. Venite, inquit, percipite regnum, quoniam esuriui, & dedistis mihi manducare &c. Hæc sunt munera, in quibus adorant filiæ Tyri regem, qui dicit, Quod uni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis. Et quæ sunt filiæ Tyri, & quomodo adorabunt eum in muneribus, planius uoluit dicere, cum subiunxit, Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Hæ filiæ Tyri adorantes in muneribus, diuites sunt plebis, quos ille alloquitur amicus Sponsi, Præcipe diuitibus huius sæculi, non sublime sapere, nec sapere in incerto diuitiarum, sed in Deo uiuo, qui
1. Tim. 6. præstat nobis omnia abundanter. Diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, adorent in muneribus, sed non perdant Secuti ponant, ubi semper inueniant. Thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant ueram uitam adorando in muneribus. Vultum tuum deprecabuntur diuites plebis. Ad Ecclesiam enim concurrunt, & ibi eleemosynas faciunt.

49 IDEM sic habet: Capilli, superflua rerum temporalium significant. Qui capilli, non superflue facti
In Ps. 51. sunt, sed ad aliquod ornamentum. Sed aliquando aliquid boni de capillis operandum est, quando frangit, panem esurienti, egenum sine tecto inducis in domũ
Es. 56. tuam, si uideris nudum vestis. Quia ergo de ipsis capillis, boni aliquid fieri potest, significauit & illa mulier peccatrix, quæ cum fleuisset super pedes Domini, terlit capillis suis, significans, quia cum misertus
Luc. 7. fueris alicuius flens, debes & subuenire si potes. Cum enim misereris, tamquam lachrymas fundis, cum subuenis, capillis tergis.

50 IDEM explicans illa uerba: Dormierunt somnum
In Ps. 75. suum, & nihil inuenerunt omnes uiri diuitiarum in manibus suis, inquit: Venerunt diuites in hanc uitam, & per cupiditates tempora es quasi obdormierunt hic, & exceperunt illos diuitiæ, & uanæ pompæ uolaticæ, & transierunt, non intellexerunt quantum inde boni posset fieri. Nam si nossent illic sibi thesaurizarent, quod hic erat periturum, sicut Zacheus, qui Dominum recipiens in domum suam, dixit: Dimidium bonorum meorum do pauperib. Non erat iste in uanitate somniantium, sed in fide euigilantium. Dormierunt in cupiditatibus suis uiri diuitiarum, sed transit somnus iste, transijt uita ista, & nihil inuenerunt in manib. suis, quia nihil posuerunt in manu Christi. Vis inuenire aliqu d in manibus tuis postea? Noli contem-
Luc. 59. nere modo manũ pauperis, & respice manus inanes, si vis habere manus plenas. Dixit enim Dominus: Esuriui, & dedistis mihi manducare, &c. Esurire in pauperibus voluit, qui diues in cœlo est, & tu dubitas homo dare homini, cum scias te Christo dare quod das, à quo accepisti quicquid das?

IDEM explicans illa uerba: Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent, ait: In ista uita, quæ lachrymis plena est, quid seminabimus? Opera bona, opera misericordiæ, semina nostra sunt. De quibus seminibus ait Apostolus: Bonum autem facientes non deficiamus, tempore enim suo metemus bona. Itaque, Dum tempus habemus operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei. Loquens autem de ipsis eleemosynis, quid ait: Hoc autem dico, qui parce seminat, parce & metet. Ergo qui multum seminat, multum metet, & qui nihil seminat, nihil metet. Seminate quantum potestis. Sed parum habes vnde eleemosynam facias? habes voluntatem? Quomodo nihil esset quod habes, si non adesset bona uoluntas, sic & quia non habes, noli esse tristis, si est tibi data bona uoluntas. Quid enim seminas? Misericordiam. Quid metes? Pacem. Numquid dixerunt Angeli, Pax diuitibus in terra? Non, sed pax hominibus bonæ uoluntatis. Inuidia magna uoluntas, in Zachæo, magna uoluntas multum dedit, multum seminauit. Ergo vidua illa, quæ duo minuta misit, parum seminauit? Immo uero tantum quantum Zachæus. Minores enim facultates ferebat, sed parem uoluntatem habebat. Misit duo minuta de tanta uoluntate, de quanta Zachæus dimidium patrimonij sui. Fac aliquem non habere uel duos nummos. Est aliquid uilius quod seminemus, ut metamus illam messem? Est. Calicem aquæ frigidæ qui dederit discipulo non perdet mercedem suam. Quòd si nec hoc habeat, securus sit, Pax in terra hominibus bonæ uoluntatis, tantum illum timeat, ne habeat, & non faciat.

51 In ps. 125. Matth. 9. Eccl. 4. Gal. 6. 2. Cor. 9. 54 Li. de decẽ chordis, t. 9. Luc. 2. Luc. 19. Matt. 25. 55 Homil. 27 ex 50. maius to. 10. Exod. 17.

IDEM docens, quòd diuites non requisiti, debent pauperes quærere, vt eleemosynas faciant, adducit locum Psalm. 40. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem. Cum dicit, qui intelligit super egenum, & pauperem, non expectat, ut petat. Intelligite super illum. Alius te quærit indigens, alium tu debes quærere indigentem. Vtrumque dictum est fratres mei, Et omni petenti te da, modo lectum est, & alio loco scriptura dicit. Sudet eleemosyna in manu tua, quousque inuenias iustum, cui eam tradas. Numquam hoc facietis, nisi aliquid de rebus uestris sepositum habueritis, quod cuique placet pro necessitate rei familiaris suæ, tamquam depositum quasi fisco reddendum. [Infra.] Verba illa, Qui producit in fontibus fœnum & herbam seruituti hominum de diuitibus intelligit, quibus Deus dat fœnum, bona scilicet temporalia, seruituti hominum pauperum, quos eleemosynis subleuare debent. Exime aliquam partem redituum tuorum. Decimas vis, decimas exige quanquam parum sit. Dictum est enim, quia Pharisæi decimas dabant. Ieiuno bis in sabbato, decimas do omnium, quæ possideo. Et quid ait Dominus? Nisi abundauerit iustitia uestra plusquam Scribarum & Pharisęorum, non intrabitis in regnum cęlorum. Et ille super quem debet abundare iustitia tua decimas dat, tu autem nec millesimam das.

52 In ps. 146. Psal. 40. 56 Hom. 39. Ps. 40. Esa. 58. Mar. 6. Eccl. 3.

IDEM inquit: Consolatur nos scriptura, quæ hortatur ad misericordiam faciendam, vt omnino crebrescamus in erogando, quod amplius habebamus. Multa autem superflua habemur, si non nisi necessaria teneamus. Nam si inania quæramus, nihil sufficit, & videbis quam pauca sint. Quære quantum tibi Deus dedit, & tolle quod sufficit. Cætera quæ superflua iacent, aliorum sunt necessaria: superflua diuitium, necessaria sunt pauperum. Res alienæ possidentur, cum superflua possidentur; faciens ergo, & feruens in ipsis bonis operibus misericordiæ, expectabis securus iudicium, non tam securus de iustitia tua, quàm de misericordia Dei, quia tu misericordiam prærogasti. Iudicium enim sine misericordia fiet illi, qui non facit misericordiam, superexaltat autem

53 In ps. 147. Iac. 2.

miseri-

misericordia iudicium. Quid tam iustum, quàm redde re misericordiam prærogãti? Quid tam iustum, quã vt in qua mensura mensi fueritis, remetiatur uobis? *Matth. 9.*

Deus egere a te uoluit, & tu manum retrahis? Audi scripturam. Non sit manus tua porrecta ad accipiendum, & ad dandum collecta. Erogari sibi uult Deus ex illo quod dedit. De illis das, qui iubet, vt des. *Eccl. 4.*

54 IDEM inquit. Noli parcere thesauris caducis, thesauris vanis. Noli sub imagine pietatis augere pecuniam. Filijs inquis meis seruo, quare non illi potius impendis omnia, qui te fecit ex nihilo? Qui te fecit ipse te pascit, & filios tuos. Neque enim melius committis filio tuo patrimonium tuum, quàm creatori tuo. Et mentiuntur quidem homines, & palliare volunt nomine pietatis, vt quasi propter filios videantur seruare homines, quod propter auaritiam seruant. Nam vt noueritis, quia sic plerumque contingit, dicitur de quodam. Quare non facit eleemosynam, quia seruat filiis suis. Contigit ut amittat unum, si propter filios seruabat, mittat post illum partem suam. Quare illam tenet in sacculo, & illũ reliquit ab animo? Redde illi quod suum est, redde quod illi seruabas. Mortuus est, inquit, sed præcessit ad Deum, pars ipsius, debetur pauperib. Illi debetur ad quem perrexit, Christo debetur; ad ipsum enim perrexit, [Et ille dixit: Quod vni ex minimis meis fecistis. Quia fronte uenturus es ad filium tuum qui præcessit cui præcedenti non mittis partem suam in cœlum? *Li. de decẽ chordis, c. 9.* *Luc. 2.* *Luc. 19.* *Matt. 25.*

55 IDEM explicans quòd Moyses leuabat manus, & uincebatur Amalech, inquit: Quando uni ex minimis Christi eleemosynam das, extendis manum, & vincitur Amalech. Quando aliquod das pauperi esurienti, forte id quod dederis minus habebis, sed in domo non in cœlo. Operarius Dei es, quando das egenti, seminas hieme, quod metas æstate. Quid ergo metuis infidelis, ne in hac magna domo tantus paterfamilias non pascat operarium suum? Erit & ibi qđ sufficiat tibi. Dabit Deus totum, necessitati, non cupiditati. Operare ergo intrepidus, extende manus, ut uincatur Amalech. *Hom. il. 27 ex 50. nouis to. 10.* *Exod. 17.*

56 IDEM explicans uersum Psalmi 40. Beatus qui intelligit super egenum & pauperem, in die mala liberabit eum Dominus, ait: Nullam patietur perniciem, qui comparauerit eleemosynis pietatẽ. De hoc Esaias dicit: Solue colligationes impietatis. Frange esurienti panem tuum, & egenos, vagosq; induc in domum tuam, cum uideris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumẽ tuum, & sanitas tua citius orietur. Tunc clamabis, & Dominus exaudiet te, uocabis, & dicet: Ecce adsum. Perfecta misericordia est fratres, vt ante occurrat esurienti cibus, quàm roget mendicus. Non enim est perfecta misericordia, quæ precibus extorquetur. Sed si tacet mendicus, loquitur pallor in facie. Imitare Deum tuum, qui solem iuum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Et ecce ueniet tibi pluuia, antequam roges, descendet vbertas nocte dum stertis, dum adhuc in lecto es, ex præcepto uigilat dies, excubant eleementa, fructus te nesciente effunduntur. iactat cœlum, & parturit terra, tot cellaria messium dum nescimus, sic accipimus, & tantas opes antequam rogemus. Et tu homo, modicus est ipse panis, & precibus uendis? Non rogauerunt quattuor millia Iesum in deserto, ut infinita agmina pranderent. Dedit nobis Deus secundum baptismum. Quis enim sine peccato? Nam sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna extingait peccatum. In horreis nostris habemus abundantiam, quæ flammas nostras oblatione vnius panis extinguat, & ante fores gehennæ, stat misericordia, & neminem permittit in carcerem mitti. Et quicumque misertus fuerit, miserebitur ei, & si quis non fuerit misertus, non miserebitur ei. Da panem cum potes, quia non habebis post *Ps. 40.* *Esa. 58.* *Mar. 6.* *Eccl. 3.*

mortem frumẽtum, nec inuenies illic aliquando mendicum, quia non erit tempus miserendi.

IDEM in exordio quadragesimæ ieiunium consulens, ait. Si non potes ieiunare, amplius debes erogare pauperibus, vt peccata quæ non potes ieiunando curare, possis eleemosynas dando redimere. [Infra.] Per Prophetam fratres Dominus ita hortatur & admonet eleemosynam fieri, vt prope nullus pauper sit, qui se ualeat excusare. Sic enim ait: Hoc est ieiunium quod elegi. Frange esurienti panem tuũ. Non dixit ut integrũ daret, cum forte pauper ille, alium non haberet, sed frãge, inquit, hoc est dicere. Etiamsi tanta paupertas tibi est, ut non habeas, nisi unum panem, ex ipso tamen frange, & pauperi tribue. Ac egenum, inquit, & sine tecto, induc in domum tuam. Si aliquis ita pauper est, ut non habeat vnde tribuat pauperi cibum, vel in vno angulo domus suæ, peregrino præparet lectulũ. Quid nos ad hęc dicturi sumus, quam excusationem habebimus, qui amplas & spatiosas domus habentes, vix aliquando dignamur excipere peregrinum, ignorantes imò non credentes, q̃ in omnibus peregrinis Christus excipitur, sicut ipse dicit, Hospes eram, & collegistis me? Laboriosum & fastidiosum nobis est in pauperibus recipere Christum, in patriam nostram, timeo ne nobis ille uicem reddat in cęlo, & non nos recipiat in beatitudinem suam. Contemnimus illum in mundo, timeo ne nobis ille iterum contemnat in cęlo, & dicat: Ite maledicti in ignem ęternum, q̃ paratus est diabolo, & angelis eius. Esurui enim, & non dedistis mihi manducare, &c. Et quamdiu non fecistis vni ex minimis istis, nec mihi fecistis. *57 In ser. 62. de tempore. Esa. 67.* *Matth. 25*

GREGORIVS explicans locum Iob cap. 27. Diues cum dormierit, nihil secum auferet, ait: Res suas cum moreretur, secum tolleret, si ad petentis uocem cum uiueret, sibi tulisset. Nam terrena omnia, quæ seruando amittimus, largiẽdo seruamus, patrimoniumq; nostrum retentum perditur, manet erogatum. Diu enim cum rebus nostris durare non possumus quia aut nos illas moriendo deserimus, aut illæ, nos uiuentes quasi deserunt pereundo. Agendum ergo nobis est, vt res absolute perituras, in non pereuntem cogamus trãsire mercedem. 58 *Li. 18. moral. cap. 12 tom. 1.*

IDEM exponens illa uerba Iob cap. 31. Si despexi prætereuntẽ, eo quòd non haberet indumentũ & absque operimento pauperẽ, si non benedixerũt mihi latera eius, & de uelleribus ouium mearũ calefactus est, ait: Quòd pauperem non despexit, virtutem humilitatis exhibuit, q̃ autem operuit, pietatis. Nam sunt nonnulli, q̃ mox vt ab egenis fratrib. fuerint necessaria postulati, post dona largituri, in eos prius contumelioſa verba iaculantur. Qui etsi rebus ministerium pietatis perficiunt; verbis tamen gratiam humilitatis perdunt, ita ut plerumque uideatur, quia illatæ iam iniuriæ satisfactionem soluunt, cum post contumelias, dona largiuntur. Quibus bene per Ecclesiasticum dicitur: Omni dato, non des tristitiam uerbi mali, Et rursum: Adde verbũ super datũ bonum, & vtraq; cum homine iustificato. Videlicet ut datũ exhiberi debeat per pietatem, & bonũ verbum tribui per humilitatẽ. At contra alij, egenos fratres non student rebus fulcire cum possint, sed blandis tantũ sermonibus fouere, quos Iacobus vehementer reprehendit dicens: Si aũt frater, aut soror nudi sint, & indigent uictu quotidiano, dicat aũt aliquis ex uobis; ite in pace, calefacimini, saturamini, non dederitis autem eis, quæ necessaria sunt corpori, quid vobis proderit? Quos Ioãnes quoque admonet, dicens: Filioli nõ diligamus uerbo neq; lingua, sed opere & veritate. Multum uero ad eodomandam superbiam dantis ualet, si cum terrena tribuit, uerba celestis magistri penset, qui ait: Facite vobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Si enim eorum amicitijs, æterna tabernacula acquirimus dan- 59 *Li. 21. moral. c. 14.* *ep. 18.* *Iac. 2.* 60

res, proculdubio pensare habemus, quia patronis potius munera offerimus, quàm egenis dona largimur.
2. Cor. 8. Hinc per Paulum dicitur. Vestra abundantia, illorum inopiam suppleat, ut & illorum abundantia, vestræ inopiæ sit supplementum. Vt uidelicet sollicite perpendamus, quia eos quos nunc inopes cernimus, abundantes, quandoque videbimus, & qui abundantes aspicimur, si largiri negligimus, quandoque inopes erimus. Qui itaque nunc temporale subsidium pauperi tribuit, ab eo postmodum perpetua recepturus, vt ita dicam, quasi ad frugem terram excolit, quæ quod acceperit, uberius reddit. [Infra.] Quia sunt nonnulli, qui pietatis uiscera tendere usque ad incognitos nesciunt, dum quibusdam necessaria, non quia homines, sed quia noti sunt, largiuntur. Bene Iob dicit: Si despexi prætereuntem, eo quod non habuerit indumentum. Ignoto enim proximo, misertum se indicat, quem prætereuntem uocat, quia apud piam mentem, plus natura valet, quàm notitia. Nam & unusquisque qui indiget, eo ipso quo homo est, ei iam incognitus non est.

61 AMBROSIVS commendans misericordiam,
Lib. 1. officiorum, c. 11. tom. 4. sic dicit: Bona est misericordia, quæ & ipsa perfectos facit, quia imitatur perfectum Patrem. Nil tam commendat Christianam animam, quam misericordia, primum in pauperes, ut communes iudices partus naturæ, quæ omnibus ad usum, generat fructus terrarum, ut quod habes largiaris pauperi, & consortem & conformem tuum adiuues. Tu nummum largiris, ille uitam accipit, tu pecuniam das, ille substantiam suam æstimat salutis. Si nudum uestias, te ipsum induis iustitia. Si peregrinum sub tectum inducas tuum, si susciperit egentem, ille tibi acquiret sanctorum amicitias, & æterna tabernacula Corporalia seminas, & recipis spiritualia. Miraris iudicium Domini de beato Iob? Mirare uirtutem eius qui potuerat dicere. Oculus eram cæco, & per claudo Eram
Iob 29. infirmorum pater, velleribus agnorum meorum calefacti sunt humeri eorum, foris non mansit peregrinus &c.

62 IDEM tradit modum dandi eleemosynam, & be-
In eod. lib. 1. offic. c. 30 nefaciendi proximis, sic dicit: Perfecta liberalitas fide, loco, causa, & tempore commendatur, vt primum opereris circa domesticos fidei. Grandis culpa, si sciente te, fidelis egeat, si scias eum fame laborare, ærumnam perpeti &c. Nam si omnibus debetur misericordia, tamen iusto amplius. Si tempore afflictionis suæ nihil à te impetret, si tempore periculi quo rapitur ad mortem, plus apud te pecunia tua valet, quam uita morituri, de quo pulchre Iob dixit:
Iob 29. Benedictio perituri ad me ueniebat. [Infra dicit proximos consanguineos, anteponendos esse,] sic ait: Est etiam illa probanda liberalitas, vt proximos seminis tui non despicias, si egere cognoueris. Melius est enim, ut ipsa subuenias tuis, quibus pudor est ab alijs sumptum deposcere; non tamen ut illi ditiores eo fieri uelint, quod tu posses conferre inopibus; neque enim propterea te Domino dicasti, ut tuos, diuites facias, sed ut uitam tibi perpetuam fructu boni operis acquiras, & pretio miserationis, peccata redimas tua. Accusat, quòd eum diuitem non feceris, cum te ille uelit æternæ vitæ fraudare mercede &c. [In fine capitis dicit:] Plus largiendum senibus.

Considerandæ etiam est in largiendo ætas, atque debilitas, nonnumquam etiam uerecundia, quæ ingenuos prodit natales, ut senibus plus largiaris, qui sibi labore iam non queunt uictum querere, similiter & debilitas corporis iuuanda est promptius, tum si quis ex diuitijs cecidit in egestatem, & maxime si non uitio suo &c.

63 IDEM probat, quomodo grati esse debemus, &
In c. 31. beneficia rependere, sic ait: Pulchrum quoque est propensiorem, eius haberi rationem, qui tibi aut beneficium aliquod, aut munus contulit, si ipse in necessitatem incidit? quid enim tam contra officium, quam non reddere, quod acceperis? Nec mensura pari, sed vberiore reddendum arbitror, & vsum pensandum beneficij, ut tanto subueniam, quanto eius ærumnam repellas; etenim superiorem non esse inferendo, quàm in conferendo beneficio, hoc est minorem esse. Quoniam qui prior contulit, tempore superior est, humanitate prior. Vnde imitanda nobis est, in hoc etiam natura terrarum, quæ susceptum semen, multiplicatiori solet numero reddere, quàm accepit. Ideo est tibi scriptum. Sicut agricultura est homo insipiens, & tamquam uinea, homo egens sensu, si reliqueris eum desolabitur. Sicut agricultura ergo etiam sapiens, vt tanquam fenerata sibi, maiore mensura, semina susceptæ restituat. Terra ergo, aut post annuos fructus germinat, aut creditos uberiore cumulo, refundit, ac reddit. Non dare cuiquam, vix licet, non reddere vero, non licet. Humilitatis exemplum ipsa terra suggerit, spontaneos fructus ministrat, quos non seueris, multiplicatum quoque reddit, quod accepit, &c. Et quid alijs utar exemplis, cum Dominus ipse re-
Luc. 6. munerationem uberiorem sanctorum meritis in Euangelio polliceatur dicēs. Mensuram bonam, & superefluentem dabunt in sinus uestros &c.

64 IDEM dicit esse aliquos, qui sub prætextu pauper-
Lib. 2. officiorum, c. 16. tom. 4. tatis, egentes defraudant suis eleemosynis, sic ait: Veniunt validi, ueniunt nullam causam nisi uagandi habentes, & nolunt subsidia vacuare pauperum, exinanire sumptum, neque exiguo contenti, maiora quærunt, ambitu uestium captantes petitionis suffragium, & natalium simulatione licitantes incrementa quæstuum, his si quis facile deferat fidem, cito exinanit pauperum alimonijs pro futura compendia. Modus adsit largiendi, ut neque illi inanes recedant, neque transcribatur uita pauperum in spolia fraudulentorum. Plerique simulant debita. sit ueri examen. Exutos se per latrocinia deplorant, aut iniuria fidem faciat, aut cognitio personæ, quo propensius iuuentur &c.

65 IDEM agit de misericordia, quod non sit omitten-
In eod. lib. cap. 28. da propter detrahentium linguas, & ponit se in exemplum, sic ait: Melius est pro misericordia causas præstare, vel inuidiam perpeti, quam prætendere inclementiam, ut nos aliquando in inuidiam incidimus, qui confringeremus uasa mystica, vt captiuos redimeremus &c. Quam causam nos, & si non sine ratione aliqua gessimus; tamen ita in populo persecuti sumus, vt confiteremur, multoque fuisse commodius astruere mus, ut animas Domino, quàm aurum seruaremus. Qui enim sine auro misit Apostolos, & Ecclesias sine auro congregauit. Aurum Ecclesia habet, non ut seruet sed vt eroget, & subueniat in necessitatibus &c. Nonne dicturus est Dominus: Cur passus & tot inopes fame mori? Et certe habebas aurum, vt ministrasses alimoniam, cur tot captiui deducti sunt, nec redempti? Cur tot ab hoste occisi sunt? Melius fuerat, vt uasa uiuentia seruares, quam metallorum. His non posset responsum referri. Quid enim diceres? Timui ne templo Dei ornatus deesset? Responderet, Aurum sacramenta non quærunt, neq; auro placent, quæ auro non emuntur. Ornatus sacramentorum, redemptio captiuorum est. Et uere illa sunt uasa pretiosa, quæ redimunt animas à morte. Ille uerus thesaurus est Domini, qui operatur quod sanguis eius operatus est. Tunc uas dominici sanguinis agnosco, cum in utroque uidero redemptionem, ut calix, ab hoste redimat, quo sanguis, à peccato redemit. Quàm pulchrum, ut cum agmina captiuorum ab Ecclesia redimuntur, dicatur, hos Christus redemit. Ecce aurum Christi, quod à morte
66 liberat, agnosco infusum auro sanguinem Christi non solum irrutilasse, verum etiam diuinæ operationis impressisse uirtutem redemptionis munere.

Tale

Tale aurũ ſanctus martyr Laurentius Dominus reſeruauit, à quo cũ quærerentur theſauri Eccleſiæ, promiſit demonſtraturum ſe, & ſequẽti die pauperes duxit. Interrogatus ubi eſſent theſauri, quos promiſerat, oſtendit pauperes, dicens: Hi ſunt theſauri Eccleſiæ. Et uere theſauri, in quibus Chriſtus eſt, in quibus Chriſti fides eſt. Denique Apoſtolus ait: Habemus theſaurum in vaſis fictilibus. Quos enim meliores theſauros habet Chriſtus, quàm eos, in quibus ſe eſſe dixit? Eſuriui, & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere, &c. Quod enim vni horum feciſtis, mihi feciſtis &c. Hos theſauros monſtrauit Laurentius, & vicit, quòd eos nec perſecutor potuit auferre. Quantum autem auri & argenti, Aſſyrij de templo abſtulerunt? Itaque Ioachim, qui aurum in obſidione ſeruabat, & aurum uidit diripi, & ſe in captiuitatem deduci. Laurentius qui aurum Eccleſiæ maluit erogare pauperibus, quàm perſecutori reſeruare, pro ſingulari interpretationis uiuacitate, ſacram martirij accepit coronam. Numquid dictum eſt ſancto Laurentio, Non debuiſti erogare theſauros Eccleſiæ, vaſa ſacramentorum uendere? &c.

Matth. 25

Luc. 6.

97 IDEM oſtendit, quomodo omnia communia facere debeamus. Si quis de gentilibus dixit, communia omnia amicorum eſſe debere, quanto magis debent eſſe communia cognatorum? Cognati enim ſumus, qui in unam ſeriem corporis copulamur. Cur enim proprium id, quod in ſæculo eſt putes, cum commune ſit ſæculum? Aut cur priuatos terræ deputes fructus, cum terra cõis ſit? Reſpicite, inquit, uolatilia cæli, quoniam non ſerunt neque metunt; etenim quibus nihil eſt proprium, nihil deeſt, & ſententiæ ſuæ Deus arbiter, nouit ſeruare promiſſum. Denique aues non congregant, & redundant, quia pater cœleſtis paſcit illas, nos autem congregando egemus, & congregando euacuamur &c. [Infra.] Oſtendit, Dominum plus animum quam munus dantis reſpicere, exemplo viduæ Euangelicæ &c. Dominica uoce, illa vidua omnibus antefertur, de qua dictum eſt. Vidua hæc plus omnibus miſit. In qua moraliter Dominus inſtituit vniuerſos, ne quis à collatione miniſterij, paupertatis pudore reuocetur, nec ſibi diuites blandiantur, quòd plus videantur conferre, quàm pauperes. Vberior eſt enim munus e paruo, quam theſaurus e maximo, quia non quantum detur, ſed quantum reſideat, expenditur. Nemo plus tribuit, quam qui nihil ſibi relinquit. Quid tu diues, egeni comparatione te iactas, & cum onereris auro, pretioſam per humum trahens veſtem, honorari deſideras, quia inopem collatione uiciſti. Et flumina ſuperfluunt cum redundant; gratior tamen hauſtus e riuulo eſt &c. Non ergo quid faſtidio expuas, ſed quantum deuotione conferas, æſtimandum eſt. Denique nulla plus tribuit, quam illa, quæ de filiorum alimentis pauit Prophetam &c.

Lib. de uiduis to. 4.

64 *Lib. 2. officiorum, c. 16. tom. 4.*

Matth. 6.

Luc. 21.

65 *In eod. lib. cap. 28.*

68 IDEM in oratione de baſilicis tradendis, quæ eſt poſt epiſtolam 32. in fine orationis, ſic ait: Si Imperator tributum petit, non negamus, agri Eccleſiæ ſoluũt tributum. Si agros deſiderat Imperator poteſtatem habet uindicandorum, nemo noſtrum interuenit, poteſt pauperibus collatio populi redundare. Non faciant de agris inuidiam, tollant eos ſi libitum eſt, Imperatori non dono, ſed non nego. Aurum quærunt, poſſum dicere, Argentum & aurum non quærunt, ſed inuidiam faciunt, quia aurum erogatur. Neque ego hanc inuidiam perhorreſco. Habeo ęrarios, ęrarij mei, pauperes Chriſti ſunt. Huc noui congregare theſauros. Vtinam hoc mihi ſemper crimen aſcribant, quia aurum pauperibus erogatur. Quod ſi obijciunt, quòd defenſionem ab ijs requiram, non nego, ſed etiam ambio. Habeo defenſionem, ſed in orationibus pauperum. Cæci illi & claudi, debiles & ſenes, robuſtis bellatoribus fortiores ſunt. Denique munera pauperum Deum obligant, quia ſcriptum eſt, Qui largitur pauperi, Deo fęnerat &cæt.

Lib. 5. epiſt. tom. 5.

Prou. 19.

69 IDEM exponit illud Eccleſiaſtici 3. Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſyna extinguit peccatum, & in fine ſermonis 31. ſic dicit: Ita eleemoſyna extinguit peccata, ſicut aqua baptiſmi, gehennæ extinguit incendium. Ergo eleemoſyna, quodammodo animarum aliud eſt lauacrum, ut ſi quis forte poſt baptiſmũ humana fragilitate deliquerit, ſuperſit ei ut iterum eleemoſynis emundentur, ſicut ait Dominus, Date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt uobis, niſi quod ſalua fide dixerim, indulgentior eſt eleemoſyna, quàm lauacrum. Lauacrum enim ſemel datur, & ſemel ueniam pollicetur, eleemoſynam autem quoties feceris, toties ueniam promereris. Hi ergo duo miſericordiarum fontes ſunt, qui & uitam tribuunt, & peccata condonant. Qui vtrumque cuſtodierit, regni cæleſtis honore ditabitur; qui autem maculato fonte unio, ad miſericordiæ fluenta ſe contulerit, & ipſe miſericordiam conſequetur &c.

Ser. 30. & 31. de eleemoſyna, t. 5.

Luc. 11.

70 IDEM ait: Aliquibus hominibus cum dixeris, ut aliquid pauperib. elargiantur, ſtatim tibi obijciunt, neceſſitates infinitæ ſunt, tributa grauia fiſcalia non poſſumus explicare, & tanta tibi ingerunt, ut quaſi reum te ſtatuant, cur hoc ipſum uolueris commonere, non intelligentes, quod omnibus neceſſitatibus, ſalutis ſit neceſſitas præferenda, & quòd tributum reddere, alij prodeſt, eleemoſynam facere, ipſi proficiat qui largitur. Tributi enim redditio, illi præſtat beneficium qui accipit, eleemoſynæ autem operatio, ſibi confert meritum qui miniſtrat. Ditior enim ſit vir miſericors, poſteaquam minus habere incipit pauperibus largiendo. Beata igitur eſt eleemoſyna, quæ & accipientem reficit, & lætificat erogantem. Vides ergo ò diues, quia ſunt tuæ incertæ diuitiæ. Quid ergo aurum congregas, in quo nulla certa fiducia eſt? Aurum enim & argentum, vilis eſt & abiecta materia, quem non pretioſum natura inſtituit, ſed hominum voluntas effecit &c.

Ser. 39. de ieiunijs, & eleemoſynis in proceſſu ſermonis tom. 3.

71 IDEM increpans inclementiam diuitis, adhortatur ad miſericordiam, ſic ait: Quod ſi difficile tibi putas ò homo, magnificentiam diuinæ largitatis imitari, imitare terram. Si leuare ſurſum oculos non potes, ſaltim ea quæ deorſum ſunt & in pedibus tuis intuere. Affer tu fructum ſicut terra, noli eſſe deterior inſenſibili elemento. Illa enim fructus quos affert, non ſuis uſibus uendicat, ſed tuis miniſtrat obſequijs. Tu uero fructus illius ſolus inuadis, & tibi ſoli concludis. Quòd ſi tantum, auiditatis te morbus aſtringit, ut tua uelis facere omnia, accipe & adhuc ſalutare remedium. Beneficium largientis, præbenti magis permanet, quàm ſuſcipienti Nam miſericordia quidem ad indigentem peruenit gratia autem multiplicatæ mercedis permanet tribuenti. Eſurienti dediſti panem, ille quidem paſtus eſt, ſed ad te redit quod dediſti, cum fructibus, & uſuris. Quod ſi difficile putas, conſidera frumentum quod ſeminatur in terra, ſi non ad ſeminantis potius quàm ad ſuſcipientis lucra cedit. Ita etiam dum cibus tribuitur indigentibus, cum multo fœnore diuinæ gratiæ reſtituetur in poſterum. Sit ergo tibi finis agriculturæ huius, initium cœleſtium ſationum. Seminate enim, inquit, uobis ad iuſtitiam &c. Si ergo tu gloriam ex diuitijs quæris, cognoſce quia melius eſt mille filiorum, quos per miſericordiam filios acquiſieris patrem uocari, quam mille aureorum dominum dici. Et conſidera quanta tibi tunc erit gloria, cum te omnis ille populus, qui ex promptuarijs tuis paſtus eſt & refectus, pro tribunali magni illius & iuſtiſſimi Iudicis caterua conſtipante circumdabit, paſtorem te ſuum, ac tutorem pium, & miſericordiæ patrem, omni gratiarum uoce teſtabitur.

Ser. 81. de diuite Euangelico in proceſſu ſermonis & to. eod.

Oſeæ.

72

Quòd ſi Magiſtratus in Theatris, mimis, & athletis, & gladiatoribus, alijſq; huiuſmodi generibus ho-

minum, totum pene patrimonium suum largitur, ac prodigit, ut vnius horæ fauorem vulgi acquirat, nihil sibi, vlterius profuturum, tu dubitas & cunctaris, munificus esse in huiusmodi largitionibus, in quibus iudex residet Deus, fauentium & acclamantium vulgus est Angeli, ubi omnes qui a sæculo fuerunt sancti, laudatores & prædicatores tui sunt. Vbi laus, & fauor non simul cum die cessat, sed cum sæculis permanet, vbi corona tibi, non auri sed iustitiæ dabitur &c. Et hæc omnia conquiruntur per misericordias pauperum, in quibus cibi corruptibilis pretio, incorruptibilem regni cœlorum gloriam mercaris, &c.

73 Nec te pigeat visitare ægrum, & eis qui per debilitatē ad misericordiam poscendam venire non possunt, præsta sumptum. Memento quoniam & nos cum de cumberemus in grabato, cum essemus debiles, & non possemus ipsi per nos ire ad Dominum, Deus ipse uenit ad nos. Misit enim Filium suum, qui nobis attulit cibum seipsum, ipse enim panis uitæ, qui de cœlo descendit. Et quo ore quæso, qua impudentia, panem de cœlo accipientes, nos panem de terra non damus fratribus? Quid agis o dives? Quid deliberas? Christo esurientes, tu horrea tua claudis? Christo egente, tu aurum quæris? Omnia aurum vides, aurum tibi vigilanti cogitatio est, & somnia dormienti. Sicut enim hi, qui per insaniam, mente translati sunt, non iam res ipsas sed passionis suæ phantasias uident, ita etiam mens auari, auri semel uinculis cupiditatis astricta, semper aurum, semper argentum uidet, semper reditus computat. Gratius aurum intuetur, quam solem videt. Ipsa enim supplicatio & oratio eius ad Dominum, aurū quærit, & uellet ut omnia ei in aurum conuerterentur &c. Sed quid agis? Nec satietas unquam, nec finis aderit cupiditati. Nam interdum puerus gulæ nimium de ditis, indulgemus, desideratos cibos auidius sumere, vt nimietate ipsa satiati, horrescant, & auertant se de reliquo ab huiusmodi cupiditate, auaritia tamen nihil tale patiatur, sed quanto plus inuenerit, tanto amplius quærit &c.

74 IDEM miranda dicit de ciconijs, quas ferunt, collecto proficisci agmine. Cornices deducunt eas, ac dirigunt, vt defendant aduersus inimicas aues, cuius rei indicium est. quia nullæ in illis locis residere reperiuntur per interuallum aliquod temporis, & quia cū vulneribus reuertentes. manifesta quadam sanguinis sui voce loquuntur, grauium se certaminum subijsse conflictum. Quis igitur illis pœnam desertionis indixit? Discant homines hospitalia seruare, cornices etiā pericula sua negare non solent. His igitur nos ianuas claudimus, quibus aues animas suas conferunt, & quos illæ consortio prosequuntur discrimini, eos tecti prohibemus hospitio, & quorum illæ bella susciuunt, his nos bella frequenter inferimus. Mentior si non Sodomitanis hæc fuit causa supplicij, aut Aegyptius furor genti hospiti, dum bellum conatur inferre, inhospitalitatis pœnas, infidæ naufragio plebis exsoluit &c.

75 IDEM agit de hospitalitate Abrahę, quando angelos hospitio recepit. Ante ostium sedebat Abraham in meridie, quando alij requiscebant, iste hospitum explorabat aduentus. Merito illi Deus apparuit, quia fructum hospitalitatis studiosissime requirebat. Non ocio sus sedet, qui longe aspicit, neque aspexisse contentus, cucurrit obuiam, festinauit occurrere. Quia non satis est recte facere, nisi etiam maturare quod facias. Festinanter enim mâducare pascha, lex iubet, vberio res enim fructus habet celerata deuotio. Disce ergo quam impiger esse debeas, vt possis præuenire hospitem, ne quis præueniat, & te boni muneris defraudet. Omnes in hoc incolatu hospites sumus, caueamus ne si nos duri aut negligentes fuerimus hospitibus, etiam nobis post uitæ huius cursum, sanctorum hospitia denegentur. vnde in Euāgelio Saluator dicit: Facite uobis amicos de iniquo mammona, qui uos recipiant in æterna tabernacula sua. Quod ergo alijs negaueris, id in teipse decernis. Si omnes eam sententiam non recipiendi hospites sequantur, ubi erit requies peregrinantibus? Relictis igit humanis habitaculis, captabimus recessus ferarum, cubilia bestiarum? Sed pauperiem præten- 76
dis, non opes a te hospes requirit, sed gratiam, non or- *Prou. 15.*
natum conuiuium, sed cibum ouium. Melior est hospitalitas cum oleribus ad amicitiam, quàm si vitulos occidas cum inimicitijs &c. Et Dominus in Euangelio eum quicumque dederit hospitis potum aquæ frigidæ, cælestium asserit præmiorum non exortem futurum. Denique quiscis, an Deum suscipias cum hospitem putas suscipere? Abraham dum peregrinantibus defert hospitium, Deum, atque angelos eius hospitio susceptit. Et cum hospitem suscipis, Deum suscipis di- *Matt. 25.*
cente Domino. Hospes eram & collegistis me, quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Vnius horæ hospitio uidua illa quæ susceptit Eliam, & exiguo cibo, perpetuum toto tempore famis inuenit alimentum, & mercedem accepit mirabilem, vt numquam de hydria farina deficeret. Elisæus quoque defuncti pignoris, resuscitatione donata, resoluit hospitij pensionem. Non sola tamen facilitas susceptionis, sed etiam sedulitas suscipiētis, & affectus quæritur, utrumque te Abraham docet &c.

77 IDEM agens de diuitum iactantia in diuitijs suis, ait: Parietes uos diuites uestitis auro, homines nuditatis. Clamat ante domum tuam nudus, & negligis, & tu sollicitus es, quibus marmoribus pauimenta uestias. Pecuniam pauper quærit, & non habet, panem postulat homo, & equus tuus aurum sub dentibus mâdit. Sed delectant te ornamenta pretiosa, cum alij frumenta non habeant. Quantum o dives sumis tibi iudicium, populus esurit, & tu horrea tua claudis, populus deplorat, & tu gemmam tuam uersas infelix, cuius in potestate est, tantorum animas a morte defendere, & non est uoluntas. Totius uitam populi, poterat annuli tui gemma seruare. Aliter Iob. Liberaui pauperem de manu potentis, & orphanum, cui non erat adiutor, ad iuui. Benedictio perituri super me uenit, os autem uiduæ me benedixit &c.

78 IDEM agens de curatione hominis habentis manum aridam super illud, Extende manum tuam, sic ait: Communis ista generalisque medicina est, & tu qui putas manum habere te sanam, caue ne auaritia, caue ne sacrilegio, contrahatur, extendit sæpius eam, extende ad illum pauperem qui te obsecrat, extende ut proximum iuues, vt uiduæ præsidium feras, eripias iniuriæ, quam vides iniustæ contumeliæ subiacere. Extende ad Deum pro peccatis tuis. Sic manus extenditur, sic sanatur. Sic Hieroboam, manum cum idolis sacrificaret, contraxit, & rursus cum Deum rogaret, extendit &c.

79 IDEM super illud Rom. 15. Debitores enim sunt eorum &c. ait: Intantum nos, humanos & misericordes vult esse Apostolus, vt & debitores nos dicat circa eleemosynam largiendam, & bonis operibus exercendum, cum alacritate cordis. Quia qui misericordiam a Deo sperat, debet esse misericors, vt probet se recte hanc spērare. Quia si homo miseretur, quanto magis Deus; retributio enim hæc est, uel merces, ut qui accipiunt misericordiam, misericordiam faciant. Vnde Dominus: Beati misericordes, ipsorum enim miserebitur Deus &c.

Episcopatus & prælatura, & officia appetenda non sunt, ad quæ officia assumptus homo, non ditet consanguineos.

Cap. XI.

DE re hac plura dicenda sunt infra lib. 14. cap. 50. & infra, interim tamen. 1

ORIGENES explicans illa uerba illa Numerorum 25. Et iratus est furore Dominus contra Israel, & dixit Do-

Li. 5. Exameron cap. 16. to. 1.

Lib. 1. de Abraham Patr. c. 5. to. 1.

Luc. 19.

Lib. de Nabuthe Iezraelita ca. 13. to. 1.

Iob 29.

Lib. 5. in Luc. to. 3.

Super epi. ad Rom. to. 3.

Matt. 5.

Exod. 4.

Ho. 20. in Num. to. 1

dixit Dominus ad Moysen: Assume principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Israel, inquit: Nescio si de ijs disserentes, nõ offendamus aliquos, sed & si offendamus, obedire magis, & deseruire oportet uerbo Dei, quam gratię hominum. Peccauit Israel, & dixit Dominus ad Moysen, vt assumat omnes principes, & suspendat eos contra solem. Populus peccat, & principes suspenduntur. Vides quæ sit conditio principum populi, non solũ pro suis proprijs arguuntur delictis, sed & pro populi peccatis coguntur reddere rationem, ne ipsorum sit culpa, q̃ populus deliquit, ne forte non docuerint, ne forte non monuerint, neq; solliciti fuerint arguere eos q̃ initium culpæ dederint, vti ne contagio dispergeretur in plures. Hæc enim omnia facere principibus imminet & doctoribus. Si enim illis hæc non agentibus, nec sollicitudiné gerentibus circa plebem, peccauerit populus; ipsi suspenduntur, & ipsi ad iudicium producuntur. Arguit enim eos Moyses, idest lex Dei, uelut negligentes & desides, & in ipsos cõuerteretur iracundia Dei, & cessabit a populo. Hæc si cogitarent homines, numquam cuperent, nec ambirent ad populi principatum. Sufficit enim mihi, pro meis proprijs peccatis, & pro meipso reddere rationé. Quid mihi necesse est ét pro populi peccatis suspendi? Et suspendi contra solé, ante quem nihil potest abscondi, nihil obscurari?

2 *Hom. 6. in Esaiam.*

IDEM exponens illa uerba: Quẽ mittam & quis ibit ad populũ istum, & respondit Propheta: Ecce ego mitte me, ait: Inuenio aliud fecisse Moysẽ, aliud Esaiã. Moyses enim electus ad eductionem populi Israel de terra Aegypti, ait: Prouide alium quẽ mittas, etiam uidetur cõtradicere Deo. Esaias uero non electus, sed audiens quem mittam, & q̃s ibit: Ecce, inquit, ego sum, mitte me. Dignum est quærere qui e duobus melius fecerit, Moyses qui postquam electus est, recusauit, an Esaias, qui neglectus quidẽ ipse se obtũdit, vt mitteretur ad populum. Ego audacter feci, comparans duos sanctos, & decernens & dicens, verecundius Moysem fecisse, q̃ Esaiam. Moyses quippe magnitudinẽ considerabat, præesse populo ad educendum eum de terra Aegypti, propter hoc ait, Prouide alium quem mittas. Iste aũt non expectans audire quid ei iuberetur, ut diceret, ac si electus fuisse, Ecce, inquit, ego mitte me. Vnde quia ignoras quid ei iuberetur, vt diceret: ait: Ecce ego mitte me, hæc iuberur vt dicat, quæ erant inoptata dicenti. An non erat inoptabile statim iussum prophetizare, a maledictionibus incipere dicentem, Aure audietis, & non intelligetis, & uidentes uidebitis, & non videbitis; incrassatum est enim cor populi huius? &c. Forte ergo (si tñ audenter expedit dicere) audaciæ & temeritatis præmium cõsecutus est, ut ea iubeatur dicere, quæ prophetizare nolebat. Quia aũt comparauimus Esaiã, & Moysen, cõponamus & aliam proximam cõparationem Esaiæ, & Ionæ. Ille mittitur prædicare euersione Niniuitis post tres dies, & piget eum proficisci nolentem, causa malorũ ciuitatis. Iste autem non expectans quid ei imperaretur, vt diceret, ait: Ecce ego mitte me. Bonum est non prosilire ad eas, quæ a Deo sunt; dignitates, & principatus, & ministeria Ecclesiæ, sed imitari Moysen, & dicere cum eo, Prouide alium quem mittas. Neq; enim ad principatum Ecclesiæ uenit, qui saluari vult, etsi pręcelsit, sed ad seruitutem Ecclesiæ, dicente Domino. Principes gentiũ dominantur eorũ &c. non sic erit in uobis, sed qui maior est, erit minister veiter. Qui uocatur ergo ad Episcopatum, non ad principatum vocatur, sed ad seruitũtẽ totius Ecclesiæ. [Infra:] Expedit ergo facere quod factũ est a Moyse, vt etiam si vocatur aliquis ad principatũ dicat, Prouide aliũ quem mittas. Deo dicit, nõ sum dignus, ab heri & nudius tertius, tardioris linguæ sum. Et quia ad dixit, humiliter audit a Deo, Quis dedit os homini, & quis fecit surdum & mutum, uidentem & cæcum? Nõne ego Dominus Deus? Crede Deo cõseruate ei, licet tardioris linguæ sis, trade te sermoni Dei.

Pron. 15. *Matt. 25.* *Lib. de Naabuthe Iezraelita ca. 13. to. 1.* *Iob 29.* *Lib. 5. in Luc. to. 3.* *Super epi. ad Rom. to. 3.* *Matt. 5.* *Exod. 4.* *Ho. 20. in Num. to. 1.*

3 *Hom. 1. in 2. epistolã Pauli ad Timoth. to. 4.*

CHRYSOSTOMVS sic habet: Quantalibet enim quisque animi virtute polleat, cum tamen clausi, & Ecclesiæ gubernacula suscipit, inspératis fluctibus quatitur, & varijs undique negotijs actus, pene submergitur.

4 *Hom. 34. in cap. 13. epist. Pauli ad Hebr.*

IDEM explicans illa uerba: Obedite præpositis vestris, & subiacere eis; ipsi enim vigilãt rationem reddituri pro animabus vestris, ait: Audiant & principes, non soli illi, qui reguntur a principibus, quoniam sicut obedientes oportet esse qui reguntur, sic etiam rectores & principes, vigilantes esse decet & sobrios. Periculum namq; super caput eius eminet, subiectus est vltionibus peccatorum suorum, & propter te reus existit, timoribus subijciunt. [Infra:] Quid dicamus infelicibus illis & miseris, qui semetipsos ad alios regendos præcipitant, & se in tantorũ suppliciorum abyssum iactant. Omnium quos regis, mulierum, puerorum, virorum, tu rationem reddituris es, tanto ignituum subijcis caput. Miror si potest saluari aliquis rectorum. Post tantam enim comminationem, quam negligentiæ uidemus illatam, uideo aliquos etiam concurrere, & præcipitare semetipsos tantæ moli, ac tantæ difficultati regiminis. Si enim qui necessitate compelluntur, nullum poterunt habere refugium, nec vllam excusationem reperient, quãdo res male tractauerint, & quando negligenter administrationem gesserint suam. Nam & Aaron necessitate compulsus est, & tamen in periculum venit, sed & Moyses pericula sæpius sustinuit, qui regimẽ illud sapere recusauerat, & Saul, cui alius commissus est principatus, postquam recusauit, in pericula incidit, quia male sui regiminis administrauit officium. Quanto ergo amplius, qui cum studio, & ambitione petunt principatus, & semetipsos præcipitant, seuerius punientur; Huiusmodi enim homo, multo amplius sibi locum uenię claudit. Oportet ergo timere, ac tremere, & propter conscientiam, & propter molem, ac magnitudinem curæ. Et neque dum quis ad principatum trahitur, recusare, & neque dum non trahitur, quispiam semetipsum præcipitare, sed considerantes tantæ dignitatis amplitudinem oportet effugere; comprehẽsos autem, obsequiũ & reuerentiam oportet ostendere. Nihil immo derate faciendum est, sed antequam fiat, præsentiens quis, refugiat, persuadeat sibimetipsi, quòd ad illam rem sumendam indignus existat, comprehensus autem, similiter reuerentiam exhibeat. Vbique modestiam, & ingenuitatem debes ostendere.

5 *Lib. 1. de sacerdotio to. 5.*

IDEM ait: Cum inter nos, Basilius, & ego uersaremus, vt monasticam uitam amplectentes uale diceremus sęculo, remq; ille assiduis vrgeret precibus, ecce exortus de repente rumor quidam, nostrum vtriusq; animum commouit. Percrebuerat autem fore, vt ad episcopalem dignitatem uterq; perduceremur. Quo ad me rumore perlato, hinc formidine, hinc hæsitantia perculsus sum. Formidine ne forte uel inuitus eo ipse raperer, hæsitantia dum identidem animo uersarer, vnde nam in illorum patrum animo obrepsisset; vt de nobis tale quiddam cogitarent? Nam mihi quidem, ingenij me uires inspicienti non succurrebat quicquam, quod honorem illum mereretur, tempore haud multo elapso, cum iam dies adueniisset, in quo eligendi uterque essemus, me ipse occultaui; Basilius harum rerum ignarus cum esset, apprehensus ducitur quidem a patribus, tamquam alio prætextu, nec æquanimiter se captum ferebat ferox, resiliens, & obsiliens apparebat. Tandem parens, postquam intellexit me subterfugisse, tristis admodum ad me adijt, & mihi, prior cum assedisset; eloqui quidem nescio quid uelle videbatur, ceterum ab anima angustia oppressus, cum oratione vim eam, qua premeretur assequi nequiret, in ipso oris hiatu fari prohibebatur animi consterna-

natione,orationem priusquam ea dentes transijsset interrumpente. Itaq; ego illum intuitus lachrymis permadente,ac multa animi perculsum turbatione,mali causam cum intelligerem in risum prorupi, Deo acceptum referens, quòd astus meus, felicem tandem fuisset exitum ortitus.

6 IDEM sic habet. Si vsu uenit, vt quibus ciuitatum principatus concreditus est,ij nisi valde prudentes pariter ac vigilantes,fuerint, tum ciuitates ipsas euertat, tum seipsos perditum eant,quid de illo dicendum est, cui sorte obtigit, vt Christi sponsam colat, ornetque? Christum nemo est, qui Paulo vehementius dilexerit, nemo qui apud Deum gratiosior; tñ post tot priuilegia a Deo accepta, veretur adhuc ac tremit,principatus istius subditorumq; curam. Metuo enim,inquit, ne sicut serpens Euam decepit versutia sua,ita corrumpantur sensus vestri a simplicitate quæ erat in uobis. Et alibi: In timore ac tremore multo vobiscum conuersatus sum. Si igitur Paulus Dei mandata sic obseruans, vt maiora etiam quàm ipsi a Deo iniũcta fuissent, præstaret, numquam suo ipsius, sed subditorum tantum commodo studens, sic vbiq; formidauit magistratus sui molem expendens, quid faciemus ipsi, qui multi vbiq; sumus,in quærendis quæ nostra sunt? Quis infirmatur,ait Paulus,& ego non infirmor, quis scandalizatur,& ego non vror? Immo ait,optabã anathema esse a Christo pro fratribus meis. Quòd si quis existit, q uocem hanc obsecrans enunciare possit,is demum dignus est,qui si oblatũ Episcopi munus detrectet, insimuletur, si uero a Pauli uirtutibus illis pari nobiscum interuallo distaret: is nimirum, odiũ ac uituperationem meretur,cum munus idem delatum amplectitur, non cũ reijcit. Nam si id vnum satis sit, pastorem simpliciter uocari,& prouincia ista vtcumque defungi,nec vllũ prorsus inde periculum exoriri possit; equidẽ nihil moror,quin me quisquis volet,reprehendat, quia episcopatum recusaui; sin uero rara prudentia, rara item adeo data gratia,quæ prudentiam, etiam ipsa præcedat; præterea si morum integritate,si vitæ puritate,denique si maiori,quàm pro humano captu uirtute eum præditum esse oportet,qui administrationis istius curam in se suscipit,ne me venia priuatum per te uelis,si frustra ac temere vitæ meæ mihi accersere exitium noluerim. Etenim si nauem quis agens amplissimam, & quæ decẽ millia põdo ferat, quæque ea remigibus suis fit instructa, ac sumptuosarum mercium pondere onerata,me illius gubernaculo præfectum, iuberet Ægeũ Tyrrhenum ne mare traijcere,nimirũ fieret, vt ad primam statim auditionem,mandatum id detrectarẽ. Ac si quis me interrogaret quid ita? Ne nauem submergã, vtiq; responderem. Ita ne igitur vbi pecuniæ tantum iactura subest, nec nisi corporis interitus periclitatur, nemo est,q incuset,reprehẽdatque,si quis magna cautione,prouidentiaq; hic vtatur,vbi aũt nauem frangẽtibus,non in hoc,uel illud pelagus, sed in ignis æterni abyssum corruendum est,ubi item eosdem naufragos, interitus manet,non qui corpus ab anima dirimit, sed qui animam ipsam vna cum corpore in sempiternum exigit supplicium,hic mihi vos succensebitis? Hic mihi odium,inimicitiasq; præferetis,si me ipse temere in tantã non coniecerim perniciem? Noui profecto, animi mei vires,quam sint exiguæ, atque infirmæ, noui quanta sit functionis illius moles,noui quàm ingẽs negotij ipsius difficultas. Episcopi enim fluctus,animum concutientes,ventis mare identidem conturbantibus, crebriores infestioresq; esse solent. [Infra.] Multa Prælatũ,ac Episcopum seruare oportet,inter quæ illud est præcipuum,sacerdotis animum honoris illius desiderio,vndiq; vacare oportere. Nam si ad eũ principatũ adipiscendum, vehementi animi affectu rapiatur, eo adepto impotentiorem sane ambitionis suę flammam incendet,ac vi tãdem captus, vt sibi adeptum honorẽ stabiliat,nulli non peccato seruiet. Oportet autẽ puto, tanta cum religione ac cautione, ad rem ipsam accedere,ut illius molem magnitudinemq; primum prorsus detrectes,deinde adepto honore,aliorum iudiciũ sententiasq; non expectes,si quod forte contrarium dephẽdatur, propter quod te oporteat honorem illum deponere, quin potius illis anteuertens, te ipse munere abdices. At uero constantiam hanc præstare nullus ualet, tam pestilens tamque letale est appetentiæ uirus. Neque id dico cum Paulo pugnare uolens,qui ait. Qui episcopatum desiderat, bonũ opus desiderat. At ego, non operis ipsius, sed dominationis ac potentiæ desiderium,pestilens esse dixi. Atque hoc ego desiderio to to studio ab animo abijciendum esse cẽseo, vt ne animum quidem ipsum prorsus permittas ab illo occupari, vt is rerum omnium libere agendarum potestatem habeat. Nã quẽ nulla cupiditas trahit,vt sese in eo munere collocatũ ostentet,ac tamquã digito ab alijs monstretur,is certe ab eo solio deturbari non formidat. Porro autem qui id non formidat, hic eũ ea libertate quæ christianas mentes decet,omnia exequi poterit. Dura enim & acerba, atq; adeo multis referta incommodis, illorum est seruitus, qui honoris huiusmodi casum reformidant. Sed quẽadmodũ in plijs videmus generosissimos quosque milites alacriter manum cũ hoste cõserere,tum si ita res ferat,fortier occũbere: ita oportere puto animatos esse,q ad ministerij istius functionem se conferunt,vt quod vere Christianos viros decet,& cõsecrari,& summoneri parati sint,cũ intelligãt summotionẽ, priuationemq; huiusmodi non inferius præmium afferre solere,quàm honor ipse afferat. Illud igitur oportet undiq; circumspicere, necubi desiderij illius scintilla aliqua ardens lateat. Nos autem desiderij istius morbo laboramus,q̃ res,vna cum alijs oĩbus, non parum nos exterruit,atque in fugam hanc vertit. Nam quemadmodum qui cprporum amore capti sũt, ij,donec propinquos eos habent quos amant, grauius quidem morbi sui tormentũ,vimq; sustinent, cũ autẽ quam longissime sese ab illorũ conspectu abduxerint, tum furorem ipsum ab animo excutiunt,sic & qui honoris istius quẽ dico cupiditate titillantur,dũ propius adsunt,malo ferendo impares sunt, cum autẽ sese illic summouerint,honoremq; desperauerint,fit ut desiderium una cum expectatione extinguat. Verũ & alia q̃dam subest causa,precedenti nequaquã inferior. Quæ nam tandem ea est? Sobrium, modestũque Episcopum esse oportet;eũdemq; perspicacẽ,atq; innumeros quo quo versum oculos circũferre,quippe qui non sibi vni tm̃,sed & in multis uiuat populis. Ceterum quòd nos segnes simus ac remissi, ac uix nostræ ipsorum saluti sufficientes,vel tute fateare. Absit enim vt mihi hic iactes vel ieiunia vel noctes insomnes, uel corpus humi decubare assuetum,uel si qua est alia corporis indurati afflictio. Nam tibi satis innotuit (Basilium alloquitur) quantum ab his uirtutibus absimus,quas vt nos etiam exacte atq; absolute præstiterimus,ne sic quidem possent cum huius animi segnitie coniunctæ,nobis ad prę fecturæ illius,quam dico administrationem obeundã, pręsidij quicquam afferre. Homini enim in cubiculum aliquod incluso,de suis tantum rebus sollicito,magnũ res eæ adiumentum ferre possunt, ei uero qui in tot populos scissus est,curas,sollicitudinesque suas in subditos suos singulos partiens,nõ uideo quid idonei adiumenti ad illorum profectum conferre queant, nisi idem,acrem,fortissimumq; animum nactus sit.

Zib. 3. de sacerdotio.

2. Cor. 11.

2. Cor. 2.

2. Cor. 11.

Rom. 9.

7

Ibidem.

8

1. Tim. 3.

1. Tim. 3.

IDEM sic habet: Nos pro ijs sigillatim omnibus, qui nobis concrediti fuerint, rationem reddere cogemur. Huius comminationis terror, animum mihi concutit. Nam si ei qui vnum aliquem dumtaxat offenderit, expedit, ut mola asinaria demergatur in profundum maris, qui non vnum,non duos,non tres tantum,sed tam multos etiam populus perdiderint, illis quid tandem fiet? Neque enim licet imperitiam excusare,neq; ad ignorantiam confugere, neq; aut necessi-

10 *Lib. 6. de sacerdotio. Heb. ult. Matt. 18.*

tatis,

tatis, aut violentiæ speciem obtendere. Si enim dum romphæa imminet, populo tuba signum non dederit, neque prænunciauerit (inquit ille) speculator, aut gladius animam inuaserit, ipsa autem anima a sua iniquitate capta fuerit, sanguinem ipsius de speculatoris manu requiram. [Infra:] Ab eo ipso die, quo tu mihi Episcopatus suspicionem hanc iniecisti, factum est identidem, ut corpus hoc ab anima propemodum dissoluere tur, tam ingens pauor, tam ingens mæstitia animum meum occupauit. Nam cum apud me considerarem Christi sponsæ gloriam, sanctimoniam, venustatem spiritalem, prudentiam, ornatum, tum vero animi mei vitia expenderem, fiebat vt assiduis, tum illam tum etiã me, gemitibus, luctibusque prosequerer, quo in animi angore doloreque dum versarer, hisce memet verbis conueniebam. Quisnam consilij huius auctor fuit? Quid tandem tantum peccauit Dei Ecclesia? Quænam tanta res, ipsius Ecclesiæ Dominum excitauit, induxitque vt illam tanto cum eius dedecore, mihi mortalium omnium ignominiosissimo regendam traderet? Hæc ipsa mecum reputans, indignitatisque huius, cum ne cogitationem quidem animo sustinere valerem, stupens, attonitus, neque cernere, neq; audire quicquam possem. A consternatione huiusmodi, cum animus tandem meus fuisset dimissus, succedebant lachrymę, atq; mæstitia, tum vero post lachrymarum satietatem, rursus insinuabat sese timor animum hunc commo-
11 uens, conturbans, concutiens. At quia cor detectum nudare tibi non possum, obscura quadam imagine vtcumque potero, mæstitiam nostram colligito. Fingamus puellam aliquam regis filiam, totius terræ dominam, a proco quodam experti, tum vero demus nouam quandam in ea inesse formæ venustatem, quæ sic humanam naturam transcendat, vt per eam puella, muliebre genus vniuersum, magno admodum discrimine superet; præterea tantam illi inesse animi virtutem, vt virorum genus longo post se interuallo relinquat, denique talem esse, vt proprij aspectus gratia, oculorumq; venustas, vniuersam illam corporis totius elegantiam obscuret. Addamus si placet procum illum, non eam diligere, sed furore nescio quo erga illam affici, amore tã gradi qui in insaniam vertatur, postea pro cũ hunc alicũde accepisse futurum, vt puellam illam quã miro amore depereat, homuncio nescio quis humilis, abiectus, obscuro genere natus, quique idem corpore sit mutilo, denique mortalium omnium iniquissimus in vxorem eam ducat. Tibi ne hic exiguam doloris nostri partem repræsentauimus. Aliam etiam descriptionem ad idẽ subijciam. Ponito exercitum, ex militibus tum peditibus, tum equitibus, tum nauticis viris constantem, ac mare quidem obtegat triremiũ numerus. Rursus ipsas camporum planities, ipsos montium vertices, hinc peditum, hinc equitum phalangas contegant, æs item armorum, oppositum Soli, splẽdorem reddat atq; a solari bus radijs, & galearum, & clypeorum coruscatio vibretur, hastarum fragor, equorumq; hinnitus in cœlũ feratur, neque terra, neque mare appareat, vbiq; æs, vbique ferrum. Tum sint contra hos armati instructique, effe-
12 ri quidam & truces viri. Instet iam, & conflictus tempus, postea rapiat quis adolescentem in agro educatum atque nullius prorsus artis gnarus, sitq; nisi solius lyræ pastoricæ, eundemq; armatura ærea cum induerit, per totum illum exercitum circumiens deducat, iubeatque illum continuo in equum ascendere, vniuersique illius exercitus, ducem agere. Hic tu adolescentem illum censes parem esse posse gubernando exercitui, ac non potius, vel a primo statim aspectu, animo defecturum? Vides hic eo prælio aliud tum maius, tum horribilius, si tibi forte caliginosissimam illam diaboli arcem, conflictumque insanum oculis istis cernere liceat. [Infra:] In hoc campo voluit nos Christi militibus, duces esse? Hoc ipsum vero, quid aliud erat quàm diabolo potius duces esse? cum enim is qui ceteros debet, tum in ordines partiri, tum militaribus armis instruere, omnium simul infirmissimus, omnium imperitissimus fuerit, fit nimirum vt suæ fidei creditos prodat, & diabolo magis quàm Christo ducem agat.

1. Tim. 3.

1. Tim. 3.

10 Lib. 6. de sacerdotio. Heb. ult. Matt. 18.

AVGVSTINVS inquit: Non ergo habere debemus temporalia ad possidendum, nec ego qui Episcopus sum habere debeo, nisi tantum ad dispensandum, quia bona Ecclesiarum, patrimonium pauperum sunt. Vnde ego summe cauere debeo, ne res pauperũ, quas Ecclesia Hipponensis conseruare videtur, diuitibus largiantur, quod bene feci hucusque. Nam consanguineos habeo, & nobiles se esse non erubescunt, & ad me Episcopum veniunt, aliquando cum minis, aliquando cũ blandimentis dicentes, da nobis aliquid Pater, nã caro tua sumus. Et tamen Dei gratia, & vestris orationibus mediantibus, consanguineum aliquem me dotasse non recolo. Chariores enim mihi reputo pauperes quàm diuites, quia habentes victum & vestitum, fideles omnes contenti esse debent, maxime nos clerici, in cuius rei signum capita tonsa, & rasa habere debemus, ne diuitiarum capilli occupent mentem seruorum Dei. 13 *Serm. 21. ad fratres in eremo. to. 10.*

GREGORIVS ait: Ab imperitis pastoribus magisterium pastorale suscipitur in magna temeritate, quoniam ars est artium, regimen animarum. Et tamen sæpe, qui nequaquam spiritualia præcepta cognouerunt, cordis se medicos profiteri non metuunt, dum impigmentorum vim nesciunt, videri medici carnis erubescunt. Sunt nonnulli qui intra sanctam Ecclesiã per speciem regiminis, gloriam affectant honoris, primas cathedras quærentes, & salutationes in foro, qui susceptum curæ pastoralis officium, ministrare digne tanto magis nequeunt, quanto ad huius humilitatis magisterium, ex sola elatione peruenerunt. Contra quos Dominus per Prophetam quæritur dicens, ipsi regnauerunt & non ex me, principes extiterunt, & ego ignorã. Ex se autem & non ex arbitrio summi rectoris regnant qui nullis fulti virtutibus, nequaquam diuinitus vocati, sed sua cupiditate accensi, culmen regiminis rapiunt potius quàm assequuntur. Quos tamen internus iudex & prouehit, & non agnoscit, quia quos permittendo tolerat, profecto per iudicium reprobationis ignorat. 14 *Lib. 1. & parte curæ pastoralis. c. 1. to. 4.* *Matt. 23.* *Oseæ 3.*

IDEM ait: Plerumque qui præesse concupiscunt, ad vsum suæ libidinis Apostolum pertrahunt qui ait: Qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat: q tamen laudãs desiderium in pauorem uertit protinus, quod laudauit cum subiungit, Oportet autem Episcopum irreprehensibilem esse. Et fauet ergo ex desiderio & terret ex præcepto, ac si aperte dicat, laudo quod q̃ritis, sed prius discite quid quæratis, ne dum uosmetipsos metiri negligitis, tanto fædior vestra reprehensibilitas appareat, quanto & a cunctis conspici in honoris arce festinatis. [Infra.] Quamuis notandum quòd illo in tempore hoc dicitur, quo quisque qui plebibus præerat, primus ad martyrij tormenta ducebatur. Tunc ergo laudabile fuit Episcopatum quærere, quando per hunc quemquam dubium non erat, ad supplicia grauiora peruenire. 15 *Eadẽ parte cap. 8.* *1. Tim. 3.*

IDEM sic habet: Quadam die cum afflictus valde, & diu tacitus sederem, dilectissimus filius meus Petrus diaconus affuit, qui graui excoqui cordis languore me intuens ait, Numquid noui tibi aliquid accidit, quod plus te solito mæror tenet? cui ille. Mæror Petre, quem quotidie patior, & semper mihi per usum, vetus est, & semper per augmentum, nouus. Infelix quippe animus meus, occupationis suę pulsatus uulnere, memini qualis aliquando in monasterio fuit, quomodo ei labentia subiecta erant, quantum rebus omnibus quę vo luuntur, eminebat, quod nulla nisi cœlestia cogitare cõ sueuerat, quod etiam retentus corpore, ipsa iam carnis claustra, contemplatione transibat, quòd mortem quoque quæ pene cunctis pœna est, vt ingressum vitæ, & laboris sui præmium amabat. At nunc ex occasione curæ pastoralis, sæcularium hominum negotia patitur, & 16 *Lib. 1. Dialogorũ fia. tim inexordio*

post

post tam pulchram quietis suæ speciem, terreni actus puluere fœdatur. Perpendo itaque quid tolero, perpendo quod amisi. Dumq; intueor illud quod perdidi, fit hoc grauius quod porto. Ecce etenim nunc, magni maris fluctibus quatior, atque in naui mentis, tempestatis validæ procellis illidor. Et cum prioris vitæ statum recolo, quasi post tergum reductis oculis, viso littore suspiro. Quodq; adhuc grauius est, dum immensis fluctibus turbatus feror, vix iam portum videre valeo, quem reliqui. Vnde hoc agitur, quod pmisi, quia cum nauigamus longius, iam nec portum quietis quem reliquimus videmus.

17 *Lib. 1. epi. ex regist ro 10. 5.* IDEM in epistola quam scripsit Theoctistæ sorori Imperatoris, sic habet: Sub colore Episcopatus, ad sæculum sum reductus, in quo tantis terrę curis inseruio quantis me in vita laica nequaquam deseruisse remini scor. Alta enim quietis meæ gaudia perdidi, & intus corruens, ascendisse exterius videor. Vnde me a conditoris mei facie longe expulsum deploro. Conabar namq; quotidie, extra mundum, extra carnem fieri, cũcta phantasmata corporis ab oculis mentis abigere, & superna gaudia incorporabiliter videre, & non solum vocibus, sed medullis cordis ad Dei speciem anhelans *Ps. 26.* dicebam, Tibi dixit cor meum, quæsiui vultum tuum, vultum tuum Domine requiram. Nihil autem in hoc mundo appetens, nihil pertimescens, videbar mihi in quodam rerum vertice stare, ita vt in me pene impletum crederem, quod pollicente Domino per Prophetã *Esa. 58.* didici, Sustollam te super altitudines terræ. Super. n. altitudinem terræ sustollitur, qui & ipsa quæ alta & gloriosa præsentis videntur sæculi, per mentis despectum calcat. Sed repente a rerum vertice, tentationis huius turbine impulsus, ad timores pauoresq; corrui. Vndiq; causarũ fluctibus quatior, ac tempestatibus deprimor, *Ps. 68.* ita ut recte dicam, Veni in altitudinem mari tempestas demersit me. Redire post causas ad cor desidero, sed vanis ab eo cogitationum tumultibus excluſus, redire non possum. Stultis pressus cogitationibus, solummodo exclamare compellor, Cor meum dereliquit me. *Ps. 39.* [Infra.] Pressus in hoc honore, tumultu sæculariũ negotiorum, ex eis me esse video, de quibus scriptum est, *Ps. 72.* Deiecisti eos dum alleuarentur. Alleuatio ergo ipsa, ruina est, quia dum falsa gloria subnixi sunt, a gloria vera euacuantur. [Infra:] In epist. 6. Ego quasi filios perdidi, quia per terrenas curas, recta opera amisi, nolite ergo me vocare Nohemi, ideſt pulchrum, sed vocate me Maram, quia amaritudinem plenus sum.

18 *Ser. 30. in Cantica.* BERNARDVS explicans illa verba: Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodiui, inquit: Ego loci huius occasione, meipsum reprehendere soleo, quod animarum susceperim curam, qui meam non sufficerem custodire, uineas meas interpretens. *1. Tim. 3.* Non audientes arguentem magistrum, ac dicentem, Si quis domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Miror audaciam plurimorum, quos videmus de suis vineis non colligere, nisi spinas, & tribulos, vineis tamen dominicis, etiam se ingerere non uereri. Fures sunt & latrones, non custodes, neque cultores.

19 *Ser. 77. in Cantica.* IDEM sic habet: Intuere Episcopos, quomodo incedunt nitidi & ornati, circumamicti varietatibus. Vnde vero hanc illis exuberare existimas rerum affluentiam, vestium splendorem, mensarum luxuriem, congeriem vasorum aureorum, & argẽteorum, nisi de bonis sponsæ? Inde est quòd illa, pauper & inops, & nuda relinquitur facie miseranda, inculta, hispida, exanguis. Propter hoc non est hoc tempore ornare sponsam, sed spoliare: non est custodire, sed perdere: non est defendere, sed exponere: non est instituere, sed prostituere: non est pascere gregem, sed mactare & deuorare, dicente illis Domino, qui deuorant plebem meam, vt cibum panis, & quia comederunt Iacob, & locum eius desolauerunt. Peccatorum pretia exigunt, & peccantibus *Ps. 13.* debitam sollicitudinem non impendunt. Quem dabis mihi de numero præpositorum, qui non plus inuigilet subditorum vacuandis marsupijs, quàm vitijs extirpãdis? Sanctorum sortiti sunt ministerij locum, sed non zelum. Successores omnes cupiunt esse, imitatores pauci. O vtinam tam vigiles reperirentur ad curam, quàm alacres currunt ad cathedram.

20 *In epi. 42. ad Henricum Sen. uẽsem Archiepiscopũ* IDEM ait: Curritur in clero passim ab omni ętate, & ordine, a doctis pariter & indoctis ad ecclesiasticas curas, tamquam sine curis iam quisq; victurus sit, cum ad curas peruenerit. Videntes quippe illos, qui iã proprios humeros, cupitæ sarcinæ summiserunt nõ solum, non gemere tamquam sub onere, sed insuper appetere plus onerari, non deterrentur peri culis, qui cupiditate cæcati non vident, sed fauoribus amplius, quos illis inuident, prouocantur. O infinita semper ambitio & insatiabilis auaritia; Cum primos honorum gradus meruerint in Ecclesia, meruerint autem vel vitæ merito, vel pecunia, sine etiam carnis, & sanguinis (quæ regnum Dei non possidebunt) prærogatiua, nõ ideo corda quiescunt, duplici semper æstuantia desiderio, quo vtique magis ac magis, & dilatentur in plura, & ad celsiora sublimentur. Verbi gratia. Cum factus quis fuerit in quacumq; Ecclesia decanus, præpositus, archidiaconus, aut aliquid huiusmodi, non contentus vno in vna, plures sibi, immo quotquot valet conquirere honores satagit, tam in vna, quàm in pluribus. Quibus tñ omnibus si locus euenerit, libenter vnius præferet Episcopi dignitatẽ. Factus Episcopus, Archiepiscopus esse desiderat. Quo forte adepto, rursus nescio quid altius somnians, laboriosis itineribus, & sumptuosis familiaritatibus, Romanum statuit frequentare palatium, quæstuosas sibi quasdam exinde comparans amicitias.

21 *In ep. 236* IDEM hanc scripsit epistolam Romanæ curiæ, qñ elegerunt Abbatem sancti Anastasij in Papam Eugenium 3. Et exordium illius est. Parcat vobis Deus. Quid fecistis? Sepultum hominem, reuocastis ad homines, fugitantem curas & turbas, curis denuo implicuistis, & immiscuistis turbis. Fecistis nouissimum primum, & ecce nouissima illius, periculosiora prioribus. Crucifixus mundo, per uos reuixit mundo, & qui elegerat abiectus esse in domo Dei sui, ipsum vos in dominum omnium elegistis. Cur consilium inopis confudistis? Cur pauperis hominis, & mendici, & compuncti corde, iudicium perturbastis? currebat bene, quid vobis visum est sepire vias eius, auertere semitas, gressus inuoluere? Quasi descenderet de Hierusalem, & non magis ascenderet de Hiericho, sic incidit in latrones. Et qui se, diaboli manibus, carnis illecebris, & gloriæ sæculi, potenter excusserat, nõ valuit effugere manus vestras? Num idcirco Pisam deseruit, vt reciperet Romã? Num qui in vna Ecclesia, non sustinuit vicedominatum, dominatum in omni Ecclesia requirebat? Quid igitur rationis seu consilij habuit, defuncto summo Pontifice, repente irruere in hominem rusticanum, latenti inijcere manum, leuare in cathedram, in palatium trahere, induere purpura & byssо, accingere gladio ad faciendam vindictam in nationibus, in crepationes in populis, ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis. [Infra:] Quid putatis gerere animi nunc hominem illum, qui de secreto internæ cõtemplationis, & amica solitudine cordis, tamquam infans e gremio, & sinu matris subito perturbatus, tractũ se ad medium videt, & quasi ouem ad victimam ductum ad tã insueta, & insuauia? Nisi Dominus supponat manum suam, heu necesse est obruatur & opprimatur onere insueto & nimio, quod, & gigantinis (vt aiunt) vel ipsis quoq; angelicis humeris, formidabile videatur.

Eccl. 1. Ho 13. in Lenis. 10. 1.

1. Cor. 21.

Ho 16. in Numeros.

Ioan 6.

Deut 32.

Ioan 15.

Hom. 2. in Psal 37. to. 2.

1. Cor. 11.

Ho. 35. in Matthæũ.

Ps. 149.

Eucha-

Eucharistia hominibus data ex Dei beneficio, sancte & reuerenter, frequenter, & considerauter sumenda est. Cap. XII.

ORIGENES sic habet: Panes propositionis in conspectu Domini proponendi erant, & si referatur ad mysterij magnitudinem inuenies commemorationem istam habere ingentis repropitiationis effectum. Si redeas ad illum panem, qui de cœlo descendit, & dat huic mundo vitam, illum panem propositionis, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine eius, & si respicias ad illam commemorationem, de qua dixit Dominus, Hoc facite in meam commemorationem, inuenies quòd ista est commemoratio sola, quæ propitium facit hominibus Deum. [Infra:] Et manducabunt eam in loco sancto, idest in anima pura. Neq; enim conuenit vt sancta, anima non sancta, suscipiat, sed cum purificauerit se ab omni inquinamento carnis & morum, tunc locus sanctus effecta, capiat panem illum, qui de cœlo descendit. Ecce ista tibi proponuntur, vt cum acceperis panem mysticum, in loco mundo manduces eum, hoc est, ne in anima contaminata, & peccatis polluta, dominici corporis sacramenta percipias. Quicumque enim manducauerit panẽ, & biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Sancta enim sanctorum sunt. Vides quomodo non dixit sancta tantummodo, sed Sancta sanctorum, ac si diceret, cibus iste sanctus, non est communis omnium, neq; cuiusque indigni, sed sanctorum est.

1 *Ho 13. in Leuit. to. 1*

1. Cor. 11.

2 *Ho 16. in Numeros.*

IDEM explicans locum Numerorum. 24. Accubans dormiuit vt leo, & quasi leæna ait: Verba ista de populo christiano accipienda sunt, de quo dicitur, non dormiet donec comedat prædam, & sanguinem vulneratorum bibat. Quis est iste populus, cui in vsu est sanguinem bibere? Hæc erant quæ & in Euangelio audientes ij qui ex Iudæis Dominum sequebantur, scandalizati sunt, & dixerunt, Quis potest manducare carnem, & sanguinem bibere. Sed populus christianus, populus fidelis, audit hæc & amplectitur, & sequitur eum qui dicit, Nisi manducaueritis meam carnem, & biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis, Quia caro mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potus. Est ergo ipse vulneratus, cuius nos sanguinem bibimus, si tamen simus vt catuli leonis exurgẽtes, & vt leo exultantes. Hic est sanguis vuæ meracissimus, de quo loquitur Moyses, quem Christiani bibunt ex illa vite, de qua Saluator dicit, Ego sum vitis vera.

Ioan. 6.

Deut 32.

Ioan. 15.

3 *Hom. 2. in Psal 37. to. 2.*

IDEM inquit: Cum anima tua ægrotet, & peccatorum languoribus vrgeatur, securus es, contemnis gehennam, iudicium Dei paruipendis, & commonentem te Ecclesiam, despicis. Communicare non times corpus Christi, accedens ad Eucharistiam quasi mundus, & purus, quasi nihil in te sit indignum, & in his omnibus putas quod effugias iudicium Dei. Non recordaris illius quod scriptum est, propter hoc multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quare multi infirmi? Quoniam non seipsos dijudicant, neq; seipsos examinant, neq; intelligunt quid est accedere ad tanta & tam eximia sacramenta: patiuntur hoc quod febricitantes pati solent, cum sanorum cibos præsumunt, sibimetipsis inferentes exitium.

1. Cor. 11.

4 *Ho. 35. in Matthæü.*

IDEM explicans verba illa Domini: Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet, sic habet: Si potes spiritalem mensam; & spiritalem cibum, & Dominicam intelligere cenam, quibus omnibus dignificatus fuerat a Christo, abundantius videbis multitudinem malitiarum eius, quibus magistrum cum cibo diuinæ mensæ & calicis, tradidit Saluatorem. Tales sunt omnes in Ecclesia, qui insidiantur fratribus suis, cum quibus ad eandem mensam corporis Christi, & ad eundem potum sanguinis eius, frequenter simul fuerunt.

5 *Hom. 5. in Psal. 28. to. 1.*

BASILIVS explicans illa verba: Afferte Domino filij Dei, ait: Quoniam non cuiusuis donum, est Domino Deo acceptum, sed eius tantum qui corde puro offert illud, ideo dicit, vt offerant illud, qui filij sunt Dei. Non enim est accepta oblatio ex meretricis mercede. Et rursus Hieremias, numquid carnes sanctæ auferent a te malitias tuas, aut per hæc purus eris? Ideo Psalmus prius nos vult esse filios Dei, deinde vltroneos accedere ad offerenda Deo dona.

6 *Hom. 1. de baptismo & tractatu cuius titulus est. Ioan. 6.*

IDEM quod qui per baptismum regeneratus est, participatione deinceps diuinorum mysteriorum, nutriri debeat, inquit: Induti nouum hominem per baptismum, opus est deinceps, vt nutriamur cibo, de quo scriptum est, Amen amen dico vobis, vbi replicat amẽ ad confirmandum quæ inferebat, & persuadendum auditoribus. Amen, amen, inquit, dico vobis, Nisi mãducaueritis carnem Filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in uobis, Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, habet uitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea vere est cibus, & sanguis meus vere est potu. [Infra.] Accersit sibi qui communicat indigne, iudicium Dei, dicente Apostolo, Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. Non enim terribile tantum iudicium habet, qui in carnis ac spiritus inquinamento ad sancta accedit indigne, sed & otiose, & inutiliter edens ac bibens, in eo quod non per memoriam eius, qui pro nobis mortuus est, & resurrexit, videlicet Iesu Christi Domini nostri custodit illud Apostoli, Charitas Christi vrget nos, scientes, quia pro omnibus mortuus est Christus, vt qui viuunt iam non sibi viuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est. Quemadmodum enim qui sine conscientia, & inutiliter, tantum, ac tale bonum irritum facit, & sicut qui absq; vlla gratiarum actione accedit ad tale mysterium, iudicium habet segnitiei, cum Dominus nec eos innoxios esse sinat, qui verbum aliquod otiosum proferunt, & vehementius quoq; otiosi tatis indicium declaret in eo qui talentum acceptum in otio, & segnitie, integrum seruauerat, Apostolus vero tradiderit nobis, quòd & is qui bonum verbum prolatum non ad ædificationem fidei dispensat, contristet Spiritum sanctum. Debemus itaque attendere, quod sit iudicium eius, qui indigne edit, & bibit. Nam si qui fratrem per cibum contristat, a charitate excidit sine qua magna charismata nihil prosunt, quid de eo dicendum est, qui otiose, & inutiliter edere audet corpus, & bibere sanguinem Domini, & hac ratione plus contristat, infestat Spiritum sanctum, dum sine socia charitate vescitur? Oportet igitur accedentem ad corpus & sanguinem Domini, non solum purum esse, a quouis inquinamento carnis ac spiritus, ne ad iudiciũ edat, & bibat, sed ostendere in vita, memoriam eius, qui pro nobis mortuus est, in eo quod & mortificatus est peccato, mundo, ac sibijpsi, & Deo viuit.

1. Cor. 11.

2. Cor. 5.

7

8 *Hom. 7. in c. 2. Matt. to. 2.*

CHRYSOSTOMVS explicans illud quod Herodes dixit Magis, Ite, & interrogate diligenter de puero ut & ego ueniens adorem eum, inquit: Caue ne Herodi efficiaris similis, & dicas, ut, & ego ueniens adorem eum, cumque veneris, interimere coneris. Huius similes sunt qui indigne abutuntur communione mysterij, reus enim est iste corporis & sanguinis Domini. Qui enim eiusmodi sunt, habent in se tyrannum, & regno Christi iugiter inuidentem. Is suos cultores simulat, & mittit ad Christum, vt specie quidem adorare videantur, quantum uero in ipsis est, interimunt eũ, quem adorare se simulant.

Ibid.

9 *Hom. 83.*

IDEM sic habet: O quot modo dicunt vellem

formam, & speciem Christi, vellem vestimenta ipsa, vellem calceamenta videre, ipsum nunc vides, ipsum tangis, ipsum comedis. Nemo igitur nauseans accedat. Nam si Iudæi stantes calceati, & baculos in manibus habentes, cum festinatione comedebant, quanto magis nobis vigilandum est? Vigilandum igitur est, non enim paruum supplicium indigne communicantes, expectat. Qua igitur re mundiorem esse non oportet eum qui hoc sacrificio participaturus est, quos radios solares non deberet excedere manus illa quæ hãc coronam pertractat, os quod igne impletur spiritali, lingua quæ cruentatur hoc admirabili sanguine? Veniat in mentem tibi quo sis honore honoratus, qua mensa fruaris. Ea namque re nos alimur, quam Angeli videntes tremunt, nec absque pauore propter fulgorem qui inde resilit, aspicere possunt, & nos in vnam cum illo missam reducimur, Christi corpus vnum, & caro vna. Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes eius? Quis pastor vnquam membris suis oues suas nutriuit? Multæ matres post partum alijs nutricibus infantes dederunt, quod ipse facere noluit, sed proprio corpore nos alit, & sibi coniungit atque conglutinat. Singulis fidelibus per hoc mysterium se coniungit, & quos peperit, non alij nutriendos tradit, sed ipse studiosissime alit. Tanta igitur charitate atque honore affecti, non torpeamus. Non videtis quanta infantes animi alacritate, mammillas arripiunt, qua pressione papillis infigunt labio? Non minore cupiditate nos quoque ad hanc mensam, & ad huius calicis spiritalem accedamus papillam, immo vero desiderio quasi lactentes pueri, gratiam spiritus sugamus. Vnus sit nobis dolor, vna mœstitia, si hoc alimento spirituali priuamur. [Infra.] Dico horribile quoddam atque tremendum, non esse ita malum dæmoniacos intra Ecclesiam esse, sicut istos qui peccatorum sordibus polluuntur. Illud enim pessimum est, sicut Paulus ait: Christum conculcare, & sanguinem pollutum ducere, & spiritui gratiæ contumeliam facere. Multo igitur dæmoniaco peior est, qui peccati sibi conscius, accedit, qui enim indigne adeuit, æternis tradentur tormentis. Nullus communicet nisi ex discipulis sit, nullus impuro animo sicut Iudas panem assumat, ne similia patiatur.

10

Heb. 10.

11

Homi. 45. in Ioannẽ to. 3.

Iob 31.

IDEM inquit: Panem vitæ, seipsum appellat Christus, quoniam vitam nostram, & hanc, & futuram corroborat. [Infra.] Cum amorem suum Deus indicare vellet, per corpus suum se nobis commiscuit, & in vnum nobiscum redegit, vt corpus cum capite vniretur, hoc enim amantium maxime est. Hoc Iob significabat de seruis a quibus maxime amabatur, qui suum amorem præseferentes dicebant, Quis det de carnibus eius, vt saturemur? Quod Christus fecit, vt maiori nos charitate adstringeret, & vt suum in nos ostenderet desiderium, non se tantum videre permittens desiderantibus, sed & tangi, & manducari, & desiderio sui, omnes impleri. Ab illa igitur mensa tamquam leones ignem spirantes surgamus, diabolo formidolosi. Vester ego, fratres esse uolui, ait Dominus, & communicaui carnem propter vos, & sanguinem, & per quæ uobis conuinctus sum, ea rursus vobis exhibui. Hic sanguis facit, vt imago in nobis regia floreat, hic sanguis, pulchritudinem atque nobilitatem animæ, quam semper irrigat & nutrit, languescere nõ sinit. Dæmones cum Dominicum sanguinem in nobis vident, in fugam vertuntur, Angeli autem procurrunt. Hic sanguis, nostrarum animarum salus est, hoc lauatur anima, hoc ornatur, hoc incenditur, hic, igne, & Sole, clariorem animam nostram reddit. Admiranda sane Ecclesiæ mysteria, admirabile sacrarium. Ex paradiso fons scaturijt: a quo sensibiles fluuij emanarent. A mensa hac prodijt fons qui fluuios spirituales diffundit, iuxta hunc fontem non steriles salices germinant, sed quercus cœlum ipsum attingentes, quæ fructus tempestiuos & solidos, semper producunt. Si quis æstuat, ad hunc fontem se conferat, & recreabitur. Mundat squalorem & sordes, æstus mitigat, non solares, sed quos ignitæ sagittæ imprimunt. Multi huius fontis riui, quos paracletus diffundit. [Infra.] Sed sicut magnum est admirabile, ita si pure accesseris, ad salutem accessisti, sin praua conscientia, ad pœnam & supplicium, Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit. Nam si qui regiam purpuram coinquinant, haud secus quàm qui scindunt, puniuntur, quid mirum, si qui non munda conscientia Christi corpus accipiunt, idem supplicij habeant, quod qui eum clauis cruci affixerunt? Vide quàm formidandam pœnam his minetur Paulus. Irritam quis faciens legem Moysi, sine vlla miseratione duobus aut tribus testibus moritur, quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui Filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum dixerit?

1. Cor. 11.

Heb 10.

12

IDEM inquit: Aquilæ in hac vita facti, ad ipsum cœlum euolemus, vel potius supra ipsum cœlum, vbi enim fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Cadauer Domini corpus propter mortem, aquilas autem, appellat, vt ostendat ad alta eum oportere contendere, qui ad hoc corpus accedit, & nihil cum terra debere ei esse commune, neque ad inferiora trahi, & repere, sed ad superiora semper volare, & insolem iustitiæ intueri, mentisque oculum acutissimum habere? Aquilarum enim non gracculorum hæc mensa est. [Infra.] Ad eum igitur cum feruore accedamus, & dilectione quàm uehementissima, ne grauius subeamus supplicium. Quanto enim maius beneficium accipimus, tanto magis puniemur, quando eo indigni apparebimus. Hoc corpus in præsepe reueriti sunt Magi, & barbari longo itinere confecto, cum timore & tremore plurimo adorauerunt. Imitemur igitur saltem barbaros, nos, qui cœlorum ciues sumus. [Infra.] Hæc autem non dico ne accedamus, sed ne temere accedamus. Quemadmodum enim frigida accessio periculosa est, ita nulla mysticæ illius cenæ participatio, pestis est & interitus. Ipsa namque mensa animæ nostræ vis est, nerui mentis, fiduciæ vinculum. Si hinc hoc sacrificio muniti migrabimus, maxima cum fiducia, sanctum ascendemus vestibulum, tamquam aureis qui busdam armis vndiq; contecti. Et quid futura commemoro? Nam dum in hac vita sumus, vt terra nobis cœlum sit, facit hoc mysterium.

13

Ho. 24. in epist. 1. Pauli ad Corinth. to. 4.

Matt. 24.

IDEM explicans verba illa: Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat, inquit. Si febre laboraremus sensibili, non communicaremus mensa, ne perderemur, longe magis homo tangere nefas est, absurdis cupiditatibus impedito, qui febribus grauiores sunt. Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit. Quid dicis? Dic quæso. Tantorum bonorum causa, & quæ vitam exhibet mensa, iudicium fit? Minime propter eius naturam, sed propter accedentis voluntatem. Non dijudicans corpus Domini, hoc est non inuestigans, non considerans, ut oportet, magnitudinem propositorum, non reputans muneris magnitudinem, propter hoc multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi.

14

Hom. 28. 1. Cor. 11.

IDEM sic habet: Plurimi ex hoc sacrificio semel accipiunt in toto anno, alij bis, alij sæpius. Ad omnes ergo nobis sermo est, non ad eos qui hic sunt tantum, sed etiam ad eos qui in eremo sedent. Illi enim semel in anno participantur fortassis, & post duos annos. Quos magis acceptamus? Eos ne qui semel, an eos qui sæpius, an illos qui raro accipiunt? Neque illos qui semel, neque qui sæpius, neque qui raro, sed eos, qui cum munda conscientia, qui cum mundo corde, cum vita irreprehensibili. Isti semper accedant. Qui vero tales non sunt, neque semel, quia iudicium sibi accipiunt & damnationem, & supplicium. Et non

15

Homi. 17. in epist. ad Hebræos.

mireris,

mireris, sicut enim cibus naturaliter nutritorius extâs, si in eum qui prauis cibis corruptus est, incidat, omnia perdit & corrumpit, efficitur occasio morbi, sic etiam ista, quæ ad hæc terribilia pertinent sacramenta. Frueris mensa spirituali, mensa regali, & iterum polluis cæno os tuum? Perungis vnguento pretioso, & iterum fœtoribus illud imples? Dic mihi rogo post annum perceptionem participaris, quadraginta dies putas tibi sufficere ad mundationem peccatorum totius temporis, & iterum septimana transeunte, trades te ipsum sordibus primis? Dic enim mihi, si saluus factus quadraginta diebus, ab ægritudine longa, iterum te illis morbificatoribus cibis tradas, nonne & primum laborem perdes? Sanctis, hæc sancta concessa sunt. Hoc etiam diaconus insinuat in illa hora, sanctos vocans ad communionem, & dicens, sancta, sanctis. Ac si diceret, si quis non est sanctus, non accedat. Non simpliciter dicit a peccatis mundus, sed sanctus. Sanctum enim, non mundatio peccati tantum, facit, sed etiam præsentia spiritus, & bonorum operum opulentia. Si enim Rex Babylonius, ex captiuitate eligens iuuenes, honestos forma, & decoros facie elegit, multo magis & nos adstantes mensæ regali, honestos specie animæ esse oportet, ornatum habentes aureum, stolam mundam, calceamenta regalia, vultum animæ formosum, oportet eam ornatu aureo circumdatam esse, cingulũ veritatis habere.

1. Cor. 11.

Heb 10.

13 Ho. 24. in epist. 1. Pauli ad Corinth. to. 4.

Matt. 24.

16 Serm. 3. in epis. Pauli ad Ephes. 2. Cor. 11.

IDEM inquit: Cum puritate, & animæ sinceritate ad sumendum hunc cibum accede semper, sine hac ne præsumas unquam. Quoties hæc facitis ait Paulus, Mortem Domini annunciatis, hoc est, salutis uestræ memoriam instauratis, nempe munificentię meæ, Christi scilicet omnibus collatæ. Considera nunc quanta illi ueteris sacrificij participes, vitæ frugalitate vtebantur. Quid enim non hi faciebant? Omni tempore purificabantur, & tu ad salutarem hanc hostiam accessurus, quam Angeli ipsi cum tremore suspiciunt, rem tantam circumscribis temporis in ambitu? Qua fronte te ipsum sistes ad tribunal Christi præsentem, qui impuris manibus ac labijs, sic impudenter ipsius corpus ausus sis attingere? Atrox sane contumelia est res huiusmodi. Dic tu mihi, num eligas illotis manibus ad tam venerabilem victimam accedere? Non puto. At interim in paruo tam religiosus cum sis, animam autem habens cæno vitiorum squalentem accedis, & audes impudens contingere? Quin perspicis variam illam uasorum supellectilem, sic perfulam aquis tanto splendore inter lucentem? Atqui nostras animas par est reddi istis longe puriores, sanctiores, ac multo splẽdidiores virtutum ornamentis. Iam vero nolis eo vti vase, quod sordet, & anima sic contaminata accedis? Mensæ isti Angeli administrant, ipse Rex adest, & squalet sordibus vitiorum, pallium animæ tuæ? Sed pura est animæ tuæ stola inquies. Igitur accumbe mensæ, & esto particeps dominici corporis. Venit quotidie Rex, vt interuisat discumbentes, texit cum vniuersis sermones familiariter, & nunc quidem in quorumdam conscientia tacitus insusurrat, amici quomodo huc uos præsentastis non habentes uestem illam nuptialem? Quomodo huc intrasti ait, & non quomodo discubuisti? Omnis enim qui non est sacramentorum particeps, impudens admodum sit hic oportet, vt qui sic temere adstiteris sacris. Ob hoc enim qui flagitijs noscuntur esse contaminati, prius eliminantur templi foribus, quàm communio sumenda dignis proponatur, scriptum est, Bestia, quæ tetigerit montem lapidibus obruetur. Vsque adeo indigni censebantur montis illius ascensu, quid sacra communione, qui sancti non sunt?

Matt. 22.

Exod. 19.

17 Hom. 2. ad populum Antiochenum.

IDEM sic habet: Tanquam maximam hereditatem, meloté Eliæ Eliseus suscepit, rapto in curru igneo magistro illius, hæreditas omni auro pretiosior. Et erat duplex Elias ille, & erat sursum Elias, & erat deorsum Elias. Illo multo magis, nos omnes sacro mysterio imbuti recepimus. Elias nempe pallium discipulo reliquit, filius autem Dei ascendens, suam nobis carnem dimisit, sed Elias quidem exutus, Christus autem, & nobis reliquit, & ipsam habens ascendit, hanc reliquit vt instantia fugiamus pericula.

IDEM sic ait: Quænam nobis erit excusatio, cum talibus pasti, talia peccemus? Cum lupi fiamus, agnum comedentes, cum tanquam oues pasti, more leonum diripiamus? Hoc enim mysterium non a rapina tantũ verum & ab omni vel tenui inimicitia purum esse penitus iubet, est enim pacis mysterium. Itaque Iudæis quidem annuatim propriorum monumenta beneficiorũ, sollemnitates Deus alligauit, tibi vero (vt ita dicã) per singulos dies per hæc mysteria. [Infra:] Si vis honorare sacrificium, offer animam propter quã & immolatus est, hanc fac auream, si uero plumbo maneat, & testa deterior, vas autem aureum, quid vtilitatis? Itaque ne hoc consideremus, vt aurea vasa duntaxat offeramus, sed etiam vt ex iustis laboribus. Non erat illa mensa temporibus Apostolorum ex argento, nec aureus calix, pretiosa tamen erant illa omnia, & tremẽda, quoniam erant spiritu plena. Nec enim aureis vasis Deus eget, sed aureis animabus. 18 Hom. 60. ad populũ

IDEM sic habet: Hic sanguis, dæmones expellit, & procul esse facit, ad nos autem Angelos vocat, & Angelorum Dominum. Vbi nanque Dominicum viderint sanguinem, dæmones quidem fugiunt, concurrunt autem Angeli. Hic sanguis adyta mundauit, & sancta sanctorum. Si vero figura ipsius, tantam habuit virtutem, & in Hebræorum templo, & Ægypti medio, superliminaribus tinctis, multo magis veritas. Hic sanguis aureum altare sanctificauit, sine hoc Pontifex adyta non audebat intrare. [Infra:] Si quis æstuat, ad hunc veniat fontem, & æstum refrigeret. [Infra:] Dic mihi si quis Rex statuisset, atque dixisset si quis hoc facit, mẽsæ meæ sit particeps, nonne propter hoc omnia feciste tis? Ad magni Regis mensam Deus nos uocauit, & retrocedimus, & cessamus, & nõ festinamus nec ad rem accurrimus, & quæ nobis est salutis spes? Non vacat imbecillitatem accusare, non naturam, sola nos negligentia facit indignos. [Multa de eucharistia docet in tota hac homilia, sed quæ iam in alijs tomi quarti dixerat.] 19 Hom. 61.

Exo. 12.

Deu. 16.

HIERONYMVS ait: Panes propositionis diximus ex lege non potuisse comedere, Dauid & socios eius, nisi de triduo mundos se a mulieribus respondissent, non vtique a meretricibus, quod damnabatur a lege, sed ab uxoribus, quibus licite iungebantur, Populum quoque quando accepturus erat legem in monte Sina, tribus diebus iussum esse ab vxoribus abstinere. Scio Romæ hanc esse consuetudinem, ut fideles semper Christi corpus accipiant, quod nec reprehendo, nec probo. Vnusquisque enim in suo sensu abundat, sed ipsorum conscientiam conuenio, qui eodem die post coitum communicant. Probet se vnusquisque, & sic ad corpus Christi accedat, non quòd dilatæ communionis vnus dies aut biduum, sanctiorem efficiat christianum, ut quod hodie non merui, cras uel perendie merear, sed quod dum doleo me non communicasse corpori Christi, abstineam me paulisper ab vxoris amplexu. 20 In apologia pro libris contra Ioui. to. 2.

Apud eundem legitur: Frater quidam, corpus Christi Hieronymo obtulit. Quod ubi vir Dei videre potuit, nobis ei auxiliantibus prostrauit se in terram pronus, voce & lachrymis quantum poterat clamans, Domine quis ego sum, vt sim dignus, quod sub tectũ meũ intres? Meruit hoc peccator homo? Numquid ego melior sum, quàm omnes patres mei? Tu noluisti Moysi uno ictu oculi te monstrare, cur nunc tantum te humilias, vt patiaris ad hominem descendere publicanum, & peccatorem? Et non solum cum illo manducare, sed teipsum manducari ab illo iubes. Cumq; prope illum 21 In epis. Eusebij ad Damasum de morte Hieron. to. 9.

illum esset sacerdos, erigens se vir gloriosus genibus flexis eum cunctis tenentibus magnis lachrymis, & suspirijs, & quàm pluries percutiens pectus suum multa dicebat. O esca sacratissima, quam vere comedens, Deus efficitur, iuxta illud, ego dixi dij estis, & filij excelsi omnes, liberatur a malis, impletur bonis? O sacrum peregrinationis nostræ viaticum, quo de hoc ne quam sæculo peruenitur ad cœlestis Hierusalem consortium? Patres nostri in deserto manna comedentes, non peruenerunt ad terram promissionis. Qui vere te comedit in fortitudine tui ambulabit vsq; ad montem Dei Oreb. Eia ergo fidelis anima, gaude, epulare, ne moreris his delicijs, ne pigriteris hoc frui conuiuio, in quo non carnes hircorum, aut taurorum, sed saluatoris tui corpus sumendum proponitur. O signum dilectionis inopinabilis, vt idem sit donum, quod dator?

22 IDEM exponens illa verba: Pone mensam, contemplare in specula comedentes, bibentes, surgite principes, arripite clypeum, sic ait: Dicitur per Prophetã ad omnes credentes, vt comedentes & bibentes corpus & sanguinem Christi, vertantur in principes Ecclesiæ, & cum Apostolis audiant, surgite, arripiantque clypeum fidei, de armatura Apostoli Pauli, in quo possint ignita diaboli iacula extinguere.

Lib.7 in c. 21. Esaiæ. to.4.

23 IDEM explicans illa verba: Si dedero triticum tuum, vltra cibum inimicis tuis, & si biberint filij alieni vinum, in quo laborasti, quia qui congregant illud, comedent, & laudabunt Dominum, & qui comportant illud, bibent in atrijs sanctis meis, sic habet locum interpretans de sacramento Eucharistiæ. Hoc est triticum, & hoc vinum, quod non comedent, nisi laudantes Dominum, & non bibent, nisi in atrijs sanctis eius. Quæ ex parte complentur in Ecclesia, quando dicit Dominus discipulis suis: Bibite amici, & inebriamini charissimi, quod vinum lætificat cor hominis, & in plena luce bibitur a Ioseph cum fratribus suis. Triti cum quoque de quo panis cœlestis efficitur, illud est, de quo loquitur Dominus: Caro mea vere est cibus. Rursumque de vino, & sanguis meus vere est potus.

Lib.17.in c.20. Esa.

Cant.5.

Ioan.6.

24 IDEM locum istum: Ecce serui mei comedent, & vos esurietis, ecce serui mei bibent, & vos sitietis, ecce serui mei lætabuntur, & vos confundemini: de sacra Eucharistia intelligit, quę lignum est vitę, de qua Saluator loquitur: Ego sum panis qui de cœlo descendi. Et sapiens, Aperi oculos tuos, & saturare panibus. Et Psalmista: Iuuenis fui, etenim senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Tota die miseretur, & fœnerat, & nomen illius in benedictione erit.

Lib.18.in c.65.

Prou.20.

25 IDEM explicans illa uerba: Ecce ego conteram baculum panis in Hierusalem, & comedent panem in pondere, & sollicitudine, & aquam in mensura & angustia bibent, vt deficientibus pane & aqua, corruat vnusquisque ad fratrem suum, & contabescant in iniquitatibus suis, sic habet: Vereor ne ista panis contritio, in nostra inueniatur Hierusalem, quem conterit Dominus quando irascitur, & indignos nos suo iudicat pane. Deficiente autem pane & aqua Ecclesię, corruet vir contra fratrem suum, scriptum in Hieremia: Paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. Nihilque ita vescentis animum roborat, quomodo panis vitæ, de quo scriptum est, & panis cor hominis confirmet.

Lib.1.in c. 4.Ezech.

Thren.4.

Ps.103.

26 IDEM explicans verba illa: Princeps ipse sedebit in ea, vt comedat panem coram Domino, inquit: Clausam dixit portam, quia nemo potest corporis, & sanguinis Domini, pro maiestate rei, sacramenta cognoscere. Tantæque bonitatis est & clementiæ princeps noster, vt cum solus sedeat in porta, quæ clausa est, & panem coram Domino comedat, velit mensæ suæ atq; conuiuij, plures habere consortes, & dicat: Ecce ego sto ad ostium, & pulso, & si quis aperuerit mihi cenabo cum illo, & ipse mecum. [Infra.] Vittæ lineæ erunt in capitibus eorum, cum ingredientur portas atrij interioris. Per quæ discimus non quotidianis & quibuslibet pro vsu vitæ communis pollutis vestibus, nos ingredi debere in Sancta Sanctorum, sed munda conscientia, & mundis vestibus tenere Domini sacramenta.

Lib.13.in c.44. Eze.

Apoc. 3.

27 IDEM explicans illa verba: Et declinaui ad eum, vt vesceretur, inquit: Dedi eis esum corporis mei, ipse & cibus, & conuiua.

Li.3.in 11. Oseæ, to.5.

IDEM exponens illa uerba: Quid enim bonum eius, & quid pulchrum eius, nisi frumentum electorum, & vinum germinans virgines, sic habet: Electorum frumentum, Christus Dominus est. De hoc tritico efficitur ille panis qui de cœlo descendit, & qui confirmat cor hominis. Hunc panem comedunt, qui in Christo robusti sunt, de quibus dicitur: Scribo vobis iuuenes, quia fermo Dei in vobis manet, & fortes estis, & vicistis malignum. Qui frumentum est electorum, ipse est & vinum quod lætificat cor hominis, & bibitur ab his virginibus, quæ sunt sanctæ corpore, & spiritu, vt inebriatæ, atque gaudentes, adducantur Regi in lætitia, & exultatione. Quomodo etiam lætitiam non habebunt, quæ inebriatæ poculo Saluatoris generantur in virgines, & audent dicere illud: Introduc tte me in cellulam vini, confortate me in vnguentis. Hoc vino inebriati sunt, qui sequuntur agnum quocumque ierit, uestiti candidis vestimentis, quia cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim permanserunt.

Li.2.in 9. Zach.

1. Ioan.2.

Ps.44.

Cant.2.

IDEM explicans illa verba: Panem ociosa non comedit, inquit: Panem ociosa non comedit anima, cum sacrificium Dominici corporis percipiens, studet imitari actu, quod in mysterio celebrat; multum solliçita ne indigne panem Domini comedendo, & calicẽ bibendo, iudicium sibi manducet, & bibat.

28 *Lib.1.in 31. Prou. to.7.*

IDEM explicans illa verba: Adhuc escæ eorũ erãt in ore ipsorum, & ira Dei ascendit super eos, ait: Hæc de his qui Deum post acceptum manna dereliquerũt, intelligit. Et nunc in Ecclesia, si quis carne & sanguine Christi reficitur, & declinat ad uitia, nouerit sibi Dei iudicium imminere, sicut Paulus Apostolus ait: Qui manducauerit panem vel biberit calicem Domini indigne, iudicium sibi manducat, & bibit.

29 *In Ps.78. to.7.*

1. Cor.11.

AVGVSTINVS ait: Alij quotidie communicant corpori & sanguini Dominico, alij certis diebus accipiunt, alij nullus dies intermittitur, alij Sabbato tantum, & Dominico, alij tantum Dominico, & si quid aliud huiusmodi animaduerti potest, totum hoc genus rerum, liberas habet obseruationes. Dixerit ali quis, non quotidie accipiendam esse Eucharistiã, quoniam inquit eligendi sunt dies, quibus purius homo continentiusque viuit, quod ad tantum sacramentum dignius accedat, Qui enim manducauerit, & biberit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit. Alius contra, immo inquit, si tanta est plaga peccati, atque impetus morbi, vt medicamenta talia differenda sint, auctoritate antistitis debet quisque ab altari remoueri ad agendam pœnitentiam, & eadem auctoritate reconciliari. Hoc est enim indigne accipere, si eo tempore accipiat, quo debet agere pœnitentiam, non vt arbitrio suo auferat se communioni, uel reddat. Ceterum si peccata tanta non sunt, vt excommunicandus quisquam homo iudicetur, non se debet a quotidiana medicina Dominici corporis seperare. Faciat ex his duobus vnusquisque, quod secundum fidem suam, pie credit esse faciendum. Neuter enim eorum exhonorat corpus & sanguinem Domini, si saluberrimum sacramentum certatim honorare contendat. Neque enim litigauerunt inter se, aut quisquam eorum se alteri præponit Zachæus, & Centurio, cum alter gaudens in domum suam susceperit Dominum, alter dicit, Non sum dignus vt intres sub tectum meum, ambo Saluatorem honorifi-

30 *Epist 118. ad Ianuarium to.2.*

1.Cor.11.

Luc. 19. Matth. 8.

honorificantes, diuerso & quasi cõtrario modo, ambo peccatis miseri, ambo miseri cordiam consecuti. Vnus honorando non audet quotidie sumere, & alter honorando non audet vllo die prætermittere. Contemptum solum non vult cibus ille, sicut manna fastidium. Inde enim & Apostolus indigne dicit acceptum ab eis, qui hoc non discernebant a ceteris cibis, veneratione singulariter debita, continuo quippe cum dixisset, Iudicium sibi manducat & bibit, addit, Non dijudicans corpus Domini.

27 *Li. 3. in 4. 11. Oseæ, to. 5.* *Li. 2. in 9. Zach.*

31 *In Ps. 33. to. 8.* 1. *Reg. 21.* IDEM explicans titulum Psalmi, Psalmus Dauid, Cum mutauit vultum suum coram Abimelech, & dimisit eum, & abijt, ait: In corpore, & sanguine suo, voluit Dominus esse salutem nostram. Ecce cibus sempiternus, sed manducant Angeli, manducant supernæ uirtutes, & manducant, & saginantur, & integrum manet, quod eos sanat, & lætificat. Quis autem homo posset ad illum cibum? vnde cor tam idoneum illi cibo? oportebat ergo, vt mensa illa lacteseceret, & ad paruulos perueniret. Vnde autem fit cibus lac? vnde cibus in lac conuertitur, nisi per cibum traijciatur? Nã mater hoc facit, quod manducat mater, hoc manducat infans, sed quia minus idoneus est infans qui pane vescatur, ipsum panem mater incarnat, & per humiditatem mamillæ, & lactis succum, de ipso pane pascit infantem. Quomodo ergo de ipso pane pauit nos sapientia Dei? Quia verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Videte ergo humilitatem, quia panem Angelorum manducauit homo, ideſt, verbum illud quo pascuntur Angeli sempiternum, quod est æquale Patri, manducauit homo cum formam serui accepit, & seme tipsum exinaniuit in similitudinem hominum factus. Nouum sacrificium, quia mutauit vultum suum coram Abimelech, ideſt coram regno Patris.

1. *Ioan. 2.* *Ps. 44.* *Cant. 2.* *Ps. 77.*

28 *Lib. 1. in 31. Prou. to. 7.*

32 *In ps. 142.* IDEM sic habet: Accepit buccellam Iudas, & introiuit in eum Satanas. Quam multos Iudas diabolus implet, indigne accipientes buccellam ad iudicium suum. Qui enim manducat, & bibit indigne, iudicium sibi manducat, & bibit. Non malum est quod datur, sed bonum malo iudicium datur. Bene esse non potest male accipienti, quod bonum est.

29 *In Ps. 78. to. 7.*

33 *Tract. 47. in Ioannẽ. to. 9.* IDEM explicat verba illa Prouer. 23. Si sederis cenare ad mensam potentis, sapienter intellige quæ apponuntur tibi, & mitte manum tuam, sciens quia talia te oportet præparare, & ait: Mensa potentis quæ sit nostis, vbi est corpus & sanguis Christi, qui accedit ad talem mensam præparet talia, Et quid est præparare talia? Quomodo ipse pro nobis animam suam posuit, sic & nos debemus ad ædificãdam Ecclesiam, animas pro fratribus ponere.

1. *Cor. 11.*

30 *Epist. 118. ad Ianuarium to. 2.* *Ser. 244. de tempore. to. 10.* IDEM inquit: Quoties ad Ecclesiam in aliqua solemnitate venitis, & sacramenta Christi percipere voluerius, ante dies plures castitatem seruate, vt cum secura conscientia ad altare Dei possitis accedere. Qui enim bonus Christianus est, non solum ante dies plures, quam communicet castitatem seruat, sed & vxorem suam, excepto desiderio filiorum, non agnoscit.

1. *Cor. 11.*

34 *Serm. 37. ad fratres in eremo.* IDEM ait: Scitis fratres, quòd die quadam Dauid uenit ad Achimelec sacerdotem, & ait Dauid esuriens, Da mihi aliquid cibi, & respondit, non habeo panes laicales ad manus, sed tantum panem sanctum, & ideo dic mihi, ò Dauid, Sunt mundi pueri tui a mulieribus, & ait, Sunt ab heri & nudius tertius. Et sic dedit sacerdos eis sanctificatum panem. Si ergo interrogauit sacerdos, vtrum serui Dauid mundi essent, propter panes propositionis accipiendos, quid facere nos debemus miseri sacerdotes, propter corpus Domini accipiendum? O fratres mei, sic, & sacerdotes paganorum dum offerre debent dijs suis incensa, ab omni malo vt possunt, abstinent. Ecce iam Episcopus Hipponensis eram, & cum quibusdam seruis Christi ad Aethiopiam perrexi, vt eis sanctum Euangelium Christi prædicarem, & uidimus ibi multos homines, ac mulieres capita non habentes, sed oculos fixos in pectore, inter quos, sacerdotes eorum vidimus vxoratos, tantæ tamen abstinentiæ erant, quòd licet vxores, sacerdotes omnes haberent, numquam tamen, nisi semel in anno eas tangere volebant, quo die ab omni sacrificio abstinebant. Vidimus, & in inferioribus partibus Aethiopiæ, homines vnum oculum tantum in fronte habentes, quorum sacerdotes, a conuersationibus hominum fugiebant, ab omni libidine carnis se abstinebant, & in septimana in qua dijs suis offerre debebant, ab omni labe carnis abstinebant se, nihil sumebant nisi metretam aquæ per diem, & sic contenti manentes, dijs suis sacrificia offerebant digne. O grandis Christianorum miseria: Ecce pagani doctores fidelium facti sunt, & peccatores, & meretrices præcesserunt fideles in regno Dei.

Luc. 19. Matth. 8.

35 *Lib. 3 in c. 4. primi libri Regũ, to. 1.* GREGORIVS explicans illa uerba: Percussit autem Dominus de viris Bethsamitis eo quòd uidissent arcam Domini, & percussit de populo septuaginta uiros, & quinquaginta millia plebis, inquiuntque aspicientes hæc, Quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius? inquit. Si ij qui indigni sunt, videndo moriuntur, contrectantes quomodo viuunt? Bethsamitæ quippe in sancta Ecclesia sunt mortui Sacerdotes, & ministri sacri altaris reprobi, quia de domo quidem solis iustitiæ sunt, dignitate ministerij, nõ uirtute & gratia sanctitatis. Bethsamitæ quidẽ sunt, quia per sanctæ oblationis officium in Domo Dei conuersantur, sed tanto sunt acriori damnatione percutiẽdi, quanto non solum uidere audent sacra mysteria, sed contrectare, quanto non iam veteris testamenti arcam respiciunt, sed quod omnia superat, indigne se corpori & sanguini ingerunt redemptoris. Quos percussos insinuat Paulus dicens: Qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Veri etenim fideles dicunt: Quis poterit stare in conspectu Domini sancti huius? Altitudinem quippe tantæ administrationis considerant, & tanti sacramenti dignitatem formidant. Sed dum tantæ rei officium metuunt, qui id exhibere ualeant digniores quærunt. Vnde sequitur. Et ad quem ascendet a nobis? Quasi ergo sacra mysteria humiliter fugientes dicant, quia nos infirma cõuersatione percutimur, ministri ex altiori uita quærendi sunt, quos dum in altissimam uirtutum sanctificationẽ conuersatio sublimis erigit, assistere Deo pro officium tantæ oblationis possint.

1. *Cor. 11.*

36 *Sermone in cœna Domini.* BERNARDVS sic habet: In casu primi hominis cecidimus omnes, cecidimus autem super aceruum lapidum & in luto, vnde non solum inquinati, sed etiã vulnerati, & grauiter quassati sumus. Lauari quidem cito possumus, ad sanandum uero, opus est curatione multa. Lauamur igitur in baptismo, quia deletur chirographum damnationis nostræ, atque ita tamquam sanies inueterati vlceris, remouetur concupiscentia ne noceat, si tamen a consensu abstineamus. Sed quis poterit tam efferos motus frangere? Quis pruritum vlceris huius ferre? Confidite quia & in hoc gratia subuenit, & vt securi sitis, sacramenti dominici corporis & sanguinis pretiosi inuestituram habetis. Duo enim illud sacramentum operatur in nobis, vt videlicet, & sensum minuat in minimis, & in grauioribus peccatis, tollat omnino consensum. Si quis vestrum non tam sæpe modo, non tam acerbos sentit iracundiæ motus, inuidiæ, luxuriæ aut ceterorum huiusmodi, gratias agat corpori & sanguini Domini, quoniam uirtus sacramenti operatur in eo, & gaudeat, quòd pessimum ulcus accedat ad sanitatem.

37 *Lib. 8. epist. 62. tom. 5.* *Ps. 77.* AMBROSIVS ad Irenæum quærentẽ cur Deus manna pluerit populo patrum, & nunc non pluat, respondet. Immo quotidie pluit de cœlo manna seruientibus sibi, nam perfectum manna, panis de cœlo corpus ex Virgine, quod qui manducauerit, viuet in æternum. Sed est, & aliud spirituale manna, hoc est pluuia

spiritualis

spiritualis sapientiæ, quæ ingeniosis, & quærentibus de cælo infunditur, & irrorat mentes piorum, & obdulcat fauces eorum, qui igitur intellexerit infusionem diuinæ sapientiæ, delectatur, neq; alium cibũ requirit, neq; in solo pane viuit, sed in omni verbo Dei. Hæc alimonia alit animam sapientis, & illuminatq; obdulcat, &c. Minutum est & subtile, corporea enim, crassa sunt, & pinguia, sed spiritualia, mollia & subtilia, vt non possint comprehendi oculis, quia spiritus intelligentiæ, sanctus vnicus, multiplex, subtilis, & mobilis, &c.

38 *Li. de his, qui initiantur mysteriis, cap. 9. & 10. 4.*

IDEM agit de sacramento Eucharistiæ, de quo cœperat agere cap. præcedenti ostendens, quòd est præstãtius, quàm manna Iudæorum, sic ait: Manna illud è cœlo, hoc supra cœlum, illud cœli, hoc Domini cœlorum, illud corruptioni obnoxium, si in diem alterum seruaretur, hoc alienum ab omni corruptione, quod quicumque religiose gustauerit, corruptionem sentire non poterit, &c. Sed dicis, aliud video, quomodo tu dicis, quòd Christi corpus accipiam? probemus non hoc esse, quod natura formauit, sed quod benedictio consecrauit, maioremque vim esse benedictionis, quã naturæ, quia benedictione, etiam natura ipsa mutatur. *Exod. 4.* Virgam tenebat Moyses, proiecit eam, & facta est serpens, rursus apprehendit caudam, & in virgæ naturam reuertitur, vides igitur prophetica gratia, bis mutatam esse naturam, & serpentis, & virgæ. Currebant Ægypti flumina, puro aquarum meatu, subito de fontium venis, sanguis cœpit erumpere, rursus ad Prophetæ preces, cruor cessauit fluminum, aquarum natura remeauit, virgam eleuauit Moyses, separauit se aqua, & in murorum speciem congelauit, Iordanis retrorsum conuersus, contra naturam, in sui fontis reuertitur exordium, tetigit Moyses petram, & aqua de petra fluxit, *Exod. 15.* Marath fluuius amarissimus erat, missus est lignum in aquam, & amaritudinem suam, aquarum de natura deposuit. Vni ex filijs Prophetarum excisum est ferrum de securi & mersum in aquam, misit Eliseus lignũ in aquam, & ferrum natauit, &c. Aduertimus igitur, maioris esse virtutis gratiam, quam naturam. Quòd si tantum valuit humana benedictio, vt naturam conuerteret, quid dicemus de ipsa consecratione diuina, vbi verba ipsa Domini Saluatoris operantur? Nam sacramentum istud, quod accipis, Christi sermone conficitur, quòd si tantum valuit sermo Eliæ, vt ignem de cœlo deponeret, non ualebit Christi sermo, ut species mutet elementorum? de totius mundi operibus legisti; *3. Reg. 18. Psal. 32.* Quia ipse dixit, & facta sunt &c. Sermo ergo Christi potuit ex nihilo facere quod non erat, non potest ea quæ sunt, in id mutare, quod erat? &c. Vtamur etiam exemplis liquet, quod præter naturæ ordinem, Virgo generauit, & hoc quod conficimus corpus, ex virgine est, quid hic quæris naturæ ordinem in Christi corpore, cum præter naturam sit ipse Dominus Iesus partus ex Virgine, &c.

39 *Li. 5. de sacramentis, c. 1. & 2. 4.*

IDEM, quærit Ambrosius, quare misceatur aqua vino in sacramento Eucharistiæ, cum Melchisedech obtulerit panem & vinum solum, & ait: Primo omnium figura, quæ ante præcessit tempore Moysi, quid habet? quia cum sitiret populus tetigit Moyses petram, & petra undam fudit. *Exo. 17.* Vide mysterium, Moyses, hoc est Propheta, virga, hoc est verbum Dei, sacerdos vero Dei tangit petram, & fluit aqua, & bibit populus Dei, tangit ergo sacerdos calicem, redundat aqua in calice, salit in vitam æternam, & bibit populus Dei, qui Dei gratiam consecutus est, &c. *Ioan. 19.* Accipe aliud, tempore Dominicæ passionis, unus de militibus lancea tetigit latus eius, & de latere eius aqua fluxit & sanguis, quare aqua? quare sanguis? aqua ut emendaret, sanguis ut redimeret, quare de latere? quia unde culpa, inde gratia, culpa per fœminam, gratia per Christum, &c.

In cap. quarto eiusdem libri quinti de sacramentis explicat orationem dominicam, & illud: Panem nostrum quotidianum explicat de sacramento Eucharistiæ, ait: Si quotidianus est panis, cur post annum illum sumis? accipe quotidie, quod quotidie tibi prosit sic viue, ut quotidie merearis accipere: quomodo Iob Sanctus pro filijs suis offerebat quotidie sacrificium, ne forte aliquid vel in corde, vel in ore peccassent; ergo tu audis quod quotiescunque offertur sacrificium, mors Domini, resurrectio Domini, eleuatio Domini significetur, & remissio peccatorum, & panem istum uitæ non quotidianum assumis? qui vulnus habet, medicinam requirit, vulnus est, quia sub peccato sumus, medicina est cœleste & uenerabile sacramentum, &c.

Exempla Sanctorum maximè iuuant homines ad bonum, quorum vita imitanda est. Cap. XIII.

1 *Homil. 9. quæ est in Gordium Martyrẽ, in 1.*

BASILIVS ait: Dum uitam eorum, qui in pietate conuersati sunt ex ponimus, Ioseph, dum audimus, aut legimus uitam, illius assequi castitatem magnopere cupimus, si vero Samsonis narratur historia, ad illius imitandam fortitudinem accendimur, cum Moysi uitam, morumque lenitatem narrante Spiritu sancto audimus, statim æmulamur. Quemadmodum ex igne naturaliter emicat splendor, ex unguento quo que præstanti diffunditur odor, sic e sanctorum cõmemoratione gestorum, ad omnes prouenit utilitas.

2 *Lib. constitutionum monasticarum in 2.*

IDEM inquit c. 27. Qui modo in ordinem aliquẽ, adscriptus est miles, neutiquam is operam dat, vt reliquos qui in eo ordine sunt ad consuetudinem suam traducat, sed ipse se potius ad ordinis disciplinam ac morem accommodat. Quamobrem conuenit etiam, ut qui in spiritualem societatem allectus sit, nequaquam illos ad morem suum uelit detorquere, sed contra ipse moré suum debet aliorum fratrum moribus institutisq; conformare.

3 *In epist. S. Basilij ad sanctũ Gregoriũ Theologum.*

IDEM sic habet: Beatorum hominum uitæ memoriæ proditæ, tanquam simulachra quædam animata proposita sunt uitæ, ad normam diuinæ iustitiç, ijs quidem qui bonorum operum exemplaria imitari cupiũt. Proinde, in quare quisque nostrum senserit se eo quod oportet defici, in illo assidue incumbens, tanquam ab officina quadam medicinæ, appositum suæ infirmitati medicamentum, inuenire poterit. Ac temperantiæ quidem homo cupidus, historiam Ioseph assidua lectione euoluat. At uero in fortitudine instruetur lector, ex historia Iob, qui tam fortiter tulit aduersa. Rursus aliquis reputans quomodo magnanimus, idem, & clemẽs esse possit, ita ut animo obfirmato aduersus peccatum, clementia uero tatur erga homines, illic Dauid inueniet generosum in bellicis facinoribus, clementem in inimicis ulciscendis. Quemadmodum autem picto res, cum imaginem ex imagine pingunt, exemplar iden tidem respectantes, lineamenta eius transferre conantur magno studio ad suum opificium, ita qui sese medi tatur, omnibus numeris uirtutis absolutum reddere, ve luti simulachra quædam spirantia, ac actuosas sanctorũ uitas aspicere oportet, probaque opera illorum, sua imitando facere.

4 *Epi. 79. ad Eustachiũ Episcopum Sebastia. 2. Cor. 4.*

IDEM ait: Inueni multos apud Alexandriã, nec paucos apud reliquam Ægyptum, deinde & alios in Palæstina, & in Celesyria, & Mesopotamia, quorum admiratus sum, cum in seruata diæta, temperantiam, tũ in obeundis laboribus, tolerantiam, ad quorum obsequi precandi uigorem & constantiam, cum obseruarẽ quo pacto nec somno uicti, nec aliqua alia naturæ necessitate deflexi, sublimem semper & inuictum animæ sensum, in fame & siti, in frigore, ac nuditate seruarent nec corporis rationem habentes ipsi, sed quasi in aliena carne degerent ipso opere ostendentes, quid sit, in rebus huius uitæ peregrinum esse, & conuersationem in cœlo habere. Cum illa admirarer, uitamque illorũ ideo beatam iudicarem, quòd mortificationem Domini nostri Iesu Christi in corpore suo circumferrent, cupiebam & ipse quantum mihi possibile esset, illos æmulari.

æmulari. Huius itaque gratia cum viderem quosdam in patria mea, illorum institutum sectari cœpisse, commoditatem aliquam reperisse me ratus, inuisibilium, animi affectuum, in ijs quæ videri possunt, experimentum cœpi. Et licet multa essent quæ me ab illorum consuetudine auocarent, non acquiescebam tamen, cernens eos, delicatæ vitæ laborum tolerantiam præferre, sed magis propter conuersationis admirabilem, & insuetā rationem, zelotypia quadā erga illos tenebar.

5 *Hom. 7. in Gen. to. 1. Matt. 5.* CHRYSOSTOMVS sic habet: Virtutem studiosis, fieri multarum coronarum materiam, alijs exempla uirtutum præbere, quod docens Christus dicebat, Sic luceat lux vestram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est. Quoniam si virtutem exercueritis, videntes vos homines, ad glorificandum Patrem uestrum qui est in cœlis, prorumpent. Omnia igitur faciamus dilecti, ut glorificetur Dominus noster, & nulli simus offendiculi, occasio. Omnia mihi licent, ait Apostolus, sed non *1. Cor. 10.* omnia ædificant. Etiamsi licet, inquit, mihi aliquid facere, nihilque hinc mihi damni accedat, sed quia non facit hoc ad proximi ædificationem, nequaquam hoc fieri sinam.

6 *Ho. 65. in Matthæū. to. 2. Ps. 38.* IDEM inquit: Si virtutis cultores sæpius tecum reuenseas, in humilitatem & compunctionem, in virtutū studia, facile teipsum perduces. Recordare Pharisæi qui cum ad probos non respexerit, sed peccantis opprobria viderit, labores suos amisit. E contrario considera, quomodo mirabilis, Dauid factus est, maiorem enim suorum virtutes præ oculis ponebat. Aduena inquit ego apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei, neque is solum, sed omnes ei similes, non peccatores, sed virtutibus coruscantes, tenaci mente aduertebant. Clarorum opera virorum, curiosius inuestigia, vt tum ex memoria delictorum nostrorum, tum ex æmulatione alienæ uirtutis, quasi stimulo, quotidie compuncti, humiliores & diligentiores facti, æterna perfruamur beatitudine.

7 *Ho. 36. in acta Apostolorum to. 3. Act. 16.* IDEM: Existentibus in carcere Paulo & Sila, repente terræmotus factus est magnus ita vt commouerentur fundamenta carceris; apertæ autem sunt statim omnes ianuæ, & omnium vincula soluta sunt. Expergrectus autem custos carceris, videns apertas ianuas carceris, accepto gladio, seipsum interempturus erat putans effugisse vinctos, clamauit autem uoce magna Paulus dicens, Nihil mali tibi feceris, vniuersi enim hic sumus. Admiratus magis est humanitatem Pauli, obstupuit fortitudinem, quia & fugere cum posset, non fugit, sed a cæde prohibuit. Tremefactus autem procidit ante Paulum & Silam, & duxit, Domini quid me oportet facere, vt saluus fiam? Vidisti quanta illum cepit admiratio? Et assumptis illis, in eadem hora noctis, lauit a plagis, & baptizatus est ipse, & omnes qui illius erāt, continuo. Et cum perduxisset illos in domum, apposuit mensam & exultauit, cum tota domo credes Deo. Non ob hoc diligebat Paulum, quia seruatus erat, sed quia virtutem obstupescebat.

8 *Epi. 13. ad Paulinum de institutione monachi to. 1.* HIERONYMVS sic habet: Habet vnumquodque propositum, principes suos. Romani duces, imitentur Camillos, Fabricios, Scipiones. Philosophi proponant sibi Pythagoram, Socratem, Platonem, Aristotelem. Poetæ æmulentur Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentium. Historici Sallustium, Herodotum, Liuium. Oratores, Lysiam, Demosthenem, Tullium. Et ut ad nostra ueniamus, episcopi & presbyteri habeant in exemplum Apostolos, & Apostolicos viros, quorum honorem possidentes, habere nitantur & meritum. Nos autem habeamus propositi nostri principes, Paulos, & Antonios, Iulianos, Hilariones, Macarios. Noster princeps Elias, noster Eliseus, nostri duces, filij Prophetarum, & qui habitabant in agris, & solitudinibus, & faciebant sibi tabernacula iuxta fluenta Iordanis.

9 *Epi. 50. in qua narrat vitā Pauli Eremita.* IDEM inquit: Quòd regressus Antonius ad monasterium suum, viso Paulo, & interrogatus a duobus discipulis, qui ei longo iam tempore ministrare consueuerant, vbi tandiu moratus esset, respondi. Væ mihi peccatori, qui fallo, monachi nomen fero. Vidi Eliam. Ore compresso manu, verberans pectus, ex cellula pallium protulit. Rogantibusque discipulis, vt plenius quidnam rei esset exponeret, ait. Tempus tacendi, & tempus loquendi. Tunc egressus foras, & ne modicum quidem cibi sumens, per viam qua venerat, regressus est, illum sitiens, illum videre desiderans, illum oculis ac mente contemplans. Profectus inuenit Paulū iam mortuum, & tunicam eius sibi vendicauit, quā in sportarum modum de palmæ folijs ipse sibi contexuerat, diebusq; solemnibus & Paschæ & Pentecostes, semper Pauli tunica vestitus est.

10 *Epi. de tribus virtutibus to.* IDEM explicans verba illa Psalmi: Educens nubes ab extremis terrę, fulgura in pluuiam fecit, ait. Aiunt naturalium causarum scrutatores, quòd fulgura ex nubium collisione generentur, more silicum duriorum, quos cum comploseris sibi, medius ex his ignis extritus elabitur, atque ita cum fulgore pariter, & tonitrua mugire. Si intellexisti exemplum considera nunc nubes rationales. Moyses nubes erat, Iosue nubes erat, isti si secum colloquantur, ex sermonibus eorum fulgura micant. Hieremias & Baruch nubes erant, sermocinentur ambo, & uidebis rutilare fulgura. Paulus, & Siluanus duæ nubes erant, in vnum conuenerunt, & ecce totum mundum eorum fulgor illuminat.

11 *Lib. 8. confessionum c 6. to. 1.* AVGVSTINVS inquit: Potitianus quidam, ciuis noster, venit ad nos, & ortus est sermo ipso narrante de Antonio Ægyptio monacho, cuius nomen excellenter clarebat apud seruos tuos, nos autem vsq; ad illam horam latebat. Quod ille vbi comperit, immoratus est in illo sermone, ignorantiam nostram admirans. Stupebamus autem audientes tam recenti memoria & prope nostris temporibus, mirabilia tam magna. Inde sermo eius deuolutus est ad monasteriorum greges, & mores suauiolentiæ tuæ, & vbera deserta eremi, quorum nos nihil sciebamus. Pertendebat ille, & loquebatur adhuc, & nos intenti tacebamus. Vnde incidit vt diceret, nescio quando se & tres alios contubernales suos, nimirum apud Treueros, cum imperator pomeridiano circensium spectaculo teneretur, exisse deambulatum in hortos muris contiguos, atque illic, vt forte combinati spatiabantur, vnum secū seorsum, & alios duos itidem seorsum, pariter digressos, sed illos vagabundos irruisse in quandam casam vbi habitabant quidam serui tui spiritu pauperes, & inuenisse ibi codicem in quo scripta erat uita Antonij, quam legere cœpit vnus eorum, & accendi, & inter legendum, meditari arripere talem uitam, & relicta militia sæculari, seruire tibi. Tunc subito repletus amore sancto, & sobrio pudore iratus, ita sibi coniecit oculos in amicum, & ait illi; Dic quæso, omnibus istis laboribus nostris, quo ambimus peruenire? Quid quærimus? Cuius rei causa militamus? Maiorne esse poterit spes nostra in palatio, quam vt amici Imperatoris simus? Et ibi, quid non fragile, plenumque periculis? Et per quot pericula, peruenitur ad grandius periculum? Et quandiu istud erit? Amicus autem Dei si voluero esse, ecce nunc fio. Dixit hoc, & turbidus 12 parturitione nouæ vitæ, reddidit oculos paginis, & legebat, & mutabatur intus vbi tu videbas, & exuebatur mundo mens eius, vt mox apparuit. Namque dum legit, & uoluit fluctus cordis sui, infremuit aliquando, decreuitque meliora, & ait amico suo. Ego iam abrupi me ab illa spe nostra, & Deo seruire statui, & hoc ex hac hora in hoc loco aggredior. Te si piget imitari, noli aduersari. Respondit ille, adhærere se socio tantę mercedis, tantæque militiæ. Et ambo iam tui, ædificabant turrim sumptu idoneo, relin-

quẽdi omnia,& sequendi te. Tunc Potitianus, & qui cũ eo p alias horti partes deambulabant, quærentes eos deuenerunt in eundem locum, & inuenientes admonuerunt ut redirent quoniam declinasset dies: At illi narrato proposito suo,quoquo modo in eis talis uoluntas oborta esset atque firmata, petiuerunt ne sibi molesti essent,si adiungi recusarent,fleuerunt,& commendauerũt se orationibus eorum, qui affigentes cor in cælo,manserunt in casa. Et ambo habebant sponsas. Quæ postea quam hæc audierunt, dicauerunt etiam ipsæ uirginitatem tibi. Narrabat hęc Potitianus, cap. 7. Tu autem Domine inter uerba eius retorquebas me ad me ipsum,auferens me a dorso meo,ubi me posueram dum nollem me attendere, & constituebas me ante faciem meam,ut uiderem quàm turpis essem, quàm sordidus & ulcerosus. Et uidebã, & horrebam, & quo à me fugerem non erat. Et si conabar à me auertere aspectum, narrabat ille quod narrabat, & tu me rursus opponebas mihi,ut inuenirem iniquitatem meam,& odissem. Tunc uero,quanto ardentius amabam illos de quibus audiebam quòd se totos tibi sanandos dederant, tanto execrabilius me comparatum eis,oderam,quoniã multi mei anni mecum effluxerant,forte duodecim anni,ex quo ab undeuicesimo
13 anno ætatis meæ lecto Ciceronis Hortensio excitatus eram studio sapientiæ, & differebam contempta felicitate terrena, ad eam inuestigandam uacare. At ego adolescens miser ualde, in exordio ipsius adolescentiæ,etiam petieram à te castitatem,& dixeram da mihi castitatem,& continentiam,sed noli modo. Timebam enim ne me cito exaudires,& cito sanares à morbo cõ cupiscentiæ, quam malebam expleri quàm extingui. Ita rodebar intus, & confundebat pudore horribili ve hementer, cum Potitianus talia loqueretur. Terminato autem sermone & causa, qua uenerat ille abijt. Cap. octauo. Tunc in illa grandi rixa interioris domus meæ,quàm fortiter excitaueram, cum anima mea in cubiculo nostro, corde meo,tam vultu, quàm mente turbatus inuado Alypium,& exclamo. Quid patimur? Qui l est hoc? Quid audisti? Surgunt indocti,& cœlum rapiunt,& nos cum doctrinis nostris, sine corde, ecce ubi uolutamur in carne,& sanguine? An quia præcesserunt,pudet sequi? Dixi nescio quæ talia, & abripuit me ab illo æstus meus, cum taceret, attonitus intuens me. Neque enim solita sanabam,plusque aloquebantur animum frons,genæ, oculi, color, modus vocis, quàm verba, quæ promebam. Hortulus quidam erat hospitij nostri,ablcessi ego in hortum, & Alypius pedem post pedem. Sedimus, quantum potuimus remoti ab ędibus, ego fremebam spiritu, indignans turbulentissima indignatione, quòd non irem in pactum tecum Deus meus. [Infra.] Retinebant me nugę nugarum,& uanitates uanitatum, antiquæ amicæ meæ, & submurmurabant. Dimittis ne nos? Et à momento isto non erimus tecum ultra in æternum,& à momento isto non tibi licebit hoc, & illud ultra in æternum? Putasne sine istis poteris? Sed iam tepidissime hoc dicebat. Aperiebatur enim ab ea parte, quo intenderem faciem,& quo transire trepidabam, casta dignitas continentiæ serena & hilaris,honeste blandiens, ut uenirem,neque dubitarem,& extendens ad me suscipiendum pias manus,plenas gregibus bonorum exemplorum. Ibi tot pueri,& puellæ,ibi iuuentus multa,& omnis ætas,& graues uiduæ,& uirgines,anus,& in omnibus ipsa continentia nequaquam sterilis. Et aiebat tu non poteris,quod isti,& istæ. [Infra cap. 12.] Vbi uero congressi totam miseriam meam in conspectum cordis mei, aborta est procella ingens, ferens ingentem imbrem lachrymarum. Et vt totum effundere cum uocibus suis,surrexi ab Alypio,solitudo mihi ad negotium flendi aptior suggerebatur. Et secessi remotius, quàm vt posset mihi onerosa esse eius præsentia. Mansit ergo ille ubi sedebamus, nimie stupens. Ego sub quadam fici arbore straui me nescio quomodo, & dimisi habenas lachrymis,& proruperunt flumina oculorum meorum, acceptabile sacrificium tuum. Iactabam voces miserabiles, quamdiu, quamdiu, cras & cras? Quare non modo, quare non hac hora finis turpitudinis meæ? Dicebam hæc, & flebam amarissima contritione cordis mei. [Infra libro nono, capitulo secundo.] Sagittaueras tu cor nostrum charitate tua, & gestabamus uerba tua transfixa uisceribus, & exempla seruorum tuorũ quos de nigris lucidos, & de mortuis uiuos feceras, congesta in sinum cogitationis nostræ urebant, & absumebant grauem torporem, & accendebant nos ualide.

IDEM ait: Quando Apostolus Galatis dicit: Esto te sicut ego, quia ego sicut vos, hortatur illos, vt imitatores eius sint, & quoniam non est impossibile, sic reprobat, cum dicit, quia hoc sum quod vos, homines enim estis, sicut & ego, ideo facite quod facio ego. 15 *Lib. quæst. ex nouo testam. to. 4. Gal. 4.*

IDEM exponens illa verba: Videbunt iusti, & timebunt, & sperabunt in eum,sic ait: in Ecclesia iste est ordo, alij præcedunt, alij sequuntur. Et qui præcedunt, exemplum se præbent sequentibus, & qui sequuntur, imitantur præcedentes,sed & illi qui se exemplum præbent sequentibus, numquid neminem sequũtur? Sequuntur Christum. Meliores quique in Ecclesia, quibus non remansit iam homo, quem imitentur, quia omnes, proficiendo superauerunt, ipse Christus eis remanet, quem vsque ad finem sequantur. Et cernitis ordinatos gradus per Paulum dicentem,Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Ergo qui iam directos gressus habent in petra, forma sint fidelibus. Sed forma, inquit, estote fidelibus. Ipsi fideles sunt iusti, qui attendentes eos qui se in bono præcedunt,imitando sequuntur. Quomodo sequuntur? Videbunt iusti, & timebunt, videbunt, & timebunt sequi vias malas, cum vident quosque meliores iam elegisse vias bonas. Noli turbas numerare incedẽtes latas vias, sed paucos, qui arcta incedunt via. 16 *Exposit. in Psal. 39. to. 8. 1. Cor. 1. 1. Tim. 4.*

IDEM explicans illa verba: Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatorijs, ait: Exempla hominum qui mortui erant, & reuixerunt, & nigri erant,& fulgentes effecti sunt, ipsi sunt carbones, quos intuemur, quando volumus mutare vitam, transfixi sagitta Dei,& impediunt nos malæ linguæ hominum, & volunt seducere a via veritatis,& dicere nobis,quia si professi fuerimus, non implebimus. Attendimus carbones istos. Qui erat heri ebriosus, hodie sobrius est. Qui erat heri adulter, hodie castus est. Qui erat heri raptor,hodie largitor. Omnes isti, carbones ignis sunt. Accedunt exempla carbonum, ad vulnus sagittarum. Hi carbones sunt,de quibus dicitur in hoc Psalmo, Cadent super eos carbones. In alios veniunt, vt accendantur, in alios ut deijciantur. Ipse enim carbo dicebat, Bonus odor Christi sumus, alijs odor mortis in mortem, alijs odor uitæ in uitam. Videntes enim iustos flammantes spiritu, candentes luce, & eis inuidendo cadunt, hoc est, quòd superuenient illis carbones ignis in terra, & deijcientur nescientes miserias tolerare. 17 *In Psal. 39 Psal. 119. Psal. 139. 2. Cor. 3.*

GREGORIVS explicans illa verba Iob. cap. 3. Quasi effodientes thesaurum, gaudentque vehementer cum inuenerint sepulchrum, inquit: Antiqui, suos mortuos cum diuitijs sepeliebant. Qui igitur thesaurum quærit, gaudet cum sepulchrum inuenerit, quia sapientiam perquirentes,cum exempla præcedentium patrum perscrutamur,quasi ex sepulchro gaudium sumimus,& mentis diuitias apud mortuos inuenimus, quia qui huic mundo perfecte extincti sunt, in occulto cum diuitijs requiescunt. Sepulchro ergo diues efficitur,qui per exemplum iustorum,in contemplationis virtute subleuatur. 18 *Lib. 5. Moral. cap. 5. to. 1.*

IDEM explicans uerba illa Iob cap. 10. Instauras testes 19

Li. 9. mor. cap. 35.

20 *Lib. 21. moral. cap. 1.*

Genes. 30.

21 *Li. 24. Moral. cap. 6.*

Apoc. 20.

Li.9.mor. cap.35. testes tuos contra me, & multiplicas iram tuam, & pœnæ militant in me, sic habet: Testes suos contra nos Dominus instaurat, quia bona quæ facere ipsi negligimus, hæc ad correptionem nostram, fieri ab alijs demonstrat, ut qui præceptis non accendimur, saltem exemplis excitemur, atque in appetitu rectitudinis, nil sibi mens nostra difficile æstimet, quod perfecte peragi ab alijs videt. Et fit plerumque, ut cum alienæ uitæ, bona conspicimus, nostra sollicitus damna tinea mus, & eo pateſcat quanto post pondere animaduersionis impetimur, quo nunc a bonorum moribus longe discrepamus. [Infra.] Et pœnæ militant in me, consideratis quippe Dei testibus in nobis militant, quia dum miranda illorũ facta conspicimus uitam, nostrã, quæ ex eorum uobis comparatione displicet, studiosa afflictione cruciamus. Beatus igitur Iob, quia uitam patrum præcedentium conspicit, quid in se gemere debeat, subtilius agnoscit.

15 *Lib.quæst. ex noue te stam.to.4. Gal. 4.*

20 *Iob.21.mo ral. cap.1.* IDEM sic ait: Tollens Iacob uirgas populeas, uiri des, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas, detractisq; corticibus, in his, quæ spoliata fuerant, candor apparuit, illæ uero quæ integræ erant, uirides permanserunt, atque in hunc modum color effectus est uarius. Posuitque eas in canalibus, ut cum uenissent greges ad bibendum, ante oculos haberent uirgas, & in aspectu earum conciperent. Quid est uirgas uirides, & amygdalinas, & ex platanis, ante gregũ oculos ponere, nisi antiquorum patrum uitas atque sentẽtias, in exemplum populis præbere? Quæ nimirũ, quia iuxta rationis examen, rectæ sunt, urgæ nominantur. Quibus ex parte corticẽ subtrahit, ut in his quæ expoliantur, intimus candor appareat, & ex parte corticem seruat. Ante considerationis enim nostræ oculos, præcedentium parum sententiæ, quasi uirgæ uariæ ponuntur. Has aspicientes oues cõcidiunt, quia rationales nostri spiritus, tum in earum intentione defixi sunt, tales fœtus operum procreant, qualia exempla præcedentium considerant.

16 *Expoſit. in Pſ.39.to.8*

Geneſ.30.

21 *Li.24.Mo ral.cap.6.* IDEM exponens illa uerba Iob cap. 33. Respicit homines, & dicet, peccaui, ait: Ideo nonnulli peccasse se nesciunt, quia homines non attendunt. Nam si considerarent homines, citius agnoscerent quantum peccãdo infra homines cecidissent. [Infra.] Respiciet homines, & dicet, peccaui, ac si dicatur sanctorum uirorum exempla conspicit atq; eorum comparatione se pensans, iniquum se esse deprehendit. Qui.n. plenissime intelligere appetit qualis est; tales nimirum debet conspicere, qualis non est, ut ex bonorum forma, metiatur quanto ipse deserto bono, de formis est, in illorum pulchritudine conspicit fœditatem suam, quam tu semetipso potest perpeti, & sentire non potest: Lucem namque debet conspicere, qui vult de tenebris iudicare, vt in illa uideat quid de tenebris æstimet, per quas uidere præpeditur. Iustorum ergo debemus uitam conspicere, vt subtiliter deprehendamus nostram. Illorum species quasi quædam forma nobis imitanda proponitur, quia uita lectio est uita bonorum. Vnde non immerito in sacro eloquio iusti libri nominantur, sicut scriptum est: Libri aperti sunt, & alius liber apertus est, qui est uitæ, & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris. Liber namque uitæ, est ipsa uisio aduenientis iudicis. In quo quasi scriptum est omne mandatum. Libri etiam aperti referuntur, quia iustorum tunc uita conspicitur, in quibus mandata cælestia opere impressa cernuntur. Et iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris, quia in ostensa uita iustorum, quasi in expansione librorum legunt bonum quod agere ipsi noluerunt, atque ex eorum qui fecerunt comparatione, damnantur. Ne ergo unusquisque tunc videns eos, quod non fecit defleat, nunc in eis quod imitetur, attendat. Quod quidem facere electi non cessant. Meliorem namque uitam considerant, & deterioris usus conuersationem mutant. Vnde sponsi uoce, sanctæ Ecclesiæ in Canticis Canticorum dicitur: Duo ubera tua, sicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in lilijs, donec aspiret dies, & inclinentur umbræ. Quę enim sunt duo ubera, nisi ex Iudæa ac Gentilitate ueniens uterque populus, qui in sanctæ Ecclesiæ corpore per intentionem sapientię, arcano est cordis infixus? Ex quo populo, hi qui electi sunt; idcirco capreæ hinnulis comparantur, quia per humilitatem quidem paruos se esse ac peccatores intelligunt, sed eis per charitatem currentibus, si qua obstacula de impedimento tẽporalitatis obuiant, transeunt, & datis contemplationis saltibus, ad superna transcendunt. Qui vt hæc agant, præcedentium sanctorum exempla conspiciunt. Vnde & in lilijs pasci referuntur. Quid enim per lilia, nisi illorum uita declaratur qui ueraciter dicunt, Christi bonus odor sumus Deo? Electi ergo vt assequi summa præualeant, conspecta odorifera & candida iustorum uita, satiantur. Sed quia in hac uita positi, nec dum valent satiari, per præcedentium interim patrum exempla pascuntur. Ideo dicit se pasci, donec aspiret dies, & inclinentur umbræ. Tamdiu quippe refici iustorum exemplis indigemus, donec præsentis mortalitatis umbras, æterno die aspirante transeamus. Cum enim huius mortalitatis umbra transacta fuerit, quia ipsius Dei internum lumen cernimus, nequaquam iam appetimus, vt ad amorem eius per aliorum exempla flagremus. Nunc autem quia necdum cum intueri possumus, summopere necesse est, vt eorum qui illum perfecte secuti sunt, conspectis actionibus incitemur. Intueamur ergo, quam pulchra est agilitas sequentium, & uideamus quam turpis sit hebetudo pigrorum. Statim namque vt bene agentium gesta respicimus, nosmetipsos, confusione intima ulciscente, iudicamus. Vnde per Ezechielem dicitur: Fili hominis ostende domui Israel templum, ut confundantur ab iniquitatibus suis, & metiantur fabricam, & erubescant ex omnibus quæ fecerunt. Templum quippe Dei, filijs Israel ad confusionem ostenditur, quando uniuscuiusque iusti anima, quam inspirando Deus inhabitat, quanta sanctitate fulgeat, ad confusionem suam, peccatoribus demonstratur, vt in illa bonum quod negligunt, videant, & in seipsis malum quod operantur, erubescãt. Metiri uero fabricam, est pensare subtiliter iustorum uitam. Sed dum metimur fabricam, necesse est, vt ex cunctis quæ facimus, erubescamus, quia bonorum uitam, quanto subtilius pensando discutimus, tanto seuerius in nobis omnia inique gesta reprobamus. Bene autem Prophetæ dicitur, vt ostendat templum. Quia enim iustorum rectitudinem considerare peccator dissimulat, saltem hanc ex uoce prædicantis agnoscat. Templum quippe peccatoribus ostendere, est sponte sua, considerare nolentibus, rectorum opera narrare. Qui itaque ficut diximus, perduci ad summa desiderant, semper necesse est, vt meliorum profectibus intendant, quatenus tanto districtius in se culpas iudicent, quanto in illis altius quod admirentur, uident. Sed quid ista de peccantibus dicimus, cum ipsos quoque operatores iustitiæ, tanta prouehi dispensatione uideamus? Alius magna abstinentiæ uirtute accingitur, nec tamen in summa scientiæ contemplatione dilatatur. Alius donum scientiæ accipit, & tamen ad uirtutem miræ abstinentiæ non pertingit. Alius indigentibus multa iam propria largiri potest; sed tamen iniuste agentibus obuiare libere non potest. Alius iniuste agentibus audacter pro Deo obuiat, sed tamen indigentibus quæ habet tribuere omnino recusat. Alius iam & ab ocioso se sermone restringens, linguæ lasciuiam superat; sed tamen adhuc insurgentes iræ stimulos, perfecte non calcat. Alius insurgentem iram iam perfecte edomat; sed tamen adhuc linguam in lætitiam relaxat. Quid est hoc, quòd iste eo bono indiget, quo alius pollet, & ille cum multis polleat abun-

Cant.4.

2.Corin.1.

Ezech.14.

Apoc.20.

17 *In Pſ.138 Pſ.110.*

Pſ.139.

2.Cor.3.

18 *Lib.5.Mo ral.cap.5. to.1.*

19

23

de, alijs bonum adesse considerat quod sibi deesse suspirat, nisi quòd mira nobiscum dispensatione agitur, ut per hoc quod alter habet, & iste non habet, vnus altero melior ostendatur, quatenus tanto ardentius ad humilitatem quisque proficiat, quanto ex bonis, quę non habet, inferiorem se habentibus pensat? Sicque fit, vt dum ille in isto atque hic in illo respicit quod admiretur, distincta bona, & ab altitudine elationis reprimant, & ad studium profectus accendant. Vnde Ezechiel Propheta cum volantia animalia descripsisset, adiunxit, Et audiui post me uocem commotionis magnæ, benedicta gloria Domini de loco sancto suo, & vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram. Quid namque alas animalium, nisi virtutes debemus sentire sanctorum, qui dum terrena despiciunt, ad cœlestia volando subleuantur? Vnde recte etiam per Esaiam dicitur, Qui sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas ut aquilæ. Volantia itaque animalia, alis suis se vicissim feriunt, quia sanctorum mentes, in eo quòd superna appetunt, consideratis inuicem alterius uirtutibus, excitantur. Ala enim sua me percutit, qui exemplo sanctitatis proprię me ad melius accendit. Et ala mea, vicinum animal ferio, si aliquando alteri, opus bonum quod imitetur, ostendo. Sed quia sanctorum vitam significari istis animalibus diximus, libet in ipso volatu animalium, oculos mentis attollere, & quanta vicissim alarum percussione se excitant, subtili consideratione pensare. Paulus namque cum sanctorum ceterorum sollicitudinem in prædicatione, robustius laborando transcenderet, ut ab elatione se premeret, crudelitatis suæ antiquæ non immemor, Apostolorum omnium innocentiam contemplatus, ait, Ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei. Et tamen eorundem omnium Apostolorum Princeps, quasi accepti principatus oblitus, ac si minus ipse aliquid saperet, in Paulo sapientiam miratur dicens, Sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis. Ecce Paulus in Apostolis miratur innocentiã, ecce Apostolorum princeps; in Paulo miratur sapientiam. Quid est hoc, nisi quòd sancti viri dum virtutum consideratione, uicissim sibi alios præferunt, volantia animalia, alarum percussione se tangunt, vt eo ad uolatum se altius excitent, quo humilius alter in altero quod admiretur, uidet? Hinc itaque colligendum est, quanta debemus consideratione meliorum vitam conspicere, nos qui in infimis iacemus, si & hi qui tanta iam sanctitate sublimes sunt, ut per humilitatis gressum ad maiora proficiant, adhuc quærunt in alijs, quod imitantes admirentur. Sed hæc reprobi nesciunt, quia mentis oculos, semper in infimis premunt, qui etsi quando in viam Domini veniunt, non ad meliorum vestigia, sed ad intuenda semper deteriorũ exempla, vertuntur. Deteriores respiciunt, quibus meliores se esse gloriantur; & idcirco proficere ad meliora non possunt, quia hoc sibi sufficere æstimant, quòd pessimos antecedant. Recti videri appetunt, sed ad inueniendum se, tortam regulam sumunt. Si enim semetipsos quales sunt, cognoscere appetunt, non deteriorum conspicere, sed meliorum exempla debuerant. Idcirco ergo peccatores se esse non intelligunt, quia homines non attendunt. De hoc ergo pœnitente, qui idcirco bonorum exempla considerat, vt sibimetipsi quantum a bono recessit innotescat, bene dicitur, Respiciet homines, & dicet, Peccaui.

Ezech. 3.

Esa. 40.

24

1. Cor. 15.

2. Pet. 3.

25

IDEM inquit: Si sanctorum opera inspicimus, cor nostrum torpore non constringitur, dum imitatione prouocatur. Vnde bene ad Moysen dicitur, Ignis in altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos, subijciens mane ligna per singulos dies. Altare quippe Dei est cor nostrum, in quo iubetur ignis semper ardere, quia necesse est ex illo, ad Dominum charitatis flammam indesinenter accendere. Sacerdos in altari ignem nutriens, quotidie ligna subijciat, ideſt fidelis quisque, ne in eo charitatis flamma deficiat, in corde suo exempla præcedentium patrum congerere non desistat. Quia etenim interna nouitas nostra, ipsa quotidie huius vitæ conuersatione veterascit, iste ignis adhibitis lignis nutriendus est, vt dum per vsum se nostrę vetustatis extenuat, per patrum exempla reuiuiscat. [Infra:] Quod autem præcedentium exemplis adiuti, de huius ustæ profundo liberamur; bene etiam per Prophetam Hieremiam in puteum missum signatum est, qui vt leuetur ex puteo, funes ad eum & panni veteres deponuntur. Quid enim funibus, nisi pręcepta dominica figurantur? Quæ quia nos, in mala operatione positos, & conuincunt & eripiunt, quasi ligant & trahunt, coarctant & leuant. Sed ne ligatis his funibus, dum trahitur, incidatur; simul etiam panni veteres deponuntur, quia ne præcepta diuina nos terreant, antiquorum patrum nos exempla confortant, & ex eorum comparatione, facere nos posse præsumimus, quod ex nostra imbecillitate, formidamus. Si ergo leuari de hoc profundo festinamus, ligemur funibus, ideſt præceptis dominicis, astringamur. Intersint etiam panni ueteres, cum quibus melius teneantur funes, ideſt, pręcedentium confortemur exemplis, nec infirmos nos ac timidos, præcepta subtilia vulnerent, dum leuant. Quasi quosdam pannos veteres Apostolus subiungebat, cum leuandis discipulis suis præceptis spiritualibus, exemplа ueterum commodaret dicens, Iusti, ludibria, & verbera experti, insuper & uincula & carceres, lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Et paulo post: Tantam ergo habentes interpositam nubem testium, deponentes omne pondus & circumstans nos peccatum, per patientiam curramus ad propositum nobis certamen. Et iterum: Mementote præpositorum uestrorum, qui uobis locuti sunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuersationis, imitamini fidem. Superius uidelicet dum spiritalia præcepta loqueretur, quasi funes miserat; postmodum vero memorans exempla maiorum, quasi veteres pannos adhibebat.

26

Li. 25. Moral. c. 7.

Leuit. 6.

27

Hier. 38.

Heb. 11.

Heb. 12.

Heb. 13.

Phil. 2.

IDEM explicans illa verba Iob capite trigesimo nono. Quis tetendit super eam lineam, aiti: Super hanc terram, linea tenditur, quando electæ unicuique animæ, ad sumendam bene uiuendi regulam, patrum præcedentium exempla monstrantur, ut ex illorum vita consideret, quid in suis actibus seruet, quatenus respecto iusti limitis tramite, nec infra, minima negligens, deficiat, nec ultra maxima, superbiens, tendat, nec minus conetur explere, quam sufficit, nec plus arripiat, quàm accepit, ne aut ad mensuram quàm debet, non perueniat, aut eandem mensuram deserens, extra limitem cadat. Vt ergo huius terræ mensura seruetur, super eam diuinitus linea tenditur, quia ut nostra opera, uel minora proficiant, uel maiora moderentur, subtilis ante nos sanctorum vita expanditur, & quid nobis quantumq; agendum sit, ostensa illorum discretione, definitur.

28

Li. 28. Moral c. 6.

IDEM explicans uerba illa: Et similitudo animalium & aspectus eorum, quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarũ, sic habet: Aspectus animalium, carbonibus ignis ardentibus atq; lampadibus comparatur. Quisquis n. carbonem tangit, accenditur, quia qui sancto viro adhæret, ex eius assiduitate visionis, vsu locutionis, exemplo operis, accipit, vt accendatur in amorem veritatis, peccatorum suorum tenebras fugat, in desiderio lucis exardescit, vt iã per verũ amorẽ ardeat, qui prius in iniquitate, tantũ mortuus quantum frigidus iacebat. Longe lateq; iustus, vt lampas lucet, & qui bona eius audiunt, qa per hæc ad amorem cęlestiũ surgũt, in eo qꝰ se per bona opera exhibẽt, quasi ex lampadis lumine resplendent. Quia ergo sancti uiri, quosdã iuxta se positos, quasi tãgendo ad amorem

29

Hom. 5. in Ezech. in. 2

30

Hom. 10. in Ezech.

31

Li. 4. in c. 10 primi libri Regũ.

32

Serm. 21. in Cant.

rem patriæ cœlestis accendunt, carbones sunt. Quia vero quibusdam longe positis, lucent eorum itinera, ne in peccati sui tenebras corruant, lampades fiunt. Hoc vero inter carbones & lampades distat, quòd carbones ardent quidem, sed eius loci in quo iacuerint, tenebras non expellunt. Lampades autem, quia magno flammarum lumine resplendent, diffusas circumquaque tenebras fugant. Qua ex re notandum est, quia sunt plerique sanctorum, ita simplices & occulti, seseque in locis minoribus sub magno silentio contegentes, vt vix eorum uita ab alijs possit agnosci. Quid itaque isti, nisi carbones sunt? Qui etsi per feruorem spiritus ardorem habent; tamen exempli flammam non habent, sibimetipsis quidem accensi sunt, sed alijs in exemplo luminis non sunt. Hi autem qui & exempla uirtutum prærogant, & lumen boni operis per vitam & verbum errantibus demonstrant, iure lampades appellantur, quia & per ardorem desiderij, & per flammam verbi a peccatorum cordibus, erroris tenebras expellunt. Qui igitur in occulto bene viuit, sed alieno profectui minime proficit, carbo est. Qui vero in imitatione sanctitatis positus, lumen ex se rectitudinis multis demonstrat, lampas est, quia & sibi ardet, & alijs lucet. *Hier. 38.* 27

30 IDEM exponens illa uerba Ezech. cap. 3. Et audiui vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram, ait: Vicissim se alis suis animalia feriunt, quia omnes sancti seinuicem suis uirtutibus tangunt, & sese ad profectum excitant ex consideratione uirtutis alienæ. Non enim uni dantur omnia, ne in superbiam elatus cadat. Sed huic datur quod tibi non datur, & tibi datur quod illi denegatur, vt dum iuste considerat bonum quod habes, & ipse non habet, te sibi in cogitatione præferat. Et rursum dum tu habere illum conspicis, quod ipse non habes, te illi in tua cogitatione postponas, & fiat quod scriptum est, Superiores inuicem arbitrantes. [Infra:] Inter hæc sciendum est, quia sicut electi quique, hoc semper in alijs attendunt, quod a Deo melius acceperunt, quàm ipsi, vt eos sibi in cogitatione præferant, seque illis in humilitate substernant: ita reproborum meus numquam considerat quid alter boni amplius quàm ipse, sed quid boni ipse amplius, quàm alter habet. Neque enim pensant, quæ bona spiritus alter acceperit, & ipsis desint, sed quę bona ipsi, & quæ mala adsint alteri, & numquam perpendere studeant, quanta bona alij habeant, & ipsi non habeant. Si ergo vos in illis accepta bona perpenditis, & illi in vobis considerant bona quæ habetis, uicissim vos alis tangitis, vt excitati semper, ad cœlestia voletis.

Hom. 10. in Ezech. *Heb. 11.* *Heb. 12.* *Heb. 13.* *Phil. 2.*

31 IDEM sic habet: Cum bene proficere in sancta conuersatione uolumus, necessarium nobis est, vt electorum plurimorum nobis exempla colligamus. Nam & apes componere mella nequeunt, si ea in floribus varijs nequaquam legunt. Bene ergo Saul a uarijs alijs ad alios peruenit, quia exempla sanctorum quo copiosius cernimus, melius edocemur. Flores quippe æternorum fructuum, sunt opera sanctorum, quæ dum superni amoris rore perfunduntur, ex eis carpimus, vnde ad nostram doctrinam, & ad aliorum vtilitatem repleamur. Inde etenim abit, & vltra transit Saul, quando homo per electorum exempla proficit, & a conspecta virtute vnius, ad explorandam alterius conuersationem vadit.

Li. 4. in c. 10 primi libri Regũ. *Hom. 5. in Ezech. in.*

32 BERNARDVS explicans verba illa Canticorum 1. Trahe me post te, in odorem unguentorum tuorum curremus, inquit: Trahe torpentem, vt reddas currentem. Erit quando non indigebo tractore, quoniam voluntarie & cum omni alacritate curremus. Nõ curram ego sola, etsi solam me trahi petierim, current, adolescentulæ mecum. Curremus pariter, curremus simul, ego odore vnguentorum tuorum, illæ meo excitatæ exemplo. Habet sponsa imitatores sui, sicut & ipsa est Christi. Et ideo non singulariter ait, curram, sed curremus.

Serm. 21. in Cant.

AMBROSIVS sic dicit: In conuersationibus, adiungamur probatissimis quibusq; senioribus, namque vt æqualium vsus dulcior, ita senum tutior est, qui magisterio quodam, & ductu vitæ, colorat mores adolescentium, & velut murice probitatis. Insit namque si hi qui sunt ignari locorum, cum solertibus uiarũ, iter adoriri gestiunt; quanto magis adolescentes cum senibus debent nouum sibi iter vitæ aggredi, quo minus errare possint, & a uero tramite virtutis deflectere? Nihil enim pulchrius, quàm eosdem, & magistros uitæ, & testes habere &c. 33 *Lib. 1. officiorum c. 43. to. 4.*

IDEM sic dicit: Forma esse debemus ceteris, non solum in opere, sed etiam in sermone, in castitate, in fide, quales haberi volumus, tales simus, & qualem affectum habemus, talem aperiamus, neque dicamus in corde nostro uerbum iniquum, quod abscondi putemus silentio ab eo qui audit in occulto dicta, qui occulta facit, & cognoscit secreta viscerum, qui sensum virtutibus infundit. Ergo tamquam sub oculis constituti iudicis, quidquid gerimus, in luce positum putemus, vt omnibus manifestetur, &c. [In capitulo vigesimo. Hortatur adolescentes, vt sapientes viros sequantur, & sic ait:] Ostendunt adolescentes eorum se imitatores esse, quibus adhæserint, & ea conualescit opinio, quòd ab his, viuendi acceperint similitudinem, cum quibus conuersandi hauserint cupiditatem. Inde tantus Iesus Naue, quòd eum non solum erudiuit ad legis scientiam, Moysi copula, verum etiam sanctificauit ad gratiam. Denique cum in eius tabernaculum, diuina præfulgeret præsentia, solus erat in tabernaculo Iesus Naue, Moyses cum Deo loquebatur, Iesus pariter nube sacra tegebatur, &c. Vnde factum est, vt qui fuerat socius conuersationis, fieret successor potestatis. Merito virtutis huiusmodi euasit, vt sisteret fluminum cursus, diceret, Stet sol, & staret, &c. Pulcherrima itaque copula seniorum, atque adolescentum, alij testimonio, alij solatio sunt, alij magisterio, alij delectationi. Adhæsit Loth adolescentulus, Abrahæ, Eliæ, Eliseus, qui iunior fuit, Barnabas in Actibus Apostolorum, Marcum assumpsit, Paulus, Silam, Timotheum, & Titum &c. 34 *Lib. 2. officiorũ c. 29*

IDEM super illud: Qui timent te, uidebunt me, & lætabuntur, sic ait: Multis, iustus grauis est cum videtur, in Euangelio enim plerique Dominum Iesum videre non poterant, sicut Gerasæni rogabant eum vt abiret de regionibus eorum, & alij ei transitum denegabant, quando per eos transire uolebat. qui vero videt iustum, & gaudet, & ipse vult esse iustus; est enim insitum bonis, ut castum pudicus, prudentem sapiens, affectu pio diligat, & virtutes suas in alijs amet, plerisque enim, iusti aspectus, admonitio correctionis est, perfectioribus uero, lætitia est. Quàm pulchrum ergo si videaris, & prosis? Propterea enim Paulus Apostolus ascendit Hierosolymam, ut iustos videret, & cum Petro mansit diebus quindecim, vt ex eius aliquid cohabitatione proficeret. Propterea etiam Paulus, & Barnabas cum Hierosolymam ingrederentur, magnifice excipiebantur ab Ecclesia, ab Apostolis, a maioribus natu, cum autem abire vellent, ne discederent, rogabantur; & ut postea de Paulo legimus, cum lachrymis deducebatur. 35 *Ser. 10. super Ps. 118 to. 5.* *Gal. 1.*

Nam si est tanta vis in naturalibus, ut animal visum, profit ictericis, ita vt mortui quoque cornu eius animantis prodesse dicatur, si fuerit demonstratus his, qui in huiusmodi inciderint passionem, dubitare possumus, quòd iusti sanet aspectus? Ergo vile animal irrationabile, tantam uirtutem habet, ut sanare possit hominem momento exiguo, quòd videatur homo iustus, si tamen cum fide ab eo conspiciatur, qui utilitatem ab eo percipere desiderat, nihil confert? Num uel ipsi oculorum radij, virtutem quandam videntur infundere, his qui fideliter eum videre desiderant? Sed quemadmodum 36

iustus lætificat cor innocentium cum videtur, ita & improbi iustorum cognitione torquentur, quia vel tacitis sanctorum moribus arguuntur. Torquet castitas, incontinentiam, auaritiam, liberalitas, impietatem, fides. De hoc quoque par, vilis animantis sumamus exemplum; nam sicut prodesse diximus mutum animal, cum videtur, ita obesse percipimus lupum, si aliquem uidendum præuenerit; vocem enim feruntur amittere, quos prius lupus viderit: Basiliscus quoque, si quodcunque prior viderit animal, fertur occidere, ipse quoque serpens mori dicitur, si fuerit hominis præuentus aspectu, ergo si tanta virtus in oculis serpentis, vel in oculis est hominis, vt si alter alterum prior viderit, possit occidere, non est virtus in oculis iusti, qui repletus virtutis est gratia; cum præsertim tantum operetur fides, vt
37 & illa quæ fimbriam Domini tetigit, sanaretur, & ille
Matt. 9. cui intendit Dominus Iesus, statim ex eius oculis, gratiam sanitatis hauriret? Sed qui videt iustum, debet scire quid videat, non illum videt in corpore, non in vestimento, non in patrimonio, non in vultu, sed intus uidet eius mentem, eius sermonem attendit. Tunc igitur lætabitur, cum ista prospexerit, ergo & nos sicubi audimus iustum, festinemus videre, sicut illa mulier, quæ audiuit in domo Pharisæi discumbere Dominum Iesum, &c. Pretiosum est videre virum iustum, vt videas eum secundum imaginem Dei, & si vides pauperem illum ad cuius similitudinem factus est, honora in paupere; ipse enim ait, Quod vni eorum feciſtis, mihi feciſtis, qui enim honorat imaginem Imperatoris, vtique illum honorat, & qui statuam contempserit Imperatoris, Imperatori vtique feciſſe videtur iniuriam. Vides ergo quia inter multas Christi imagines ambulamus? Caueamus ne coronam imagini detrahere videamur, quam unicuique Christus imposuit, sed quod peius est, non solum non honestamus pauperes, sed etiam dehonestamus. & persequimur, & Dei imagini congregamus iniurias &c.

Finis Libri Quinti.

1 Hom. 11. in Exo. to. 1.

2 Epi. 1. quæsti ad Demetriadem virginem. to. 9.

EPITOME SANCTORVM, PER LOCOS COMMVNES AD CONCIONES CONFICIENDAS,

LIBER SEXTVS.

AVCTORE R. D. IOANNE LOPEZ
Episcopo Monopolitano Ord. Prædicatorum.

Fames animæ in bonam & in malam partem accipitur in sacra Scriptura, sicut & sitis. Cap. 1.

1 *Hom. 11. in Exo. to. 1.*

ORIGENES explicans illa verba Exodi c. 27. Sitiuit ibi populus præ aquæ penuria, ubi Origenes legit, Sitijt ibi populus aquam, & ait: Videatur fortasse ex superfluo dictũ, quod dixit, Quia aquam sitiuit populus, sufficerat enim dicere, quia sitijt, quid opus fuit dicere, aquam sitijt? Non est superflua adiectio. Sunt enim diuersæ sites, & vnusquisque habet propriam sitim. Qui beati sunt, secundum verbum Domini esuriunt, & iustitiam sitiunt, & alij nihilominus dicunt, Sitiuit anima mea ad te Deus. Qui uero peccatores sunt, patiuntur non sitim aquæ, neque famem panis, sed sitim audiendi verbum Dei. Idcirco igitur, & hic addit, quia populus sitiit aquam, qui debuit Deum sitire, qui debuit sitire iustitiam.

2 *Epi. 1. quæ est ad Demetriadem virginem. to. 9.*

HIERONYMVS sic habet: An sola studiosa vita est, quæ certamen non habeat de profectu, & in qua vnusquisque hoc tantum debeat permanere quod cœpit, nec ullo augmenti desiderio ad maiora contendat? Et cum in omnibus mundi studijs, profectu non satientur homines, hic tantum cœpisse sufficiet? Feruentissimi in terrenis, frigidissimi in cœlestibus sumus. Considerare pudet quantus sit feruor in sæculo, qua cura singula quæque studia hominum quotidie ad perfectiora nitantur. Diuitiarum amor, expleri nescit, honorum cupido, insatiabilis est. Celerem habituræ res finem, sine fine quæruntur. Nos diuinam sapientiam, cœlestes diuitias, immortales honores pigra quadam dissimulatione negligimus, & spiritales diuitias, aut ne attingimus quidem, aut si leuiter degustauerimus, continuo nos putamus esse satiatos. Aliter nos diuina sapientia ad suas inuitat epulas. Qui edit me, inquit, adhuc esuriet, & qui bibit me adhuc sitiet. Nullus unquam talibus expletur epulis, nec aliquando patitur de satietate fastidium. Tanto vnusquisque capacior, tanto auidior erit, quanto inde plus hauserit Dominus in Euangelio, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Vult enim esurire nos hic semper, ac sitire iustitiam, vt in futuro iustitiæ retributione satiemur. Considerandæ vis ipsa verborum est, & ita nobis desideranda est iustitia, vt in fame, vel siti cibus desideratur ac potus. *Eccl. 2.*

3 *Lib. 3. in c. 8. Amos. to. 5.*

IDEM explicans verba illa: Ecce dies ueniunt dicit Dominus, & emittam famem super terram, non famen panis, neque sitim aquæ, sed audiendi uerbum Domini, sic ait: Vetus narrat historia, tam Latina, quam Græca, & omnium gentium barbararum, nihil fame durius, quæ sæpe compellit obsessos humanis vesci carnibus, & in suam sæuire naturam; ita ut nec parentes paruulis parcant filijs, & maritalis affectus dudũ amatæ uxoris membra dilaceret. Si hoc facit fames corporum, quid de fame dicendum est animarum? Et iuncta fami, ardentissima sitis non habentium panem, qui de cælo descendit, & eas aquas, quæ de Iesu ventre manarunt, qui verbum Dei non valent inuenire. [Infra:] In die illa deficient virgines pulchræ, & adolescentes in siti. [Infra:] Mittit autẽ Dominus famẽ in terrã su-

per eos,qui terrena sapiunt,& famē non panis,sitimq; non aquæ,sed audiendi verbum Domini,quando propter peccata populi,doctrina defecit in ecclesijs.In illo tempore deficient animæ virginales, quas incorruptas Apostolus nominat,deficient autem,quia uerbum Dñi non inuenient. Ex quo intelligimus quando doctrina non fuerit in ecclesijs,perire pudicitiam,castitatē mori,& omnes abire uirtutes, quia non comederunt uerbum Domini,quod qui comederit,saginatus eius cibo audiet per Salomonem, Iustus comedens saturat animam suam;animæ autem impiorum esurient. Et Dauid:Iuuenis fui etenim senui,& non uidi iustum derelictum,nec semen eius quærens panem.Quanti martyres in persecutionibus perierunt fame, & indiguerunt corporis alimento? Ergo de eo dicit pane,qui de cœlo descendit, quem qui comederit, nec esurire poterit, nec sitire.

Prou. 13. *Psal. 36.*

4 IDEM exponens illa uerba: Os impiorum deuorat iniquitatem,sic ait: Sicut famelicus refici cibis desiderat,ita impius ut iniquitatis executione satietur, ardenter exquirit.

Lib. 2. in c. 29. Prouer. to. 7.

5 IDEM explicans de gentibus verba illa: Qui desperantes semetipsos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis in auaritia,inquit: Vtinam peccàsse sufficeret, & vel sero agerent pœnitudinem, damnarentque vitia,in quibus iugiter inhiarunt, esset remedium resipiscere post errorem. Nunc uero desperantes, & se in ritum irrationabilium bestiarum, cæno voraginique mergentes,tradiderunt impudicitię atq; luxuriæ,operantes quicquid corpus uoluit,mens desiderauit,libido suggessit.Et cum nihil omnino prętermiserint,quod immundum fit,hoc totum fecere in auaritia,dum nunquam luxuriando satiantur, nec terminū eorum habet voluptas.

Li. 2. in c. 4. epist. ad Ephe. 10. c.

6 AVGVSTINVS explicans illa verba: Vt eruat a morte animas eorum, & alat eos in fame, sic habet: Tempus famis est modo, tempus saturitatis post erit. Qui nos in fame huius corruptionis non deserit, immortales factos quomodo satiabit? Sed quandiu est tēpus famis, tolerandum est, perseuerandum est, neque in finem. Propter peregrinationis tolerantiam,quandiu fames est, expectemus in uia refici, ne deficiamus.

Cōcione 2. in Ps. 32. to. 8.

7 IDEM exponens illa uerba: Famen patientur ut canes,sic habet: Male saturatus erat ille qui dicebat,Ieiuno bis in sabbato,ille autem publicanus canis erat famem patiens, & inde beneficium Domini esuriebat, cum dicebat, Propitius esto mihi peccatori.Conuertātur ergo Iudæi ad uesperam, & famem patientur ut canes,desiderent gratiam Dei, intelligant se peccatores. Fortes illi fiant infirmi,diuites illi,fiant pauperes,iusti illi,agnoscant se peccatores,leones illi,canes fiant.

In Ps. 58. Luc. 16.

8 IDEM explicans titulum huius Psalmi ipsi Dauid,Cum esset in deserto Idumææ. Per Idumæam ait, intelligitur sæculum istud,vita ista, vbi patimur tantos labores, & ubi tantis necessitatibus subditi sumus. Et hoc est desertum, ubi multum sititur, & audituri estis uocem modo sitientis in deserto. Si autem cognoscamus nos sitientes,cognoscemus nos & bibentes, quia qui sitit in isto sæculo,in futuro sæculo satiabitur dicente Domino,Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabūtur. Ergo in hoc sæculo nō debemus quasi amare saginam.Hic sitiendum est,alibi saginabimur.Modo autem ut non deficiamus in isto deserto aspergit nobis rorem uerbi sui,& nos non dimittet prorsus arescere,sed faciet vt sic sitiamus, vt bibamus. Vt autem bibamus, aliqua gratia eius aspergimur, tamen sitimus.Ideo ait:[Infra:]Sitiuit tibi anima mea. Videte quomodo in isto deserto sitit,sed videte quid hic bonū est,Sitiuit tibi,sunt.n.qui sitiunt, sed non Deo. Omnis qui sibi uult aliquid præstari, in ardore est desiderij, ipsum desiderium, sitis est animæ. Et uidete quanta desideria sint cordibus hominum,alius desiderat argētum,alius desiderat possessiones,alius desiderat heredi tates, alius amplam pecuniam, alius amplam domum, alius multa pecora,alius uxorem, alius honores, alius filios. Videtis desideria ista, quomodo ardent in cordibus hominum.Ardent omnes homines desiderio,& uix inuenitur qui dicat,Sitiuit tibi anima mea. Sitiunt enim homines sæculo, & non se intelligunt in deserto esse Idumææ,vbi debet sitire anima ipsorum Deo. Dicamus ergo nos,sitiuit tibi anima mea,quàm multipliciter tibi caro mea.Parum est quia sitiuit anima mea,sitiuit & caro mea.Porro si anima sitit Deo,quomodo et caro sitit Deo? Quando enim caro sitit,aquam sitit,qñ anima sitit,fontem sapientiæ sitit. De ipso fonte inebriantur animæ nostræ, sicut dicit alius Psalmus, Inebriabuntur ab ubertate domus tuę,& torrente deliciarum tuarum potabis eos.Sitienda ergo sapientia,sitienda est iustitia.Non ea satiabimur,non ea implebimur, nisi cum fuerit finita uita ista,& uenerimus ad illud quod promisit Deus.Promisit enim Deus æqualitatem angelorum,& modo angeli non sitiunt quomodo nos, non esuriunt quomodo nos, sed habent saginam ueritatis, lucis immortalis sapientiæ.Modo ergo sitiat anima nostra,unde & caro nostra sitit.Sitit resurrectionem, sitit incorruptionem.[Infra:]In ista Idumæa,in isto deserto,quàm multipliciter laborat, tam multipliciter sitit, quàm multipliciter fatigatur,tam multipliciter sitit illam infatigabilem incorruptionem.In terra deserta,sine uia,& sine aqua,sic in sancto apparui tibi. Primo sitiuit anima mea,& caro mea multipliciter tibi in deserto,& in terra sine uia,& sine aqua,& sic in sancto apparui tibi,ut uiderem uirtutem tuam,& gloriam tuam. Nisi quis primo sitiat in isto deserto, idest in malo in quo est, numquam peruenit ad bonū quod est Deus.

9 *Psal. 33.* *Gal. 1.* *Matt. 13.*

10 IDEM explicans illa uerba: Pauperes eius saturabo panibus,sic habet:Simus pauperes,& tunc saturabimur.Multi præsumentes de sæculo,& superbi,christiani sunt,adorant Christum,sed non saturantur; saturati enim sunt,& abundant in superbia sua,de talibus dicitur,Opprobrium abūdantibus, & despectio superbis? Isti abundant,& ideo manducant, sed non saturantur. Et quid de illis dictum est in Psalmo? Manducauerunt, & adorauerunt omnes diuites plebis. Adorant Christum,uenerantur Christum,supplicant Christo,sed nō saturantur sapientia & iustitia ipsius Quare? Quia nō sunt pauperes. Pauperes autem, idest humiles corde quanto plus esuriunt,tanto plus manducant;tanto autem plus esuriunt, quanto a sæculo inanes sunt. Qui plenus est,quicquid illi daturus es,respuit,quia plenus est.Da mihi esurientem,da mihi de quibus dictum est, Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur,& erunt hi pauperes, de quibus modo dicit,& pauperes eius saturabo panibus, quia & in alio Psalmo ubi dictum est, Manducauerunt, & adorauerunt omnes diuites plebis, dictum est illic, & de pauperibus, Edent pauperes & saturabuntur. Vbi dictum est, Manducauerunt & adorauerunt omnes diuities plebis, ibi dictum est, Edent pauperes & saturabuntur. Quare quando diuites dicti sunt adorasse,saturati non dicti sunt,quando autem pauperes dicti sunt, saturati dicti sunt? Et unde saturati? Hæc saturitas,fratres,qualis est? Deus ipse est panis,Ego sum panis uiuus,qui de cœlo descendi.Estote ergo pauperes, non sit auxilium uestrum nisi in uno Deo.

In Ps. 131. *Matt. 5.* *Eccl. 24.* *Ioan. 6.*

11 IDEM explicans illa uerba: Et adipe frumenti satiatte, inquit: Transijt fames, & sitis iustitiæ,succedit saturitas. Qui ibi erit adeps frumenti, nisi panis ille, qui descendit de cœlo ad nos?

In Ps. 147

12 GREGORIVS sic habet: Hoc distare fratres charissimi inter delicias corporis, & cordis solet, quòd corporales deliciæ cum non habentur, graue in se desiderium accendunt; cum uero auide eduntur, comedentem protinus in fastidium pertrahunt. At contra spiritales deliciæ, cum non habentur in fastidio sunt, cum uero habentur

Hom. 36. Dom. 1. post oct. Trini. in exordio. to. 2.

in

in desiderio, tantoque a comedente amplius esuriuntur, quanto, & ab esuriente amplius comeduntur. In illis appetitus placet, experientia displicet, in istis appetitus uilis est, & experientia magis placet. In illis appetitus saturitatem, saturitas fastidium generat, in istis autem appetitus saturitatem, saturitas appetitum parit. Augent enim spiritales deliciæ desiderium in mente dum satiant, quia quanto magis earum sapor percipitur, eo amplius cognoscitur, quod auidius ametur. Et idcirco non habitæ amari non possunt, quia earum sapor ignoratur. Quapropter Psalmista nos admonet dicens, Gustate & uidete quoniã suauis est Dominus. Ac si aperte dicat, suauitatem eius non cognoscitis, si hanc minime gustatis. has delicias homo tunc amisit cum in Paradiso peccauit, extra exijt, os a cibo æternæ dulcedinis clausit. Vnde nos quoque nati in huius peregrinationis ærumna huc fastidiosi iam uenimus, nescimus quid desiderare debeamus. Tantoque se amplius fastidij nostri morbus exaggerat, quanto se magis ab esu illius dulcedinis animus elongat. Et eo iam internas delicias appetit, quo comedere diu longeque defueuit. Fastidio ergo nostro tabescimus, & longa inediæ peste fatigamur. Et quia gustare intus nolumus paratam dulcedinem amamus foris miseri famem nostram.

Psal. 33. *Gal. 1.* *Matt. 13.*

13 *In sermonibus variis serm. 22.*

BERNARDVS inquit: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Facta est valida fames in terra, & omnes iam nos egere cœpimus, sed ad extremam iam uenimus egestatem. Denique comparati iumentis insipientibus, etiam porcorum siliquas insatiabiliter esurimus. Qui pecuniam diligit, non satiatur, qui luxuriam diligit, non satiatur, qui gloriam quærit, non satiatur, qui mundum amat, numquam satiatur. Noui ergo homines satiatos hoc mundo, & ad eius omnem memoriam nauseantes. Noui satiatos pecunia, & satiatos honoribus, satiatos uoluptatibus, & curiositatibus huius mundi, nec mediocriter, sed usque ad fastidium satiatos. Et facile est cuique nostrum hanc satietatem per Dei gratiam obtinere, neque enim parit hanc copia, sed contemptus. Sic fatui filij Adam porcorum uorando siliquas, non esurientes animas, sed esuriem ipsam pascitis animarum. Sola nimirum hoc edolio inedia uestra nutritur, sola fames alitur cibo innaturali. Quis in uobis est fratres, qui satiari cupiat, & desiderium suum oportet impleri? Incipiat esurire iustitiam, & non poterit non satiari. Panes illos desideret, qui in domo Patris abundant, & inueniet sese continuo siliquas fastidire porcorum. Gustum iustitiæ, uel exiguum studeat experiri, ut eo ipso desideret amplius, & amplius mereatur, sicut scriptum est, Qui edunt me adhuc esurient & qui bibunt me adhuc sitient.

10 *In Ps. 121.* *Ps. 122.* *Ps. 21.* *Matt. 5.* *Eccl. 24.*

Festi dies colendi sunt, & qua ratione, Iudæorum autem, & festa, & sacrificia, spiritaliter tractanda.
Cap. II.

1 *Hom. 9. in Exo. to. 1.*

ORIGENES sic ait: Habeat in se anima defixũ altare, in quo orationum hostias, & misericordię uictimas offerat Deo. In quo continentiæ cultro superbiam, quasi taurum immolet, iracũdiam quasi arietem iugulet, luxuriam, omnemque libidinem, tamquã hircos & hædos litet.

Ioan. 6.

2 *Homil. 2. in Leuit.*

IDEM inquit: Anima quæ neque vitulum habet, neque ouem &c. Similam tantum habet, ex ipsa panes azymos offert ex ipsa in sartagine opus factum, vel in craticula oleo permixtum, Videtur mihi hæc, quæ anima appellata est, homo ille, quem Paulus animalẽ hominem nominat, intelligendus, qui etiam si peccatis non urgeatur, nec sit præceps ad uitia, non tamen habet aliquid in se spirituale. Sic enim de ipso Paulus ait? Animalis homo non percipit ea, quæ sunt spiritus Dei, stultitia enim est illi, & nõ potest intelligere, quia spiritaliter dijudicatur, spiritalis autem examinat omnia. Iste ergo qui anima nominatur, offert solam similam, & panes azymos, idest, communem hanc uitam. Verbi gratia, In agricultura, aut in nauigando, aut in aliquibus communis uitæ usibus posita; offert tamen etiam ipsa munus Deo. Secundo in loco, primitiarum, idest de initijs fruguum, mandatur oblatio. Quòd si bene meministis in die Pentecostes fieri lex iubet. In quo illis umbra data est, nobis autem ueritas reseruata est. In die enim Pentecostes, oblato orationum sacrificio, primitias aduenientis sancti Spiritus, Apostolorũ suscepit Ecclesia. Et uere hæc fuerunt recentia, quia erat nouum, unde & musto repleti dicebantur. Igni tosta, ignæ namq; linguæ supra singulos consederunt. Et medio fracta; frangebantur enim media, cum littera separabatur a spiritu. Et bene purgata, purgat enim omnes sordes præsentia sancti Spiritus, remissionem tribuens peccatorum Oleum quoque misericordiæ huic sacrificio infunditur, & thus suauitatis, per quod Christi bonus odor efficimur.

3 *Homil. 5. in cap. 7. Leuit.*

IDEM ait: Ille in conspectu Domini offert sacrificium, qui non exijt a conspectu Domini, sicut Cain, & effectus est timens, ac tremens. Si quis ergo est, qui habet fiduciam ad stare in conspectu Domini, & non fugit a facie eius, nec aspectum eius peccati conscientia declinat, iste in conspectu Domini offert sacrificium. Hostia pro peccato, Christus Dominus est, & idem ipse sacerdos est, qui peccata populi comedit, & consumit. Quomodo edit peccata populi? Audi Prophetã dicentem, Deus noster ignis consumens est, consumẽs inquam nostra peccata, illa deuorat, illa purgat, secundum quod alibi dicit, Et purgabo te igni ad purum. Ipse peccata nostra suscepit, & in semetipso ea tamquã ignis comedit, & absumit Sic denique e contrario, eos, qui permanent in peccatis, mors dicitur deglutisse, sicut scriptum est. Deglutiuit mors prævalens. Hoc puto esse, quod Saluator in Euangelio dicebat? Ignem ueni mittere in terram, & quid uolo, nisi ut accendatur? Atque utinam & mea terra accendatur igne diuino, ut ultra non offerat spinas, ac tribulos. Sic intelligere debes, & id quod scriptum est, Ignis accensus est in furore meo, deuorabitq; terram cum germine suo. [Infra:] Similiter iubẽtur adipes arietis, ij qui circa renes sunt, & ij qui interiora operiunt, imponi super altare, vt & tu qui hæc audis, scias omne quod est intra te crassius, & operit interiora tua, consumendum ut dicas sicut Dauid aiebat, Benedic anima mea Dominũ, & omnia interiora mea nomen sanctum eius. Nisi enim ablata fuerit crassitudo tua illa, quæ tegit interiora tua, non possunt subtilem & spiritalem capere sensum, & Dominum laudare non possunt. Quod si ablatum fuerit omne q; pingue est de renibus, & de omnibus interioribus uiscerum, tunc uere purgatus omni vitie libidinis, iugulasti hostiam pro delicto, & obtulisti sacrificium Deo in odorem suauitatis.

Malac. 3. *Deut. 32.* *Psal. 102.*

4 *Hom. 23. in cap. 28. Numer.*

IDEM sic habet: Perierunt omnes festiuitates Iudæorum, & dies solemnes, quoniam in loco sancto & in die festiuitatis, Dominum meum Iesum Christum occiderunt; & propterea dicit ad eos Neoemenias uestras, & sabbata, & festiuitates uestras odiuit anima mea. Hic quidem vbi de muneribus mandatur, ubi adhuc peccata non sunt, dies festos meos dicit. Vbi autem peccatum est, non meos, sed uestros dies dicit Dominus. Quia festorum leges habemus in manibus, requiramus diligentius quis sit ordo festiuitatum, ut ex ipsis ordinibus, & sacrificiorum ritu colligere possimus, qualiter unusquisq; ex suis actibus, & conuersationibus sanctis, Deo festiuitatem possit parare. Prima ergo est festiuitas Dei, quæ appellatur indesinens, de ijs enim mãdatur, quæ indesinẽter, & sine vlla prorsum interruptione matutinis & uespertinis sacrificijs offeruntur. Hanc primam posuit, in qua sacrificium indesinens mandat offerri. Quòd scilicet agnoscat quisquis

Psal. 147 *Hom. 36. Dom. 2. post oct. Trini. in exordio.*

quis ille vult esse perfectus, & sanctus, quia non aliquando quidem agenda est Deo; aliquando uero non agenda festiuitas, sed semper, & indesinenter iustus agere debet diem festum. Sacrificium namq; quod indesinenter, & in matutinis, & in uespertinis mandatur offerri, hoc indicatur, ut in lege, ac Prophetis, quæ matutinum tempus ostendunt, & in Euangelica doctrina, ideſt in uespertinum, quæ uespera mundi Saluatoris ostendit aduentum, indesinenti intentione persistat. Has ergo festiuitates Dominus dicit, & obserua
Psal. 140. 5 bitis dies festos meos. Dies ergo festus est Domini, si & sacrificium indesinens offeramus, si sine intermissione oremus, ita vt ascēdat oratio nostra, sicut incensum in conspectu eius mane, & eleuatio manuum nostrarum fiat ei sacrificium uespertinum. Est igitur prima solemnitas sacrificij indesinentis, quæ a cultoribus Euangelij, eo modo quo diximus, debet expleri. Sed quoniam (sicut propheticus sermo perdocuit) dies
Amos 8. festi peccatorum, conuertuntur in luctum, & cantica eorum in plāctum; certum est, quia qui peccat, & agit diem peccati, agere non potest diem festum. Et ideo illis diebus, quibus peccat, offerre non potest indesinēs sacrificium Deo. Sed ille offerre potest, qui indesinenter custodit iustitiam, & conseruat semetipsum a peccato. Qua die autem interruperit, & peccauerit, certū est, ꝙ illa die non offert sacrificium indesinens Deo. Illius autem solius est offerre sacrificium indesinens, qui indesinenter & perpetuæ se deuouerit castitati. Nam si oratio iusti, sicut incensum offertur in conspectu Domini, & eleuatio manuum eius sacrificium est uespertinum, dicit autem Apostolus ijs qui coniugij sunt, nolite fraudari inuicem, nisi forte ex consensu ad tēpus, vt uacetis orationi, & iterū, Reuertimini in idipsum, certum est, quia impeditur sacrificium indesinens ijs, qui coniugalibus necessitatibus seruiunt. Sed sunt & & alij dies festi, ijs qui forte non possunt indesinenter offerre sacrificia castitatis. Secunda ergo festiuitas ponitur sabbati, & oportet sanctorum quemq; & iustum agere festiuitatem sabbati. Quæ est ergo festiuitas sab-
Heb. 4. bati, nisi illa, de qua Paulus ait: Relinquitur ergo sabbatismus populo Dei, hoc est sabbati obseruatio. Relinquentes ergo Iudaicas sabbati obseruationes, qualis debeat esse Christiani sabbati obseruatio, videamus. Die sabbati nihil ex omnibus mundi actibus oportet operari. Si ergo desinas ab omnibus sęcularibus operibus, & nihil mundanum geras, sed spiritalibus operibus vaces, ad Ecclesiam conuenias, lectionibns diuinis, & tractatibus aurem præbeas, & de cęlestibus cogites, de futura spe sollicitudinem geras, uenturum iudicium præ oculis habeas, non respicias ad præsentia & visibilia, sed ad inuisibilia & futura, hæc est obseruatio sabbatti Christiani. Qui cessat ab operibus sæculi, & spiritalibus vacat, iste est, qui sacrificium sabbati,
Psal. 37. & diem festum agit sabbatorum. Neq; onera portat in uia. Onus enim est omne peccatum, sicut dicit Prophe ta, Et sicut onus graue, grauatæ sunt super me, neque ignem accendit, illum scilicet ignem, de quo dicitur, Ite in lumine ignis uestri, & in flamma quam accendistis in sabbato vnusquisq; sedet in loco suo, & nō procedit ex eo. Locus spiritalis animæ, iustitia est, sanctificatio, sapientia, & ueritas. Ex quo loco eam non oportet exire, vt vera sabbata custodiat, & diem festum in sacrificijs exigat sabbatorum, sicut & Dominus dicebat, Qui in me manet, & ego in illo. Vera sabbata & perfecta si uideamus qualia sint, uidebimus quòd vltra hunc mundum est ueri sabbati obseruatio. Quod enim scriptum est in Genesi, quia requieuit Deus die sabbati ab operibus suis, non uidemus nec tunc factū
Matth. 5. in die septima, nec nunc fieri. Semper enim uidemus Deum operari, & nullum sabbatum est, in quo Deus non operetur, in quo non producat solem suum super bonos & malos, & pluat super iustos & iniustos, in
Ps. 146. quo non producat in montibus fœnum, & herbam ser uituti hominum, in quo non percutiat & sanet, deducat ad inferos, & reducat; in quo non occidat, & uiue 7 1. Reg. 2. re faciat; rerum enim conditor, vsque ad consumma- Deut. 32. tionem sæculi a prouisione & dispensatione creaturarum, non cessat. Erit ergo uerum sabbatum, in quo requiescet Deus ab omnibus operibus suis, sęculum futurum, tunc cum aufugiet dolor, & tristitia, & gemitus, & erit omnia & in omnibus Deus. In quo sabbato concedat nobis Deus offerre cum angelis sacrificium laudis reddentes altissimo uota nostra, quæ hic distinxerunt labia nostra. Tūc sacrificium indesinens, quod supra exposui, melius offeretur. Tunc melius indesinē ter poterit anima assistere Deo, & offerre sacrificium laudis. Tertia festiuitas est neomeniæ dies, in qua offertur & hostia. Neomenia autem dicitur noua Luna, est ergo ista festiuitas cum luna innouatur, noua autem dicitur, cum soli proxima fuerit effecta, & ualde ei coniuncta; ita ut sub claritate eius lateat. Sicut vmbra futu-
Coloss. 2. rorū est sabbatum, ita & neomenia. Vnde Paulus ait: Nemo uos iudicet in cibo aut potu aut parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum. Neomeniam diximus appellari, cum luna in nouari cęperit, & soli proxima fuerit, penituſq; cōiuncta. Sol iustitiæ Christus est, huic si luna, ideſt Ecclesia sua quæ lumine ipsius repletur, iuncta fuerit, ut penitus ei adhæserit, ita ut secundum uerbum Apostoli, q se iungit Domino unus cū illo spiritus fiat, tunc festiuitatem neomeniæ agit, tunc enim noua efficitur, cum abiecerit ueterem hominem, & induta fuerit nouum, qui secundum Deum creatus est, atque ita merito innouationis solennitatem, quę est neomeniæ festiuitas, geret. Tunc denique est, quando neque uideri, neque 8 comprehēdi humanis aspectibus potest. Anima enim cum tota se sociauerit Domino, nihil omnino terrenū cogitat, nihil mundanum requirit, nec hominibus placere studet, sed totam se sapientiæ, totam calori, totam lumini sancti Spiritus mācipauerit, subtilis & spiritalis effecta quomodo cerui ab hominibus, aut ab humanis potest conspectibus apprehendi? Animalis namq; homo intelligere, & discernere non potest spiritalem; & ideo dignissime diem festum aget & hostiam neomeniæ Domino, utpote per ipsum innouata iugulabit. Quarto in loco ponit inter festiuitates Dei, paschæ solemnitas; in qua festiuitate agnus occiditur. Sed ui- 1. Cor. 5. de tu agnum uerum, agnum Dei, & dicito, quia Pascha nostrum immolatus est Christus. Iudæi carnali sensu comedāt carnes agni; nos autem comedamus carnem Ioan. 6. Verbi Dei. Ipse enim dixit, Nisi manducaueritis meā carnem, non habebitis uitam in uobis. [Infra:] Post hāc immo continuata huic; festiuitas sequitur azymorum, quam merito celebrabis, si exterminet omne fermentum malitiæ ab anima tua, & azyma sinceritatis veritatisque custodias. Non horret Dominus, & iubet exterminari animam de populo suo, si parum aliquid fermenti huius ex farina consperſi, in domo sua habuerit, sed illud magis est, quod horreſcit, & merito horreſcit Deus, si malitia, si ira, si nequitia spiritali fermentetur anima, & intumeſcat ad flagitia. Hæc non 9 vult esse in anima Deus, & tale fermentum, nisi abiecerimus de domo animæ nostræ, merito exterminabitur. Sed ne contemnas etiam si paruam intra te uideris fermentari malitiam, quia modicum fermenti totam massam corrumpit, & ideo neque de paruo peccato negligas, quoniam ex vno peccato generatur & aliud. Et ideo si uis agere azymorum festiuitatem cum Deo, ne paruum quidem malitiæ fermentum intra te residere patiaris. Post hanc sequitur sexta festiuitas, quæ dicitur nouorum, ideſt cum primitiæ de nouis fructibus offeruntur. Si ergo tu uis nouorum festum agere cum Domino, uide quomodo semines, aut ubi semines, ut possis tales metere fructus, ex q bus lætari facias Deū, & agere diem festum. Quod aliter implere non pote- Gal. 6. ris, nisi audias Apostolum dicentem, Qui autem semi

nat in

nat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam. Si sic semines, & sic metas, uere diem festum ages uouorum.
Hier. 4. Propterea & Propheta admonet dicens, Innouate nobis noualia, & nolite seminare super spinas. Qui ergo cor suum, & interiorem hominem renouat de die in diem, iste sibi innouat noualia, & non seminat super spinas, sed super terram bonam, quæ reddat ei fructũ tricesimum, sexagesimum, aut centesimum. Iste est ergo qui in spiritu seminat, & colligit fructum spiritus. Fructus autem spiritus est gaudium, pax, patientia, bonitas. Si hos, aliosque similes fructus colligat, dignissime nouorum fructuum festiuitatem Domino aget.
10 Tunc deinde sequitur festiuitas septimorum. Sicut enim inter dies, septimus quisque dies obseruatur sabbatum, & est festiuitas, ita & inter menses septimus quisq; mensis, sabbatum est mensium. Agitur ergo in eo festiuitas, quæ dicitur sabbata sabbatorum, & fit in
Leu. 15. die prima mensis, tubarum memoria. Qui Scripturas sacras potest memoriæ mandare, & in lege Domini meditatur die ac nocte, iste festiuitatem gerit memoriæ tubarum. Est adhuc & alia festiuitas cum affligũt animas suas, & humiliant se Deo festa celebrantes. O mira festiuitas, dies festus uocatur afflictio animæ: Hic enim (inquit) dies est propitiationis decima die mensis septimi. Si uis diem festum agere, si uis ut Deus lætetur super te, affligе animam tuam, & humilia eam. [Infra:] Iam uero ultimus dies festus Dei, quis sit uideamus. Scenophegia inquit: Lætatur ergo super te, cũ te uiderit in hoc mundo in tabernaculis habitantem; cum te uiderit non habere fixum, ac fundatum animũ super terras, nec desiderantem, quæ terrena sunt, nec umbram uitæ huius, quasi possessionem propriam & perpetuam deputantem, sed uelut in transitu positũ, & ad ueram illam patriam, unde egressus es Paradisi,
Ps. 38. festinantem, ac dicentem, Aduena ego sum apud te &
Heb. 11. peregrinus sicut omnes patres mei. In casulis enim habitauit Abraham cum Isaac, & Iacob coheredibus repromissionis eiusdem. Cum ergo incola fueris, & peregrinus in terris, & non est mens tua fixa, & radicata in desiderijs terrenorum, sed paratus es, ut cito transeas, sed paratus es extẽdere te semper ad anteriora usque quo peruenias ad terram fluentem lac & mel, & hereditatem capias futurorum. Sic te positum in ijs si uideat Deus, lætatur in te, & diem festum aget super te.
Coloss. 2. [Infra:] Quia perfecta festiuitas in cœlo est, dixit Paulus, Nemo uos iudicet in parte diei festi. Non dixit in die festo, sed in parte diei festi. Ex parte enim, & non ex integro diem festum in hoc mundo positi celebramus. Interpellamur enim etiamsi nolumus ab onere carnis, pulsamur a concupiscentijs eius, curisq; & sollicitudinibus terebramur. Veniet quod perfectum est, & perfecti festiuitati cedet festiuitas, quæ ex parte est.
16 IDEM explicans illa uerba: Obsecro uos fratres,
Lib. 9. epi. ad Ro. 12. ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuentem, sanctam, Deo placentem, sic ait: Cultus qui dudum in pecudum mutorum corporibus consistebat; nunc, inquit, in corpore rationabilis hominis offeratur, & corpora magis uestra, quam pecudum fiant sacrificium Deo, atque in sacris altaribus collocentur. Hi enim qui membra sua mortificant ab incentiuo libidinis, & furoris, & actus corporis sui, Deo placitos habent, hostiam uiuentem sanctam Deo placentem rationabiliter offerunt, & legem sacrificiorum, quæ in Leuitico lata est, secundum spiritalem intelligentiam complẽt. Verbi gratia. Vt ibi offerebant uitulum primo in loco, uel secundo arietem, aut tertio hircum, aut quarto turtures, uel etiã pullos columbarũ, ut in his uniuscuiusque anima purificaretur pro qualitate gestorum, hæc nunc in suo corpore unusquisque purificans, & spiritali sensu discernens, rationabili obsequio uiuentem hostiam obtulit Deo. Si quis superbiam corporis sui uincit, immolat uitulum, si iracundiam superat, iugulat arietem, si libidinem uincat, in holocaustum offert hircum, si uagos & lubricos cogitationum resecet uolatus, columbas & turtures immolat. Nunc autem Paulus obsecrat credentes in Christo, ut corpora sua exhibeant hostiam uiuentem sanctam. Viuentem dicit hostiam, quæ uitam, hoc est Christum in se gerit, & dicit, Mortificationem Domini nostri Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, ut & uita Iesu manifestetur in corpore nostro mortali, sanctam dicit, in qua Spiritus sanctus habitat. Placentem Deo utpote a uitijs, & peccatis separatam. Hæc autem anima, rationalis cultus est Dei. Huiuscemodi hostias Dei miseratio prouidit, quibus si umquam lapsus acciderit, per rationabile obsequium & hostias, eo modo quo supra diximus, immolata reparari possit anima, ac restitui ad salutem.

12 HIERONYMVS explicans illa uerba: Si auerteris a sabbato pedẽ tuum, facere uoluntatem tuam in
Lib. 16. in c. 58. Esa. die sancto meo, & uocaueris sanctum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, & glorificaueris eum, dum
to. 4. non facis uias tuas &c. sic inquit: Nunc præmia repromittit, si cohibere uoluerit pedem suum in sabbato, ne faciat uoluntates suas, & diem sanctum Domini suis commaculet uoluntatibus. Lege præceptum est, ne in
Exo. 20. Deut. 5. sabbatis opus seruile faciamus, ne accendamus ignem, ut in uno sedeamus loco, ut illa tantum faciamus opera, quæ ad animæ salutem pertinent. Quod si iuxta litteram accipiamus, penitus impleri non potest. Quis enim potest hoc facere, ut tota die ac nocte sedens in sabbato, de uno loco non recedat, immo ne leuiter quidem se commoueat, quod si fecerit, transgressor legis sit? Ex uno igitur mãdato, quod iuxta litteram impossibile est, & cetera cogimur spiritualiter intelligere, ne faciamus seruile opus, & perdamus animæ libertatẽ.
Ioan. 8. Qui enim facit peccatum, seruus est peccati, ne onus portemus in sabbato, quale portabat ille, qui dicebat,
Ps. 37. Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meum, quasi onus graue grauatæ sunt super me. Ne
Zach. 5. iniquitas quæ sedet super talentum plumbi, in nobis habeat potestatem, ne uos uoluptas corporis & liuido succedant. Omnes enim adulterantes, quasi clibanus
Os. 7. corda eorum, & diaboli iacula ignita sunt, ut sagittent in obscuro rectos corde. Præcipitur quoque nobis, ut
Luc. 7. arrepto nobis aratro, non respiciamus post tergum, ut rectorum altitudinem confitendentes, nequaquam ad
13 tollenda sæculi uestimenta uelimus descendere, sed ut audiamus cum Moyse, tu uero hic sta mecum, & sedea
Exo. 34. mus cum Domino, lassi in uia huius sæculi super puteũ Samaritanæ, ut audiamus Apostolum dicentem, State
Ioan. 4. firmi, & immobiles, ne patiamur illud quod Iudas passus est proditor, qui perdidit locum ministerij sui, illiusq; semper sententiæ recordemur, Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuum ne di-
1. Cor. 15. miseris. Qui sic quiescit in Sabbato, lauat inter innocẽ
Eccl. 10. tes manus suas, nec mouet pedes, ut suas faciat uoluntates, iste celebrat sabbata Domini delicata. Qui sab-
Cap. 4. batismus, iuxta epistolam quæ ad Hebræos scribitur, repromittitur nobis in cœlestibus, & gloria præparatur, ut dum non facimus uias nostras in sabbato, nec inueniatur uoluntas nostra, ut loquamur sermonem, quo scilicet, nec opere, nec sermone peccemus. Alioquin si hæc tantum prohibentur in sabbato, ergo in alijs sex diebus, libertas nobis tribuitur delinquendi. Quod si stultum est credere, super est ut sabbatum, quod interpretatur requies, omni tempore sanctificandum sit a fidelibus, dum non carnis sed animæ faciunt uoluntatem. Ad hoc sabbatum, omni festiuitate celebrandum, Saluator nos prouocat in Euangelio dicens, Venite ad me omnes qui labolatis, & onerati estis & ego uobis dabo requiem, ut peccatorum onera deponentes sabbatizemus in Christo. Postquam uero uocaueris sab-
Matth. 11. bata delicata, & non moueris in sabbato pedem tuum ad opus seruile faciendum, tunc in te implebitur, quod sequitur. Tunc delectaberis super Dominum, & sustollam te super altitudines terræ, &

cibabo te hæreditate Iacob patris tui.

14 IDEM explicans uerba illa: Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius, ait: Præcepto legis, ab exteriori opere in sabbato cessatur. Hostes enim sabbata uidentes irrident, cum maligni spiritus, vacationis ocia, ad cogitationes illicitas pertrahunt, unaquæque anima quę remota ab externis actionibus seruire Deo creditur, eo magis eorum tyrannidi, illicita cogitando famulatur. Sancti autem uiri, qui mundi operibus, non corpore sed uirtute sopiuntur, laboriosius dormiunt, quam uigilare potuerunt, quia in eo quòd actiones huius sæculi deserentes superant, robusto cõflictu quotidie contra semetipsos pugnant, ne mens per negligẽtiam torpeat, ne subacto ocio, ad desideria immunda frigescat. Agit hæc, & a mundi huius inquieta concupiscentia se penitus subtrahit, ac terrenarum actionũ strepitum deserit, & per quietis studium, uirtutibus intenta, uigilans dormit. Neque enim ad contemplanda interna perducitur, nisi ab his quæ exterius implicãt, studiose subtrahatur. Hinc Paulus ait, Nemo militans Deo implicat se negocijs sæcularibus.

Lib. 1. in c. 1. Lamẽtationũ Hieremie.

2. Tim. 2.

15 IDEM explicans uerba illa: Et sabbata mea sanctificabunt, sic habet: Adhuc sacerdotibus præcipitur. In quibus obseruandum, quòd non dixerit, absolute, & sabbata sanctificabunt, vel iuxta Esaiam, Neomenias, & sabbata uestra odiuit anima mea, sed cum distinctione sabbata mea. Vnde in Euangelio scriptum est, Sacerdotes in templo sabbatum uiolant, & sine crimine sunt, non sabbatum Dei, sed sabbatum litteræ, sabbatũ Iudeorum, quod recte uiolant, qui sunt genus electũ, regale sacerdotium. Porro sabbatum quod sanctificatum est, illud intelligamus, quod & Apostolus docet relictum esse populo Dei, de quo dicitur, si introibũt in requiem meam, quod Hebraice sabbatum nominatur. Sanctificat autem sabbatum Dei, qui non portat onus peccati in sabbato, nec dicit, Sicut onus graue grauatæ sunt super me. Qui talis non colligit ligna in sabbato, nec superædificat fundamento Iesu Christi, ligna, fœnum, & stipulam, neque accendit ignem, qui inutilem cõsumat materiam, & die sabbati in uno permanet loco, nec foras egreditur, sed quasi columna in templo Dei positus permanet, super quo Ioannes scribit in Apocalypsi, qui uicerit faciam illum columnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius.

Lib. 13. in c. 44. Ezec. Esaiæ. 1.

Matt. 12.

Heb. 4.

Psal. 37.

1. Cor. 3.

Apoc. 3.

16 IDEM exponens illa uerba: Et omnes qui reliqui fuerint de uniuersis gentibus, quæ uenerint cõtra Hierusalem ascendent ab anno in annum, vt adorent Regem Dominum exercituum, & celebrent festiuitatem tabernaculorum, ait: Huius solemnitatis, istud exordiũ fuit. Egressus populus Israel de Ægypto, per uastam & terribilem ac latam solitudinem, in qua non erat domus, uilla, oppidum, faciebat sibi tabernacula, atque tẽtoria, quæ nunc papiliones uocantur; in quibus cum coniugibus morarentur ac liberis, & cibum caperent, & per diem, solis ardorem, & per noctem, rorem & frigus deuitarent, iusſumque est, vt in mense septimo quintadecima die mensis, fieret tabernaculorum solẽnitas. Et cum te interrogauerit, inquit, filius tuus cras dicens, Quid sibi uolunt hæc tabernacula, respondebis ei, Multo tempore peregrinati sumus in Aegypto, de qua eduxit nos Dominus in solicitudinem, & idcirco tabernacula suscitamus, ut beneficiorum Dei omni tẽpore recordemur, cum cœperimus habitare in urbibus. Præcepit quoque vt facerẽt tabernacula de ligno pulcherrimo cedro, & de palmarum ramis, ac frõdibus ligni densissimi, & salicis, & populi. Quamdiu in profectu sumus, & in cursu, atq; certamine, habitamus in tabernaculis, huc omni mente nitentes, & de tabernaculis ad firmam stabilem sedem transeamus, ideſt domũ Dei. Vnde qui in Aegypto est, loquitur, aduena ego sum apud te & peregrinus. Qui autem egreditur de Ægypto, & ingreditur uitiorum solitudinem, carpit iter iuum, & dicit in Psalmo, Transibo in locum tabernaculi admirabilis usque ad domum Dei. Admirabile est enim, nolle habitare cum Ægyptijs, sed submerso Pharaone, terram cupere promissionis intrare. Vox enim exultationis, & salutis in tabernaculis iustorum. [Infra:] Qui in istiusmodi habitat tabernaculis, & de tabernaculis ad atria, & de atrijs ad domum, & de domo ad templum Domini, ire festinat, debet celebrare solemnia tabernaculorum in ligno sapientiæ pulcherrimo, de quo in Prouerbijs dicitur, Lignũ uitæ est his qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam beatus. Et in ramis palmarum, in quibus signum uictoriæ, & uirtutis præmium continentur, & in frondibus densissimæ arboris, quam myrtum Iudæi intelligunt, propter mortificationem carnis ac libidinum. Et in ramis, inquit, salicis, quæ arbor indicat castitatem. Aiunt medici, & qui de arborum naturis scripsere, quod si quis florem salicis mixtum, aqua biberit, omnis in eo frigescat calor, & libidinis venia siccetur, vltraq; filios generare non possit. Qui talium arborum ramis protectus fuerit, exerceat festiuitatem tabernaculorum, sextum mensem transiens, qui refertur ad mundum, & in septimo agens sabbatum spirituale, in quintadecima die mensis eiusdem quando noctis Luna plenissima est, & omnes eius tenebræ claro lumine resoluuntur.

Li. 3. in c. 14. Zach. ca. 5.

Deut. 6.

Leuit. 23.

Psal. 38.

17

Psal. 41.

Cap. 3.

Psal. 76.

18 BERNARDVS sic habet: In festis Sanctorum, ad hoc uigilię proponuntur, ut euigilemus, si in aliquo peccato uel negligentia dormitamus, & præoccupemus faciem Sanctorum in confessione. [Infra.] Tria sunt quæ in festiuitatibus Sanctorum uigilanter considerare debemus, auxilium sancti, exemplum eius, & confusionem nostram. Auxilium eius, quia qui potẽs in terra, potẽtior est in cœlo ante faciem Domini Dei sui. Si enim dũ hic uiueret, misertus est peccatoribus, & orauit pro eis, nunc tanto amplius, quanto uerius agnoscit miserias nostras, orat pro nobis Patrem, quia beata illa patria charitatem eius non immutauit, sed augmentauit. Neq; enim, quia impassibilis omnino, ideo & incompassibilis factus est, sed nunc potius induit sibi uiscera misericordiæ, cum ante fontem misericordiæ existit. Est & alia causa, quæ magis urget sanctos, ut solliciti sint de nobis, quia iuxta uocem Apostoli. Deus prouidet pro nobis, ne sine nobis consummentur, sicut ait sanctus Dauid, me expectant iusti donec retribuas mihi. Debemus etiam attendere exemplum eius, quia quamdiu in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est, non declinauit ad dexteram neque ad sinistram, sed uiam regiam tenuit, donec ueniret, ad illum, qui dicit, Ego sum via, veritas, & uita. Intuemini humilitatem operum eius, auctoritatem uerborum eius, & tunc uidebitis quomodo tam uerbo, q̃ exemplo vixerit inter homines, qualia nobis uestigia derelinquerit, vt ambulemus per ea, & non erremus in eis. Sed & diligentiori studio & intuitu, confusionẽ nostram inspiciamus, quia homo ille similis nobis fuit passibilis, ex eodẽ luto formatus, ex quo & nos. Quid ergo est, quod non solum difficile, sed & impossibile credimus, ut faciamus opera quę fecit, ut sequamur uestigia eius? Confundamur fratres, & contremiscamus ad uocem istam, si forte hæc confusio adducat nobis gloriam, si forte generet gratiam nobis timor iste. Homines isti fuerint, qui præcesserunt nos, qui tã mirabiliter processerunt per uias uitæ, ut uix eos homines fuisse credamus. Sic ergo in Sanctorum solemnitatibus, & gaudere, & confundi debemus, gaudere quia patronos præmisimus, confundi quia eos imitari non possumus. Etsi magna est gaudiorum materia, sed maxima est dolorum. Memor sui Dei clamat iustus, & delectatus sum, sed statim subiungit, Defecit spiritus meus, turbatus sum, & non sum locutus.

In vigilia Apostolorũ Petri, & Pauli.

Psal. 141.

19

Ioan. 14.

20

In ser. beati Martini

IDEM inquit: Martinus lucerna erat ardens, & lucens, eum saltem non pigeat imitari. Sed imitari in eo, quod est imitabile, non autem quod mirabile exhibetur. Ad mensum diuitis sedes hodie, diligenter consi-

Matt. 25.

dera

dera quæ tibi apponuntur. Discerne inter cibos, & uasa ciborũ, illos enim iuberis tollere, sed non illa. Diues est iste Martinus, diues in meritis, diues in miraculis, diues in uirtutibus, diues in signis. Diligenter ergo cõsidera, quæ apponuntur tibi, quẽnam uidelicet ad admirationem, & quæ ad imitationem, quid apponitur, & in quo. Miracula eius mirifica quædam uasa dixerim diuitis huius, auro grauia, gemmis micantia, pariterq; materia & opere pretiosa. Noli in his sapore quę rere, sed mirare splendorem. Habet intra paropsides istas, ciborum copiam, delicias utiq; spiritales, ut non modo uideant & mirentur, sed edant pauperes & saturentur, atque in illis quidẽ Dominum laudent, porro in his, uiuant corda eorum. Vt ergo sit iucunda, decoraq; laudato in admiratione, etiam uiuant ex imitatione, & ut auidius sumant delicias, ipsas quoq; diuitias curiosius contemplentur.

Ps. 117.

Cap. 3.

Fides (quæ Dei donum est) fundamentum virtutum est, quam comitari debent opera, vt proficua sit valde, & conseruetur melius. Cap. III.

1 ORIGENES explicans illa uerba: Similis est dilectus meus capreæ, hinnuloq; ceruorum sic ait: Hoc nos non prætereat, q̃ prius capreæ, & sic hinnulo ceruorum comparatur, cũ utiq; maius animal ceruus quàm caprea uideatur. Sed animaduerte ne illa potius in his habenda sit ratio, quia cum dupliciter constet salus credentium, per agnitionem fidei, & operum perfectionem, ratio fidei, quæ pro intuitu, & inspectione contemplationis capreæ comparatur, primus habeatur salutis gradus, secundo uero in loco operum perfectio, quæ formam cerui tenet uincentis, & perimentis uenena serpentum, idest artes diabolicas, memoretur. Sic ergo sponsa similem dicit esse dilectum suum capreæ, & hinnulo ceruorũ in montibus Bethel, Bethel uero domus Dei interpretatur, montes ergo qui in domo Dei sunt, possunt legis & Prophetarũ, sed & Euangelica, & Apostolica accipi uolumina, in quibus & fides Dei perspicitur, & contemplatur, & operum perfectio dicitur, & adimpletur.

Hom. 3. ex post. 2. in Cant. to. 1.

18 In vigilia Apostolorũ Petri, & Pauli.

Ps. 141.

2 IDEM explicãs gestum illud Christi Domini, qui esuriens, uenienq; ad ficulneam, in qua reperit sola folia absque fructu, quam maledixit, & aruit continuo ait: Esurit Iesus semper in iustis, uolens manducare fructum Spiritus sancti in eis. Et sunt eius escæ, gaudium, pax, patientia nostra, & reliqua. Quæ quidem quãdiu fructificamus, non aresci mus. Si autem uenienti Domino, & quærenti huiusmodi fructum, ut manducet in nobis, non exhibuerimus, dicet ad nos, Nunquam ex uobis fructus nascatur in sempiternum. Et uide quoniam secus uiam erat hæc ficus, quæ folia tantum habuit sine fructu. Sic enim & terra quę secus uiã est (licet fuerit seminata) uullum fructum producit, diripiẽtibus uolucribus semina seminata. Quandiu ergo non uenit Iesus ad aliquam ficum, nec quęrit fructum eius, sed patienter agit, & sustinet, si forte proferat fructum, non exsiccatur, si autem uenerit esuriens, & fructum requirens, & inuentus fuerit aliquis nihil iustitiæ habens, nisi professionem tantummodo fidei (quod est folia sine fructu) mox exsiccatur, etiam hoc ipsum quod uidetur fidelis, amittens. Et est multos in Ecclesia uidere tales, qui multo tempore portauerunt fidei nomen, ostendentes tantummodo quia uiuunt, omnino autẽ sunt sicci. Quos quia non fructificabant, uidemus recedentes a fide, & siccos. [Infra.] Frequenter per multos annos quis constitit ficus, & non est siccatus. Veniente autem in ultimo uitæ eius ad eum Christo, & quærente fructum in eo & nõ inueniente, siccatur, & tanto rũ annorũ perdidit subito uitam. Et hoc fit, ut impleatur sermo Dominicus dicens, Omni habenti dabitur, & abundabit, qui aũt non habet, & ipsum quod habet auferetur ab eo, ut non sit ociosum quod habet.

Ho. 16. in 1. 21. Mat. to. 3.

19 Ioan. 14.

Mat. 25.

20 In ser. beati Martini

CHRYSOSTOMVS sic habet. Postquam regius uates dixit, Credidi propter quod locutus sum, subintulit, Ego autem humiliatus sum nimis. Si nos hoc sentiremus de Deo quod Dauid, nullus esset ex nobis qui non & ipse de se clamaret, Ego autem humiliatus sum nimis. Etenim quisquis indicibilem Dei maiestatem oculo cordis contemplatur, & cognoscit Deũ, homine, tanto sublimiorem, quanto cœlum formica sublimius, nõ mirum si stupescat intra se, & dicat, Ego autem humiliatus sum nimis. Vnde & Abraham in cõparatione Dei, terram se esse, ac cinerem uidebat, & dicebat, Ego autem sum terra, & cinis. Contra superbi. Deum non cognoscunt, neque semetipsos quid sint sciunt. Quo pacto enim qui non antea cognouit opificem, agnoscet seipsum esse figmentum? Quia enim nescitur Dominus, nascitur superbia. Id quod atteſtatur scriptura dicens, Initium superbiæ est nescire Deum. Dauid non erat talis, sed sciens Deum cor contritum, & humiliatum non despicere, humiliauit seipsum. [Infra:] Ego dixi in excessu meo, Omnis homo mendax. Amator Dei Dauid cum uellet oculo cordis Deum cõtemplari qualis esset, fieretq; extra carnis desideria, postquam mente aerem cœlumq; transijt, & ad angelicas uirtutes uolauit, ingressusq; est ad purissimam, & materiæ expertem Dei speciem, uidit diuinitatis maiestatem splendore & incomparabili decore fulgere, ita vt nullus hominum nullaque diuina lingua magnitudinẽ Dei sufficiat enarrare, & propterea in tali ecstasi factus, re diligenter cognita, magna fiducia pronunciat dicens, Ego dixi in excessu meo, Omnis homo mendax.

3 *Homil. in Psa. 125. Credidi propter quod locutus sũ. to. 1.*

Gen. 18.

Eccl. 10.

Ps. 115.

4 HIERONYMVS explicat uerba illa, Putasne cum uenerit Filius hominis inueniet fidem in terra, & ait: Fidem illam dicit, de qua Dominus aiebat, Fides tua te saluam fecit, & alibi de Centuriore, Non inueni tantam fidem in Israel? Et rursus ad Apostolos, Quid timidi estis modicæ fidei? Nec non, & in alio loco, si autem habueritis fidẽ sicut granum sinapis, dicetis huic monti, iacta te in mare, & sic fiet. Hæc est fides, quam raro inuentam Deus pronunciauit. Hæc est fides, quæ etiam apud eos qui bene credunt, difficile perfecta inuenitur. Fiat tibi inquit Deus secundum fidem tuam. Hanc ego uocem audire nolo. Si enim secundum fidẽ meam, fiat mihi, peribo, & certe, credo in Deum Patrem, credo in Deum Filium, credo in Deum Spiritum sanctum. Sæpe quippe uenit inimicus homo, & inter Dominicam messem, zizania interferit. Neque hoc dico quod maius quicquam sit, quàm sacramenti fides, q̃ puritas animæ, sed indubitata ad Deum fides, ardua reperitur. Verbi gratia. Ad orationem assisto, non orarem, si non crederẽ, sed si uere crederem illud cor quo Deus videtur, mundarem, manibus tunderem pectus, genas lachrymis rigarem, corpore inhorrescerem, ora pallerem, iacerem ad Domini mei pedes, eosq; fletu perfunderem, crine tergerem, hærerem certe trunco crucis, nec prius amitterem, quàm misericordiam impetrarem. Nunc uero creberrime in oratione mea aut per porticus deambulo, aut abductus uana uel turpi cogitatione, etiam quæ dictu erubescenda sint, gero. Vbi est fides? Siccine putamus orasse Ionam? sic tres pueros? Sic Danielem inter leones? Sic certe Latronẽ in cruce? Et hæc ego exempli causa ad intelligentiam sensus protuli. Cetetum conueniat unusquisque cor suum, & in omni uita inueniet, quàm rarum sit fidelẽ animam inueniri.

In dialogo aduersus Lucifer ianos, to. 2. Luc. 18. Mat. 8. Mat. 17.

Mat. 15.

Apud eundem legitur: Tradunt maiores nostri post aduentum Spiritus sancti, præceptum Apostolis a Domino datum, ut ad prædicandam fidem, ad singulas proficiscerentur nationes. Discessuri itaq; ab inuicem, normam sibi prius futuræ prædicationis in commune constituunt, ne diuersum aliquid his qui ad fidem Christi inuitabãtur, exponerent. Omnes igitur in uno positi, & Spiritu sancto repleti, hanc breuem dandam esse

5 *In symbolo Ruffini. to. 9.*

esse regulam credentibus statuunt. Symbolum autem hoc appellari uoluerunt. Symbolum enim græce, & indicium dici potest, & collatio, hoc est, quod plures in unum conferunt. Id enim fecerunt Apostoli in his sermonibus, in unum conferendo, quod unusquisque sentiret. [Infra.] Discessuri igitur ad prædicandum Apostoli, istud unanimitatis & fidei suæ indicium posuerunt, nisi sicut si lij Adã discessuri ab alterutrum turrim ex latere cocto & bitumine construentes, cuius cacumen usq; ad cœlum pertingeret, sed monumenta fidei quæ starent aduersus faciem inimici e lapidibus uiuis, & margaritis dominicis ædificantes, quam neq; uenti implerent, neq; flumina subruerent, neque tempestatum ac procellarum turbines mouerent. [Infra:] Credo, igitur, primo omnium ponitur, sicut ad Hebræos scribens, ait Paulus: Accedentem ad Deum, oportet primum credere, quia est, & quia inquirentibus se remunerator est. Sicut enim mare non ingreditur, & liquido ac profundo sese committit elemento, nisi se prius credat posse saluari, nec agricola semina sulcis obruit, & fruges spargit in terram, nisi crediderit uenturos imbres, affuturum quoque solis temporem, quibus terra confota, segetes multiplicata fruge producat, ac uentis spirantibus nutriat. Nihil deniq; est, qđ in uita geri possit, si non credulitas ante præcesserit. Quid igitur mirum, si accedentes ad Deum, credere nos primo omnium profitemur, cum sine hoc, nec ipsa exigi possit uita communis.

6 IDEM exponens uerba illa: Vrbs fortitudinis nostræ, Saluator ponetur in ea murus, & antemurale, inquit. Vrbs fortitudinis nostræ Saluator est Iesus. Et ponetur in ea murus, & antemurale. Murus bonorum operum, & antemurale rectæ fidei, ut duplici septa sit munimento. Non enim sufficit murum habere fidei, nisi ipsa fides bonis operibus confirmetur.

Lib. 8. in cap. 26. Esaiæ. to. 4.

7 IDEM explicans uerba illa: Ascendite muros eius (siue propugnacula) & dissipate, consummationẽ autem nolite facere, ait: Audiat hoc Ecclesia, quod cito muri, & propugnacula dissipentur eorum, qui non habent spem in Domino, & prænaricantur in eum, sed tamen non fiat consummatio propter clementiam iudicis, & non propter merita delinquentium. [Infra:] Sicut dereliquistisme, & seruistis Deo alieno (vel dijs alienis) in terra uestra, sic seruietis alienis in terra non uestra. i. sicut seruistis dijs alienis cunctarum gentium in terra Iudææ, sic seruietis dijs alienis in terra non uestra. Si enim uos peregrina religio delectat, q.d necesse est longinquum errorem suscipere? Habitate cum talibus, immo seruite his, quorum Deos colitis. Potest super hæreticis accipi, de quibus scriptum est, ex nobis prodierunt sed non erant ex nobis, quia si fuissent ex nobis permansissent utiq; nobiscum, quod proijciat de Ecclesia hæreticos Dominus, qui multo tẽpore sub nomine eius, mendaciorum suorum simulacra uenerati sunt, ut foris colant, quod intus prius venerabantur, & paleæ separentur a tritico.

Lib. 1. in c. 5. Hierem.

1. Ioan. 2.

8 IDEM exponens illa uerba: Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis, mentiet opus oliuæ, & arua non afferent cibum, abscindetur de ouili pecus, inquit: Hæc omnia ad eos referri possunt, qui dicunt se esse de Ecclesia, & non habent opera iustitiæ. Et ficus, & uinea, & oliua, mysterium uidelicet Trinitatis, non afferunt in eis fructum suum, & nec cibũ quidem habent, & pro excelsis montibus, in planis humilibusq; uersantur. Fructus uocat opera bona. Mentietur autem opus oliuæ, aliud promittentis, & aliud facientis, sicut qui aiebant ad Moysen, omnia, quæcunq; dixerit Dominus, faciemus, & nolentes in eum credere, qui a Moyse prædicatus est.

Lib 1. in c. 3. Habacuc

Exod. 34.

9 IDEM explicans illa uerba: Hæc est ciuitas gloriosa habitans in confidentia, quæ dicebat in corde suo, Ego sum & extra me non est alia amplius, quomodo facta est in desertum cubile bestiæ? Omnis qui transit p eam, sibilabit, mouebit manum suam, sic habet. Hoc de Ecclesia intelligi potest, de qua Paulus ait, q̃ in nouissimis temporibus instabunt tempora periculosa; & erũt homines se ipsos amantes, auari, superbi, blasphemi, parentibus non obedientes, habentes formam pietatis, uirtutem autem eius abnegantes. Nec non & hoc quod in Euangelio scriptum est, q̃ multiplicata iniquitate refrigescet charitas multorum, in tantum ut in illo tempore compleatur, Veniens filius hominis, putas inueniet fidem in terra? Si enim Deus propter infidelitatem naturalibus ramis nõ pepercit, sed fregit eos, & posuit flumina in desertũ, & exitus aquarum in siũm, terram fructiferam in salsuginem a malitia inhabitantium in ea, cur non e contrario eos, de quibus dixerat, Posuit desertum in stagna aquarũ, & terram sine aqua in exitus aquarum, & habitare fecit ibi esurientes, &c. & quos inseruit de oleastro in radicem bonæ oliuæ, si recesserint a conditore, & adorauerint Assyrium, euertat, & ad eandem siũ reducat, in qua prius fuerant? Quod quotidie in his, qui simulant se esse de Ecclesia Dei, & operibus negant, auditoresque legis sunt, & non factores, accipi potest.

2. Tim. 3.

Luc. 24.

Matt. 24.

Luc. 18.

Ps. 106.

10 IDEM explicans illa uerba: Quid prodest habere diuitias stulto, cum sapientiam emere non possit? Sic inquit. Quid malo catholico expedit diuitias habere veræ fidei, cum sapientiam piæ actionis habere neglexerit?

Lib. 2. in c. 17. Prou. to. 7.

11 IDEM explicans illa uerba: Pigredo immittit soporem, ait. Piget appellarur qui recte sentiendo quasi uigilat, quamuis nihil operãdo, torpescat, sed pigredo immittit soportem, quia paulisper, etiam recte sentiendi uigilantia amittitur, dum a bono operandi studio, cessatur.

In cap. 19. Prouerb.

12 AMBROSIVS ostendit egregijs testimonijs, & multis fidem non haberi nisi ex Dei munere. Ad Romanos cap. 1. Gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus uobis, quia fides uestra anunciatur in uniuerso mundo & ad Ephes. cap. 5. Propterea, & ego audita fide uestra, quæ est in Christo Iesu, nõ cesso gratias agens pro uobis, memoriam uestri faciens in orationibus meis. Ad Coloss. cap. 1. Gratias agimus, Deo, & Patri Domini nostri Iesu Christi, semper pro uobis orantes, audientes fidem uestram in Christo Iesu. Et primo ad Thessalonicen. c. 1. Ideo & non gratias agimus Deo sine intermissione, quoniam cum accepissetis a nobis verbũ auditus fidei, accepistis illud non ut uerbum hominum, sed ut est uere uerbum Dei, qui operat in uobis, qui credidistis. Protuitne plenius aut euidentius demonstrari Dei esse donum credere, quam ideo docere gratias agendas esse Deo? Quoniã hi quibus uerbum Dei per homines prædicabatur, nõ quasi de hominum sermone dubitarunt, sed tanquam Deo loquẽti per homines crediderunt, qui in ipsis est operatus, ut crederent.

Li. 1. de vocatione gentium ca. 3. to. 4.

Rom. 1.

Ephes. 5.

Coloss. 3.

1. Thess. 1.

13 IDEM inquit: Simile est regnum cœlorum grano sinapis, Mouet forasse sensus vestros, cur regnum Dei tam præclarum, grano sinapis exiguo comparetur, & rei uilissimæ similes esse dicatur. Sed si diligenter intẽdamus, inueniemus recte a Domino hanc similitudinem positam. Sicut enim granum sinapis, prima fronte, specie sui est paruum, uile, despectum, non saporem præstans, non odorẽ circumferens, non indicans suauitatem, at ubi teri cœperit, statim odorem suum acrimonia exhibet, cibum flammei saporis exhalat, & tanto feruoris calore succenditur, ut mirũ sit in tam friuolis granis, tantum ignem fuisse inclusum. Cuius etiam seminis cibum homines, hiemis præcipue tempore, magna pro suauitate percipiunt; quatenus repellant frigora; & humores, uiscerum interna calefaciant, sępe etiam ex hoc capitu exhibent medicinam, ut si quid inualidum, si quid ægrotum fuerit, sinepis igne curetur. Ita ergo & fides Christiana, prima fronte uidetur esse parua, uilis, & tenuis, non potentiam suam ostendens, at ubi

Serm. 1. de grano sinapis. to. 3. Matt. 13.

Gal. 5.

Iac. 2.

1. Cor. 3.

1. Cor. 6.

at ubi diuersis tentationibus teri cœperit, statim uigorem suum prodit, acrimoniam indicat, & participante sibi; ardere compellit, sicut Amaon, & Cleophas dixerunt, Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum aperiret nobis scripturas Dominus Iesus? Ergo granũ sinapis, membrorum uiscera calefacit, fides autem uigor cordium, peccata comburit, sinapis iniquos humores decoquit corporum, fides autem libidinis fluenta consumit, & per illud medicina capiti procuratur, per fidem autem spirituale caput nostrũ Christus, sępius refouetur. Fidei etiam iuxta comparationem sinapis, sancto odore perfundimur, sicut Apostolus ait, Bonus odor Christi sumus in omni loco.

14 IDEM sic ait: Cum sinapis succũ sumimus, vultu contristamur, fronte contrahimur, ad lachrymas promouemur, & ipsam salubritatem corporis nostri cum quodam fletu austeritatis accipimus, & tunc magis sani efficimur, cum amplius ploramus: ita ergo & cum fi dei Christianę mandata percipimus, contristamur animo, affligimur corpore, ad lachrymas promouemur, & ipsam nostram salutem cum quodam fletu ac mœrore consequimur. Inde enim ieiunia nos exasperant, illic peccatorum conscientia macerat, hinc patrimonij iactura conturbat, & toto contristati habitu, magis salutem consequimur, si amplius defleamus, secundum quod ait Dominus, Amen amen dico uobis, quia plorabitis & flebitis vos, mundus autem gaudebit. Sicut autem, cum sinapi caput forte curandum est, iubemur abrasos capillos demere, ut nudo corpori perfectius medicina proueniat: ita cum anima per fidem curanda est, præcipimur substantias a nobis sęculi auferre, impedimenta auri argentique deponere, ut nudæ & soli animæ congruentius spiritualis medicina proueniat. Ergo quod succus sinapis in corpore, hoc fides Christiana operatur in anima.

AVGVSTINVS sic habet: Fide titubante, charitas etiam ipsa languescit. Nam si a fide quisq; ceciderit, a charitate etiam necesse est cadat, non enim potest diligere, quod esse non credit. [Infra.] Explicans locũ Pauli finis præcepti est charitas, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, ait: Charitas de corde puro, vt nihil aliud quàm id quod diligendum est, diligatur, conscientiam uero bonam subiunxit propter spem, ille enim se ad id quod credit & diligit, peruenturum esse desperat, cui malę conscientiæ scrupulus inest. Tertio & fide inquit non ficta, si enim fides nostra mendacio caruerit, tunc & nos diligimus quod est diligendum, & recte uiuendo, id speramus, ut nullo modo spes nostra fallatur.

15 IDEM ait: Creditur a quibusdam etiam ij qui nomen Christi non derelinquunt, & eius lauacro in Ecclesia batizantur, nec ab ea ulla hæresi præciduntur, in quantislibet sceleribus uiuant, quæ nec diluant pœnitendo, sed in eis vsque ad huius uitæ ultimum die per tinacissime perseuerent, salui futuri per igne, licet pro magnitudine facinorum, flagittorumq; diuturno, non tamen æterno igne puniri. Sed qui hoc credunt, & tamen catholici sunt, falli videntur. In libro de fide & operibus ostendi eam fidem saluos facere, quam satis euidenter expressit Paulus Apostolus dicens, In Christo Iesu neque circumcisio aliquid ualet, neque præputium, sed fides quę per dilectionem operatur, si autem male & non bene operatur, proculdubio secundum Apostolum Iacobũ, mortua est in semetipsa. Qui rursus ait, Si fidem dicat se quisquam habere, opera autẽ non habeat, numquid potest fides saluare eum? Porro autem si homo sceleratus propter fidẽ solam per ignẽ saluabitur, & sic accipiendum est, quod beatus Paulus ait, Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem, poterit ergo saluare sine operibus fides, & falsum erit, quod dixit coapostolus eius Iacobus, & falsum quod

17 ipse dixit, Nolite errare, neq; fornicatores, nec auari, &c. regnum Dei possidebunt. Si enim etiã in istis perseuerantes criminibus, tamẽ propter fidem Christi salui erunt, quomodo in regno Dei non erunt? Sed quia hæc apostolica testimonia apertissima, falsa esse non possunt, illud quod obscure dictum est de ijs qui superædificant supra fundamentum, quod est Christus, nõ aurum, non argentum, non lapides pretiosos, sed ligna, fœnum, stipulam, de his enim dictum est, q̃ per ignem salui erunt, quoniam fundamenti merito non peribunt, sic intelligendum est, ut ijs manifestis non uideatur esse contrarium. Ligna quippe, & fœnum, & stipula non absurde accipi possunt, rerum sæcularium, quamuis licite concessarum, tales cupiditates, ut amittu sine animi dolore nõ possint. Cum autem iste dolor urit, si Christus in corde, fundamenti locum habet, id-est, ut ei nihil anteponatur, & malit homo, qui tali, dolore uritur, rebus, quas ita diligit magis carere, quàm Christo, per ignem fit saluus, si autem res huiusmodi temporales ac sæculares, tempore tentationis maluerit tenere, quam Christum, eum in fundamento non habuit, quia hæc priori loco habuit, cum in ædificio, prius non sit aliquid fundamento. Qui ergo fidem non deserit, nec Christum quamuis doleat, dum temporalia amittit, saluus est iste, sic tamen quasi per ignem.

IDEM ait: Iam illud uideamus, quod excutiendũ 18 est a cordibus religiosis, ne mala securitate salutem suã perdant, si ad eandem obtinendam sufficere solam fidem putauerint, bene autem viuere neglexerint. Nam etiam temporibus Apostolorum, non intellectis quibusdam subobscuris sententijs Apostoli Pauli, hoc eũ quidam arbitrati sunt dicere, faciamus mala, vt veniãt bona, quia dixerat, Lex subintrauit, ut abundaret delictum, ubi autem superabundauit delictum, superabundauit, & gratia. Quod ideo uerum est, quia legem accipientes, homines, qui de suis uiribus superbissime præsumebant, nec diuinum adiutorium, vincendarum malarum concupiscentiarum recta fide impetrantes, pluribus grauioribusq; delictis ẽt lege præuaricata, onerati sunt. Ac sic magno reatu compellente confugerunt ad fidem, qua misericordiam indulgentiæ mererentur, & auxillum a Domino, ut diffusa per Spiritũ Sanctum charirate in cordibus suis cũ dilectione agerent quæ contra sæculi huius concupiscentias iubẽrentur. Cum ergo dicit Apostolus, Arbitrari se iustificari hominem per fidem, sine operibus legis, non hoc agit, vt professa fide, opera iustitiæ contemnantur, sed ut sciat se quisq; per fidem posse iustificari, etiam si legis opera non præcesserint. Sequuntur enim iustificatum, non præcedunt iustificandum, quoniam ergo hæc opinio tunc fuerat exorta, aliæ apostolicæ epistolæ Petri, 19 Ioannis, Iacobi, & Iudæ contra eam maxime dirigunt intentionem, ut uehementer astruant fidem sine operibus nihil prodesse, sicut etiam ipse Paulus, non qualécunq; fidem, qua in Deum creditur, sed eam salubrem planeq; euangelicam definiuit; cuius opera ex dilectione procedunt, & fides inquit quæ per dilectionem operatur. Vnde illam fidem quæ sufficere ad salutem quibusdam uidetur, ita nihil prodesse asseuerat, ut dicat; Si habeam omnem fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Vbi autem hæc fidelis charitas operatur, sine dubio bene uiuitur, plenitudo enim legis est charitate. [Infra:] Iacobus vehementer infestus est eis, qui sapiunt fidem sine operibus ualere ad salutem, ut illos etiam dæmonibus comparent dicens, Tu credis quia unus est, Deus, bene facis, demones credunt & contremiscunt. Quid uerius, breuius, uehementius dici potuit, cum, & in Euangelio legamus hoc dixisse demonia, cum Christum filiũ Dei confiterentur, & ab illo corriperentur. quod in Petri confessione laudatum est. Quid proderit, ait Iacobus, Fratres mei si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? Numquid poterit fides saluare eum? Dicit etiã, quia fides sine operibus mortua est. Quousque

que igitur falluntur, qui fide mortua, sibi uitam perpetuam pollicentur. [Infra:] Illud non uideo, cur Dominus dixerit, Si uis ad uitam ingredi serua mandata, & commemorauit ea quæ ad bonos mores pertinent, si etiam his non seruatis ad uitam ueniri potest per solā fidem, quæ sine operibus mortua est? Illud deinde quo modo verum erit, quod Christus Dominus his qui ad sinistram erunt dicet, Item in ignem æternum, nec increpat, quia in eum non crediderunt, sed quia bona opera non fecerunt? Nam profecto ne sibi quisquam de fide quæ sine operibus mortua est, promittat æternam uitam, propterea omnes gentes segregatorum se dixit, quę permixtæ eisdem pascuis utebantur, ut appareat eos illi dicturos, Domine, quando te uidimus illa, & illa patientem, & non ministrauimus tibi? Qui in eum crediderant, sed bona opera non curauerant, tanquam de ipsa fide mortua, ad uitam peruenire tur æternam. Erit ergo combustio eorum æterna, qui cum fide, bona opera non habuerunt. [Infra:] Fides illa quæ per dilectionem operatur, posita in fundamento, quod est Christus, neminem perire sinit. [Infra:] Nequaquā mens incauta fallatur, ut se existimet Deum cognouisse, si eum fide mortua hoc est sine operibus bonis confiteatur more dæmonum, & ideo se iam non dubitet ad uitam æternam esse uenturum, quia Dominus dicit, Hæc est autem uita æterna, vt cognoscant te solum verum Deum. Venire quippe debet etiam illud in mētem, quod scriptum est, in hoc cognoscimus eum, si mandata eius seruauerimus, qui dicit, Qui cognouit eum, & mandata eius non seruat, mendax est, & in hoc ueritas non est, hoc est autem mandatum eius, vt credamus nomini eius Filij Iesu Christi, & diligamus inuicem. [Infra:] In Euangelio Dominus loquitur, Venit hora, in qua omnes qui sunt in monumentis, audient uocem Filij Dei, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem uitæ, & qui mala egerunt in resurrectionem iudicij. Neque illud dictum est, hoc qui crediderit, illud qui non crediderit, sed hoc illi qui bona egerunt, illud qui male egerunt. Inseparabilis quippe est bona uita a fide quæ per dilectionem operatur, immo vero ea ipsa est bona uita. Qui autem non credit, ait alibi, iam iudicatus est, unde surgent in resurrectionē iudicij, damnandi fideles, qui male uixerunt.

Matt. 19. 20 — Matt. 25. — Ioan. 17. — 1. Ioan. 2. — 1. Ioan. 3. — Ioan. 5. — Ioan. 3.

21 In li. octoginta triū quæstionū. IDEM sic habet: Quoniam Paulus Apostolus prædicans iustificari hominem per fidem sine operibus, non bene intellectus est ab eis qui sic acceperunt dictum, vt putarent, cum semel in Christum credidissent, etiamsi male operarentur & facinorosa, saluos se esse posse per fidem, Paulus Abrahæ exemplo usus est, sicut & Iacobus cum ait, Vis autem scire o homo inanis, quoniam fides sine operibus ociosa est? Abraham pater noster nonne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium suum super altares? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illis, & ex operibus fides consummata est? Hoc eodem exemplo Abrahæ, Paulus vsus est, vt probet iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Cum enim bona opera commemorat Abrahæ, quæ eius fidem comitata sunt, satis ostendit Paulum Apostolum, non ita per Abraham docere iustificari hominem per fidem sine operibus, ut si quis crediderit, non ad eum pertineat bene operari, sed ad hoc potius, ut nemo meritis priorum bonorum operum, arbitretur se peruenisse ad donum iustificationis, quæ est in fide. In hoc enim se gentibus in Christum credentibus, Iudæi præferri cupiebant, qui dicebant se meritis bonorum operum, quæ in lege sunt, ad euāgelicam gratiam peruenisse; ideoque scandalizabantur multi, qui ex eis crediderant, quod incircuncisis gētibus, Christi gratia traderetur. Vnde Apostolus Paulus dicit posse hominem sine operibus precedentibus iustificari per fidem, quamuis ad iustificationem non peruenerit merito bonorum operum, sed gratia Dei. Non tamen ita intelligendum est, ut accepta fide, si vixerit, dicamus eum iustum etiamsi male uixerit. Vnde, & Paulus alibi dicit, Non auditores legis iusti sunt apud Deum, sed factores legis iustificabuntur. Vnde cum ait: Nolite errare, neque fornicarij, neq; adulteri, neque fures, &c. regnum Dei possidebunt, satis ostendit là ex quo crediderunt, bene operari debere. Quod, & ipse Dominus commemorat dicens, Non omnis, qui dicit mihi, Domine, intrabit in regnum cœlorum, sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cœlis est. Et alibi, vt quid dicitis mihi Domine Domine, & non facitis quæ dico uobis? Et omnis qui audit uerba mea, & facit ea, similabo eum uiro prudenti, qui ædificauit domum suam supra petram, & qui audit verba mea, & non facit ea, similabitur uiro stulto, qui ædificauit domum suam super arenam. Quapropter non sunt cōtrariæ duorum Apostolorum sententiæ, cum dicit vnus, Iustificari hominem per fidem sine operibus, & alius dicit, Inanem esse fidem sine operibus, quia ille dicit, de operibus, quæ fidem præcedunt, iste de his, quæ fidem sequuntur.

1. Cor. 6. — Matth. 7. — Luc. 6.

23 Lib. 5. contra Faustū Manichæū 10. 6. IDEM sic habet: Euangelium accipere in duobus consistit, in fide, & operibus, sine operibus autem impossibile est intrare in regnum cœlorum. Vnde Christus discipulis ait, Euntes docete omnes gentes baptizantes eas, & docentes seruare omnia quæ mandaui vobis, non dixit docentes eos, quia sim natus, sed ut mandata seruent. Item alibi. Amici mei eritis, si feceritis quæ ego præcipio uobis, non dixit si natum me crediderit is. Nec nō & in monte, cum doceret. Beati pauperes spiritu dicens, Beati mites, &c. non dixit, Beati qui me confessi fuerint natum. Et diuiti quærenti uitam, dixit, Vade, & uende omnia quæ habes & da pauperibus, & ueni sequere me, non dixit, Crede me natum, ut in æternum uiuas.

Matt. 28. — Ioan. 15. — Matt. 19.

24 In Ps. 105 10. 8. IDEM explicans illa uerba: Filij seruorum habitabunt, ait: Filij seruorum opera seruorum sunt, nemo ibi habitabit, nisi per opera sua. Serui per opera sua habitabunt, & hoc est dicere, serui per filios suos inhabitabunt. Noli ergo esse sterilis, si uis habitare, præmitte fetus quos sequaris. Filij tui te deducant ad terrā promissionis, terram uiuentium. Filius Ioseph, antecessit Iacob in Ægyptum, & ait patri suo, & fratribus suis, Ego præueni prępparare uobis escas. Præcedant ergo filij tui, præcedant te opera tua, quales filios præmiseris, talis & sequeris.

Gen. 45.

25 In Ps. 127 IDEM explicans illa uerba: Et uideas filios filiorū tuorum, inquit. Filij tui opera sunt, quæ hic agis, filij filiorum, fructus sunt operum tuorum. Facis eleemosynas, filij tui sunt, propter eleemosynas accipis uitam æternam, filij filiorum tuorum sunt. Non sis sterilis arbor, qualis fuit illa ficulnea, ubi fructum non inuenit esuriens Dominus. Et uidetis quid ei contigerit, folia sola habebat, fructum non habebat. Sic sunt qui verba habent, & facta non habent. Veniens esuriens Dominus, non inuenit ibi quod manducet, quia fidem nostram, & facta bona esurit Dominus. Pascamus illum bene uiuendo, & pascet nos in æternum, nobis uiuere dando.

Matth. 21.

26 Li. 25. moral. c. 10. 10. 2. GREGORIVS explicans uerba illa: Iob. 34. capite. Quasi impios percussit eos in loco videntium, ait: De his loquitur Iob, quos intra Ecclesiam, diuina ultio inuenit, qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant. Quasi impios percussit eos in loco uidentium. Ibi quippe stabant, vbi Deum uidere uidebamur. Ibi tenebras dilexerunt, vbi lumen ueritatis aspicitur. Et quamuis apertos habuerunt oculos in fide, tenuerunt tamen eos clausos in opere. Vnda, & bene de Iudęa dicitur, Speculatores eius cęci, quia videlicet non uidebant opere, quod professione cernebant. Vnde etiam de Balaam scriptum est, qui cadens apertos habebat oculos. Cadens quippe in opere, apertos tenuit oculos in contemplatione. Ita ergo hi etiam oculos a perientes in fide, & non uidentes in opere, intra Ecclesiam

Esai. 56. — Num. 24.

Eccl. 8. — 27 — 28 1. Cor. 13. — Psal. 136. — Bern. 2. — 1 Hom. 4. in c. 4. Numerorum, t. 1

fiam positi pia specie, extra Ecclesiam inuenti sunt, impia conuersatione. De quibus alias bene scriptum est, uidi impius sepultos qui cum adhuc viuerent, in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum. Multos enim peste propriæ prauitatis obsessos, sub Christiano nomine ipsa tranquillitas Ecclesiasticæ pacis abscondit, quos tamen si leuis persecutionis aura pulsauerit, mox extra aream velut palleas tollit. Quidam vero idcirco Christianitatis vocatione signantur, quia Christi nomine sublimiter exaltato, pene omnes iam uideri fideles aspiciunt, & pro eo, quòd hoc vocari alios cernunt, ipsi non uideri fideles erubescunt, sed esse negingunt, quod dici gloriantur. Rem enim uirtutis intimæ, ad decorem sumunt visionis externæ, & qui ante superum iudicem nudi conscientiæ infidelitate consistunt, ante humanos oculos, professione sancta verbo tenus palliantur. Nonnulli autem fidem medullitus tenent, sed viuere fideliter nullatenus curant. Insequuntur enim moribus, quod credulitate venerantur. Quibus diuino iudicio sæpe contingit, vt per hoc qđ nequiter viuunt, & illud perdant, quod salubriter credunt. Incessanter namque se prauis actionibus pollunt, & super hoc vindictam iusti iudicij retribui posse diffidunt, & sæpe cum bene viuere negligunt, etiam persequente nullo, vt cumque ad perfidiam dilabuntur. Fidem quippe perdidisse, est incorrectis malis operibus, digna supplicia reddi posse non credere. Quia ergo digna fidei opera seruare contemnunt, etiam fidem perdunt quam tenere videbantur. Super quos bene per Prophetam sub Hierusalem, specie, inimicorũ destruentium, verba memorantis, a quibus scilicet dicitur, Exinanite vsque ad fundamentum in ea. Paulus quippe ait, fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quòd est Christus Iesus. Inimici ergo destruentis, vsq; ad fundamentum Hierusalem exinaniunt, quando peruersi spiritus, a corde fidelium, destructo prius ædificio boni operis, soliditatem quoque exhauriunt religionis. Sicut enim supra fundamentum fabrica, sic super fidem, opera construuntur. Vsq; ad fundamentum ergo exinanisse est, euerso bene viuendi opere, etiam robur fidei dissipasse. Hinc etiam ad Iudæam per Hieremiam dicitur, filij quoque Mempheos, & Taphneos constuprauerunt te vsque ad uerticem. Vsque ad verticem quidem constuprari, est post malæ operationis vsum, etiam in ipsa fidei sublimitate corrumpi. Cum enim nequissimi spiritus, vniuscuiusque animam in prauis operibus inuoluunt, sed integritatem fidei vitiare non possunt, quasi adhuc inferiora membra polluunt, sed ad verticem non pertingunt. Quisquis autem in fide corrumpitur, iam vsque ad verticem constupratur. Malignus enim spiritus quasi ab inferioribus membris vsque ad summa pertingit, quando actiuam vitam polluens, castam celsitudinem fidei, diffidentiæ morbo corrumpit. Quia igitur cuncta hæc humanis oculis absconsa sunt, sed diuinis obtutibus patent, & multi in hac domo fidei, sine fide moriuntur, dicitur recte, quasi impios pepercisse eos in loco viventium.

Ecclesi. 8. *1. Cor. 6.* *Matth. 7.* *Luc. 6.* *37* *23 Lib. 5. contra Faustũ Manichæũ to. 6.* *Matt. 28.* *Ioan. 15.* *Psal. 136.* *Matt. 19.* *28 2. Cor. 13.* *24 In Psal. 101 to. 8.* *Gen. 45.* *Hier. 2.* *15 In Psal. 129* *Matth. 21.*

Fidei mysteria recondita, & abstrusa, celanda sunt rudi & ignaræ plebi, sed illa esse credibilia optime conuincunt sancti. Cap. IV.

1 Hom. 4. in c. 4. Numerorum, t. 1

FIDEI credibilitatem ex Apostolorum prædicatione mira, ostenderunt sancti, potissime autem Chrysostomus, de quare disseruimus in libro primo, capite vigesimo tertio.

ORIGENES tomo primo, homilia quarta in caput quartum Numerorum, exponens verba illa: Ingredientur Aaron, & filij eius, quando mouenda sunt castra, tabernaculum fœderis, & Sanctum sanctorum, & deponent velum, quod pendet ante fores, inuoluentq; eo arcam testimonij, & operient rursum velamine hyacinthinarum pellium, extendentque desuper pallium totum hyacinthinum, & inducent uectes. Inuoluendam quoque & operiendam dicit mensam propositionis, thuribula, mortariola, cyathos, & crateras, operient candelabrum cum lucernis & forcipibus suis & emunctorijs, & cunctis vasis olei, nec non & altare aureum inuoluent hyacinthino uestimento, & extendent desuper operimentum hyacinthinarum pellium, inducentq; vectes, omnia vasa, quibus ministratur in sanctuario, inuoluent hyacinthino pallio, sed & altare mundabunt cinere, & inuoluent illud purpureo vestimento, cuncta vasa altaris operient simul, cumque intiolucrit Aaron & filij eius omnia vasa eius, in commotione castrorum, tunc intrabunt filij Caath, vt portent inuoluta, & non tangent vasa sanctuarij, ne moriantur, sic habet: Videamus quomodo hæc singula obseruari oporteat in Ecclesia Dei a sacerdotibus Christi. Si quis sacerdos est, cui vasa sacra ideſt mysteriorum sapientiæ secreta commissa sunt, discat ex ijs & obseruet, quomodo hæc oportet intra ve amen conscientiæ custodire, nec facile proferre ad publicum. Aut si res possit, proferre, & inferioribus ideſt imperitioribus tradere, ne nuda proferat, ne aperta ostendat, & penitus patentia, alioquin homicidium facit, & exterminat plebem. Exterminatur enim omnis qui secreta & ineffabilia sacramenta contigerit, nondum meritis & scientia, in sacerdotij ordinem gradumq; translatus, solis enim filijs Aaron, sacerdotibus, scilicet, ipsam arcam testamenti, mensam, & candelabrum, & si quid est eorum quę supra comprehendimus, nuda ac reuelata videre concessum est. Alij autem operta hæc uideant, immo potius uelata hæc in humeris suis portent, & filij quidem Caath, quoniam ipsi licet non sint sacerdotes, sunt tam proximi sacerdotibus, in humeris suis posiunt ista portare. Alij vero sarcinas suas, & ministeria, nec in humeris, sed in plaustris ponunt. [Infra.] Qui nondum meritis & uira, ad sacerdotalem gratiam conscenderunt, non solum per speculum ea & in ænigmate vident, sed & operta & uelata suscipiunt, & in humeris portant, quo scilicet magis ea actu operum, quam scientiæ reuelatione cognoscant.

Num. 24. *2*

IDEM inquit: Intellige quomodo vbi ventum fuerit, vt castra moueant filij Israel, soluitur tabernaculum, & Aaron & filij eius sacerdotes, intra Sancta sanctorum operiunt singula quæq; operimentis ac velaminibus suis. Et obiecta ea relinquentes in eodem, quo fuerant loco, introducunt filios Caath, qui ad istud officium deputati sunt, & faciunt eos eleuare humeris suis omnia illa, quæ manus sacerdotalis obtexerat. Et propter hoc dicitur a Domino, & exterminetis de tribu sua plebem Caath. Quasi in eo exterminandi essent, si Sancta sanctorum, nuda & patentia contigissent. Quæ non solum non contingere, sed ne intueri quidem fas erat non velata. Si quis dignus est ex ijs, qui Deo ministrant, diuina capere, & videre mysteria, ad quæ contuenda, ceteri minus capaces sunt; hic Aaron vel filius Aaron esse intelligatur, qui ingredi potest ad ea, quæ alijs adire, fas non est. Si quis ergo talis est, huic soli reuelata patet arca testamenti. Hic uidet urnam, intra se habentem mannam, hic considerat & intelligit propitiatorium, hic intuetur & Cherubim vtrunque, & mensam sanctam & candelabrum luminis, & altare incensi. Sciat sane cui hæc reuelantur, & spiritualiter inspicienda creduntur, non sibi tutum esse aperire ea & pandere, quibus non licet pandi, sed operire debet singula, & operta cęteris minus capacibus tradere portanda in humeris. Cum enim ex verbis mysticis eruditi & perfecti quique doctores, opera populis iniungunt, & plebs implet quæ mandantur, non tamen eorum quæ geruntur intelligit rationem, quid aliud geritur, nisi operta, & velata Sancta sanctorum super humeros portantur?

3 Hom. 5. in Numeros inexpositione eiusdem capitis.

4 *Lib.1.contra Celsum philosophũ 10.4.*

IDEM loquês: Quòd multa fidei dogmata ad multos pertingere non debent, ait: Hoc non modo Christianæ fuerit doctrinæ proprium, sed philosophiæ studentium, ut apud quos dicta essent nonnulla, quæ in apertum edi fas esset, nonnulla vero, vt arcana & minus vulgata, quæ silentio premerentur. Erant, & qui Pythagoram publice audirent docentem, & qui seorsum instruerentur, quæ digna nequaquam essent? vt dicere ipse solebat) vt ad profanas & nondum expiatas aures, perueuirent.

5 *Hom.2.in epist. Pauli ad Ro.1.4.*

CHRYSOSTOMVS explicãs uerba illa: Quoniam fides vestra annunciatur in uniuerso mundo, inquit: Cõsidera prædicationis Euangelicę vim, vt breui tempore, publicanorum ac piscatorum opera, in ipsum urbium caput inuaserit, ut homines Syri, Romanis, præceptores atque institutores extiterint. [Infra:] Etenim nuper orbis principatum adepti, fastu multo turgebant, in diuitijs, ac delicijs uitam agentes, Euangelium autem ipsum, piscatores Iudæi ferebant, & quidem ex Iudæis, gente, quam omnes oderant, atque abominabantur, quin, & Crucifixum adorari iubebant. Iam, & una cum ipso dogmate, duram uitam agendam præscribebant magistri hominibus, quibus semper curæ fuerant deliciæ, quique rerum vitæ præsentis admiratione attoniti essent. Adde quòd qui hęc nunciabant, pauperes erant & priuati ignobiles, & ex parentibus ignobilibus orti, sed tamen nihil horum, sermonis Euangelici cursum impediuit, tanta erat Crucifixi potentia.

6 *Hom.8.in 2.epi.Pauli ad Cor.*

IDEM ostendit, quòd tunc maxime manifestatur Dei potentia, quando per viles operatur magna. Idcirco & alibi dicebat, Virtus mea in infirmitate perficitur. Et in ueteri testamento, per culices ac mures, integros barbarorum exercitus fugabat. Vnde & magnam suam virtutem erucam vocabat. Et ab initio linguas confundens solum, magnam illam turrim Babylonicam destruebat, & bellis quidem, nunc per trecentos, innumeros exercitus fugabat, nunc autem per buccinas, ciuitates destruebat, postea vero per pusillum adolescentem & contemptum Dauid, omnem barbarorum aciem in fugam conuertebat. Sic sane, & in propaganda fide, duodecim solum missis, orbem uicit. Obstupescamus igitur uirtutem Dei, admiremur, adoremus, interrogemus Iudæos & gentes, quis persuasit uniuerso orbi, a patrijs moribus desistere, & ad aliam transire conuersationem? Piscator, vel tabernaculorum factor, publicanus, uel illiteratus, & idiota? Et quomodo hæc essent rationi consona, nisi diuina virtus esset, quæ per illos operata est? Quid autem dicentes, persuaserunt? Baptizemini in nomine Crucifixi. Cuius? Quem nesciebant, nec uiderant. Attamen hæc dicentes & prædicantes persuaserunt, q̃ hi qui a patribus ipsis traditi erant, qui uaticinabantur, non erant dij. Crucifixus autem hic Christus omnes attraxit, tametsi quòd crucifixus quidem esset, ac sepultus, omnibus manifestum erat, quod autem resurrexisset, nulli præter paucos uiderant, nihilominus & hoc persuaserunt his qui non uiderant. Vnde igitur sermones illi verisimiles, & probabiles: dic oro? non aliunde, quàm a Dei uirtute. Etenim nouitas hæc primo, omnibus ingrata erat. Quando autem & talia noua quis affert, res difficilior fit quando amouet inueteratæ consuetudinis fundamenta, quando a fundamentis euellit leges. Ad hæc, neque precones fide digni uidebãtur, sed & apud omnes gentes exosi, meticulosi, indocti. Vnde igitur uicerunt orbem? Quomodo nos, & progenitores nostros, qui philosophi ac sapientes putabãtur, cum dijs suis eiecerunt? Nonne manifestum ex eo q̃ Deum habebant secum? non sunt enim hæc opera humanæ facultatis, sed diuinæ cuiusdam & ineffabilis. Non, dicet quis, sed magicæ. Oportuisset igitur dæmoniorum principatus crescere, & propagari Idolorum cultum. Quomodo ergo destructus est & euanuit

1. Cor. 11. 1. Reg. 5. Amos 4. Gen. 11. Iosue 6. 1. Reg. 17.

7

ille, & prævaluere nostra illis contrãria? Proinde quòd Dei arbitrio hæc euenerint, non a sola prædicatione, sed etiam a conuersatione ipsa, manifestum est. Quando enim, virginitas tanta, ubique terrarum pullulauit, quando diuitiarum contemptus, & uitæ, & omnium aliorum? Illi Angelorum conuersationem nobis inuexerunt, non inuexerunt autem solum, sed etiã egerunt in hac nostra regione, in terra barbarorum, in ipsis terræ finibus.

8 *In lib. cui titulus est, aduersus gentiles n. 5.*

IDEM ait: Christum, Deum probare debemus ex his, quæ inter nos, & illum gentilis confessus est, & quæ in dubium reuocare nequit. Quæ sunt, quę gentilis confitetur? Quòd Christianorum genus ipse plantauit. Hinc faciemus demonstrationem uirtutis Christi, & ostendemus ipsum Deum. Etenim non est puri hominis, in tantis rebus orbem, terra, marique tam breui tempore comprehendere, & tam absurdis moribus præuentum, tantisque malis irretitum liberare humanum genus, & non Romanos tantum, sed & Persas & omne barbarorum genus. Insuper quòd hæc confecit nullis usus armis, nullos faciens sumptus, nullos mouens exercitus, sed per undecim uiros principio ignobiles, uiles, rudes, idiotas, nudos, pauperes, persuasit tot hominum tribubus, idque non præsentibus solum, sed & in futuris. Quid, quod subuertit leges patrias, aboleuit consuetudines inueteratas, euellit stirpes tanto tempore radicatas, & pro illis, suas alias plantauit? Abduxit ab his in quæ propensi eramus, & in ardua & difficilia induxit, cumque hæc faceret, infestabantur & sui ab omnibus. & crucem ipse, mortis egenus ignominiosissimum, sustinuit, & nihilominus quotidie prędicatio increscit, & floret non hic solum, sed, & apud Persas etiam, dum ab illis impugnatur. Etenim, & inde multa sunt martyrum exa mina, & qui ibi lupis ferociores erant, accepta prędicatione, ouibus mansuetiores euasere, nuncque de immortalitate, & resurrectioue & ineffabilibus bonis disserunt, neque in ciuitates solas, sed in solitudinem vsque peruaserunt, hæc præclara facinora, & in pagos, & in insulas, & in portus ac nauium stationes. Nec priuati, & principes tantum, sed & ipsi Reges, qui dia demata ferunt, insigni fide, Crucifixo se submittunt. [Infra:] Eleganter probat Christum esse Deum, quia omnia quæ de ipso scripta erant, indubie cuncta sunt impleta, quæ de ortu eius, incarnatione, doctrina, miraculis, passione, morte, & resurrectione, ac prædicatione, & sua, & Apostolorum, Prophetæ prædixerant, sic ut prænunciata sunt, contigerunt. Et idem ostendit, quia post crucem, post mortem res Christi clariores fuere, & post resurrectionem prædicatio Christi in ualuit. Crucifixus est, flagellatus, colaphis cæsus, consputus, a latronibus conuicijs incessitus, tyrannidis & blasphemiæ nomine occisus. Nunc autem hoc mortis genus, diademate quouis gloriosius est. Nam Reges positis diadematibus crucem suscipiunt mortis symbolum. In purpuris crux, in diadematibus crux, in prębus crux, in armis crux, in mensa sacra crux, & in toto orbe crux, & super Solem fulget crux. Et erit requies eius honor; licet in rebus humanibus, diuerso modo contingere soleat. Nam cum hi qui hic in magna gloria rebusque florentibus agunt, moriuntur, pereunt cum eis simul alia omnia, id quod non solum in diuite, sed & in principe, atq; adeo & in regibus ipsis quisquis videt. Nam leges eorum irritantur, statuæ obscurantur, memoria extinguitur, nomen eorum in memoriam iam non venit, a cognatis despiciuntur, & licet glorioſa prius gesserint, simul tamen conciderunt omnia. At secus in cruce euenit. Ante crucem, in luctu res erant, Iudas prodidit, Petrus negauit, reliqui fugerunt, Iesus solus inter inimicos comprehensus est, multi qui crediderant, retrorsum abierunt. Ceterum vbi occisus est, & mortuus, vt discas quòd non sit purus homo, non solum

9

10 *Esa. 11.*

res eius

Ibid. 11

Deut. 21.

Esa. 54. 13

res eius non interciderunt, sed multo clariores, illustriores, & sublimiores euaserunt. Nam ante crucé principuus Apostolorũ neque ostiariæ minas tulit, & post tantam eruditionem ausus est se nescire quis esset. At post crucem, orbis ad fidem accessit, & infiniti martyrum populi occisi, malentes mori, quàm dicere qđ Apostolorum princeps formidans vnius ostiariæ minas. In omni regione, ciuitate, solitudine prædicamus Crucifixum. Et Reges, & milites, & principes, & præsides, & serui, & liberi, & idiotæ, & sapientes, & barbari, & reliqua hominum genera, ac terræ omnes, quas sol spectat, ad hoc nomẽ currunt, vt adorent, ut discas quid sit, Et requies eius honor. 11 Et locus quidem quo *Ibid.* corpus hoc positum est, breuis erat, & ualde angustus, augustior tamen, & uenerabilior mille regum palatijs, immo etiam Regibus ipsis. Et erit requies eius honor. Non in ipso tantum, sed in discipulis suis hoc contigit. Nam qui contempti erant & uincti, qui innumera patiebantur, dum uiuebant, vbi defuncti sunt, Regibus ipsis erant magis venerabiles, etiam Romæ, quę vrbiũ est regalissima, relictis omnibus ad sepulchra piscatoris, & pellionis currunt, & reges & præsides & milites. Et in Constantinopoli, reges nostri magnam gratiam putant, non si prope Apostolos, sed si extra eorũ vestibula, corpora eorum sepeliantur, fiantque piscatorum ostiarij, reges. *Deut. 21.* Maledictus omnis, qui pendet in ligno. Veruntamen hoc maledictum, hoc abominabile, hoc extremi supplicij symbolum, crux, diadematibus & coronis clarior facta est. Neque enim sic regia corona ornabatur caput, ut cruce, & quã omnes prius abhorrebant, eius figuram tantopere quærunt, atque adeo ubique ea inuenitur apud principes, apud subditos, apud mulieres, apud viros, apud virgines, apud nuptas, qui omnes ea se signant inscribendo in nobilissimum membrum nostrum. In fronte enim nostra quasi in columna quotidie figuratur. Hanc vbique celebrari uideri licet in domibus, in foro, in solitudine, in montibus, in collibus, in vijs, in vallibus, in mari, in 12 nauigijs, in lectis, in uestibus, in armis, in thalamis, in vasis argenteis, in aureis, in murorum picturis, in corporibus brutis male affectis, in corporibus a dæmoniis obsessis, in bellis, in pace, in diebus, in noctibus, in delicatorum choreis, in monachorum ordinibus, adeo certatim donum hoc mirabile rapiunt omnes. Mira est hæc gratia, nullus confunditur, nullus erubescit cogitans, q maledictę mortis, symbolum fuerit, sed omnes ipso magis ornantur, quàm diadematum coronis, vel multis gemmatibus monilibus, & torquibus. Vellem audire a pagano, vnde symbolum tam maledictæ mortis ac supplicij, omnibus tam desiderabile, si non magna Crucifixi virtus. Ipsum Christi lignũ, in quo crucifixum sanctũ Domini corpus fuit, quare eam habere totus orbis contendit, vt qui paruum quidam ex illo habent, hoc auro includant, tam uiri, quàm mulieres, & ceruicibus suis aptant, hinc valde honestati, & magnifici, & muniti, & protecti, licet condẽnationis fuerit lignum. Hæc omnia præuidens Propheta dicebat, Et erit requies eius honor. Crux mortem sustulit, inferni æreas portas confregit, diaboli arcem expugnauit, totum orbem condemnationi subiectum, eripuit plagam a Deo immissam aduersus naturã nostram, remisit. Tantum ac tale post Crucifixi mortem, robur accepit. Disce ergo quanta eius sit uirtus, quomodo sine bello, & omnia facile operetur. Alia præter hæc, ostendũt eius uirtutem. Orbẽ.n. cũ esset sterilis in sermone virtutis, & ut bonũ pariat esset uelut infecunda mulier, fecitq; eũ paradisum frugiferũ. Quod antea Propheta dixerat, Lætare sterilis q nõ paris, erũpe & clama, q nõ parturis, q a multi filij desertæ magis q̃ eius, q habet uirũ. Et Hier. 31. Hoc est testamentum, qđ disponam eis; dabo enim leges meas in mentibus eorũm, & in corde eorum inscribam eas. Præterea illam magnam mutationem, eruditionemque facillimam de

In lib. cui titulus est, aduersus gentiles n. 5.

Esa. 54.

Esa. 11.

clarans, prædicebat, & non docebit unusquisque proximum suum dicens, Cognosce Dominũ, quia omnes scient me a minimo vsque ad maximũ. [Infra:] Docebantur homines quæ acceperant a patribus, auis, & proauis, alijsque superioribus progenitoribus, & philosophis, & rehtoribus, respuere, quod sane difficillimum erat, ac difficilius nouam accipere cõsuetudinẽ, quæ nuper irrepserat, illamque ualde laboriosam. Abduxit namq; Christus a uoluptate, & induxit ad ieiunium, abduxit ab amore opum, & induxit ad amorem paupertatis, abduxit a luxu, & induxit ad temperantiam, abduxit ab ira, induxit ad mansuetudinem, abduxit ab inuidia, induxit ad benignitatem, abduxit in via lata, & induxit in angustam, & arctam assuetos uitæ latæ. Neque enim alios homines extra huius mundi consuetudinem uiuentes, assumpsit sed illos ipsos, qui in talibus uitijs computruerant, & luto molliores erant, iussit, vt angustam & arctam uiam, asperamqua illam & duram ambularent. Et persuasit non duobus, vel decem, vel centum, sed omnibus ferme sub sole habitantibus. Et per illiteratos, & barbaros, & ineloquentes piscatores, robore corporis, præcellentia gloriæ, dignitate progenitorum, uehementia rhetorices, eminentia scientiæ carentes, ædificauit Ecclesiam hanc, quæ a finibus, vsque ad fines extenta est. Neque hoc solum mi- 14
rabile, quod pauperes illi totius orbis correctionem attentarunt, sed quod hoc non in pace fecerunt, sed infinitis bellis hinc inde excitatis. Nam in vnaquaque gẽte & ciuitate, & quid dico gente, & ciuitate? in singulis domibus gerebatur bellum. Radicata enim hæc doctrina, & puerum sæpe a patre diuisit, & nuptam a socru, & fratrem a fratre, & seruum a domino, & subditũ a principe, & uirum a muliere, & patrem a pueris, neque enim simul omnes crediderunt. Ad hæc, quotidianas inimicitias, cõtinua bella, multasque ipsis mortes attulit. Et fecit ut Apostolis quasi communes hostes & inimicos, plerique aduersarentur, abigerentque eos a se omnes reges, principes, priuati, populi urbes, & non solum ipsos, sed quod grauius est, nouitios in fide, & eos qui ab ipsis instruebantur. Eodem enim bello premebantur & discipuli & magistri. Videbatur enim doctrina hæc contraria præceptis regijs, & consuetudini, & patrijs moribus, quandoquidem docebant ad idolis abstinendum esse, despectui habenda altaria, quæ patres progenitoresque ipsorum coluerant, respuenda sacrificia, quæ ipsis maxime horribilia & formidabilia videbantur, pro quibus, & animas potius exposuissent, quàm ut eligerent ea, quæ ab illis dicebantur, & crederent in natum ex Maria, & Crucifixum. Quæ facta sunt uirtute eius, qui iussit, ille enim *Gen. 1.* 15
omnia faciebat. Quo enim modo ille dixit, Fiat cælum, & monstrauit opus, fundetur terra, & illius substantia producta est, fulgeat sol, & indicauit aiistrum, omniaq; uerbo operatus est: eodem modo idem & ecclesias illas plãtauit, ubi dixit, Ædificabo Ecclsiã meã, multa acceleratio ne facta est, etiam contra illã, tyrannis se armãtibus, & militibus arma mouentibus, & populis plus valido igne insanientibus, & obluctantę cõsuetudine, etiam oratoribus, & sophistis, & diuitibus, & principibus insurgentibus, sermo Dei uelut ignis validus spinas consumpsit. Et licet hi qui crediderunt in carceribus seruarẽtur, despecti essent, occiderentur, & omne tormentorum genus sustinerent, ut hostes publici, plures tñ semper accrescebant. Et quamuis uiderẽt fluere torrentes sanguinis credentium, feruentiores tñ reddebantur in fide, & magistris vinctis, fugatis, flagellatis, discipuli plures fiebant, & magis studiosi. [Infra.] Numera quot tyranni ab illo tempore aduersus ipsam instruxerunt acies, quot grauissimas persecutiones mouerunt, quo modo toto priore tempore, qñ nouitia erat fides, teneræque hominũ mentes, gentiles regnabant, Tiberius, Caius, Nero, Vespasianus, & post illum oẽs usque ad beati Constantini tempora, & om

nes illi, alij minus, alij sæuius infestabant Ecclesiam, veruntamen insidiæ, & machinationes illæ omnes, leuius quam araneorum telæ, discerptæ sunt. Et ea quibus nos inuadebant, & quibus insidiabantur, citius fumo dissoluta, puluere præterierunt infirmiora. [Infra.] Templum iudaicum euertit Dominus, & illud hi, qui olim tam potentes erant, vt se opponerent regibus & populis, & absque sanguine, vbique hostibus
16 prævalerent, miros & inopinatos triumphos statuentes, templum vnum ab illo die usque in hodiernum, reædificare non ualuerunt, quamuis tot, tantique reges, & tanta multitudo in toto orbe dispersa, ipsos iuuarent, essentque sibi tantæ opes. Vides quomodo quæcumque ædificauerit, nullus destruet, & quæcumque destruxerit, nullus ædificabit? Edificauit Ecclesiã, & nullus eam destruere poterit, destruxit templum, & nullus illud ædificare poterit, idque in tam longo tempore. Nam & illam destruere conati sunt, & non potuerunt, & hoc ædificare tentauere, & nec idipsum potuerunt. Nam rex qui hac nostra ætate, omnes alios impietate præcellebat, & facultatem tunc dedit, & cooperatus est, & opus incipiebant, sed nec in minimo profecerunt, nam ignis a fundamentis exiliens, omnes ipsos fugauit. Quòd autem voluerint ædificare, & hoc indicium est, quia vsque nunc manent fundamenta denudata, ut uideas quod attentarunt quidem effodere, & non ualuerunt extruere. Quamuis autem, & olim destructum templum illud, attamen ubi post septuaginta annos redierunt, statim excitatum est, fuitque priore multo præclarius, nunc autem supra quadringentesimum annum est, & nulla neque cogitatio neque spes est, quod instauretur. Quomodo ergo potentes & diuites non potuerunt unum templum extruere, præsertim uidentes cultum suum, alioquin ubique residere quasi ligatum, & Iudaicos ritus aboleri, & sacrificia & oblationes & alia legitima auferri? immo non licebat eis excitare, vel templum, uel altare, aut sacrificium offerre, aut immolate ouem, aut imponere thymiama, aut recitare legem, aut instituere festa, quod vel in uestibulis quondam agebant.

17 HIERONYMVS explicans verba illa: Cum in
Lib. 13 in c. 42. Eze. gressi fuerint sacerdotes, non egredientur de sanctis in atrium exterius, sed ibi reponent uestimenta sua, in quibus ministrant, quia sancta sunt, vestientur que uestimentis alijs, & sic procedent ad populum: sic habet: Quando procedendum est ad eos, qui non possunt tẽpli adyta penetrare, nec diuinæ scientiæ arcana cognoscere, egrediantur, inquit, ad eos foras sacerdotes in atrium exterius, nequaquam cum his uestimentis, quibus intrinsecus induti erant, nec his vtantur sermonibus, de quibus loquitur Deus, Secretum meum mihi,
Rom. 13. Es. 24. Matt. 7. secretum meum mihi, & meis, ne incurrant in illud, quod Saluator prohibet dicens, Nolite sanctum dare canibus, nec proijciatis margaritas ante porcos, sed ponent uestimenta sua intrinsecus, quibus induuntur, quando ministrant in templi adytis, sancta enim sunt, & ad eos qui perfectam non habent sanctitatem, proferri non debent, accipientque alia uestimenta, & sic procedent ad populum. Sic, inquit, loquentur ad populum, quomodo potest audire populus. Vnde & Apostolus Corinthijs loquebatur, in quibus audiebatur
1. Cor. 5. 1. Cor. 3. fornicatio, & talis fornicatio, quæ nec inter gentes quidem, lac uobis potum dedi non escam, idest solidum cibum, nondum enim capere poteratis. Ad quos rursum dicit, Filioli mei quos iterũ parturio donec Christus formetur in uobis. Paruulis enim atque lanctanti
Gal. 4. bus, non solum non prodest solidus cibus, sed interficit eos, qui perfectæ ætatis hominibus congruit.

18 AVGVSTINVS inquit: Multa sunt in Ecclesia
Lib. cõtra epi. Manichæi quam uocant fundamenti. 10 6. catholica, quæ in eius gremio me iustissime teneant. Tenet consensio populorum atque gentium, tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata, tenet ab ipsa sede Petri Apostoli, cui pascendas oues suas post resurrectionem Dominus commendauit usque ad præsentem episcopatum, successio sacerdotum, tenet postremo ipsum catholicæ nomen, quod non sine causa inter tam multas hæreses, sic ista Ecclesia sola obtinuit, ut cum omnes hæretici se catholicos dici uelint, quærenti tamen peregrino alicui, ubi ad catholicam conueniatur, nullus hæreticorum, uel basilicam suam, nel domum audeat ostendere. Ista ergo tot & tanta christiani nominis charissima uincula, recte hominem tenent credentem in catholica Ecclesia, etiamsi propter nostræ intelligentiæ tarditatem, uel uitæ meritum, ueritas, nondum se apertissime ostendat. Nemo ergo me mouebit ab ea fide, quæ animum meum tot & tantis nexibus christianæ religioni adstrinxit.

GREGORIVS explicans uerba, illa: Aquam
19 *Lib. 16. moral. cap. 3. to. 2.* lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem, sic inquit. Hæretici qui sua dogmata prædicare non cessant, sanctam Ecclesiam, quasi de imperitia irrident dicente, aquam lasso non dedisti, & esurienti panem subtraxisti. Panem se esurientibus non subtraxisse suspicantur, quia etiam de inuisibilibus atque incomprehensibilibus requisiti, cum superbia & audacia respondent. Sancta vero Ecclesia, dum quempiam uidet esurire, quod ei non prosit accipere, aut si iam sunt sibi cognita, modeste supprimit, aut si adhuc videntur incognita, humiliter fatetur, eosque ad ordinatæ humilitatis sensum reuocat, cum per suum illis prædicatorem dicit, Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem. Et rursum, Noli altum sapere, sed time. Atque iterum, Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. Et rursum, Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi, ne forte satiatus euomas illud. Mel quippe inuenire, est sancti intellectus dulcedinẽ degustare. Quod tunc sufficienter comeditur, quando nostra intelligentia, iuxta mensuram sensus, sub moderamine tenetur. Nam satiatur mel euomit, qui plus appetens penetrare quàm capit, & illud perdit unde potuit nutriri. Quia ergo sancta Ecclesia ab infirmis mentibus prohibet alta perscrutari, beato Iob dicitur, Esurienti subtraxisti panem.

Rom. 11. *Rom. 11.* *Eccl. 3.* *Prou. 25.*

BERNARDVS ait: Sapientiam loquebatur Paulus inter perfectos, sapientiam in mysterio absconditam. Audiuit aũt uerba ineffabilia, quæ non licet illi loqui. Non utiq; homini, nã sibi illa loquebat & Deo. Puta ergo Deum quasi solicitam Pauli charitatẽ hoc modo consolari, & dicere, Quid anxiaris quòd conceptũ tuum, auditus nõ capit humanus? Sonet vox tua in auribus meis, hoc est si quod sentis nõ licet reuelare mortalibus, consolare tamen quòd uox tua diuinas queat demulcere aures. Vides sanctam animam nunc quidẽ sobriam nobis, nunc uero puritate excedentẽ Deo? Vide etiam de sancto Dauid, ne forte ipse ille sit homo, de quo cum Deo quasi de alio loquitur, Qm̃ cogitatio hominis confitebitur tibi, & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi. Hoc est quod nobis intimare memorato versiculo voluit, quicquid videlicet sua illa scrutabunda & auida cogitatione ex arcano sapientiæ eruere prævalebat, partem quam poterat, in salutem populorum sollicita prædicatione impartiebatur; reliquum quod capere plebs non poterat, festiua iubilatione in Dei laudibus expendebat. Vides sanctę contemplationi deperire nihil, dum quod expendi in plebium ędificationem non põt, id vel maxime Deo sit iucunda, decoraq; laudatio. [Infra:] Qui scrutator est maiestatis,
Prou. 25. ait Sapiens, opprimet a gloria. Non opprimit, qui non scrutator est maiestatis, sed volũtatis, nã qđ maiestati attinet; interdũ quidẽ & in ipsam intendere audet, sed quasi admirans, nõ quasi scrutãs. Sed etsi qñ per excessum rapi in illã cõtingat, digitus Dei est iste, dignãter leuãs hoiem, non hois temeritas, insolenter Dei alta
Act. 9. 2. Cor. 12. peruadens. Cum. n. Apostolus raptũ se cõmemoret, vt ausum excuset, quisnã alter præsumat mortalium huic se di-

20 *Ser. 62. in Cantica. 1. Cor. 2.* *Cant. 2.*

21

se diuinæ maiestatis horrendo scrutinio proprijs intricare conatibus, & importunus contemplator pauendia irrũpere in arcana? Scrutatores proinde maiestatis, tamquam irruptores dici reor, non qui scilicet rapiuntur in eam, sed qui irruunt. Ipsi itaque opprimuntur a gloria. Ergo formidolosa scrutatio, maiestatis, at uoluntatis, tam tuta, quàm pia. Etenim reuelata facie 2. Cor. 3. gloriam Domini speculantes, in eandem imaginem transformamur a claritate in claritatem tamquam a Domini spiritu. Transformamur cum conformamur. Absit autem vt in maiestatis gloria, & non magis in voluntatis modestia, Dei ab homine conformitas præsumatur. Ergo in perfectis quidem qui rimari, ac penetrare arcana sapientiæ, & puritate conscientiæ audent, & intelligentiæ acumine possunt, habitat in foraminibus petræ, in alijs autem qui fodere, aut non sufficiunt, aut non præsumũt, habitat in cauerna macerię.

19 Lib. 16. moral. cap. 3. to. 2.

Filij & generaliter homines, laudandi non sunt ex maiorum nobilitate, sed ex propria virtute. Cap. V.

1 Hom. 9. in Matth. to. 2 CHRYSOSTOMVS sic habet: Christus in præsepio collocatur, & in diuersorio manet, & matrem elegit pauperem, nos uidelicet erudiens, ne quid horum esse erubescendum putemus. Itaque ab ipsis omnino principijs, vniuersam mundi pompam calcans, solius nos sectatores præcipit esse uirtutis. Cur enim tu de nobilitate patriæ tumescas, cum te ego totius mũdi iubeam esse peregrinum? Quemadmodum enim Christianus ista debet despicere, quæ ne ab ipsis quidem gentilium philosophis alicuius pretij iudicantur, sed longe extra bona hominis cõstituta, & extremi cuiusdam status sortitia regionem. Et cur, inquis, Rom. 11. Paulus tale quid dicit? Secundum electionem autem, charissimi, inquit, Propter patres. Sed require quando, & de quibus, & ad quos loquens, hoc Apostolus dixerit: Ad eos nempe hic sermo est, qui ex gentibus Christiani, de fidei priuilegio, magnum quiddam tumebant, contraque Iudæos sese insolentius iactabant, atque hoc ipso eos a societate fidei repellebant. Reprimens igitur illorum tumorem, ad fidem istos trahit, atque ad eundem zelum credulitatis accendit. Ceterum quando de magnis loquitur uiris, atque in omni uirtute fortissimis, quomodo loquitur, attende. Qui Heb. 11. autem, inquit, hæc dicunt, significant se patriam inquirere; & si quidem illius meminissent, de qua exierant Ibidem. habebant utique tempus reuertendi, nunc autem aliam meliorem expectant. Et rursum, Secundum fidem mortui sunt omnes isti. Et Ioannes quidem ad Luc. 3. seuenientibus inclamabat, Ne uelitis dicere, quia patrem habemus Abraham. Et iterum Paulus, Non Rom. 9. omnes qui ex Israel, hi sunt Israelitæ, neque qui filij carnis, hi filij Dei. Quid enim filios Samuelis necessi- 2 1. Reg. 8. tudo iuuit parentis, cuius non fuerunt uirtutis hæredes? Quid autem etiam Moysi liberis, paternæ profuit cura iustitiæ, cuius eis non successit imitatio? Itaque neque ad illos patris imperium, quasi ex successione deferturqui illum uocabulo tantum signabant parentem, sed ad eum migrat, qui illius erat filius uirtute, non genere. E regione uero, quid Timotheo nocuisse Act. 16. creditur, quod fuit de patre gentili? Quid autẽ e diuerso Noe filius, de patris uirtute lucratus est, qui ex ingenuo factus est famulus? Vidisti certe, quàm non sufficerit ad suffragium liberis, paterna nobilitas. Vitia siquidem uoluntatis, uicerunt priuilegia naturæ, & peccantem non modo de nobilitate patris, uerum de ipsa Genes. 25. libertate etiam pepulerunt. Esau quoque nonne sancti Isaac erat filius, magno etiam patris fauore munitus, qui scilicet studebat atque cupiebat, primatus ei benedictionem donare; propter quod etiã ille omnia patris iussa faciebat, sed tamen quia prauus moribus erat, nihil ex his omnibus adiutus prorsus est, sed & iuxta naturæ ordinem prior, & de patris uoluntate securior, quia tamen displicebat Deo, omnia quæ iam tenere uidebatur, amisit. Et quid ego de hominibus loquor? Iudæi quondam, filiorum Dei honore gaudebant, sed decoloratos vitijs, nihil iuuat tanta nobilitas. Si igitur Dei quis filius factus nisi huic nomini meritum uirtutis addiderit, etiam maius subito profecto habebit supplicium. Quid mihi iam auorum, atque proauorum memoras dignitates? Nequaquam ergo hominum accedamus sententiæ, qui de nobilitate gloriantur, ne in extremam inopiam decidamus, sed illam potius experamus nobilitatem, quæ consistit in splendore uirtutum; illam uero paupertatem refugiamus, quæ nos constituit in squalore uitiorum.

3 Hom. 2. ex imperf. to in Matth. IDEM explicans illa uerba ex capite 13. Nolite dicere, quia patrem habemus Abraham, sic habet: Quid enim prodest ei, quem sordidant mores, generatio clara? Aut quid nocet illi generatio vilis, quem mores adornant? Ipse se uacuum ab omnibus bonis moribus ostendit, qui gloriatu in patribus. Quid profuit Cham, quod filius fuit Noe? Nonne separatus de Gen. 11. medio filiorum? Aut quid nocuit Abrahæ, quòd patrem habuit Thare luteorum deorum cultorem? Nonne separatus a genere suo, positus est in caput fideliũ, vt iam non diceretur filius peccatorum, sed pater sanctorum? Nec potuerunt gloriam eius sordidare, paterni errores. Nam & aurum de terra nascitur, sed non est terra. Et aurum quidem eligitur, terra autem con- Ibidem. temnitur. Et stannum de argento egreditur, & non est, argentum. Itaque argentum colatum seruatur, stannum autem foras expellitur. Melius est de contemptibili genere clarum fieri, quàm de claro genere contemptibilem nasci. Qui enim declaro genere, clarus nascitur, gloria claritudinis eius, non est eius solitus, sed communis videtur cum genere. Qui autem de contemptibili genere clarus egreditur, tota gloria claritudinis eius, eius solius est. Item, qui de contemptibili genere contemptibilis nascitur, turpitudo contemptibilitatis illius, non eius solius, sed etiam generis est eius. Qui autem de claro genere contemptibilis nascitur, omnis turpitudo illius, eius solius est. Ideo melius est, vt in te glorientur parentes, qui talem filium habent, quàm te glorieris in parentibus. Sic & vos nolite gloriari dicentes, quia patrem habemus Abraham, sed magis erubescite, quia filij eius estis, & sanctitatis eius non estis hęredes.

4 Ho. 20. in Ioan. to. 3. IDEM exponens illa uerba Ioann. 2. Quid mihi & tibi mulier, inquit: Ea sententia dictum existima, non quòd matrem negligeret, sed nihil eis utilitatis matris nomen allaturum ostenderet, nisi bonitate, & fide præstaret. Dictum est Christo, Beatus uenter qui te portauit. Et ipse respondit, Quin immo beati Luc. 12. qui audiunt verbum Dei. Quòd si Mariæ nihil sine virtute matris honor erat allatura, longe minus nobis patris, matris, aut filij bonitas, nisi aliquid nostrum afferamus. In nullo namque alio, nisi in solis suiipsius virtutibus, post diuinam gratiam, de salute cupiam ipse randum est, [Infra:] Nolimus igitur ob terrenam nobilitatem in superbiam efferri. Multi Christi Domini cognati secundum carnem, perierunt. Licet longam progenitorum & quidem clarissimorum seriem numeremus, in his gloriandum non est, nisi eorum virtutes superare contendamus, scientes aliorum nobis opera, non modo nihil in futuro iudicio profutura, verum grauiter nos condemnatura, cum optimorum parentum liberi, & domesticis exemplis eruditi, nihil profecerimus. Hoc ideo in præsentia dico, quoniam multi fideles, suæ vitæ nullam curam adhibentes, cũ ad virtutem hortantur, in suam adducunt excusationem, q̃ pater, auus, atauus pietatẽ maxime coluerint. Id te accusat, q̃ ex talium uirorum semine, his te indignum præstiteris. Ita semper bona progenitorum opera non modo nulli ad laudem, sed ad crimen longe quidẽ grauius ius ascribit, qui ipsos non imitatur.

5 *Epist. 3. ad Heliodorū epitaphium Nepotiani. to. 1.*

HIERONYMVS inquit: Præcepta sunt rhetorum, vt maiores eius qui laudandus est, & eorum gesta, altius repetantur, sicque ad ipsum per gradus sermo perueniat, quo uidelicet auitis, paternisq; uirtutibus illustrior fiat, aut non degenerasse a bonis, aut mediocres ipse ornasse uideatur. Ego carnis bona, quæ & ipse semper contempsit, in animæ laudibus non requiram, nec me iactabo de genere, ideſt de alienis bonis, cum Abraham & Isaac sancti uiri, Ismaelem & Esau peccatores genuerint, & e regione Iephte in catalogo iustorum Apostoli voce numeratus, de meretrice sit natus. Nec uirtutes nec uitia parentum, liberis imputantur.

6 *Epist. 14. ad Celantiam matronam.*

IDEM sic habet: Nulli te vmquam de generis nobilitate præponas, nec obscuriores quasque & humiliore loco natas, te inferiores putes. Nescit religio nostra personа accipere, nec conditiones hominum, sed animos inspicit singulorum, seruū & nobilem de moribus pronunciat. Summa apud Deum libertas est, nō seruire peccatis. Summa apud Deum est nobilitas, clarum esse uirtutibus. Quid apud Deū in uiris nobilius Petro, q̄ piscator & pauper fuit? Quid in feminis beata Maria illustrius, quæ sponsa fabri describitur? Sed illi piscatori & pauperi, cœlestis regni a Christo credun tur claues. Hæc sponsa fabri, meruit esse mater illius, a quo ipsæ claues datæ sunt. Elegit enim Deus ignobilia & contemptibilia huius mundi, vt potentes, ac nobiles, ad humilitatem facilius adduceret. Nam & alias frustra sibi aliquis de nobilitate generis applaudit, cū uniuersi paris honoris, & eiusdem apud Deum pretij sint, qui uno Christi sanguine sunt redempti, nec interest qua quis conditione natus sit, cum omnes in Christo æqualiter renascamur. Nam etsi obliuiscimur, quia ex vno omnes generati sumus, saltem id semper meminisse debemus, quia per unum omnes regeneramur.

7 *In epist. 1. quæ est ad Demetriadem Virginem to. 9.*

IDEM sic ait: Omne studium tuum, omnisq; cura in exornandis moribus exhibenda est. Quibus ita uacare debes, & ita occupare mentem totam, vt non diu tem te sentias esse nec dominam, nobilitatis ad hoc tā tum memineris, vt cum claritate generis morum sanctitate contendas, & cum nobilitate corporis, animi uirtute nobilior, proficias, magisque illa nobilitate glorieris, quæ filios Dei, & cohęredes facit Christi. Ad quam si semper inspicias, dum credis gaudium te habere quod maius est, desinis de eo quod minus est, gloriari. Omnis ista præclari generis dignitas, & illustre auiti sanguinis decus, ad animam transferantur. Ille clarus, ille sublimis, ille sit nobilis, ille tunc integram nobilitatem suam seruare se credat, si dedignetur seruire vitijs, ab eisque non superari, a quo enim quis superatur, huius & seruus est. Quid enim hac seruitute animi indignius, quidue turpius, quām cum in eo, aut dominatur odiū, aut regnat inuidia, aut auaritia possidet, aut ira tenet? Nō est quòd sibi aliquis de nobilitate generis blandiatur, si ex meliore parte sit famulus. Multo est indignius mente seruire, quam corpore.

8 *In lib. cuius titulus est exhortatio ad virgines to. 4.*

AMBROSIVS sic habet: Nullum ad commendationem hominis, conditio affert impedimentū, nec dignitas pro sapiæ meritum, sed fides affert, siue seruus sit siue liber, omnes in Christo unum sumus, & unusquisq; quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet a Domino, nec seruitus derogat, nec libertas adiuuat. Seruus, ait Apostolus, uocatus es, non sit tibi curæ; qui enim uocatus est in Domino seruus, libertus est Domini, similiter qui liber uocatus est, seruus est Christi. Apud Christum enim seruitus & libertas, æqua lance penduntur, nec ullo discerniculo, bonæ seruitutis, & libertatis merita diuiduntur, quia nulla maior est dignitas, quām seruire Christo.

9 *Lib de paradiso c. 4. to. 5.*

IDEM sic ait: Apprehendit Deus hominem quem fecit, & posuit eum in Paradiso. Vbi aduerte, quia extra Paradisum uir factus, & mulier intra Paradisum, vt ad uertas quòd non loci, non generis nobilitate, sed uirtute unusquisque gratiam sibi comparat. Denique extra Paradisum factus, hoc est in inferiori loco, uir melior inuenitur, & illa quæ in meliori loco, ideſt in Paradiso facta est, inferior reperitur; mulier enim prior decepta est, & uirum ipsa decepit.

10 *Lib. de Nabuthe Izraelita ca. 13.*

IDEM sic inquit: Quid superbis diues? Quid discis pauperi, noli me tangere? Nonne sic vtero conceptus, & natus es, quemadmodum & pauper est natus? Quid te iactas de nobilitate pro sapia? Soletis & canum uestrorum origines, sicut diuitum recensere, soletis & equorum uestrorum nobilitatem, sicut consulum prædicare, sed nihil istud currentem iuuat, non datur nobilitati palma, sed cursui. Deformior est uictus, in quo & nobilitas generis periclitatur. Caue igitur diues ne in te erubescant tuorum merita maiorum, ne forte & illis dicatur, cur talem instituistis? Cur talem elegistis hęredem? Non in auratis laquearibus, hęredis est meritum, laus ista non hominum, sed metallorum est, in quibus homines puniuntur.

11 *In c. 9. epist. Pauli ad Rom. to 3.*

IDEM explicās uerba illa: Non solum autem hæc, sed & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nri; cum enim nondum nati fuissent & cæt. sic ait loquens de Iacob & Esau. Neque quia Iacob laudatur, omnes ex eo nati, filij eius dicendi sunt, aut quia Esau displicet omnes ex eius origine, reprobi sunt, cum uideamus de Iacob traduce natos, factos perfidos, & de Esau, fideles & Deo charos. Omnes enim Iudæi credentes & non credentes, ex Iacob habent originem, & quia de Esau sunt boni & fideles, probat Iob, qui est ex filijs Esau quintus ab Abraham, hoc est nepos Esau. Vbi vides quòd progenitorum virtus parum conducat, vt eorum filij & successores, virtute sint probati.

Filij erudiendi sunt ab incunabulis, suntque moderate corripienda, & diligendi. Cap. VI.

1 *Lib. 1. in c. 1. Iob to. 2.*

ORIGENES ait: Iob uitulum unum coram filijs suis pro peccatis eorum iugulabat, ut uidentes ipsi filij, metuentes ac pauentes, ab omnibus peccatis quæ animas perimunt, declinarent, & iuuentutis ignorantias a se mortificarent. Hæc uniuersa faciebat beatus Iob, sapienter considerans, sancteque cogitans, & dicens, Ne forte filij mei mali aliquid in corde suo cogitauerint aduersus Deum. O sinceritas patris; O dilectio parentis; O studium genitoris; Non enim tantum pro corpore sollicitus erat, sed etiam pro anima cogitabat. Ne forte, inquit, filij mei, qui in disciplina, nutriti sunt qui in eruditione creuerunt, qui in Dei timore exercitati sunt, ne forte filij mei, quibus uiuis ego gaudeo, si pisi vixerint Deo, si ipsi a creatore non recesserint. Ne forte filij mei in corde suo, in mente, in animo, aliquid cogitauerint contra Deum. Ac si diceret: Ne forte aliqua mala cogitatio in cor eorum ascenderit, quæ a Deo longe facit. Dico beate Iob, quomodo permitteres, ut aliquid mali filijs tuis in uerbis, atque operibus euidentioribus expediret, qui pro occultis & subditis, aut omnino forsitan non existentibus, ita nimium sollicitus fueris, atque curam gesseris, qui sollicitus, atque metuens dixisti, Ne forte filij mei in corde suo, male aliquid cogitauerint aduersus Deum, ne forte de impudicitia cogitauerint, ne forte ad impietatem declinauerint, ne forte illicita meditati fuerint, ne forte iniusta concupierint, ne forte aliqua radix amaritudinis exorta in animis eorum, ipsis nocuerit? Hæc atque his similia plurima intra semetipsum tractans beatus Iob dixit, Ne forte filij mei in corde suo male aliquid cogitauerint aduersus Deum. Sic itaque omnimode sanissime cogitans pro animabus filiorum suorum Iob dixit, Ne forte filij mei in corde suo mali aliquid cogitauerint contra Deū. Sed plerique hominū

hæc

hæc non reminiſcuntur, qui filios ſuos ab infantia exterminãt, q̃ filios ſuos, & filias ſuas ab incunabulis nõ erudiunt, non corripiunt a iuuentute, non prohibent mala, non coercent illicita, non admonent timorem, Dei, non vitę æternę introitum docent. Non enim educãt eos in diſciplina Domini, quia non egerunt curam pro animabus eorum, neque ſolliciti ſunt pro ſalute, vel perditione filiorũ. Huiuſmodi cum non erudiunt, neque corripiunt filios ſuos, & ipſorum animas igni inexringuibili in interitum tradunt, & ſemetipſos in
3 furorem iudicij demergunt. Omnia enim quæ deliquerint filij, de parentibus requirũtur, qui nõ erudierint, neque corripuerint filios ſuos. Huius euidens exemplum in Heli oſtenditur, & in filijs eius. Hęc ſciens glorioſus Dei famulus Iob, non ſolum a manifeſtis peccatis obſeruat filios ſuos, ſed & ab occultis, ne mali aliquid in corde ſuo cogitarent. Hoc nimirum faciebat, non ſemel, aut ſecũdo, neq; vno anno, aut duobus, ſed ſic faciebat Iob omnibus diebus uitæ eorum. Non quieſcebat, non fiduciam reſumebat, non obdormitabat, neq; obliuiſcebatur, non erat negligens, ſed ita faciebat cunctis diebus vitę eorum, magnum theſaurum ſe credens habere in regno cęlorum, ſi inuiolatos, atque immaculatos filios exhiberet, atq; ad regnum cęlorum eos mitteret.

4 BASILIVS ait: Filios habes? Eis theſaurum ſempiternum theſauriza. Relinque bonam filiis memoriã, magis quàm diuitias multas. Fac omnes, filio tuo ratione pietatis ac benę ficentiæ, patres. Si in malitia uixeris, ac multos in vita læſeris, & omni fera truculentior fueris, ijs qui tecum commericũ habent, demum cũ è uita diſceſſeris, filium tuum communẽ omnium hoſtẽ relinques. Quemadmodum enim ſcorpii filium quicũque aſpexerit, metuet, ne ubi per ętatem licuerit, patris venenum imitetur; ſic item & ex te deſcendentes liberos, vt paternæ iniquitatis hęredes futuros, prius quàm ad ætatem ueniunt, omnes cauebunt, illiſque in fidiabuntur, quos imitatores putabunt paternæ malitiæ, ex mala ipſorum educatione.

5 IDEM: Inquit Scriptura, Filij Heli filij Belial. Eo igitur, quòd in hos pater, cum eſſent tales, non ſe vehementem adhibuerit, eiuſmodi aduerſum eos, clementiſſimi alioqui Dei, iracundiam concitauit, ut facta cõtra ab alienigenis impreſſione, illi ipſi eius filij vno & eodem die in prælio trucidati occubuerint, & populus fuerit uniuerſus debellatus, quàm plurimis, ex eo, internecione conſumptis, ęq; in arcam ſacroſanctæ teſtamenti Dei ſecuta ſint, quæ ante illam memoriam, nemo vmquam audierat. Ex quo eſt coniecturam capere, quàm magnus in nomen Dei riſus, quantumq; ludibrium apud extraneas illas nationes conſequeretur. Atq; ad hæc omnia ſcriptum legimus, ipſum Heli miſerabili admodũ exitu, uitam terminaſſe. Hęc tam multa populo euenere, tales propter filiorum ſcelus, calamitates accidere. Nèque enim quod ad ipſum nomina tim pertineret, in uita unquam ſua, ipſe reprehenſus eſt, de quo quidẽ neque hoc dici poteſt, quòd eorum flagitia tacitus ſuſtinuerit, qui eos ſæpe admoneret, atque a peccatis iſtiuſmodi diſcedere cohortaretur ſic dicens, Nolite filij mei, nolite, nõ eſt bona fama quam ego audio de uobis. Atque etiam magnitudinem ſceleris exaggerans, periculum ipſis formidabilius proponit, cũ ait, Si peccauerit uir in uirum, orabũt pro eo ad Dominum, ſi autem in Deum peccauerit, quis orabit pro eo? Verũtamen, quoniam ut dixi, non eum quẽ par erat aduerſum ipſos animi zelum præ ſe tulit, ſecuta ea ſunt poſtea, quæ memorauimus.

6 CHRYSOSTOMVS inquit: Illud autem ueſtram charitatem rogauerimus, vt & uos uirtutis curã geratis, & continentiam filios veſtros doceatis. Hinc enim, ut ita dicam, omnia mala naſcuntur. Conſuetudo enim malitiæ, proceſſu temporis inualeſcens, tantum facit malum, ut poſtea non poſſit aliqua uinci admonitione. Et cũ ſemel a malitia fuerint occupati, quaſi in captiuitatẽ eſſent adducti, quoquo diabolus iuſſerit, eunt. Ille enim eis imperat, & pernicioſa eis dat mãdata, quæ iuuenes libenter perficiunt, præſentem, tantum uoluptatem ſpectantes, & futurum dolorem non cogitantes. Ideo oro ut præbeatur manus pueris noſtris, ut ne etiam pro his quæ illi peccauerunt, pœnas ſuſtineamus. An neſcitis quid ſeni Heli acciderit, cum non debite emendaret filiorum delicta? Quemadmodum enim medicus, ſi morbum ſectione indigentẽ, curare ceſſat, ac moratur, ſtatim incurabilis erit morbus, & inutile, alioqui utile remedium faciet, ita & ſenex ille cum deberet filios ſuos pro peccatorum qualitate emẽdare, nimia uſus lenitate, illos arguit. Proinde oro exemplo hoc timeamus, & habentes filios prouideamus eis de honeſta educatione, & in ſumma, vnuſquiſque curam eorum agat, qui apud ſe habitant, & lucrũ maximum ducat, utilitatem proximi.

1. Reg. 4.

1. Reg. 2.

7 IDEM ait: Si mater fueris, in exemplum Annæ, cõſecra filium tuũ Deo, & ipſum, templũ Deo regale para. Caue ne filius tuus, qui templum eſt Dei, fiat ſpelunca latronum. Fit autem latronum ſpelunca, cum patimur illiberales ac ſeruiles concupiſcẽtias intrare, ſedemque figere in adoleſcẽtulorum animis. Tales enim cogitationes, grauiores & pernicioſiores ſunt latronibus, quæ puerorum ingenuitatem uertunt in ſeruilitatem, ipſoſque brutis cupiditatibus dedunt in ſeruitutem, undiq; confodientes illos, ac mentem illorũ multis implentes vulneribus. Quapropter, oẽs id genus affectus, ab illorum animis depellamus, quo uidelicet filij nobiſcum, cęleſtis ciuitatis ualeãt eſſe participes. A primis ſtatim annis inducamus eos ad diſciplinã reipublicæ cęleſtis: [Infra:] Omnes uos exhortor, ut a teneris ſtatim annis, & filios & filias, ſanctis functionibus dedatis, non aurum de fodientes, non argentum congregantes, ſed modeſtiam, ſobrietatem, pudicitiã, reliquaque uirtutes omnes in animis eorum reponentes, dicẽte Paulo, Si q̃s ſuorũ & maxime domeſticorũ curã non habet, fidem negauit, & eſt infideli deterior.

Homil. de Anna, & Samuelis educatione.

1. Tim. 5.

8 IDEM per totam diſertiſſime oſtẽdit amorẽ huius ſanctiſſimæ feminæ, erga filios, qualiter eos educauerit, quàm conſtanter, ſingulorum mortem aſpexerit, quàm læto vultu ſingulorum tormenta conſideraverit, vt exemplo huius, matres diſcant, amorem filiorum moderari, ipſoſque in uirtute educare.

In hom. de natiuit. ſanctę Machabæorum.

9 IDEM ait: Regulariter matres, corpus natorũ ſuorum amant, animam autem contemnunt. Deſiderant enim ualere illos in ſæculo iſto, & nõ curant quid paſſuri ſint in alio. Alij militas filijs ſuis prouidẽt, alij honores, & nemo filijs ſuis prouidet Deum. Perditionẽ illorum cum magno pretio comparant, & ſalutem illorum, nec dono accipere uolunt. Si uiderint illos pauperes, triſtantur, & ſuſpirant, ſi autem uiderint illos peccantes, nemo triſtatur, ut oſtendant quia corporũ ſunt parentes, non animarum.

Homil. 35. ex imperfecto in Matthæum t. 2.

10 IDEM inquit: Si liberis tuis magnas opes relinquere vis, Dei prouidentiam eis relinquito. Abſit igitur vt hoc conſideremus, quemadmodum liberos, relicturi ſimus diuites, ſed quemadmodum uirtute præditos, nam ſi opibus confiſi fuerint, nullius rei alterius curam ſuſcepturi ſunt, vt qui habituri ſint, unde morum prauitatem adumbrare poſſint, nempe a facultatum abundantia, qui ſi uiderint ſeſe illo ſolatio, atque auxilio deſtitutos, omnem operam nauabunt, vt virtute ipſa, magnum paupertati ſolatium, acquirant. Ne igitur opes illis relinquas, ut uirtutem relinquas, nam ſummæ quidem eſt amentiæ, illis dum uiuimus facultatum omnium noſtrarum Dominum permittere, ab obitu uero noſtro, magnam iuuentutis lenitati, licentiam relinquere. Quamquam dum uiuimus ipſi poſſumus quidem eos ad rationis calculos uocare, facultatibus non recte utentes, emendare, ac cohibere, uita uero functi, ſi una cum orbitate

Hom. 7. in epiſt. Pauli ad Ro. t. 3.

ac iuuentute, & opum quoque licentiam addiderimus, fiet profecto, ut in infinita præcipitia miseros illos ac calamitosos impellamus, ignem igni adijcientes, & oleum foco stillantes. Quapropter si illos citra periculum vis diuites relinquere, relinquito eis Deum debitorem, ipsique Deo has testamentarias tabulas porrigito.

11 IDEM ait: Exerceamus ad uirtutem & pietatem, molles filiorum animos, cetera omnia secundo loco quæramus. Nam si quidē illi improbi fuerint, nihil eis pecuniæ proderunt, si autem probi, nihil ex paupertate lædentur. Vis filium relinquere diuitem? Bonum illum ac benignum esse doce; ita enim etiam rem familiarem auctiorē facere poterit. Quod si tenuis illa substantia fuerit, nihil deteriori in loco erit, quàm hi qui plurima possident. Quod si malus ille fuerit, etiamsi infinitam illi substantiam relinquas, non illi custodem reliquisti, sed longe deteriore conditione feciſti, quam si ad extremam deuenisset inopiam. Quippe filijs non recte institutis, præstat pauperes esse, quā diuites. Matres item, filiarum uobis curam assumite, est ea cura perfacilis, curate sollicite, ut domi iugiter sint. Ante omnia pias esse, religiosasque docete, aspernari pecunias, exterioriſque ornatus contemptrices esse, atque ita demum nuptijs tradite, ita si ipsas instituerit, non eas modo seruabitis, uerum & viros qui illas ducturi sunt, neque uiros tantum, sed etiam filios, atque nepotes. 12 Quippe ex radice optima, surculi prodeunt firmiores, ac semper in meliora proficiūt, horumq; omnium merces, vobis reddenda est. Ita nempe paterna domo decet progredi uirginem, ac matrimonio iūgi, quemadmodum ex palæstra luctatorem, sitque veluti fermentum, quod massam omnem in suā transfert pulchritudinem. Quid igitur si mater pessima fuerit, atque innumeris sceleribus plena, ex hac liberorum educatione lucrabitur? Nempe eos similes sibi necessario faciet. Ceterum de ea, quæ uirtutibus polleat, ista Apostolus dixit, Testimonium in bonis operibus habere, si enutriuit filios, id inter cetera posuit. Neque enim parui meriti est, indultos nobis a Deo liberos, ad ipsius exercere militiam, eique, ab ipsis infantiæ pannis, dedicare. Nam si eiusce educationis fundamenta iecerint, maximis afficiendi sunt præmijs; quemadmodum si neglexerint, grauissimis cruciatib. Nempe & Heli propter filios perijt, illos quippe cum acrius coercere debuisset, verbis tandem lenibus monuit. Quocirca dum illis molestus esse seuera increpatione recusat, & illos, & seipsum vna perdidit. Audite hæc patres, vestrosq; filios in disciplina & correptione Domini erudite summa 13 cum diligentia. Est enim iuuentus fera, plurimisq; indiget institutoribus, magistris, pædagogis, atq; nutritoribus. Votiq; res est, posit adeo exactam diligentiam eam continere posse, non secus quam equus quidam indomitus, veluti ferabelua. Si igitur illi ab ipsis statim initijs, atq; primæ ætate leges optimas imponamus, minimum posit hac laborabimus, verum consuetudo ipsa uirtutis in legem transiet. Nihil eos agere permittamus ex ijs quæ noxie iucūda sunt, neque illis ut pueris indulgeamus. Admoneamus igitur illos, corripiamus, terreamus, & modo istud, modo illud faciamus. Magnum habemus, pretiosumque depositum filios, ingenti illos seruemus cura, atque omnia faciamus, ne fur id nobis astutus auferat. At uero nunc contra penitus facimus. Nam vt fundus sit optimus cuncta molimur, eumque fideli uiro magno cum studio tradimus, & agasonē, ac dispensatorē, qui nobis magna beneuolentia afficiatur inquirimus, ceterum quod nobis chariſſimum omnium est, omnino negligimus, neq; curamus quo pacto filium nostrum fideli cuipiā viro permittamus, qui ipsius tueri ac seruare pudicitiam possit. Igitur maior nobis possessionum cura est, quàm eorum quorum ille gratia comparantur, quod profecto absurdissimum, atque stolidissimum est.

Hom. 9. in epist. 1. Pauli ad Tim.

IDEM explicans illa uerba ex c. 6. Patres ne prouocetis ad iracundiam liberos vestros, sed educate eos in eruditione & timore Domini, inquit: Vis filium tuum esse morigerum? Ab initio ipsum educa in correptione Domini. [Infra:] Demus illis exemplum facientes eos a primæua ætate Scripturarum lectioni uacare. Quamobrem quæso non imitamini ueteres? Maxime vos mulieres, celebres illas mulieres æmulamini. Peperisti puerum? Imitare Annam, quæ mox illum obtulit templo. Quis uestrum non innumeris modis mallet filium suum Samuelem fieri, quàm totius orbis regem? Et quomodo inquis possibile est, eum talem fieri? Quamobrem non est possibile? Ideo scilicet, quia non uis & non tradis eum illis, qui talem eum facere possent. Et quis talis est, qui hoc possit? Deus. Quando quidem & illa filium suum ipsi commendauit, ac tradidit. Fides ac promptitudo mulieris, totum fecerat. Primum peperat hunc & solum, nec sciebat an reliquos esset paritura, nec dicebat expectabo donec crescat puer, vt rebus mundanis antea vtatur, permittam ut paululum puerili ætati immoretur, sed relictis his omnibus, mulier unū dūtaxat intendit, quomodo statim ab ipsis uitæ exordijs, spiritualem imagunculam. Deo fingēdam offerret. Si didicerit filius tuus ab ipsis initijs pecunias acquirere, quātum lucraberis si artem doceas, per quā pecunias contemnat. Ne quæras, quomodo eum glorioſum facias, sed cura quomodo doceas eum gloriam in hac uita contemnere. 14 *Serm. 21. in epist. Pauli ad Ephesios. 10. 5.*

IDEM inquit: Etsi uitam nostrā omnem, summa 15 cum diligentia & cura disponamus, extrema animaduersione puniemur, si liberorum salutem neglexerimus. Exemplum proferam in Heli, qui non pœna afficit filios, sed tamen dixit, Nolite filij sic facere. Si peccauerit vir in uirum, orabunt pro illo Dominum, si autem Domino peccauerit uir, quis orabit pro illo? Et certe plena sunt grauitatis, reuerentiæ, ac ponderis verba hæc, & quæ recuperare, ac ad statū vitæ melioris reuocare possent eum qui penitus excors & amens non esset. Quippe sceleris immanitatem indicant, & quàm sit metuendum & cauendum admonent, & quæ illud pœna subsequatur, ostendunt. Verum quia non omnia quæque fuerant agenda, ut ea resecarentur uitia, molitus est, & ipse cum illis vnà perijt. Namque & minas ille addere debuerat, & a suo eos conspectu amouere, etiam & verberibus afficere, multoque illis grauius & durius instare. Quia nihil tale egit, uerborumq; tantum monitis contentus fuit, & illis, & sibiipsi, Deum aduersum infestumque constituit. Cumque Deus crimen prosecutus fuisset, tunc demum ingenti cum iracundia cruciatum adiecit; iturani enim, inquit, domui Heli, si peccatum istud de domo Heli expiabitur, siue incenso, siue sacrificijs in æternum. Prorsus illum, 1. Reg. 3. inquit, perire necesse est, nec ipsum modo & eius filios, uerum cum illo domum quoque uniuersam, nullumque medicamentum erit, quo vulnus istud curari possit, quamquam seni illi præter filiorum neglectionem, nihil quo crimini daret, habuit Deus. Erat enim admirandus in ceteris, ut uidere licet ex ipsa quoque calamitatem casuum suorum, Dominus inquit, ipse quod gratum est in conspectu suo faciat. Audita filiorum suorum nec quietus erat, ue- 1. Reg. 4. rum cum tantæ huic cladi, arcam Dei direptam ab hostibus adiecisset, præ mœroris magnitudine, obtenebratus semior, cecidit de sella retro, & contritum est dorsum eius. Qui sine querela, Israel rexerat uiginti annis, quod magnam uitæ diligentiam requirebat, nihil excusare potuit, quominus quia illi cura non fuerat, & diligentissima, & uehemens salutis liberorum, & misere & infeliciter periret, istudque scelus uniuersa recte facta sua magnitudine operuit. Qua tandem nos animaduersione puniemur, qui barbaris omnibus immaniores erganatos nostros sumus? Nec id mihi modo aliquis obijciat, *Ibidem.*

Exo. 13. *Gen. 17.* *Num. 11.*

obijciat,quòd plerique circa filiorum curã, lõge quàm Heli negligentiores,nihil tale perpeſſi ſunt, quale ille. Multi enim ſæpenumero multa,ob id facinus, acerbiora paſſi ſunt,& duriora. Nam unde acerbæ & intempeſtiuæ mortes,vnde morbi perpetui, atque grauiſſimi
17 plerumque nobis, liberis noſtris inferuntur. Vnde damnis & incommodis afficimur? Vnde caſus varios, vnde mala innumera quotidie perpetimur? Nonne & filios noſtros malos aſpicimus,& eos emendare negligimus? Sin vero aliqui effugere fortaſſe viſi ſunt, iſti non in finem penitus, ſed in capitis ſui malum effugerunt;acerbiores enim ac longe duriores, cum exceſſerint e vita pœnas luent. Cur autem, inquies, non hic potiſſimum omnes,qui ſunt eiuſmodi ſupplicijs afficiũtur? Quia ſi iſtud fieret, iamdiu abſumptum defeciſſet omne mortalium genus. [Infra:] Leges intulit de cura pro liberis gerenda, præterquam quod ingẽs eius rei deſiderium, naturæ inſeruit, vt veluti neceſſitatem quandam ineuitabilem prouidentiæ & curæ habendæ filiorum,parentibus conſtituiſſe videatur. Item cum dies feſtos agi ſtatuere filijs ſuis, eiuſce celebrationis rationes & cauſas,vt aperirent, imperauit. Deniq; cum de Paſcha loqueretur adiecit, Et annunciabis filio tuo in die illa. Quod itidem facit in ijs legibus,quas de ſacrificijs tulit. Hæc omnia præcipiebat Deus, vt filios
Exo. 13. ad Dei notitiam adducant. [Infra:] Et ſicut liberorum negligentes, diriſſime punit,ita qui ſtudioſius illorum curam gerunt,collaudans,ſummis honoribus afficit. Senem iſtum virtute ſingulari præditum,puniuit,
Gen. 17. ex huiuſmodi negligentia: Patriarcham vero, cum ex virtutibus reliquis, tum ex hac in primis diligentia, & cura laudauit,atq; honorauit. Cum enim dona illa plu-
18 rima & maxima proſequeretur,quę ſe illi daturum pollicebatur;cauſam quoque adiecit,& dixit: Noui enim, inquit,quòd conſtituet Abraham filijs ſuis, & domui ſuæ poſt eum, & obſeruabunt vias Domini, vt faciant iuſtitiam & iudicium. Redditurí ſunt rationem parentes pro filijs,quos genuerunt, quos educauerunt, qui cum illis domo ſemper conuerſantur. [Infra:] Nulla alia ex ratione, peruerſi vt fiant liberi contingit, niſi quòd eorum patres circa vitæ præſentis cõmoda,æquo amplius incumbunt,& fere,dixerim, inſaniunt. Cum enim illa ſolummodo inquirunt,nihilq; illis præferendum cenſent,& ſuam pariter & liberorum animam negligere coguntur. [Infra:] Atque vtinam hoc tantum culpa eſſet,nihil vtile parentes liberis conſulere, poſſet id,etſi ſit grauiſſimum,aliqua fortaſſe ratione tolerari; nunc uero illos ad ea quæ ſaluti ſuæ ſunt aduerſiſſima, omni ſtudio impellitis. Audias patres miris modis filios ad humanam gloriam prouocantes,ad domos amplas conſtruendas; cœleſtis vero conuerſationis,cœleſtiumque bonorum,nulla omnino fit mentio. Cum ergo hac doctrina teneros illorum animos imbuitis, profecto nihil eos aliud quàm materiam malorum omnium docetis,duos iſtos illis violentiſſimos amores inferentes;pecuniarum ſcilicet,& qui longe perniciosior eſt,leuiſſimæ atque inaniſſimæ gloriæ, qui molliſſimũ, atque tenerrimum iuuenis animum peruertunt. [Infra:] Cum igitur initio,iuuenis ad hanc ſtatim adducatur ſeruitutem,quando iam liber eſſe, quando vndarum moles poterit euadere cunctis impellentibus,atq; mergentibus? Dura enim,dura,ac penitus acuta,ac uio
lenta res conſuetudo eſt, ad vincendam, capiendamq;
19 animam. Cum in primis iſta voluptatem adiutricẽ habeat,virtus vero,ad quam feſtinamus,ingentes prębeat labores. Quocirca Deus ipſe, cum Hebræis, eorum
Num. 11. quæ in Ægypto didicerant malorum, vetus conſuetudo deponenda eſſet,ſeorſum illos in ſolitudinem adduxit,atque ita illorum formabat animos, viam omnem medicinæ & curationis tentans,aſperiorem,atq; lenio rem,nihilque penitus omittens ex his quæ viderentur eorum ſalubritati profutura. Et ne ſic quidem vitia illi effugerunt; ſed cum manna cœleſti cibo alerentur,ce

Serm 21. in epiſt. Pauli ad Epheſios to.5.

Lib.3 aduerſus vituperatores uitę monaſ. to.5.

1.Reg.3.

Ibidem.

1. Reg. 4.

pas tamen & allia,& cetera Ægypti mala, requirebant & præferebant. Adeo conſuetudo valet, tantumq; habet roboris. Si autem Iudæi cum tanta diuinæ diligẽtiæ cura fruerentur,ducem & oratorem præſtantiſſimũ habentes,in nullo meliores euaſerunt, Tu filium tuum iuuenem, in Ægypto media verſantem, nullumq; qui quod ſibi utile eſſe poſſit conſulat,audientem; cunctos vero ad ea quæ ſaluti contraria ſunt ſe exhortari inſpicientem,atque eos omnium maxime qui ſe genuerunt & educauerunt,diaboli laqueos euadere poſſe arbitraris? [Infra:] Adoleſcens quidam admodum locuples, aliquando in vrbe noſtra demoratus eſt gratia acquirẽdæ latinæ ac græcæ linguæ. Hunc pædagogus ſequebatur ſemper,cui ea vna & ſola cura erat,vt ipſius formaret animum. Eum igitur ego aliquando conueniens 20
(erat enim ex his, qui montes, & ſolitudines habitant vnus)cauſam addiſcere ſtudebam,cum omiſſa tam inſigni philoſophia,ac vita, in pædagogi ordinem ſeipſum deiecíſſet. Ille uero cum ſe parum continuiſſet, cunctam iam rei ordinem nobis enarrauit. Puer, inquit, iſte patrem habet durum,immitem,aſperum,mundiq; negotijs uehementer intentum,matrem econtra pudicam,piam,cęleſtiaque ſolum ſuſpirantem, pater filium in ordinem ſuum transferre cupit, id uero mater omnino abhorret. Optat enim illum chariſſimum in monachorum conuerſatione perſpicere. Verum id quidem patri aperte dicere auſa non fuit; metuebat quippe, ne ſi id ille uel leuiter ſuſpicaretur,intempeſtiue iam ſæculi uinculis illum obligaret, & hoc ſtudio abducens ad baltheum abduceret,atque ad omnem quæ ex illo ſolet conſequi vitæ negligentiam,ac poſtmodum,huius propoſiti & vitæ aditum omnem intercluderet. Igitur huiuſmodi artem excogitat. Domum me accerſit ex eremo, mecumque conſilia ſua cuncta communicans, apprehenſam pueri dexteram inſeruit manibus meis. Cum vero illam percontarer,quid ſibi hoc vellet. Vna, inquit, hæc nobis reliqua eſt ſpes obtinendæ filio ſalutis,ſi volueris tu,& paſſus fueris in pædagogi ordinem deſcendere,ſumptoque puero,a nobis proficiſci. Meũ erit perſuadere patri, quòd ſi militarem quoque vitam ille voluerit eligere,perutilis erit dicendi vis & copia; per ſtudia liberalia quæſita. Hæc ego,inquit,ſi efficere potuero,iam illum tu ſeorſum, atque in alieno ſolo te- 21
cum habens, vbi nec pater,nec propinquorum aliquis, impedire ac perturbare poſſit,ſumma illum cum facultate formare poteris,moreſque illius ad id componere; vt veluti in monaſterio ita tecum viuat. Ceterum tu mihi hac in parte conſenti,mecumq; ſalubrem iſtam functionem ſimulaturum pollicere, non parua res agitur, non pro minimis deprecor,de filij mei anima, certamẽ eſt,atque periculum; non ergo ſpernas cunctorũ amantiſſimum,mihiq; luce ipſa chariorem, periclitantẽ, eripe illum laqueis undique iam paratis & poſitis, educ ex procella,& tempeſtate ac turbine. Sin uero tu gratiã præſtare nolueris,Deum iam medium noſtrum appello,& teſtem voco; me quidem nihil horum omiſiſſe, q̃ ad ſalutem huius pueri pertinere videbantur, mundãque eſſe a ſanguine pueri iſtius. Quòd ſi quid illum eiuſmodi contigerit pati, quale ut patiatur fieri vehementer poteſt,quippe iuuenis, & in tantis delicijs degens,tantaque vitæ negligentia,abſte & de tuis manibus requiret Deus animam pueri iſtius. His plura etiã adijciens,miſerabiliterque & vehementer illachrymãs perſuaſit tandem,vt hoc negotium ſuſciperem,atq; cũ his mandatis a ſe dimiſit. Nec ſane inanis fuit iſta machinatio, nec religioſo matris uoto, diuina pietas abfuit. Ita enim puerum illum breui,egreſſus ille pædagogus exercuit,tantamque in eo flammam deſiderij cęleſtis accendit:vt cuncta ſimul repente abijceret,atque ad ſolitudinem conuolaret. 22

Epi.7.quæ eſt ad Læ tam.to.1.

HIERONYMVS quam hortatur vt ab ipſis incunabulis filiam inſtituat ad pietatem chriſtianam, ait: Adhuc tenera filia tua nihil aliud diſcat audire, nihil loqui,

loqui, nisi quod ad timorem Dei pertinet. Turpia verba non intelligat, cantica mundi ignoret. Adhuc tenera lingua, psalmis dulcibus imbuatur. Procul sit ætas lasciua puerorum. Habeat & in discendo socias, quibus inuideat, quarum laudibus moueatur. Magister probæ ætatis & vitæ, & eruditionis est eligendus. Difficulter eraditur, quod rudes animi perbiberunt. Lanarum conchylia, quis in pristinum candorē reuocet? Recens testa diu, & saporem retinet, & odorē quo primum imbuta est. Græca narrat historia, Alexandrum potentissimum regem, orbisq; domitorem, & in moribus, & in incessu, Leonidis pædagogi sui non potuisse carere vitijs, quibus adhuc paruulus fuit infectus. Proclivis est enim malorum æmulatio, & quorum virtutes assequi nequeas, cito imitaris vitia. Nutrix ipsa non sit temulenta, non lasciua, non garrula, habeat modestam gerulam, nutritium grauem. Ipse habitus, & vestitus doceat eam, cui promissa sit. Caue ne aures eius perfores, nec ceruussa & purpurisso, consecrata Christo ora depingas, nec collum auro & margaritis premas, nec caput gemmis oneres, nec capillum irrufes, & ei aliquid de gehennæ ignibus, auspiceris. Prætextata quōdam nobilissima femina, iubēte viro Hymettio, qui patruus Eustochij virginis fuit, habitum eius cultumque mutauit, & neglectum crinem mundano more pexuit, vincere cupiens & virginis propositum, & matris desiderium,
23 & ecce tibi eadem nocte cernit in somnis, venisse ad se angelum, terribili voce minitantem pœnas, & hæc uerba dicentem. Tunc ausa es viri imperium, præferre Christo? Tu caput virginis Dei, tuis sacrilegijs attrecta re manibus, quæ nunc iam arescent, vt sentias excruciata quid feceris, & finito mense quinto ad inferna duceris: sin autem perseueraueris in scelere, & marito simul orbaberis & filijs. Omnia per ordinem expleta sunt, & seram miseræ pœnitentiam, velox signauit interitus. Sic vlciscitur Christus, violatores templi sui,
1. Tim. 3. sic gemmas & pretiosissima ornamenta, defendit. [Heli
2. Tim. 2. sacerdos offendit Deum ob vitia liberorum. Episcopus fieri non potest, qui filios habuerit luxuriosos, non subditos. At e contrario, de muliere scribitur, quia saluabitur per filiorum generationem: si permanserint in fide, & charitate, in sanctificatione cum pudicitia. Sic perfecta ætas & sui iuris, imputatur parentibus, quanto magis lactens, & fragilis, quæ iuxta sententiam Domini ignorat dexteram & sinistram, ideſt, boni & mali differentiam? Si sollicita prouides, ne filia percutiatur a vipera, cur non eadem cura prouideas, ne feriatur a malleo vniuersæ terræ? Ne bibat de aureo calice Babylonis, ne egrediatur cum Dina, & velit videre filias regionis alienæ? Venena non dantur nisi melle circumlita, & vitia non decipiunt, nisi sub specie vmbraque virtutum.
24 Qui paruulus est, & sapit vt paruulus, donec ad annos sapientię veniat, tam bona eius, quam mala, parentibus imputantur. Postquam grandiuscula esse cœperit, & in exemplum sponsi sui crescere, sapientia, ætate, & gratia, apud Deum & homines, pergat ad templum veri patris cum parentibus suis, sed cum illis non egrediatur e templo. Imitetur Mariam quam Gabriel solam in cubiculo suo reperit; & ideo forte timore perterrita est: quia virum quem non solebat, aspexit. Æmuletur eam, de qua dicitur: Omnis gloria eius filiæ regis ab intus. Numquam exeat foras, ne inueniant eam, qui circumeunt ciuitatem, ne percutiant & vulnerent, & auferant pallium castitatis, & nudam in sanguine derelinquant; quin potius, cum aliquis ostium eius pulsauerit, dicat: Laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Non vescatur in publico, ideſt, in parentum conuiuio. Ne uideat cibos quos desideret. Surda sit ad organa, tibia, lyra, cithara, cur facta sint, nesciat. Reddat tibi pēsum quotidie de scripturarum floribus carptum. Te habeat magistram, te rudis miretur infantia, nihil in te & in patre suo videat, quod si fecerit, peccet. Mementote vos parentes virginis, magis eam exemplis docere posse, quam verbis. Nusquam absque te procedat in publicum. Basilicas martyrum & ecclesias, sine matre non adeat. Nullus ei iuuenis, nullus cincinnatus arrideat. Virgiliarum dies, & solemnes pernoctationes, sic virgunculā nostra celebret: vt ne transuersum quidem vnguē a matre discedat. Nolo de ancillulis suis aliquam plus diligat, cuius crebo auribus insusurret. Quicquid vni 25
loquitur, hoc omnes sciant. Præponatur ei, probæ fidei, ac morum, & pudicitiæ, virgo veterana, quæ illam doceat, & assuescat exemplo ad orationes & psalmos, nocte consurgere, mane hymnos canere, tertia, sexta, nona hora, stare in acie, quasi bellatricem Christi, accēsaque lucerna reddere sacrificium vespertinum, sic dies transeat, sic nox inueniat laborantem, orationi lectio, lectioni succedat oratio. Discat & lanam facere, tenere colum, rotare fusum, stamina pollice ducere. Spernat bombycum telas, & aurum in fila lentescens, talia uestimenta paret, quibus pellatur frigus, non quibus vestita corpora nudentur. Cibus eius oleum. sit, & simila, raroq; piscículi. Sic comedat vt semper esuriat, vt statim post cibum possit legere & psallere. Si quando ad subur bana pergis, domi filiam non reliquas, nesciat esse sine te, nec posse viuere, & cum sola fuerit, pertimescat. Nō habeat colloquia sæcularium, non malarum virginum contubernia, non interſit nuptijs seruulorum, neq; familiæ perstrepentis lusibus misceatur, pro gemmis & serico, diuinos codices amet. Discat primo psalterium, & in Prouerbijs Salomonis eruditur ad vitam. In Ecclesiaste consuescat quæ mundi sunt calcare. In Iob, virtutis & patientiæ exempla sectetur. Ad Euangelia transeat, numquam ea depositura de manibus, Apostoloruni & Acta, & Epistolas, tota cordis imbibat voluntate. Cumque pectoris sui cellarium his opibus locu- 26
pletauerit, mandet memoriæ Prophetas, Pentateuchū, & regum libros discat. Cypriani opuscula semper in manu teneat. Athanasij epistolas, & Hilarij libros, inoffenso decurrat pede. Respondebis, quomodo hęc omnia mulier sæcularis in tanta frequentia hominum Romæ, custodire potero? Noli ergo subire onus, quod ferre non potes, sed postquam ablactaueris eam cū Isaac, & vehueris cum Samuele, mitte auiæ, & amitæ. Redde pretiosissimam gemmam cubiculo Mariæ, & cunis Iesu vagientis impone. Nutriatur in monasterio, sit inter virginum choros, iurare non discat, mentiri sacrilegium credat, nesciat sæculum, viuat angelice, sit in carne sine carne. Trade Eustochio paruulam. Trade comitem sanctitatis, illam videat, illam amet, illam primis imbuatur ab annis, cuius sermo & incessus & habitus, doctrina virtutum est. Felix uirgo, felix Paula Toxotij, quæ per auiæ amitæque virtutes, nobilior est sanctitate, quam genere. Ipse, si Paulam miseris, & magistrum, & nutritium spondeo. Gestabo humeris, balbutientia, senex, verba formabo, multo gloriosior mundi philosopho, qui non regem Macedonum Babylonio periturum veneno: sed ancillam, & sponsam Christi erudiam, regnis cælestibus offerendam. [Hoc dicit propter Aristotelē, cui Alexander magnus puer adhuc, traditus est educandus, quem Philosophus (vt Plutarchus refert) veneno interfecit, quem illi Antipater propinauit.

IDEM inquit: Sexus femineus suo iungatur sexui, 27
nesciat; immo timeat cum pueris ludere. Nullum impudicum verbum nouerit. Et si forte in tumultu familiæ discurrentis aliquid audiat, non intelligat. Matris nutū pro verbis ac monitis, & pro imperio habeat. Cum autem virgunculam rudem & edentulam, septimus ętatis annus exceperit, & cœperit erubescere, scire quid taceat, dubitare quid dicat, discat memoriter psalterium, & usque ad annos pubertatis libros Salomonis, Euangelia, Prophetas, & Apostolos, sui cordis thesaurum faciat. Nec liberius procedat ad publicum, nec semper Ecclesiarum quærat celebritatem, in cubili suo totas delicias habeat. Sit, non, iuxta Apostolum, ociosa, atq; verbosa, sed sobria, grauis, lanifica, & ea tantum loquens, q̄

animum

In epi. 12. quæ est ad Gaudentiū de Pacatæ infantulæ educat.

animum puellarem ad virtutem instituant. Vt enim a tua in areola, digitum sequitur præcedentem; ita ętas mollis & tenera, in vtramq; partē flexibilis est, & quo cunque duxeris, trahitur. Aduerte versiculum illum. Ægre reprehendas, quod finis consuescere.

28 *Ioc. 3. pan. to. 5.* IDEM explicans illa verba: Et Susanna, & parētes eius iusti, edocuerunt filiam suam secundum legem Moysi, ait: Hoc vtendum est testimonio ad exhortationem parentum, vt doceant iuxta legem Dei, sermonemque diuinum, non solum filios, sed & filias suas.

29 *Hier. in c. 5. ad Eph. to. 9.* IDEM exponens illa verba Pauli: Patres, nolite ad iracundiam prouocare filios vestros: sed educare illos in disciplina, & conuersatione Domini, inquit: Correptio de qua loquitur Apostolus, admonitionem magis, & eruditionem, quam austeritatem sonat. [Infra:] *1. Reg. 2.* Eli sacerdos ipse sanctus fuit: sed quia filios suos non erudiuit in omni disciplina, & correptione, supinus cecidit, & mortuus est. Non enim poterat ad priora extēdi, sed retrorsum ruit. Et certe corripuerat filios suos, dicens: Quare facitis verba hæc, quæ ego audio de uobis mala ab omni populo? Nolite filij mei, quoniā non est bona fama, quam ego audio de vobis. De istiusmodi patribus, & Esaias lachrymabili voce causatur, dicens. Et filij alienigenarum nati sunt eis.

Esa 2.

30 *Hier. in c. 5. epistolarum to. 1.* AMBROSIVS epist. 43. ad Sabinum, cuius pietatem laudat, quòd filio ignouerit, qui eo inconsulto vxorem acceperat, sic ait: Fecisti quod boni parentis est, vt cito ignosceres, sed rogatus. Nam antequam rogareris, non erat ignoscere, sed factum probare; deinde diutius differre veniam, & tibi acerbum, & illis inutile. *2. Reg. 14.* Dauid degenerem filium & fraterno oblitum sanguine, ad vnius mulieris petitionem, paternis visceribus mente emollitus, domum recepit. Ipse ille euangelicus pater, adolescentiorem filium, qui prodegerat omnem substantiam a patre acceptam viuendo luxuriose, regredientem tamen, vnius sermonis inflexus humilitate, quòd in patrem peccasse se fatebatur, occursu pio fouit, supra collum eius cecidit, primam illi stolam, annulum, & calceamenta deferri iussit, atque honoratum osculo, donatum munere, admirabili suscepit cōiuio. Horum te imitatorem præbuisti pietate patria, qua proxime ad Deum accedimus. Acquisisti filiam sine electionis periculo, si bonam duxit, tibi acquisiuit gratiā, si errauit, recipiendo, eos meliores facies, refrenando deteriores. Maturiore quidem consilio, puella filio a patre traditur: sed maiore obsequij proposito, a filio ad patrem ducitur, & a viro electa, ingreditur soceri domum, dum meruit, & filius displicere iudicium suū, & nurus ministerium. Illum paternæ electionis prærogatiua attollit, atq; erigit, istam offensionis humiliat metus, inclinat verecundia. Non habebit filius, quod in vxorem referat, quasi exors culpæ, si quid fortasse ostēsum sit, quod habet vsus, immo amplius elaborabit. Vt in vtroq; suum probare possit, & in vxore iudicium & in se obsequium.

Luc. 15.

31 *Li. 5. Exameron c. 3. to 1.* IDEM de piscibus loquens, ait: Mustellę & canicule, & cete ingentia, & Delphines, aliaq; huiusmodi, cū ediderint partus si quid forte insidiarum terroriśque præsenserint, circa catulos suos quem moliri, quo tueātur eos materno affectu, aperiunt ora, & interno recipiunt corpore, & genitali feruntur aluo, absconderē. Quis humanus affectus, hanc piscium pietatem possit imitari? Quis non miretur, & stupeat, vt seruet natura in piscibus, quod non seruat in hominibus? Pleræq; ex suspicione nouercalibus odijs apertos suos occiderunt filios, aliæ in fame, (vt legimus) partus proprios comederunt, hunianis pignoribus, mater sepulchrum facta est, piscium proli, parentis vterus, sicut murus pignora mœstensa conseruat.

32 *Li. 5. Exameron. 18 to. 10.* IDEM inquit: Discant homines amare filios, ex vsu & pietate cornicum, quæ etiam volantes filios suos comitatu sedulo prosequuntur, & plurimo tempore, nutriendi officia non relinquunt. At vero feminæ nostri generis, cito ablactant etiam illos quos diligūt, aut si ditiores sunt, lactare fastidiūt: pauperiores vero, abijciunt paruulos & exponunt, & deprehensos abnegant. Quis docuit nisi homo filios abdicari? Quis reperit tā immitia patrum iura? Quis inter naturæ fraterna consortia, fratres impares fecit? Vnius diuitis filij, diuersa sorte metiuntur, alius totius paternæ sortis ascriptionibus inundatur, alius opulentæ hereditatis patriæ, deplorat exhaustam, atque inopem portionem. Numquid natura diuisit merita filiorum? Ipsa vos doceat, non discernere patrimonio, quos titulo germanitatis æquastis.

33 *In Ps. 50. to. 8.* AVGVSTINVS sic ait: Verumtamen fratres in tanta morum diuersitate, & tam detestabili corrupte la, regite domos vestras, regite filios vestros, regite familias vestras. Quomodo pertinet in Ecclesia loqui vobis, sic ad uos pertinet in domibus vestris agere, vt bonam rationem reddatis, de his qui vobis sunt subditi. Valde inutiliter, valde pernicioſe sentiet filius patris lenitatem, vt iuste postea Dei sentiat seueritatē. Et hoc non solus, sed cum dissoluto patre suo. Quid enim? Si ipse non peccat, & non facit quod filius eius: ideo non debet ab ipsa nequitia filium prohibere? An forte vt videatur filio eius, quia & patre talia faceret, nisi & senuisset? Peccatum quod tibi non displicet in filio tuo, delectat te: sed ætas deseruit, non cupiditas. Sed forte negligit malus filius, vel monita patris, uel obiurgationem, uel seueritatem, tu imple personam tuam, Deus de te & de illo exigit suam.

34 *Ser. 204. de tempore to. 10. 4. Reg. 2.* IDEM inquit: Cum diuina lectio legeretur, audiui mus quòd prætereunt beato Eliseo, pueri irridentes clamauerunt. Ascende calue, ascende calue. Ob quam rem egressi sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt quadraginta duos pueros. Quam rem etiam parentibus suis instigantibus fecisse credendi sunt. Manifeste pueri illi non clamauissent, si hoc eorum parentibus displiceret, & sic mors filiorum, fieret disciplina parentum.

35 *Lib. 2. in c. 3. 1. lib. Reg. to. 2.* GREGORIVS explicans illa uerba de Heli, dicta Samueli. Prædixi, quòd iudicaturus essem domum eius, vsque in æternum propter iniquitatem, eo quòd nouerat filios suos indigne agere, & nō corripuit eos. Idcirco iuraui domui Heli, quòd non expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus in æternum, sic habet: Hac in re notandum est, quia qui inique agentes filios non corripuit, inique fecisse reprehenditur, quæ in ęternum victimis, & muneribus nequaquam expientur.

Filiorum mors patienter forenda est, quos propter peccata parentum aliquando punit Deus. Cap. VII.

1 *Li. 1. in c. 1. Iob to. 2. Gen. 37.* ORIGENES sic habet: Cum vnum ex plurimis videretur Iacob filium perdidisse, a ceteris omnibus consolari non potuit. Sed dixit: Descendam post filium meum lugens in infernum. Magnanimus autem Iob, post peculij perditionem, & post omnium bonorum direptionum, omnium filiorum miserabilē interitum pariter, simul cum audisset, non suspirauit, non ingemuit, non dixit, quæ nunc illicite dicunt plurimi. Cur dedisti primo? Aut cur abstulisti modo? Cur oblectasti primo filijs, vel cur priuasti nunc his omnibus pariter? Melius erat vt omnino non dedisses, quā vt dans rursum auferres. [Infra:] Scidit Iob vestimenta sua, & terram imposuit capiti, vt ex parte ostenderet filiorum dolorem. Nisi enim hoc fecisset, alienum illū a natura humana fuisse diceremus. Hæc ergo gessit propter naturalem dolorem. Comam vero capitis sui totondit, vt aduersario ostenderet, quia sicut passus est, quia comam totondit, ita cum hæc amitteret nihil se passum fuisse æstimasset. Quasi diabolo diceret: Auferomnia superfiua, nihil mihi supersit ex his, quæ tibi

data

data sunt. [Infra:] Non lamentor filiorum decessum, transiuit enim ab oculis meis tristitia, & dolor. Si enim pariter mecum viuerent super terram, cum dolore erã cogitaturus quales fuissent, quales profecissent, qualem finem expectassent. De istis ergo securus effectus, non lamentor, non plango, Non ridebit de me diabolus, nec inuenier apud me id quod expectat nequissimus. Nudus exiui de vtero matris meæ, nec peculium, nec filios habens, nudus & ibo sub terram.

2 CHRYSOSTOMVS explicans verba illa c. 9.
Ho. 29. in Gen. 10 1. In quibus quia Cham filius Noe discooperuit verenda patris sui, maledixit sanctus Patriarcha, illius filijs, dicens: Maledictus Chanaan filius, seruus erit fratrũ suorum. Ecce peruenimus ad quæstionem illam vbiq; celebrem; multos enim audimus dicentes, quare cum peccauerit pater, & prodiderit nuditatem, filius maledictũ susc ipit? Dictum est enim: Maledictus Chanaan filius, seruus erit fratrum suorum. Quare cum alius peccauit, ille pœnam luit? Neq; hoc absque ratione factum est. Quia pater non minorem pœnam & cruciatũ habuit, quam filius. Scitis enim quomodo sæpenumero patres orant, vt filiorum pœnas ipsi ferant, & quomodo illis grauius est videre filios supplicio affici, quam si ipsi ijs forent obnoxij. Factum igitur est hoc, vt ille ob naturalem amorem in puerum, maiorem sentiret dolorem, & puer accepta maledictione, suorum propriorum pœnas peccatorum lueret. Nam licet propter patris peccatum nũc maledictioni sit obnoxius: attamen verisimile fuit, quòd & propter sua delicta dederit pœnas. Nam neq; patres pro filijs, neq; filij pro patribus pœnam luunt,
Hier. 31. Ezec. 18. sed unusquisque pro suis peccat s pœnam luit. Vbi hoc a Prophetis dictam inuenimus, sicut cum dicunt: Comederitis uuas acerbas, dentes obstupescunt, cõtra eos qui aiebant: Patres comederunt uuas aceruas, & dentes
Deut. 24. filiorum obstupescunt. Et anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et iterum, Non morientur patres pro filijs, neq; filij pro patribus. [Infra:] Vt se emendet pœnam fert, & propter puerum quoq; cruciatur. Vt discas q etsi senex nunc esset; attamen quia pœna in filiũ trãsijt, id ipsi, luctuosam & infuauem vitam faciebat, cogitati quòd etiam post suam mortem, filius pœnam luiturus esset. Nam quòd filius per se malus, & omnes qui ab illo nati, fuerint abominabiles, & ad malum propense declinauerint, audi Scripturam dicentem per modum
Ezec. 16. Dan. 13. maledicti. Pater uus Amorrhæus, & mater tua Cethæa; & alius quidam increpans, semen Chanaan & non Iuda.

3 IDEM inquit: Multi ex Gentilibus, cum nihil de
Ho. 32 in Matt. 10. 2 immortalitate animæ crederent; nihilominus mortuis filijs, vt inanem quandam gloriam consequerentur, coronas ornatus, & candidam induti vestem, in publicũ prodierunt. Sed hęredem non habeo, inquies, nec quem rerum mearum successorem constituam. Ego vero te libẽter interrogarem, tuarumve rerum an cœlorum, malis filios tuos esse hęredes? Et vtrum magis desideres caduca hæc & corruptibilia possideri ab illis, quæ tamẽ post omnino essent relicturi, an stabilia illa & æterna? Non habes hęredes filios, sed habet ipsos pro te Deus, non hęredes facti fratrum suorum, seu facti sunt Christi coheredes. Sed cui pretiosas, inquies, vestes nostras, cui magnificas ædes, cui seruos, cui agros relinquemus? Illis ipsis profecto, & multo tutius quam si viuerent: nihil enim prohibet. Nam si multæ barbaræ gentes, vna cum defunctis, res eorum cremare solẽt, quato equius defuncto tuo filio, tua tradere potes. Non vt in cinerẽ redigantur: sed vt gloriosum magis illum reddant. Putas eum maculis inquinatum abisse, da sibi sua, vt illis, se a maculis detergat, putas in iniustitia ipsum decessisse, præbe sibi sua, ad mercedis & retributionis adiectionem. Sed videre, inquis, ipsum cupio. Ne dubites cito te ad ipsum profecturum, illud etiam tecum versa, quoniam si hac oratione nequaquam tibi persuadebimus: natura ipsa temporis, tibi persuadebit. Nam multitudine dierum absque vlla mercede consolaberis. Quòd si statim in tuorum morte philosophari volueris: duas res maximas consequeris. Nam & interea tranquilliori animo viues, & a diuina retributione, fulgentissimam habebis coronam. [Infra:] Sed intolerabi 4
lis tibi casus tuus videtur? Propterea ergo defuncti gratia plorandum non est, quoniam a multis huiusmodi casibus libertus est. Noli ergo facere, vt inuidere videaris: nam qui mortem sibi optat, quoniã ante tempus aliquis suorum ereptus est, ploratque propter illũ quia non viuit, vt multa huiusmodi subeat, inuidere magis quàm amare illum videtur. Noli ergo cogitare, q non redibit vmquam domum tuam filius, sed quia & tu paulo post ad ipsum gradieris, noli cogitare illũ huc postea minime reuersurum: sed quia hęc quę videmus omnia, cum sint caduca, & instabilia, numquam eadem permanent: omnia enim transfigurabuntur, cœlũ, terra, & maria; & tunc suscipies filios tuos maiori cum gloria. Quòd si in peccato mortui sunt: finem tamen peccãdi habuerunt. Nam si pœnitentiam essent acturi, Deus, cui omnia patent, non antea quam eam egissent, ipsos rapuisset; sin uero iusti decesserunt, euaserunt iam a periculis, & tuti beatitudinem possident. His rebus omnibus planum factum est, non esse amoris has lachrymas, sed turbationis & animi parum sapientis. Nam si defunctum diligeres, gauderes profecto, quia fluctus p sentis uitæ enauigauit. Quid enim mirabile ac nouum & inauditum factum est? An non eadem ipsa quotidie reuoluí videmus? Diem nox, noctẽ dies, hiemẽ æstas, æstatem hiems, modo præcedit, modo sequitur. Et hæc 5
quidem semper eadem, mala uero, alia atque alia indies quæ filium tuum habere quotidie, & tecum esse velles omni verbo subiectum, omni luctui cum sua formidine, ac horrore, vitam misere agere, & alia quidem mala iam subeuntem; alia vero timentem ne subeat. Non enim poteris unquam dicere, quod potuisset longum istius vitæ pelagus absque dolore, mœstitia, cura nauigare, ad hæc etiam illius tibi rationis memoria ueniat, nõ immortalem te genuisse, sed si nunc diem suũ nõ obijsset, paulo post certe ad hoc ipsum peruenisset. Sed non saturasti te amore illius, sed ibi omnino perfrueris. Tu uero si ad imperandum, regnandumq; hoc caduco mortalique regno filius tuus abijsset, nolles eum inde redire, vt ipsum videres, nunc uero cum ad meliora maioraque regna processerit, parui temporis absentiã ferre non poteris? Noli ergo plorare, reddidisti enim depositum, quod tibi erat creditum. Non sis ergo sollicitus si vides in inuiolabili ærario thesaurum tuum esse depositum. Quòd si etiam tam præsentis vitæ, quàm futuræ conditionem intellexeris; & hanc quidem aranearum esse telam, atque umbram; illam uero immobilẽ ac æternam, non indigebis vlla alia ratione. Nunc enim filius tuus ab omni mutatione rerum ereptus est. Si vero hic esset, probusne an reprobus futurus esset, in ambiguo versaretur.

IDEM sic habet: Mortuo filio inquis, elegans, & 6
Serm. 8. in epi ad Ephes. 10. 4. bonus erat puer. At vt fuerit, non erat elegantior Moyse qui & barbaricam faciem ad sui desiderium attraxit, idq; in eo ætatis articulo, in quo non apparet alterius ve
Exod. 2. nustas. Et tamen illum tantopere amabilem, in fluuiũ expoluere parentes. Tu quidem & decumbentem vides, & sepulturæ tradis, & ad monumentum abis. Illi vero ignorabant etiam, an futurus esset puer cibus piscium, vel canum, vel alterius cuiusquam bestiæ, quales circa mare oberrare solent. At non est vnigenitus, sed post multos, & ipse mortuus est. Verum non adeo subitanea & tristis est ista calamitas, atque erat illa Iob. Nõ *Iob. 1.*
hic delapsum tectum, non inter conuiuandum interitus, non calamitates annunciatæ. At erat tibi dilectus? Sed non magis quàm Ioseph, cuius tamen calamitatem pater cum putaret a bestia deuoratum, patienter tulit. Flebat, sed impie nihil agebat. Plora, non prohibeo, verũ nihil blasphemũ, nec dicas, nec facias. Qualiscumq;

fuerit

fuerit filius tuus, non est sicut Abel, verum nihil huiusmodi dixit Adam, quamquam grauis admodum esset calamitas a fratre occisum esse Abelem. Sed & Dauid diligebat filium ægrotum, & in sacco quidem & cinere iacebat: Verum neq; diuinos, neque incantatores adduxit, sed Deo supplicauit. Eadem loquere
7 si quando tibi mortuus fuerit filius, quæ Dauid dicebat. Ego ad ipsum adibo; ipse uero non reuertetur ad me. Hoc animi philosophici, hoc amoris paterni. Quātumcunque diligas filium tuum, non tantum diliges, quantum ille tunc diligebat. Perpende quàm filio tuo petora accidere potuerint, & abunde consolaberis. Et cogita quid si in bello interijsset? Quid si in igne? Atque ita quicquid patiamur, cogitemus atrociora, & habebimus sufficientem cōsolationem, proponamusque perpetuo ob oculos, qui grauiora passi sunt; & nos quidem ipsos, si aliquando duriora passi fuerimus. Ita & Paulus admonet, cum dicit: Nondum usq; ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum decertantes. Quicquid igitur accidat mali, deteriora perpendamus (poterimus enim semper deteriora reperire) atq; ita erimus grati, & ita præsentia mala, quiescent.

8 HIERONYMVS exponens illa verba: Sine causa percussi filios vestros, disciplinam non receperunt, sic ait: Ideo percussi filios vestros, ut illorum nece vos erudiremini. Et ne forte diceretis, peccantes corripere noluisti, plagis discite filiorum vestrorum, quòd austeriori vos cupierim curare medicamine.

9 IDEM explicans verba illa: Quid est quod inter vos parabolam veritis in prouerbium istud in terra Israel dicentes: Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt? Viuo ego dicit Dominus, si erit vltra vobis parabola hæc in prouerbium in Israel. Ecce omnes animæ, meæ sunt, vt anima patris, ita & anima filij, mea est. Anima quæ peccauerit, ipsa morietur, sic habet: Monet diuina Scriptura, illud quod in Exodo dictum est. Ego sum Dominus Deus tuus, Deus æmulator, qui reddo peccata patrū super filios, vsque ad tertiam & quartam generationem, his qui oderunt me. Et iterum dixit Moyses. Domine Deus miserator, & misericors &c. reddens iniquitates patrum super filios, & super filios filiorum in tertium, & quartam generationem. Iniustitia videretur, alium peccare, & alium luere peccata: nisi adderet, his qui me oderunt. Non enim ideo puniuntur in tertia & in quarta generatione, quia deliquerunt patres eorum, cum patres potius, qui fuerunt peccatores, puniri debuerint; sed quia patrum extiterunt æmulatores, & oderunt Deum, hereditario malo & impietate, in ramos quoque de radice crescente. [Infra:] Patres comederunt vuam acerbam &c. Est loci istius, hic sensus. Quomodo si quis uelit dicere, patres vuam acerbam comederunt, & dentes filiorum obstupuerunt, ridiculum est, & nullam habens consequentiam, sic iniquum est, atque peruersum, peccare patres, & filios, nepotesque cruciari. [Infra:] Vt anima patris, ita & anima filij mea est, ideſt, sicut peccata filiorum non nocent patribus, sic peccata patrum ad filios non redundant, sed anima quæ peccauerit, ipsa morietur.

10 IDEM explicans verba illa: Abominationes patrum suorum ostende eis, inquit: Si peccata patrum non redundant ad filios, quomodo abominationes & iniquitates patrum nunc senioribus proponuntur? Hac uidelicet causa, ut ostendantur similia parentibus agere, & hereditario malo longissimum funem trahere peccatorum, ut quorum imitantur uitia, eorum supplicia pertimescant.

11 AMBROSIVS exponens illa uerba Genesis 9. Vidit Cham, pater Canaan nudatum patrem &c. sic inquit: Vtique Chanaan natus non erat. Cur ergo nomen addidit filij, nisi ut & uitio auctoris deformaretur hereditas, & pater in filio, & in patre filius redarguuntur, habentes stultitiæ, nequitiæ, & impietatis commune consortium. Nec poterat fieri, ut bonum generaret filium, qui bono patri, nequam filius, & naturæ, & eruditionis degener extitisset.

Filij, honorem & obedientiam, quando, & quomodo exhibere debeant parentibus. Cap. VIII.

CHRYSOSTOMVS sic habet: Differens, Basilij, ipsiusque commune propositum in arripienda uita monastica, assiduæ matris illecebræ obstiterunt. Etenim ubi illa subodorata est, id me consilij inire, dextra apprehensum in peculiare sibi cubiculū. Hic, illa, cum me sibi assidere voluisset super eum lectum, in quo me enixa fuerat, in lachrymarum fontes prorupit, verba etiamnum adijciens, quæ me plus lachrymis illis omnibus, ad misericordiam pertraherent. Porro eius quidem lamenta eiusmodi fuere. Patris tui virtute, ac præstantia, fili, me haud ita multum temporis uti frui, numen permisit, vtpote cuius mors dolores eos, quos in te pariendo passa sum continuo exceperit, ac tibi orbitate, mihi uiduitatem attulerit intempestiuam, ut fleam uiduitatis ipsius mala, ærumnas, incommoda, quæ quidem solæ animo illæ complecti recte queant, quas contigerit ea ipsa perpeti. Nullius enim sermo, nullius oratio par esse possit enarrandæ tempestati, ac turbulentiæ illi, quam subire oportet puellam, quæ ipsa etiam dum rudis, rerumque humanarum expers, simulatque paternam domum reliquerit, derepente immensorum dolorum facibus æstuans, curam, sollicitudinemque, ætate ac sexu superiorem, sustinere cogatur. Quam uidelicet necesse est, seruorum ignauias emendantem, eorundem maleficia obseruare, cognatorum propulsare insidias, publicanorum molestias. Proinde cum decedit pater, relicta a se prole, si forte femina ea est, magnam uel sic matri curam exhibet, sed tamen hoc ipso tolerabilem, q̄ illius educatio, tū impensa caret, tum etiam formidine vacat. At masculus a patre relictus, matris animum in dies singulos immensa formidine, tum permultis complet sollicitudinibus, ut nihil hic agam de sumptu, deque impensa, quam multam tolerare cogitur mater, quæ laborat ut musculus ille liberaliter educetur. Quarum rerum omnium, nulla me tamen permouit, ut nuptijs iteratis, sponsum alterum in patris tui ædes, inducerem, quin potius in æstu illo, in fluctuatione ac turbine perseuerans, cælestis gratiæ suppetijs in primis adiuta, ferream illam uiduitatis fornacem, nulla ex parte refugi, cum mihi inter eas ipsas ærumnas, atq; incommoda, solatio esset non modico, quòd aspectum istum assidue spectare, inque eo, tamquam uitalem defuncti mariti imaginem, uerisque ac certissimis characteribus expressam, mihi asseruare daretur. Atque ne id quidem mecum expostulare possis, quòd nos viduitatis quidem conditionem perpessæ fortiter simus, sed viduitatis eiusdē angustijs coarctatæ, paternas tibi imminuerimus facultates, id quod infelicibus orphanis permultis obuenisse scio. Si quidem patrimonium tibi nulla non parte saluum, integrumque seruaui; cum tamen nihil etiam prætermiserim sumptuum eorum, qui tibi nominis istius existimationem aliquam parare possent, quos sumptus suffeci ex meo peculio, & pecunijs quas mecum domo paterna attuleram. Pro rebus porro his omnibus, quas non exprobrandi gratia dixi, unam abs te gratiā peto, ne me uiduitate altera inuoluas, neu lutum iam sopitum rursus exsuscites, obitus huius diem potius expectato, hinc paulo post nobis fortasse emigrandum. Nam aut qui iuuenes sunt ad longæ senectutis annos accedant, sperare quidem liceat: qui autem iam consenuimus, quid tandem aliud quàm mortem iam iam aduentantem præstolamur? Itaque ubi corpus hoc a te sepultum, cum patris tui ossibus coniunxeris,

tum demum fili longas profectiones susc ipito. Ceterũ tantisper dum spiramus, contubernium, conuictumq; hunc nostrum tolerato, Dei offensionem frustra ac temere ne incurrito, neve committito, vt matrem nihil commeritam, tã multis inuoluas incommodis. Sin vero nihil non agimus, vt tu facile, altoq; in ocio possis vitæ huius vsurã frui, si minus aliud vinculum, certe hoc vnum te apud nos detineat. Nam vt te a sexcentis amari dicas, nemo certe fuerit, qui tibi in tanta libertate viuere concedat, cum & neminem esse putem, cui nominis istius existimatio æque ac mihi vni chara esse possit. Hæc & his longe plura, matris ad me monita erãt, quæ cum amico illi, vere magnanimo ac generoso recitassem, tanto abfuit, vt ijs ipsæ moueretur, vt acrius etiã instaret, eadem a me quæ & antea efflagitans, remque illæ assiduis vrgebat precibus, me interim nihil inuente. Qua in re perspicis obediendum parentibus non esse, quando ea volunt, quæ contra Domini voluntatem sunt.

4 *Epi. 1. quæ est ad Heliodorũ de laudibus vitæ solitariæ. to. 1.*

HIERONYMVS sic habet: Recordare tirocinij tui diem, quo Christo in baptismate consepultus, iurasti pro nomine eius non te patri parciturum esse, non matri. Ecce aduersarius in pectore tuo Christum conatur occidere. Licet paruulus ex collo pendeat nepos, licet sparso crine & scissis vestibus, vbera, quibus te nutrierat, mater ostendat, licet in limine pater iaceat per calcatum perge patrem, siccis oculis ad vexillũ crucis euola. Solum pietatis genus est, in hac re esse crudelem, veniet veniet postea dies, quo victor reuertaris in patriam. Neque vero nescio, qua te dicas nũc compede præpediri. Nunc tibi blandis, vidua soror hæret lacertis, nunc illi cum quibus adolesti vernulę aiunt, cui nos seruituros relinquis? Nunc & gerula quondã, iam anus, & nutritius, secundus post naturalem pietatem pater clamitat, morituros expecta paulisper & sepeli. Forsitan & laxis vberum pellibus mater, arata rugis fronte, antiquum referens mammæ lac fugere congeminet. Dicant si volunt, & Grammatici, in te omnis domus inclinata recumbit. Facile rumpit hęc vincula, amor Dei, & gehennæ timor. At contra scriptura præcipit parentibus obsequendum, sed quicumque eos supra Christum amat, perdit animam suam. Gladiũ tenet hostis, & ego de matris lachrymis cogitabo? Propter patrem, militiam Christi deseram, cui sepulturam, Christi causa non debeo, quam etiam omnibus, eius causa debeo? Mater mea, & fratres mei hi sunt qcumque faciunt voluntatem Patris mei, qui in cœlis est. Si credunt in Christum, faueant mihi pro eius nomine pugnaturo. Si nõ credunt, mortui sepeliant mortuos suos.

Matt. 12.

Matt. 3.

5 *Li. quæst. in li. Paralipomenon. to. 3.*

IDEM inquit: Iusserat Aminadaz Ozæ filio suo, vt portaret arcam Domini humeris suis, & quia patri suo non obediuit, Oza mulctatus est morte. Fuit enim peccatum in non portando, in sustinendo arcam iam peccati inobedientiæ, pœna.

6 *Li. 3. in c. 6. epis. Pauli ad Ephesios. to. 6.*

IDEM explicans illa uerba: Filij obedite parentibus vestris in Domino, hoc enim iustum est, sic habet, Id faciendum Dominus præcipit, vt faciamus quæ prę ceperint nobis parentes, de quibus secundum carnem nati sumus; obtemperemus autem in Domino, implentes ea, quæ non sunt Domini contraria voluntati. Vel parentes in Domino, vocat eos, qui nos in Domino genuerunt, quales sunt prælati & prædicatores, quibus nos obedire debemus. Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione: Vt bene sit tibi, & longæuus sis super terram. Hoc mandatum vocat primum in promissione, relatum ad alia præcepta, quæ post mandata decalogi data sunt populo. Et secundum hanc interpretationem, omne præceptum decalogi dicitur primum. Obedientes autem parentibus, longæui sunt super terram, de qua scriptũ est. Credo videre bona Domini in terra uiuentium.

Exo. 20.

7 AMBROSIVS sic ait: Incipiens informare adolescentes per exempla Patriarcharum: Est igitur bonorum adolescentum, timorem Dei habere, diferre parentibus honorem. Erat Isaac Deum timens, vt pote Abrahæ indoles, honorem deferens patri vsque eo, vt aduersus paternam voluntatem, nec mortem recusaret. Ioseph quoque cum somniasset, quia sol, & luna, & stellæ adorarent eum, sedulum tamen obsequium deferebat patri.

Lib 1. officiorum ca. 17. to 4. Gen. 37.

8 *Li. 3. officiorum circa finem c. 12. Iudic. 11. & 12.*

IDEM: Extollit obedientiam, & virilem animum filiæ Iephtæ, quæ se obtulit morti, vt patri obediret, ait: Præcellentius, & antiquius istud exemplum de filiæ Iephte, quàm illud quod memorabile habetur apud philosophos (isti sunt Damon, & Pythias Pythagoræ discipuli, ut dicit Cicero in officijs) De duobus Pythagoricis, quorum alter cum a tyranno Dionysio capitis damnatus esset, præscripto mortis die, proposcit, vt domum pergendi ei facultas daretur, quo commendaret suos, ac ne reuertẽdi nutaret fides, vadem aut fidei iussorem mortis obtulit, hac conditione, vt si ipse deforet ad constitutum diem, vas eius sibi pro eo moriendum agnosceret. Nec qualitatem sponsionis, quę offerebatur, recusauit, constantique animo diem necis præstolabatur. Itaque alter se non subtraxit, alter ad diem repedauit. Quod eo vsque fuit mirabile, vt tyrannus eos sibi in amicitiam ascisceret, quorum vrgebat periculũ. Quod ergo in spectatis, & eruditis viris plenum miraculi est, hoc in virgine multo magnificentius, multoq; illustrius deprehenditur, quæ ingemiscenti patri, ait. Fac mihi, vt exiuit de ore tuo. Sed spatium duorũ poposcit mensium, vt cum æqualibus conuentum ageret in montibus, quæ virginitatem eius prædestinatã neci, pio affectu prosequerentur. Nec fletus æqualiũ mouit puellam, nec dolor flexit, nec gemitus retardauit, nec dies præteriit, nec fefellit hora. Rediit ad patrem quasi ad uotum rediret, & uoluntate propria, cunctante impulit, fecitq; arbitratu spontaneo, vt quod erat impietatis fortuitum, fieret pietatis sacrificium.

9 *Li. 5. Exameron. cap. 16. to. 1.*

IDEM miranda loquitur de ciconijs, & inter multa, sic habet: Quam vero rationabilium excedat pietatem auis huius clementia considerandum. Nam depositi patris artus, per longæuum senectutis plumarũ tegmine, alarumque remigio nudatos, circumstans soboles pennis proprijs fouet. Et quid dicam, collectitio cibo pascit, quando ipsa etiam reparat naturæ dispendia, vt hinc atque inde sublenantes senem, fulcro alarum suarum, ad uolandum exerceant, & in pristinos vsus desueta iam reuocent pij patris membra? Quis nostrum leuare ægrum non fastidiat patrem? Quis fessum senem suis humeris imponat, quod in ipsa historia vix credibile habetur? Quis ut pius, sit non hoc seruulis mandat obsequium? At vero auibus non est graue, quod pietatis est plenum, non est oneriosum, quod soluitur naturæ debito. Non recusant aues pascere patrẽ, quod etiam præscripta necessitate sub terrore pœnarum pleriq; hominum recusarunt. Aues non scripta, sed nata lex stringit. Aues ad hoc munus nullo præcepto conueniunt: sed gratiæ naturalis officio. Aues non erubescunt, reuerendi senis membra portare. Est enim victoria pietatis, quod eousq; frequenti testificatione percrebuit, vt congrue mercedem remunerationis inuenerit. Nam Romanorum vsu, pia, auis uocatur. Et quod vix vni imperatori consulto senatus delatum dicitur, hoc istæ aues in commune meruerunt. Habent ergo aues istæ decreta patrum ad propriæ insigne clementiæ. Pios enim filios, patrum prius oportuit iudicio prædicari.

10 *Li. de Noe & arca to. 1.*

IDEM sic exorditur: Quid est quod Sem, & Iaphet imposuerunt vestimentum super humeros suos, & prorexerunt retrorsum, & operuerunt patrem nudum, & non viderunt nuditatem eius. Littera, euidenter pietatis expressit affectum, quòd nudatum amictu patrẽ, boni filij videre cauerunt, ne paterna reuerentia, vel ipso minueretur aspectu. Si quidem etiam tacito vultu,

Li. de benedictionib. Patriarcharũ c 1. nod. to.

Gen. 48.

Li. 6. in c. 8. Luc. to. 4.

Epho. 5.

Li. de salutaribus documentis. to. 4.

Luc. 9.

Li. contra Adimantum Manichæũ. to. 6. Ibid.

Deut. 33.

Contione 1. in Ps. 70. to. 8. Nier. 35.

vultu, pietas frequenter offenditur. Vnde etiam Romæ vetus fuisse vsus dicitur, ne filij cum parentibus, & maxime puberes intrarent lauacrum & balnea.

11 *Li. de bene dictionib. Patriarcharũ c 1. eod. to.*

IDEM sic ait: Primum omnium quantam discimus parentibus referre reuerentiam, cum legimus. Quoniam qui benedicebatur a patre, benedictus erat, & qui maledicebatur, maledictus erat. Ideo hanc parentibus gratiam donauit Deus, vt filiorum pietas prouocetur. Prærogatiua igitur parentum, disciplina est filiorum. Honora ergo patrem, vt benedicat te. Honoret pius patrem propter gratiam, ingratus propter timorem. Et si pauper est, etsi non habet diuitiarum copias, quas relinquat filijs, habet tamen vltimæ, benedictionis hæreditatem, quas sanctificationis opes successoribus largiatur. Et multo plus est beatum, quàm diuitem fieri. Vnde festinabat Ioseph sumere a patre benedictionem, sibi, & filijs suis.

Gen. 48.

12 *Li. 6. in c. 8. Luc. to. 4.*

IDEM explicans verba illa: Mater, & fratres mei hi sunt, qui verbum Dei audiunt, & faciunt, sic habet: Magister, qui de ceteris præbet exemplum, atque ipse præceptor, ipse etiam suorum executor est præceptorum. Præscripturus enim ceteris, quoniam qui nõ reliquerit patrem aut matrem suam, non est filio Dei dignus, sententiæ huic primo ipse subiecit. Non quo maternæ refutet pietatis obsequia. Ipsius enim præceptũ est, Qui non honorauerit patrem, aut matrem, morte moriatur; sed quia paternis se mysterijs, amplius quã maternis affectibus debere agnoscat. Neque tamen iniuriosè refutantur parentes, sed religiosiores copulæ mentium docentur esse quàm corporum. Si enim foris stantes, nec ipsi agnoscuntur parentes, & propter nostrum fortasse non agnoscuntur exemplum. Ne putet aliquis offendiculum esse pietatis, vbi mandatum legis impletur. Si enim relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna, rectè Sacramentum hoc in Christo seruatur, & in Ecclesia. Et ideo parentes corpori proprio non oportuit anteferri, quia corpus vnum sunt Christus, & Ecclesia. Ergo hic, non ut quidam Hæretici arbitrantur, mater negatur, quæ etiam de cruce agnoscitur, sed necessitudini corporali, præscriptorum cœlestium forma præfertur.

Ephes. 5.

13 *Li. de salutaribus documentis. to. 4.*

AVGVSTINVS inquit: Iubet scriptura parentes nostros, vt propria viscera diligere, si tamen accedere ad seruitium Christi non prohibeant, si autem prohibuerint, nec sepultura illis a nobis debetur. Christus diligendus est super parentes nostros, quia non nobis tribuunt parentes ea quæ Christus: Ipse enim dixit in Euangelio: Qui amat patrem, aut matrem plusquã me, non est me dignus. Deus ergo anteferendus est parentibus.

Luc. 9.

14 *Li. contra Adimantum Manichæũ. to. 6. Ibid.*

IDEM ait: De eo quod scriptum est in Exodo, Honora patrem tuum, & matrem tuam, huic loco, vbi de honorandis parentibus Deus præcepit, illum Euangelij locum Manichæi dicunt esse contrarium, vbi Dominus cuidam dicenti, Ibo & sepeliam patrem meũ, respondit, sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu autem veni, & annuncia regnum Dei. Quod sic soluitur, quia & parentes honorare debemus, & eos tamen propter annunciationem regni Dei, nulla impietate contemnimus. Manifestum ergo est, & honorem parentum in gradu suo esse seruandum, & eos tamen in diuini amoris comparatione, præsertim si impedimento sunt, nulla dubitatione oportere contemnere. Nam & in veteribus scripturis habes positum, Qui dicit patri, aut matri, non noui vos, & qui filios suos non agnoscit, ipse autem cognouit testamentum suum. Ergo sic & in nouo testamento commendatur parentum contemptus, unde & testamenta concordant.

Deut. 33.

15 *Contione 1. in Ps. 70. to. 3.*

IDEM sic ait: Titulus huius Psalmi est, ipsi Dauid filiorum Ionadab. Ionadab homo fuit quidam, commẽdatus nobis ex Prophetia Hieremiæ, qui filijs suis præceperat, vt vinum non biberent, neque in domibus resi derent, sed in tabernaculis habitarent. Præceptum autem patris, filij tenuerunt, & seruauerunt, & ex hoc benedici a Domino meruerunt. Dominus autem hoc non præceperat, sed pater ipsorum. Si autem hoc acceperunt tamquam præceptum a Domino Deo suo, quia & si Dominus non præceperat, vt vinum non biberent, præceperat vt filij parentibus obedirent. In ea ergo re sola, filius nõ debet obedire patri suo, si aliquid pater ipsius iusserit, contra Dominum. Neque enim debet irasci pater, quando sic ei præponitur Deus. Vbi enim hoc iubet pater, quod contra Dominum non sit, sic audiendus est, quomodo Deus, quia obedire patri iussit Deus. Benedixit ergo Deus filios Ionadab propter obedientiam.

Mier. 35.

Exod. 20.

Flagella Dei vtilissima & leuia, quapropter cum gaudio suscipienda sunt. Cap. IX.

ORIGENES explicans ea verba, quæ dixit Pharao Moysi, Nescio Dominum, & Israel non dimittam, inquit: Donec in laboribus hominum non est, & cum hominibus non flagellatur, tenuit eum superbia. Denique videbis paulo post, quomodo proficit in flagellis, & quantum quanto melior uerberatus efficitur. Iste qui modo dicit, nescio Dominum, post cũ vim sentit uerberum dicturus est, Orate pro me Dominum, & non solum hoc, sed etiam contestantibus magis fatebitur, quia digitus Dei est in virtute signorum. Nemo ergo ita ineruditus diuinæ sit disciplinæ, vt flagella diuina perniciem putet, vt verbera Domini pœnalẽ credat interitum. Ecce Pharao durissimus, tamen proficit verberatus. Ante verbera, Dominum nescit, verberatus supplicari pro se Dominum rogat. Diabolus dicit. Nescio Dominum, & Israel non dimittam. Sed vide in Euangelijs quomodo verberatus emendet hanc uocem. Scriptum est enim. Quia clamauerunt dæmones ad Dominum, & dixerunt. Quid venisti ante tempus torquere nos? Scimus te qui sis, tu es Filius Dei viui. Vbi tormenta senserunt, sciunt Dominum. Ante flagella dicit, Nescio Dominũ, & Israel nõ dimitto, sed postea Israel dimittit, & non solum dimittit, sed & ipse perurgebit eum exire.

1 *Hom. 3. in Exod. to. 1.*

Ps. 70.

Matt. 8.

IDEM explicans uerba illa: Sanctifica eos in die occisionis, sic habet: Quid faciam, vt hoc exponã? Tormenta, sanctificationem uocat eorum, qui torquentur. Sanctifica quippe eos ait, in die interfectionis eorum, ideſt, per hoc quòd interficis eos. Sanctifica eos. Quem enim diligit Dominus, corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit.

2 *Hom. 8. in c. 12. Hier. to. 2. Heb. 12.*

BASILIVS exponens illa uerba: Quoniam ego in flagella paratus sum, inquit. Paratum ad flagella se dicit: Nouit enim quia quem diligit Deus castigat, flagellat autem omnem filium quem recipit. Quamobrem generose tulit flagella, quæ per calamitates alias, alijs succedentes, post peccatum ei euenerunt, quas regnorum complectitur historia.

3 *Homi. 10. in Ps. 37. to. 1.*

IDEM ait: De eo quod est apud Apostolum, propter hoc ter Dominum rogaui, vt discceret a me, scire conuenit, earum calamitatum, quæ uel in rebus externis, vel in corpore ipso, nobis eueniunt, variam atque multiplicem esse rationem; quippe Deum esse cuius vel numine, vel permissu illæ nobis contingant, idq; ad maiorem utilitatem nostram, quàm ea fuisset, si ab his liberi fuissemus.

4 *In lib. cui titulus est, regulæ breuiores inter sponsione 262. interrogationis. to. 2. 2. Cor. 12.*

CHRYSOSTOMVS explicans uerba illa Geneſis 39. Ioseph autem venundatus est in Ægyptũ, ubi uarios dominos sortitus est, ait: Qui inter vlnas patris educatus est, Et ne admiremur quomodo tulerit graue illam seruitutem adolescens, & omnis duræ uitæ inexpertus, domique magna patris beneuolentia nutritus, subdidit scriptura dicens. Et erat Dominus cũ Ioseph. Quid est, erat Dominus cum eo? Comitabatur eum, inquit, diuina gratia, & reddebat ei facilia, omnia quæ

5 *Hom. 62. i Geneſim to. 5.*

gratia

grauia erant. Hæc dispensauit omnes eius res, ita vt paulatim hac via procedens, & per tentationes illas vadens, ad regium thronum ascendere valuerit. [Infra:] Deinde volens eum Deus misericors in maiori securitate constituere, non liberauit a seruitute. Hic enim mos est Deo, vt non liberet a periculis viros virtute claros, neque a tentationibus liberet; sed in ipsis tentationibus, tantam suam declaret virtutem, vt tentationes ipsæ, eis fiant occasio lætitiæ magnæ. Propter hoc & beatus Dauid ait: In tribulatione dilatasti mihi. Non tribulationem, inquit, abstulisti, neque ab ea liberatum in relaxatione esse voluisti; sed in medio tribulationum constitutum, absq; pauore esse me fecisti. *Psal. 4.*

6 IDEM explicans illa uerba: Non in æternum irascaris nobis, vt extendas iram tuam a generatione in generationem, inquit: Non in æternum irascaris nobis, quasi diceret, hic nobis irascere, hic nos affligе, hic nos emenda, in isto sæculo flagella, quia quem diligis flagellas, & emendas. Flagellas autem omnium filium quem recipis: Hic ergo in isto sæculo, quia flagellum meum finitur, & correptio mea inuenitur. In tuo ergo flagello correptio mea inueniatur hic, & noli in æternum. Ergo ne in æternum irascaris nobis, dignare hic quicquid vis, qualiter vis, quando vis, fac in me quicquid vis, tantum ut ibi me recipias, vbi omnes recipis, quibus ignouisti. *In Ps. 84.* *Heb. 12.*

7 IDEM in fine: Referens Stephanus Actum 7. illa verba Exodi 3. Videns vidi afflictionem populi mei in Ægypto, & gemitum illorum audiui, & descendi, vt eripiam eos, sic habet: Hæc audientes, & nos, in afflictionibus ad eum confugiamus, nam, & gemitum illorum, inquit, audiui. Non simpliciter dixit audiui: sed propter calamitates: Si autem quis diceret, & cuius gratia illos permiserit affligi sic, audiat, quòd omnibus maximè iustis, afflictiones mercedum causæ fiant, nonne, & propter hoc illos dimisit affligi, vt illius virtutem, & hinc ostendat clarescere, & illos ea per quæ affliguntur, per omnia philosophari erudiant? Vide igitur, quando erant in solitudine, incrassati sunt, impinguati, sed, & dereliquerunt Deum. Idcirco, & initio Adæ dicebat. In sudore vultus tui vescēris pane tuo: vt igitur ne cum ex afflictione multa in remissionem venerint, contumelia afficiant, permittit illos affligi. Magnum enim bonū est afflictio, & quod bonum, audi Dauid dicentem? Bonum mihi quia humiliasti me. Si autem magni & admirabiles viri sunt in magna tribulatione, multo magis nos. Si volueritis autem, ipsam examinabimus afflictionem. Stet quis gaudens multum ac lætabundus, & risus effusioris, quid turpius, quid insipientius illo? Stet quis dolens, ac mærens, quid illo magis philosophi cum? Non stat in sua sede animus, sed quemadmodum a quodam spiritu tollitur a uoluptate, & alleuiatur nihil habens firmum. Enimuero & ad promissiones est facilis, & ad pollicendum pronus, & magna est turbatio rationis. Hinc intempestiuus risus, hilaritas nō habens rationem, uerborum, magna & superflua nugacitas. Et quid dico alios? Sanctorum vnum, in manus accipiamus, & videamus quis quidem in voluptate vixerit, quis autem & in mærore? Vultis igitur Dauidem videamus? Quando igitur hic in uoluptate erat, ac in gaudio, propter multos triumphos, victorias, coronas, delicias, ac fiduciam, vide qualia & dixit, & operatus est. Ego autem dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Postquam autem affligi cœpit, audi quid dicat. Et si dixerit mihi nolui te: Ecce ego, faciat mecum, quod sibi placitum est. Quid his verbis magis Philosophicum? Quicquid Deo magis fuerit gratum, ita fiat. Et iterum Sauli dicebat, Si Dominus commouerit te contra me, odoratum sit sacrificium tuum. Et tunc quidem cum esset in tribulatione, etiam parcebat inimicis. Ante delicias nihil iniuste, nihilque inhumaniter agebat. Item Iacob cum in afflictione esset, dicebat. Si dederit mihi Dominus panem ad comedendum, & vestem ad amiciendum: Et Ezechias cum esset in tribulatione, vide quanta faciebat pro salute. Saccum enim induit, & in terra sedit. Vbi autem in delicijs esse cœpit, cecidit præ altitudine cordis sui. Idcirco & Moyses admonet dicens. Comedens, & bibens, & impletus, memor sis Domini Dei tui. Præceps enim est locus deliciarum, & obliuionem Dei affert. Quando tribulabantur Israelitæ, multo plures fiebant, qñ autem illos dimisit, tunc omnes peribant. Et quid dico veterum exempla? videamus de nostris si placet. Ex nostris multi qui inflati fuerunt in felicitate agentes, omnibusq; fiunt hostes, ac iracundi, vbi autē præsens facultas fuerit ablata, mansueti, humiles, mites, veniunt in cogitationem suæ naturæ. *Homi. 16. in acta Apostolorū. to. 3.* *Exo. 3.* *Deut. 32.* *Gen. 3.* *Ps. 118.* *Ps. 29.* *Gen. 28.* *4. Reg. 19.* *Deut. 6.*

6 IDEM sic ait: Paulus inclaruit ab ijs, qui ei incōmodum molirentur, insidiasq; struerent. Sic Iob a non paucis plagis illis. Sic Hieremias à lacu cæni. Sic Noe à diluuio. Sic Abel ab insidijs. Sic Moyses a Iudæorum inuidentia. Sic Eliseus. Sic vnusquisque magnorum illorum virorum, non a requie, non a delicijs; verum ab afflictione, a tentationibus, insignes coronas reportarunt. Quapropter, & Christus cum intelligeret hoc demum esse argumentum, per quod quis Dei commēdari posset, discipulos sic appellabat. In mundo afflictionem habebitis, sed bono animo estote; ego vici mundum. *Hom. 3. in epist. Pauli ad Roma. to. 4.* *3. Reg. 3. & 7. 17. 11.* *2. Reg. 13.* *Ibid. 15.* *Ioan. 16.*

10 IDEM in fine explicans uerba illa: Gratias autem Deo, qui semper triumphat nos in Christo, &c. ait: Ne videretur flagella, & persecutiones, uelut lamenta deplorare, gratias agit Deo. Quod autem dicit, sic habet: Vbique afflictio, vbique angustia. Veni in Asiam, grauatus sum, grauatus sum vltra vires. Itaq; ne videretur hęc dicens comploratione uti, subdit dicens; Non solum, non dolemus in his afflictionibus; verum etiam gaudemus. Quodque maius est, non tantum spe futurorum præmiorum, uerum etiam horum gratia quæ nunc contingunt, propterea quòd hic quoque per has afflictiones clari reddimur & illustres. Itaque tantum abest vt lugeamus, ac lamentemur. Vt quod agitur, uocemus triumphum, & ornemur his quæ nobis accidūt. Vnde & dicit: Deo gratias, qui semper nos triumphat, hoc est, qui nos, omnibus facit conspicuos, & claros. Nam quod alijs uidetur esse ignominiæ, nimirum undique eijci, hoc nobis uidetur summi honoris. Eoque non dixit, quia nos facit notos, sed qui triumphat, significans quòd huiusmodi persecutiones, vbiq; terrarū, assidua trophæa erigerent aduersus diabolum. *Hom. 5. in 2. epist. Pauli ad Corinth. 2. Cor. 1.* *Ioan. 16.* *Ho. 33. in epist. Pauli ad Hæbr.*

11 IDEM explicans verba illa: Per arma iustitię, à dextris & a sinistris, sic inquit. Monstrat Paulus, quòd tribulationes sunt arma, non solum non deijciētia, sed & munientia, & fortiores reddentia, dextrorsum & sinistrorsum. Sinistra uocat, quæ uidentur iniucunda: quia plerique hanc opinionem habent, multosque alios commemorat labores, & afflictiones, quas ferebat hilariter. *Hom. 12. in eandem epistl.* *2. Cor. 6.* *Psal. 118.*

12 IDEM explicans uerba illa cap. 12. Libenter gloriabor in infirmitatib. meis, ut inhabitet in me virtus Christi, sic habet: Hic innuit, quòd quāto plus ingruat tentationum, tanto magis augetur gratia, estque diuturnior. Quamobrem mihi placeo in infirmitatibus meis. Qualibus quæso? In contumelijs, in necessitatibus, in anxietatibus, in persecutionibus. Expetebat vt a molestijs liberaretur. Ceterum ubi diuino respōso doctus est, hoc fieri non conuenire, lætatus est. Nam quemadmodum abundant afflictiones ipsius, sic abundat & consolatio nostra. Vbi afflictio, ibi & consolatio, ibi & gratia. Quando igitur in carcerem coniectus est, tunc admiranda illa gessit. Quando naufragium passus est, atque in barbaram regionem eiectus, tunc maximè inclaruit. Quando in tribunal uinctus accessit, tunc & iudicem vicit. Sic & in ueteri testamento contingebat, in tentationibus iusti florebant. Sic tres illi pueri, sic Daniel, & Moyses, & Ioseph, omnes hinc *Homi. 26. in eandem epist. 1. Cor. 2.* *4. Reg. 20.* *Psal. 77.* *Deut. 32.* *Psal. 9.* *Matth. 7.*

clari,

clari,& magnis coronis digni iudicati sunt. Tunc enim & anima purgatur, cum propter Deum affligitur, tunc maiori fruitur auxilio, cum ampliore eget subsidio, gratiamque meretur copiosiorem. Quin & ante præmia à Deo proposita, magna bona consequitur. Si quidem & saltum detrahit, ac socordiam omnem exturpat afflictio, & ad tolerantiam exercet, quàm sint viles res humanæ detegit. Etenim Hæbræorum populus, cum malis affligebatur, exagitaturque, suspirabat, ac Deũ precabatur, & magnum sibi fauorem cœlitus conciliabat; cum uerò incrassatus est, resilijt. Rursum Niniuitę, quando securitate fruebantur, ita Deum exacerbauerunt, vt minaretur totam se funditus ciuitatem euersurum; cum uerò humiliati sunt, plenam demonstrarunt Philosophiam. Salomon cum curis angeretur, ac perturbaretur, de gentis illius perturbatione consilium iniens, uisione illa dignus est habitus. Ceterum quando delicijs indulsit, in ipsum vitiorum omnium barathrum, delapsus est. Quid autem huius pater? Quando nam suspiciendus erat, & admirabilis? Nonne quando tentationibus exercebatur? Absalon vero, nonne quamdiu patrem fugeret, moderate se gerebat. Vbi autem reuersus est, Tyranni animum induit, ac parricida factus est. Porro quid Iob? Nam hic quidem clarus extra afflictionem fuit, clarior tamen post afflictionem extitit? Et quid attinet prisca commemorare? Si quispiam enim quæ nobis hisce temporibus acciderũt, expendat, conspiciet quantum sit afflictionis lucrum. Nũc enim pace fruentes, supini & desides facti sumus, innumeris Ecclesiam malis impleuimus. Quando vero agitabamur, temperatiores, & mansuetiores, & meliores in hisce cœtibus eramus, ad auscultandum promptiores, & alacriores. Quippe quod auro ignis, hoc animabus afflictio, sordes purgans, puros reddens, splendidos efficiens, & hilares; hæc enim in regnum introducit, illa in gehennam. Vnde & ipse dicebat. In hoc mundo pressuram habebitis, tanquam magnum aliquod bonum, quod nos comprehenderet. [Infra.] Etenim sanctos omnes sic ad regnum adduxit Deus p afflictiones & angustias, simul & illos iuuans, & alijs interim consulens ne maiorem quàm par esset, de ipsis opinionem conciperent.

IDEM ait: Omnia toleremus cum gratiarum actione, siue paupertas sit, siue ægritudo, sine quidquid aliud nobis euenit. Ipse enim solus agnoscit, quid nobis prodest. In paupertate sumus, gratias agamus, in ægritudine, gratias agamus, calumnias sustinemus, gratias agamus, aliquod malum patimur, gratias agamus; hoc enim nos facit proximos esse Deo, tum etiã Deum habemus debitorem; quando vero bona percipimus, nos debitores existimus. Et sæpius nobis ad iudicium ista contingunt, illa uero ad peccati purgationem proueniunt. Propterea, & Propheta dicebat. Bonum mihi Domine, quod humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Quando uero prosperitatem accepit, & de aduersitatibus liberatus est Ezechias, in altũ cor eius erectum est, quando vero in ægritudinem ac morbum deciderat, tunc humiliatus est, tunc proximus factus est Deo. Quando, inquit, occideret eos, quærebant eum, & renertebantur, & diluculo ueniebant ad eum, & iterum quando impinguatus est, & saginatus, recalcitrauit, qui dilectus erat. Magnum quippe bonum est tribulatio. Arcta enim & angusta est via, quæ ducit ad uitam: Ego tribulatio nos compellit in angustam uiam; qui vero non tribulatur, illam uiam intrare non poterit. [Infra.] Intuere qualiter Paulus in angustias huius vitæ ingreditur? affligo, inquit, corpus meũ, & in seruitutem redigo, vt per illud iter incedam. Propterea in omnibus afflictionibus gratias agebat Deo. Damnum pecuniarum passus es, hoc tibi plurimum latitudinis exportauit. Ex honoris culmine cecidisti, facta est tibi alia altitudo. Paulus, ter Dominum rogaui, sit, hoc est sæpius, & dixit mihi. Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Infirmitatem hic dicit tribulationes. Vnde ait: Propterea glorior in infirmitatibus meis, hoc est complaceo, requiesco in tribulationibus meis.

IDEM exponens uerba illa: Ego Paulus, cap. 4. Vinctus Christi. Inquit vinctus Christi, nam nihil ita splendidum, vt vinctum esse propter Christum, vt catenæ sint sanctis illis manibus circundatæ. Vinctum esse propter Christum, illustrius est, quàm siue Apostolum, siue doctorem, siue Euangelistam esse. Si quis Christum diligit, is nouit, quid sit, quod dico. Si quis erga Dominum insanit, ut ita dicam, & ardet, is nouit quæ sit uinculorum uirtus. Hic itaque prius habebit optione data vincula ferre propter Christum, quam cœlos inhabitare. Quouis auro splendidiores, quouis diademate regali illustriores manus has illis ostendit. Non enim caput ita splendidũ reddit imposita corona margaritis conspicua, ut catena ferrea, quæ propter Christum fertur. Si quis Christum diligit, is nouit hanc dignitatem, hanc intelligit virtutem, agnoscit quantum sit illud, quod humano generi largitus est Deus, nimirum, ligari pro eo. Etiam si nullam haberet mercedem res ista, hoc tamen solum magnum est præmium, hoc multa retributio, quòd ista mala propter dilectum feruntur. Hæc sciebant, qui reuertebantur gaudentes a conspectu concilij, eo quod digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Quòd si quis mihi, vel vniuersi cœli, uel huius catenæ copiam, & optionem daturus esset, catenam hanc ego plane elegissem. Deinde si aut mihi cum Angelis standum esset sursum, aut cum Paulo vincto, carcerem utique præoptassem. Ad hæc si quis me, aut in numerum, & ordinem celestium potestatum, earum etiam quæ prope sunt thronũ Dei, aut talem ligatum fecisset, talis utique ligatus esse uoluissem. Nihil hac catena beatius. Vellem nunc etiam in eis esse locis, in quibus hæ catenæ esse dicuntur, & vincula. Cuperem uidere catenas illas, quas quidem verentur & horrent Dæmones, uenerantur uero Angeli. Nihil melius, quàm male propter Christum affici. Non ita beatum duco Paulum, quòd in Paradisum raptus, atque quòd in carcerem est coniectus. Non ita beatum æstimo, quia uerba audiuit ineffabilia; atque quòd uincula sustinuit. Non ob id adeo beatum illum prædico, quòd in tertium cœlum raptus est; atq; propter uincula. Quod enim ista reliquis sint maiora, audi eum ipsum quomodo glorietur. Neque enim dicit, hortor uos ego, qui ineffabilia uerba audiui: Sed hortor uos ego vinctus in Domino. Potius mihi habetur, male affici pro Christo, quàm honorari a Christo. [Infra:] Non erant ita præclaræ manus Pauli, quando claudum illum in Lystris erigebant, ac quando uinculis erant circumligatæ. Admiraris Paulum tum potissimum, quando nihil illi quæ manui adhæserat, detrimenti adferebat uipera? Nihil mireris, catenam quippe illam reuerebatur. Immo, & uniuersum illã mare ueneratum fuerat, nam tunc quoque vinctus erat. Si quis modo mortuos mihi largiretur excitandi facultatem; istud plane, non præferrem huic catenæ. Quòd si liberum fuissem per curas Ecclesiasticas, & corpus habuissem validum, nihil vtique causatus fuissem, quo minus tanta susceptа peregrinatione, catenas dumtaxat illas, & carcerem ubi ligatus fuit, uidissem. Et in scripturis me non tantum delectat miracula patrans, quantum male affectus, flagellatus, ac miserabiliter tractatus. Beati estis cum maledixerint uobis homines dixit Christus. Quod si male propter Christum audire, adeo facit beatos, quid non faciet, male etiam affici? Erat Petrus honoratus ista catena. Erat enim inquit, vinctus, ac traditus militibus, & dormiebat, ita erat hilaris, ac nihil prorsus immutatus, & grauis illum habebat somnus. Dormiebat minima cura, ac sollicitudine, eratque inter milites, & ueniebat ad eum Angelus. Hic si mihi quisquam dixisset,

4. Reg. 19. Deut. 6. Exo. 1. Iona 1. 3. Reg. 3. & 9. et 11. 2. Reg. 13. Ibid. 15. Ioan. 16. Ioan. 16. Ho. 33. in epist. Pauli ad Hebr. Psal. 118. 4. Reg 20. Psal. 77. Deut. 32. Psal. 9. Matth. 7. Hom. 3. in epist. Pauli ad Roma. 10. 4. Hom. 5. in 2. epist. 2. Pauli ad Corinth. 2. Cor. 1. Hom. 12. in eandem epist. 2. Cor. 6. Homi. 26. in eandem epist. 1. Cor. 2. Infer. 8. in epist. Pauli ad Ephesios. Act. 5. Act. 14. Act. 28. Act. 12. Matt. 5.

elige vtrum velis, vis esse Angelus Petrum soluens, an Petrus seruatus? Petrus utique maluisse esse, propter quem, & Angelus descendit. [Infra:] Commotus est carcer vincto Paulo, solutaque sunt omnium vincula. Atqui non est ista vinculorum natura, sed contraria, nimirum uinctum in munitione, & cautione detinendi, non illi ianuas carceris laxandi. Verum quorumuis simpliciter vinculorum non est natura, est autem eorum quæ Christi nomine feruntur. Procidit ad pedes Pauli & silæ custos carceris, at neque istud faciũt vincula quæuis, quæ non eos qui ligauerant, ante pedes ligatorum, sed contrario ligatos, istis subijciunt.

Act. 16.

17 *Lib. 3. de prouidẽtia ad Stargirium monachum.*

IDEM sic exorditur: Si quis te ad regnum terrestre, atque imperium vocaret, & ante ingressum eius ciuitatis in qua coronandus esses, in stabulum diuerte re necesse esset, vbi luti, ac fimi plurimum, viatorumque tumultus esset, summaque pressura, & angustia, num ad illa tristia cogitatione conuertereris, an illa omnia quasi nihil essent, gaudio & ipe regni contemneres? Perquam igitur ineptum est terrenis mortalibusque rebus potiturum, nihil his quæ interim inciderint contrahi, æterni autem regni spe elatum, atque ad cœlos accersitum, per singula quæ in diuersorio contingunt tristia, decidere atque perturbari? Age, ad sanctos ipsos ueniamus, ad Moysen orationem transferentes. Hic enim omnium qui in terra uersabantur mitissimus gignitur, gentibus quidem suis, ui durissimæ seruitutis oppressis, alienatusque a parentibus, ignoransq; a quibus genitus esset, priorem omnem ætatem, a barbaris viris educatur. [Infra:] Efficitur fugitiuus, regis filius, vt si quis regiæ illius educationis indulgentiam, beatam arbitrabatur, is modo mærorem prioris abundantiæ, animaduertat, illum iusto uiro, doloris incredibilis ac difficultatis causam extitisse. Neque enim idem quempiam in priuata nutritum domo, plurimis iam laboribus, multisque peregrinationibus, & ærumnis exactis, longos iterum labores, atque ea incommoda, quę extra patrium solum necessario subeunda sunt, perpeti, & eum qui ista nunquam uel breuiter fuerit expertus: Sed contra penitus, in regia magnificentia, omne tempus educatus, idipsum pati. Vita in peregrinatione illi ærumnis plena sint, Demonijs quippe hospes ille suus Sacra exsoluebat, diuersatusque est apud illum longissimo tempore, tradita autem sibi pascendi gregis custodia, quadraginta annis ita perstitit. [Infra;] Per totum, labores Moysi, tum in egressu filiorum Israel de Aegypto, tum etiam in longa ipsorum peregrinatione commemorat, & concludit. Denique a prima statim ætate ita dolere ac mærere incepit; vt nunquam desisteret, uitamque ipsam cum mœstitia finiret. At uero successor eius Iosue omnium (vt ita dixerim) tristium, cum eo vna periculum fecit. Si quid tamen illum eo quod iunior esset effugit, hoc sane post mortem illius in eo cumulatius impletum est.

Exo. 2.

18

19 *Homi. 62. ad populũ 2. Tim. 2. 2. Cor. 4.*

IDEM sic habet: Si patimur, & conregnabimus. Quid est patimur? Si tribulationes ferimus, & persecutiones, si viam ambulemus angustam. Nam angusta quidem a natura est laboriosa, voluntate vero nostra, leuior efficitur spe futurorum. Momentaneum enim & leue tribulationis, per excellentiam, æternum gloriæ pondus operatur, non contemplantibus nobis quę videntur, sed quæ non videntur. [Infra]: Quis nos separabit a charitate Christi, tribulatio, an angustia, fames, persecutiones, mortes? & ille quidem & ista tanquam nihil essent contempsit.

Rom. 8.

20 *In epist. ad Marcellã. to. 4.*

HIERONYMVS Marcellam consolatur, ut aduersa toleret patienter. Non ignoramus venerabilis soror, tuam præteritam in hoc sæculo gloriam. Nam etiam vidimus te in tempore illo quo domum tuam regalis affinitas ambiebat, eminentem in his honoribus qui destruuntur: Quia, & ipsi quoque a Deo altissimo tribuuntur. Attamen caduci, & fragiles sunt, cuius figura vt vmbra præterit. Vnde impensius admiramur gratiam, quæ tibi data est, & magnificamus in te Dominum, qui te in laboribus hominum posuit, & salutifero paternæ pietatis verbere visitauit, vt in paucis vexatam, in multis bene disponeret, teste Apostolo. In hoc mundo corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. Vnde & Dauid ait: Corripiat me iustus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Ita & in Salomone scriptum est. Quem diligit Dominus corripit, & flagellat; castigat autem omnem filium quem recipit. Vnde Apostolus potens fit in infirmitatibus suis. Vnde raptus in tertium cœlum, ne magnitudine reuelationum extolleretur, Domini gubernatum moderamine, refert, appositio Angelo Satanæ in stimulum carnis suæ, ideſt, in tribulatione corporea, vt deprimeretur salubriter, ne inflaretur inaniter. Confidens esto filia, sicut esse cœpisti, & gloriare in præteritis passionibus tuis, recolens, & illa eiusdem doctoris eloquia, non esse condignas passiones huius temporis ad futuram gloriam. Tribulatio enim patientiam operatur; patientia autem probationem, probatio uero spem, spes autem non confundit, quia charitas diffusa est in cordibus nostris, in qua radicati omnia sustinemus. Sanctus ergo, flagellorum sentiens vtilitatem dicit, Proba me Domine, & tenta me. Et alibi, quasi pœnitens mundi huius gloriæ, confitetur, cum dicit. Prius quam humiliarer ego deliqui. Et quia humiliatione curatus sit, statim dicit: Propterea eloquium tuum custodiui. Ob hoc rursus Propheta. Da nobis auxilium de tribulatione, & vana salus hominis est. [Infra:] Itaque cuncta quæ passa es sicut intelligis vulnera quidem corporis tui, sed & animæ remedia fuerunt. Tibi donatum est, non indurari pia castigatione, sed corrigi. Dic, Bonum mihi Domine quòd humiliasti me: vt discam mandata tua, adijcereque poteris quod statim sequitur. Bonum mihi lex oris tui, super millia auri, & argenti.

Psal. 140. Heb. 12. 2. Cor. 12. Rom. 8. Rom. 5. Psal. 25. Psal. 118.

21 *Li. 1. inc. 1. Hierem. to. 4. 1. Cor. 4. Psal. 22.*

IDEM exponens verba illa: Quid tu uides Hieremia? Et dixi. Virgam vigilantem ego uideo, sic ait: Vigilat uirga, cuncta populi peccata considerans, vt ipcutiat, & corripiat delinquẽtes Vnde, & Apostolus scribit peccantibus, quid vultis? In uirga ueniam ad vos, an in charitate, & spiritu mansuetudinis? Ista est, uirga, vel baculus de qua Dauid loquitur. Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Pulcreque posuit consolata sunt: ad hoc enim Dominus corripit, vt emendet. Et quomodo nux siue amygdalum, amarissimam habet corticem, & testa durissima cingitur, vt detractis austerioribus & duris, fructus dulcissimus reperiatur: sic omnis correptio & labor, amara quidẽ videtur ad præsens, sed fructus parit dulcissimos. Vnde, & vetus illa sententia est; Litterarum radices amaræ: fructus dulces. Hoc ait, quia septuaginta uerterunt pro uirga vigilante, baculum nuceum, Theodotio vero amygdalinam. Postea vero, subdit. Quid tu vides? Et dixi. Ollam succensam ego uideo. Quoniam qui noluerint percutiente uirga emendari, mittuntur in ollam æneam, atq; succensam, de qua plenius scribit Ezechiel, quæ a facie Aquilonis accenditur.

Ezec. 24.

23 *Li. 1. in. 1. Ezech.*

IDEM explicans uerba illa: Vidi, & ecce ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius, sic ait. Inuolutus ignis significat uẽtura supplicia, & captiuitatis mala. Splendor q̃ in circuitu eius, Dei aperta iudicia. [Infra.] Ignem quoq; micantem, & splendorẽ in circuitu eius, sic accipe quia cum terrorem peccatoribus inferat atque supplicia, tamen splendore rutilet, & lumine ac fulgore sit plenus. Idcirco nos excoquens, vt puris atq; purgatis tribuat lætiora. Et in medio eius quasi species electri, ideſt de medio ignis. Ergo hoc sentiendũ, quòd in medio ignis & tormentorum Dei, electri similitudo sit, quod est auro argentoque pretiosius, ut post iudicium atque tormenta, quæ patientibus tristia videntur

tur & dura, pretiosus electri fulgor appareat, dū prouidentia Dei omnia gubernantur, & quæ putatur pœna, medicina est. In medio huius ignis, similitudo est quatuor animalium.

24 IDEM explicans illa verba: Et stillauit super nos
Inc. 9. Da pistis. maledictio, & detestatio, q̄ in scripta est in lib. Moysi
Psal. 140. serui Dei: quia peccauimus ei, recensens flagella quæ à
Dño populo Iudæorum inflicta sunt in Babylonia, vt
Hebr. 12. eorum pōderet leuitatem, ait: & stillauit super nos maledictio, quasi dicat. Non totam in nos effudisti iram, quam ferre non poteramus, sed stillam furoris tui, vt correcti, in plaga reuerteremur ad te. Omne malum hoc venit super nos, & non rogauimus faciem tuam Domine Deus noster, vt reuerteremur ab iniquitatibus nostris. Grādis duritia, vt, & in plagis positi, Deū non rogarent, nec reuerterentur ab iniquitatibus suis, vtpote cessantibus, Dei cessarent flagella. [Infra:] Et vigilauit Dominus super malitiam, & adduxit eā super nos, quoniam iustus Dominus Deus noster in omnibus operibus suis. Quando propter peccata corripimur, vigilat super nos Deus, & visitat nos. Quando vero a Deo deserimur, & non iudicamur, indigniq; sumus correptione Domini, tunc dicitur dormire. Malitia enim nostra inebriat Deum, quæ quando in nobis corripitur, euigilare dicitur.

25 IDEM ex illis verbis: Post Dominum ambulabūt,
Li. 3. in c. 11. Osee. 5 quasi leo rugiet, quia ipse rugiet, formidabunt filij maris, & volabunt quasi auis ex Aegypto, & quasi columba de terra Assyriorum, & collocabo eos in domibus suis, dicit Dominus. Ostendit qua ratione cum Dominus instar leonis rugierit, & intonuerit, & dederit vocem suam flagella minando, cunctæ aues, & vniuersa volatilia perhorrescerent, & irent ad nidos, idest, ad domos suas, in quibus Dominus habitabit cum eis. Cum verus leo infremueri t, falsus leo qui est diabolus conticesset, quique ante ab eo capti fuerant, rugitu leonis soluti, & comminationes terribili, sequentur Dominum. Tunc volabunt quasi aues ex Aegypto, & quasi columba de terra Assyriorum, & dicent, Quis dabit
Psal. 54. mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requiescam in Ecclesia.

26 AVGVSTINVS explicans verba illa: Virga tua
In Psal. 22. to. 8. & baculus tuus ipsa me consolata sunt, inquit: Disciplina tua tamquam virga ad gregem ouium, & baculus iam ad grandiores filios, & ab animali vita ad spiritalem crescentes ipsa me non afflixerunt, magis, quàm consolata sunt: quia memor es mei. Post virgam autem & baculum, quibus erudiebar, parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me, vt nō iam lacte a lar paruulus; sed maiorem cibum sumam, formatus aduersus eos, qui tribulant me.

27 IDEM exponens verba illa: In chamo & freno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te,
Enarratio ne 2. in Psal. 31. sic habet: Equus & mulus vis esse: Vis non habere sessorem? Constringetur os tuum, & maxillæ tuæ in freno & chamo. Multa flagella peccatorum. Non est mirum, si adhibito freno, sequuntur flagella. Indomitum enim animal esse cupiebat, domatur freno, & flagello, atque vtinam perdometur, verendum est enim, ne nimium resistendo, indomitum relinqui mereatur, & ire in suam vagam licentiam, vt dicatur de
Psal. 72. illo. Prodiet quasi ex adipe iniquitas eorum, transierunt in affectum cordis. Ergo cum flagellatur, corrigatur, dometur: quia & iste sic se dixit edomitum, equū & mulum se dixerat, quoniam tacuit. Conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina, siue flagella dicas, siue stimulos dicas, domat Deus iumentum cui insidet, quia iumento expedit, vt insideatur. Diriget mansuetos in iudicio. Mansuetos, non exigentes seruices aduersus domitorem suum, patientes flagella, & frena, postea sic domiti, vt sine flagello ambulent, & sine freno & chamo viam teneant. Sperantem autem
Psal. 31. in Domino misericordia circundabit. Quem primo

circundat pressura, postea circundat misericordia; quoniam misericordiam dabit, qui legem dedit, legem in flagellis, misericordiam in consolationibus. [Infra.] Et 28
gloriamini omnes recti corde; Recti corde gloriantur *Psal. 31.*
in tribulationibus, nam non est magnum gloriari in *Rom. 5.*
gaudiis, rectus corde, etiam in tribulatione gloriatur; scientes quòd tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit. Cuicumque aliquid accidit, dicat. Dominus dedit, Dominus abstulit. Ecce rectum cor, sicut Domino placuit, ita & factum est, Sit nomen Domini benedictum. Ad Deum tuum refer flagellum tuum, quia nec diabolus tibi aliquid facit, nisi ille permittat, aut ad pœnam, aut ad disciplinam. Ad pœnam impijs, ad disciplinam filijs. Flagellat autem omnem filium, quem recipit. Ne te sine flagello speres futurum, nisi forte cogites exhęredari. Flagellat omnem filium. Vbi te volebas abscondere? Omnem, & nullus exceptus, nullus sine flagello erit.

IDEM explicans verba illa: Rectos decet collaudatio, dicit. Si curuus fueris, laudas Deum quando be- 29
ne tibi est, blasphemas, quando male tibi est. Et eris *Conc. 1. in*
insulsus puer in domo patris, amans patrem si tibi blā *Psal. 32.*
ditur, & odio habens quando te flagellat, quasi non blandiens, & flagellans, hæreditatem paret. Audi in alio Psalmo, quomodo deceat rectos laudatio Benedicam inquit, Dominum in omni tempore, semper laus
Psal. 33. eius in ore meo. Omni tempore, semper, & in prosperis, & in aduersis. Multi sunt qui laudant, & exultant, quando prouenit aliqua felicitatis, & hi docendi sunt, & patrem agnoscere etiam flagellantem.

IDEM exponens illa verba: Congregans sicut in 30
vtre aquas maris, inquit: Si quando existunt tentatio- *Cōc. 2. eius*
nes, pressuræ, quando non sperabantur, intelligamus *dem Psal.*
Dominum facere hoc ad disciplinam, vt excutiat à nobis male prouidentem de temporalibus securitatem, & dirigat nos in regnum suum, composito desiderio. Quod desiderium, tribulationibus hinc atque hinc cōtundentibus, producitur, vt simus canori auribus Domini, tamquam tubæ ductiles. Dictum est hoc & in
Psal. 97. psalmis, & in tubis ductilibus, laudate Deum. Tuba ductilis malleo producitur, ita Christianū cor in Deū pressurarum plagis, extenditur. Ponens in thesauris abyssos. Nescis vnde proferat quod opus est, ad flagellandum te pater tuus? Qui quidem in disciplinam tuā habet abyssi thesauros, quibus te erudiat ad thesauros cœlorum. Congregauit Dominus sicut in vtre aquas maris, quia non sæuiunt tam apertæ persecutiones quales erant illæ, quæ olim martyribus à Tyrannis inflige bantur. Fluctus maris in thesauris sunt absconditi. Et ne quis secutus possit in hoc mundo esse, ponit in thesauris abyssos: vt prodeant persecutiones, quando & vnde homo non credit, vt sic timeat Dominum omnis terra, & commoueantur omnes qui habitant orbem. Fera sęuit, Deum time. Serpens insidiatur, Deum time. Homo te odit, Deum time. Diabolus te impugnat, Deum time. Tota creatura sub illo est, quem iuberis timere. Non est ausus diabolus, vel vnam auiculam tollere beato viro Iob, nisi prius diceret. Mitte manum
Cap. 1. tuam, hoc est, da potestatem.

IDEM exponens illa verba: Confirmat autem 31
iustos Dominus, ait: Quidquid acciderit iusto, vo- *Conc. 2. in*
luntati diuinæ deputet, non potestati inimici. Sæuire ille potest, ferire, si ille noluerit, non potest; & si ille voluerit vt feriat, agnoscat quia flagellat omnem filium, quem recipit. [Infra:] Quia confirmat iu- *Hebr. 12.*
stos Dominus, clamant. Quis nos separabit a charitate Christi, tribulatio, an angustia, &c. Certus sum, *Rom. 8.*
quia neque mors, neque vita, &c. poterit nos separare a charitate Dei. Descenderunt quidam Prophetæ de Hierosolyma, & prophetauerunt Paulo, quòd multa passurus esset in Hierusalem, cœperunt fratres monendo rogando, deterrere, & reuocare, ne

iret in Hierusalem;ille autẽ quia iam eorũ erat numero de quibus dicebatur, confirmat autem iustos Dominus,quid,ait,facitis flentes & confringentes cor meũ,
Act. 20. non facio animam meam pretiosiorem quàm me. Iam
2. Cor. 20. enim dixerat eis,quos parturierat in Euangelio, libentissime impendam, & super impendar pro animabus uestris. Ego,inquit,non solum alligari: Sed, & mori paratus sum pro nomine Domini Iesu. [Infra:] Nouit Dominus uias immaculatorum. Nouit Dominus ulcerosum pauperem iacentem ante diuitis ianuam, nouerat alterum diuitem indutum purpura,qui epulabatur quotidie splendide. Nouit, unius sempiterna tormenta,& alterius,futuram felicitatem. [Infra:] Non confundentur in tempore malo. In die tribulationis,in
Rom. 5. die angustiarum. Vnde clamat iustus. Gloriamur in tribulationibus. Et in diebus famis saturabuntur. Si egestatem intus pateretur iustus, quomodo gloriaretur in tribulationibus? Videbantur foris angustiæ, sed intus latitudo erat. In medio tribulationis gaudium est.

32 IDEM exponens illa uerba: Verumtamen Deo
In Ps. 62. subiecta esto anima mea, quoniam ab ipso patientia mea,iuquit. Et quis tanta toleret,uel aperta bella, uel occultas insidias? Qui dicit, Deo subijcietur anima mea, quoniam ab ipso patientia mea. Venit dolor meus, ueniet & requies mea. Venit tribulatio mea,ueniet & purgatio mea. Numquid lucet aurum in fornace aurificis? In monili lucebit, in ornamento lucebit, patiatur tamen fornacem, ut purgatum a sordibus ueniat ad lucem. Fornax ista,ibi palea,ibi aurum,ibi ignis ad hanc flat aurifex. In fornace ardet palea, & purgatur aurum. Illa in cineres uertitur a sordibus illud eruitur. Fornax mundus,palea iniqui,aurum iusti,ignis tribulatio,aurifex Deus. Quod uult ergo aurifex facio, ubi me ponit artifex tolero, iubeor ergo tolerare, nouit ille purgare. Ardeat licet palea ad incendendum me,& quasi consumendum me,illa in cinerem uertitur ego sordibus careo, quia Deo subijcietur anima mea, a quo est patientia mea.

33 IDEM de plagis Aegypti differens ait: Inter me-
Ser. 83. de tempore to. 10. dias plagas, post multa uerbera ueniunt de superis uoces,& tonitrua,ut uideas temperamentum diuinæ correptionis. Non cum silentio uerberat: sed dat uoces
Exod. 9. & doctrinam cęlitus mittit, per quam possit culpam suam mundus castigatus agnoscere: dat, & grandinem, per quam tenera adhuc uastentur nascentia uitia: dat, & ignem sciens esse spinas ac tribulos peccatorũ, quos debeat ignis depascere. Per hunc enim,incentiua uoluptatis,& libidinis consumuntur.

34 IDEM inquit: Quoties Pharaonem, Dei plaga
Ser. 88. de tempore. percussit,afflictus pœnituit. At ubi ei remissio diuina, indulgentiam dedit,iterum se in superbiam elatus erexit. Hoc ergo credite fratres, quia quoties Dominus dixit,Ego indurabo cor Pharaonis, non aliud intelligi uolui,nisi ego suspendo plagas meas,& flagella, unde cum per indulgentiam meam, contra me indurare permitto.

35 GREGORIVS exponens uerba illa Iob 1. cap.
Lib. 2. moral. c. 11. to. 2. Tunc surrexit Iob, & scidit uestimenta sua,inquit: Nõ nulli magnæ constantiæ philosophiam putant,si disciplinæ asperitate correpti, ictus uerberum doloresque non sentiant. Nonnulli uero tam nimis percussionum flagella sentiunt, vt immoderato dolore commoti,etiã in excessu linguæ dilabantur; sed quisquis ueram philosophiam nituntur tenere,necesse est vt inter utraq; gradiatur. Non est enim pondus verę virtutis insensibilitas cordis, quia, & valde insana per stuporem membra sunt,quæ & incisa,sentire dolorem nequaquã possunt. Rursus uirtutis custodiam deserit, qui dolorem verberum vltra quàm necesse est, sentit, quia dum nimia afflictione cor tangitur,vsque ad impatientiæ contumelias excitatur, & qui per flagella corrigere malefacta debuerat, agit, vt nequitia per flagellum crescat.
Hier. 5. Contra insensibilitatem percussorum per Prophetam dicitur. Percussisti eos nec doluerunt, attriuisti eos,renuerunt accipere disciplinam. Contra pusillanimitatẽ
Ps. 130. percussorum per Psalmistam dicitur. In miserijs non subsistent. In miserijs namque subsisterent, si aduersa æquanimiter tolerarent. At postquam mente inter flagella corruunt,quasi inter illatas miserias, subsistendi constantiam perdunt. Iob contra utraque mira se æquitatis arte seruauit, vt nec quasi dolorem non sentiens flagella sperneret, nec rursum vltra modum dolorem sentiens,contra iudicium flagellantis insaniret. Cunctis enim rebus perditis, cunctis liberis amissis, surrexit,scidit uestimenta sua,& tonso capite,corruens in terram adorauit. Quòd uestimenta scidit,quòd tonso capite in terram corruit, monstra nimirum quia flagelli dolorem sensit. Quod vero additur, adorauit, aperte ostenditur, quia in dolore positus, contra flagellantis iudicium non excessit. Nec omnino ergo nõ motus est,ne Deum ipsa insensibilitate contemneret, nec rursum omnino motus est, ne nimis dolendo peccaret. Beatus Iob p hoc quod motus exterius exhibuit, ostendit,quia flagella Patris agnouit,per hoc quod adorando humilis mansit,ostendit, quia amorem Patris, nec in dolore deseruit.

IDEM ait: Quid est, quòd Iob, Dei testimonio 36
Lib. 3. moral. c. 5. præfertur, & tamen plagis vsque ad sterquilinium sternitur? Quid est,quòd Ioannes Dei voce laudatur, & tamen pro temulenti verbis, in saltatricis præmium moritur? Quid est hoc, nisi quia idcirco sic eos premit in infimis,quia uidet quomodo remuneret in summis, & foras usque ad despecta deijcit, quia intus usque ad incomprehensibilia perducit? Hinc ergo vnusquisque colligat,quid illic sint passuri, quos reprobat, si hic sic cruciat,quos amat? Aut quomodo feriendi sunt, qui in iudicio arguendi sunt,si sic eorum vita premitur,qui ipso iudice teste laudantur.

IDEM explicans uerba illa: Si bona suscepimus 37
In cap. 7. de manu Domini,mala autem quare non sustineamus, inquit. Ecce in beato Iob vas fictile, sciſſuras uulnerũ exterius sensit; sed hic thesaurus interius integer mansit. Foris enim per vulnera crepuit, sed indeficienter interius nascens thesaurus sapientiæ, per uerba sanctæ eruditionis emanauit dicens. Si bona suscepimus de manu Domini, mala autem quare non sustineamus? Bona dona Dei,vel temporalia,uel æterna,Mala autem flagella præsentia appellans,de quibus per Prophetam Dominus dicit. Ego Dominus, & non est alter, formans lucem,& creans tenebras,faciens pacẽ,& creans
Esa. 29. mala. Creare mala Dominus indicat,cum res bene cõditas; nobis male agentibus in flagellum format, ut ea ipsa,& per dolorem quo feriunt, delinquentibus mala sint, & per naturam qua existunt,bona. [Infra:] Formans lucem, & creans tenebras dicitur, quia cum per flagella,exterius doloris tenebræ creantur, intus per eruditionem mentis,lux accenditur. Faciens pacem,& creans mala, quia tunc nobis pax cum Deo redditur, cum hæc,quę bene sunt condita,sed male concupita,in ea, quæ nobis mala sunt, flagella uertuntur. Per culpam quippe discordes Deo existimus, dignum ergo est, ut ad pacem illius per flagella redeamus, ut cum vna quæque res bene condita, nobis in dolorem uertitur, correcti mens ad auctoris pacem humiliter reformetur. Ista ergo flagella beatus Iob mala nominat, quia salutis, & tranquillitatis bonum,qua perturbatione feriant, pensat Dicit, si bona suscepimus de manu Domini, &c. magna quippe consolatio tribulationis est, si cum aduersa patimur, auctoris nostri dona ad memoriam reuocemus. In die malorum, ne immemor sis bonorum. Quisquis enim flagellis
Eccl. 11. atteritur, sed flagellorũ tempore nequaquã se ex donis quæ eũ contigit accepisse,consolatur,a statu mẽtis,omnimoda desperatione destruitur. Sic ergo utraq; iungẽda sunt, ut unum semper ex altero fulciatur, quatenus & flagelli pœnã memoria temperet doni, & doni lætitiam,

39 Li. 13. moral. c. 11.

40 Lib. 23. c. 15.

41 Li. 34. moral. c. 10.

3. Reg. 6.

38

1 Hom. 10. in c. 13. Hieremiæ to. 2.

tiam, mordeat formido flagelli. Sanctus ergo vir, vt oppressam mentem inter vulnera mulceat, in flagellorum doloribus blandimenta donorum pensat dicens, Si bona suscepimus de manu Domini &c.

39 *Li.13.moral.c.11.* IDEM explicans verba illa Iob 17. capite. Cor eorum longe fecisti a disciplina, sic habet: Aestu, & frigore, fame, sitique turbari, morbis affici, quid sunt haec aliud, quàm flagella peccati? Sed sunt nonnulli, qui & flagella tolerant, & tamen mentem ad flagellantis metum minimè reformant. Vnde rectè dicitur, Cor eorum longe fecisti a disciplina. Quia etsi corpus sub disciplina est, cor sub disciplina non est, dum & flagellatur quisque, & tamen ad humilitatem mentis non reducitur.

40 *Lib.23.c.15.* IDEM exponens verba illa: Increpat per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit, ait: Hic occulto iudicio Dei, frequenti perturbatione conterimur, ne uiam pro patria diligamus. Solent enim nonnulli viatores, cum amoena fortasse in itinere prata cõspiciunt, pergendi moras innectere, & ab accepti itineris rectitudine declinare, eorumque gressus tardat pulchritudo itineris, dum delectat. Electis ergo suis ad se pergentibus, Dominus huius mundi iter asperũ facit, ne dum quisque vitæ præsentis requie quasi amoenitate vitæ pascitur, magis eum diu pergere, quàm citius peruenire delectet, ne dum oblectatur in via, obliuiscatur quod desiderabat in patria. Increpat ergo Deus per dolorem in lectulo, ideſt in præsentis vitæ requie, vel tentationis nos stimulis, vel flagelli afflictione conturbat.

41 *Li.34.moral.c.10.* IDEM explicans verba illa: In stipulam versi sunt ei lapides fundæ, inquit: Quid per fundam nisi sancta Ecclesia figuratur? Funda namque dum in gyrum mittitur, sic vt de illa lapides exeant, quibus aduersariorum pectora feriantur, ita sancta Ecclesia, dum volubilitate temporum per tribulationum circumitum ducitur, fortes ex illa viri prodeunt, quibus quasi lapideis ictibus, iniquorum corda tundantur. [Infra:] Leuiathan iste quoslibet fortes Ecclsię velut infirmos despicit, eorumque vires temporaliter premit, ideoq; dicitur in stipulam versi sunt ei lapides fundæ. Ac si aperte diceretur; Sanctorum robur, quasi in stipulæ mollitiem redigit. Omnem quippe tunc fortitudinem suæ iniquitatis exercens, quanto se ab eis vinci spiritaliter dolet, tanto atrocius contra eos corporaliter prævalet, & in eorum carne, crudelitatis suæ omnia argumenta consummat. [Infra.] Quasi stipulam æstimabit malleum. Aliquando per malleum percussio cœlestis exprimitur, quod Salomone templum ædificante signatur, cum dicitur, Domus autem, cum ædificaretur lapidibus dolatis atque perfectis ædificata est, & malleus, & securis, atq; omne ferramentum non sunt audita in domo, cum ædificaretur. Quid domus illa, nisi cœlestem Ecclesiam, & beatitudinem figurabat? Ad cuius ædificationem, electorum animæ quasi quidam expoliti lapides deferuntur. Qui cum ædificantur in cœlis, nullus iam illic disciplinæ malleus resonat, quia dolati illic lapides ducimur. Hic enim foris tundimur, vt illuc sine reprensione veniamus. Hic malleus, hic securis, hic omnia tunsionum resonant ferramenta. In domo autẽ Dei omnis persecutionum strepitus conticescit, nequa quam ferramenta perstrepunt, quia nec quælibet nunima ultra iam flagella sentiuntur.

Intr.7. *Esa.29.* *3.Reg.6.*

Flagellat Deus, vt emendet, vnde iusti flagellis corriguntur alienis, non mali, quod grande est malum.

Cap. X.

1 *Hom.o.in c.13.Hieremiæ to.2.* ORIGINES explicans illa verba: Non parcam, & non miserebor ab interitu eorum, inquit: Medicus uni membro non parcit, vt omnibus parcat. Bonus iudex pro vtilitate communi, quibusdam non miseretur, vt perspicere possimus, quomodo multis parcens, vni non parcat Deus. Habeat iudex propositum, quietem ciuitati, & pacem genti cui præsidet, prouidere. Huic si offeratur latro honesta forma, ætate satis integer, ex alio latere mater expansis crinibus deprecetur, vt senectutis suæ misereatur, & ex alio vxor, ne virum suum interficiat, lachrymabili uoce deploret, circumstent & liberi parui, cito orbi futuri, Quid faciet iudex? Miserebitur latronis, an non? Quid in commune expedit ciuitati? Si misertus fuerit, reuertetur homicida ad pristinum scelus, si uero in iudiciaria seueritate permanserit, vnus homo interibit, & vniuerso populo prouidebitur. Sic Deus si pepercerit peccatori, & miserans eius, noluerit eum punire pro scelere, quis non accipiat licentiam? Quis malorum, qui nunc saltem propter supplicia terrentur, non inuadet tempus, vt expleat quæcumque uoluerit, & præceps feratur in vitia? Age nunc, considera mihi, & medicum si cessauerit a sectione eius vulneris, quod secandum est, si non usserit id quod indiget cauterio propter dolores qui ex talibus remedijs consequuntur quomodo crescat infirmitas, & in deterius uetus humor exuberet. Si uero, ut ita dicam, temerarius ad vulnus sector accesserit & inusserit plagam, curat eum qui secatur, & vritur, quia paululum seueritatis assumpsit, licet uisus fuerit ægrotanti ad horam, non misereri. Ita & Deus 2 non vnum hominem, sed vniuersum curat orbem, & omnia vbique dispensat. Et cum hoc prouideat, quod vni commodum sit, multo magis prouidet, quid toti mundo conducat, & hominibus vniuersis. Prouidet quidem, & ea quæ uni expediunt, uerum ita, ne vnius vtilitas, omnium damno sit. Idcirco, & ignis æternus præparatus est, & gehenna, & tenebræ exteriores, quæ omnia non solum ob eum qui puniendus est, sed propter vniuersos homines constituta sunt. Si autem uis huius rei testem accipere scripturam, quòd in aliorum eruditionem, licet iam desperabiles sint peccatores, & a curatione penitus alieni, torqueantur, audi Salomonem in prouerbijs dicentem. Pestilente flagellato, imprudens callidior erit. Non eum qui flagellatur, dixit callidiorem futurum & sapientiorem propter castigationem suam: sed insipientem a stultitia ad prudentiam conuerti propter supplicia pestilentia, hoc quippe ex ipso nomine calliditatis significatur, & conuerti eum a calliditate, dum alios cernit propter ea quibus ipse obnoxius est, peccata cruciari. Igitur prodest nobis, si tamen digni sumus salute, ut alij in utilitatem nostram torqueantur. Et quomodo vtile fuit peccatum Israel, in salutem gentium, sic vtilis est, quorundam pœna aliorum saluti. Et ideo bonus, & clemens Deus, non parcam, inquit, & non miserebor ab interitu eorum. *Prou. 19.*

IDEM exponens uerba illa: Numquid vidisti 3 quæ fecerit auersatrix Israel, &c. & uidit præuaricatrix soror eius Iuda, quia pro eo quòd mœchata esset auersatrix Israel dimisissem eam & dedissem ei libellum repudij, non timuit præuaricatrix Iuda soror eius, sed abijt, & fornicata est etiam ipsa. Et in omnibus his non est reuersa ad me præuaricatrix soror eius Iuda in toto corde suo, sed in mendacio. Et dixit Dominus ad me. Iustificauit animam suam auersatrix Israel, comparatione præuaricatricis Iudæ, sic habet: In regnorum libris fertur historia, quæ docet, Salomone mortuo, temporibus Roboam, duodecim tribus fuisse diuisas, & in decem tribus regnasse Ieroboam, & uocatas esse Israel, duabus vero præfuisse Roboam, & vocatas eas esse Iudam Primus peccauit Israel, sub Ieroboam, & ceteris successoribus eius, & tanta peccauit, ut a Deo traderetur captiuitati, & seruiret apud Assyrios vsque in præsentem diem. Et Iuda peccauit, traditusque est Babylonijs non 2 vsque ad hodiernam diem, sed (vt scriptura testatur)

Hos.1.& in c.3.Hie.

testatur) septuaginta annis, de quibus Hieremias prophetauit, & Daniel. Accusatur ergo Israel, & dicitur Audiens congregatio Iuda, quòd ob peccata sua Israel traditus sit captiuitati, non egit pœnitentiam, nec conuersa est ad me, sed intantum peccata peccatis cumulauit, vt ad comparationem vitiorum eius, iustior inueniatur Israel. Deinde Propheta prædicare iubetur ad Israel, vt quia Iuda peior illo factus sit, conuertatur ad Dominum. Prius commemorat peccata, & captiuitatem Israel sub Assyrijs, quam viderunt qui erant de Iuda, & quod dedisset Israeli libellum repudij, & non timuit præuaricatrix Iuda. Post tanta quæ passa est Israel, dimissa a Deo, accipiens libellum repudij in manus suas, debuerat à vitijs, Iuda conuerti, & per aliena peccata, correpta, sibi similia præcauere, quę non solum peccare non desijt, sed pristina scelera duplicauit, in tantum ut ad comparationem eius, congregatio Israel quæ prius fuerat ipsa damnata, sit iustior. Et dixit Dominus ad me. Iustificauit animam suã Israel, a præuaricatrice Iuda. [Infra:] Peccatum Iudæorum, salus gentibus facta est. Multa enim peccata illius populi, fecerunt eum a Domino derelinqui. Primum propter peccata dimisit Israel, & reliquit eum in commigrationem: Iuda autem audiens ea quæ acciderant Israel, noluit ad me conuerti. De nostris loquitur peccatis, qui legentes ea quæ passus est populus Iudęorum, non timemus, neque dicimus. Si naturalibus ramis non pepercit, quãto magis nec nobis parcet Deus? Si naturalem oliuam eradicauit, quanto magis neq; no
5 bis parcet, si similia fecerimus. [Infra:] Dimisit Deus Israel, & dedit ei libellum repudij, & cum deberemus ex his quæ illi passi sunt, nos ad meliora conuerti, & inspicere, quòd illi propter peccata ducti sint captiui, & interfecti ab inimicis, & ciuitates eorum igni exustæ sint, cum hæc nobiscum deberemus reputare, nihil horum reputamus. Si autem illi tanta passi sunt, quanto magis nos si peccauerimus, peiora patiemur? [Infra.] Si quis nuper emptus domum emptoris, & domini fuerit ingressus, sciscitatur ab aliquo conseruo, si quis de prioribus seruis offenderit dominum, quid promeruerit, & si voluerit in domo domini perseuerare, cauet ea facere quæ eos fecisse audiuit, qui verberibus, & tormentis, & relegatione digni extiterunt. Et nos ergo scripturas legamus, & caueamus in hæc incidere in quæ inciderunt hi qui traditi sunt captiuitati, & eiecti de hereditate Dei, ne de nobis dicatur. Et non timuit præuaricatrix Iuda, sed abijt, & fornicata est, & ipsa. Post fornicationem in qua primus corruit Israel, fornicata est etiam Iuda. Et fornicamur cum lapide quando peccamus duro contra Deum corde, & si aliquando conuertimur, conuertimur in mendacio, & non in ueritate.

6 BASILIVS ait: Aderant quidam Christi tempo
In lib. moral. vbi sta tuit 80. regularem ordinem sentẽtiarũ to 2. re, nunciantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuerat cum sacrificijs eorum, & respondens dixit illis. Putatis, quòd hi Galilæi, præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sunt? Non dico vobis, sed nisi pœnitentiam habueritis, omnes similiter peribitis. Sicut illi decem & octo super quos cecidit turris in siloe, & occidit eos. Putatis quod & ipsi debitores fuerint super omnes homines habitãtes in Hierusalem? Non dico vobis, sed si pœnitentiam non egeritis, omnes similiter peribitis. Audiens Ananias hæc verba, cecidit, & expirauit, & factus est timor magnus super omnes qui audierunt. Hi enim uitam in melius commutarunt, plagam audientes Ananiæ, & Saphiræ vxoris eius. Et Paulus ait: Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura continge bant illis. Scripta sunt autem ad correptionem nostrã, in quos fines sæculorum deuenerunt.

Luc. 13.

Act. 5.

1. Cor. 10.

7 CHRYSOSTOMVS inquit: Nonne superiori anno concussit Deus ciuitatem totam? Quid igitur? Nonne omnes ad illuminationem currebant? Nonne scortatores, & molles, & effeminati dimissis possessionibus, & locis, in quibus conuersabantur, conuersi sunt & facti religiosi? Vbi autem tres dies transierunt, iterũ redierunt ad suam malitiam. Vnde hoc factum? Ex magna ignauia. Et quid mirum, si ubi res transierint, cum scilicet & perpetuo manẽtibus signis, idem fit, vt est in Sodomis. Dic oro, nonne perpetrauerant? Quid igit? Nũquid vicini propterea meliores facti sunt? Minime. Quid & Noe filius? Nonne idem permansit? Nonne in montibus videns tantam solitudinem, malus erat? Vide oro, quæ & nostris acciderunt temporibus, & apud Babylæ martyris sepulchrum, & quæ in destructione templorum, & non omnes conuersi sunt, alijs flagellatis. Quid oportet referre vetera, superiore anno dixi vobis, quanta res acciderit, & nullus attendit, sed iterum paulatim defluxerunt, & collapsi sunt. Hoc etiam Hebræis contigit. Propterea Propheta quoq; dicebat: Cũ occideret eos, quærebant eum & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum. Et quid referuntur generalia, quot incidun in morbos, quot promittũt, si surrexerint pœnitentiam se acturos, & cõuersuros, & illi ipsi manent? Pharao nonne statim post flagella mutatus est, & ad pristinam malitiam recurrit?

Hom. 41. in acta Apostolorum to. 3.

Gen. 19.

Gen. 9.

Psal. 77.

8 HIERONYMVS explicans illa verba; Et erit lumen Israel in igne, & sanctus eius in flamma, inquit: Vbi nos legimus, & sanctus eius in flamma, septuaginta interpretes transtulerunt, & sanctificabit eũ in igne, per quod quidam intelligi volunt, pœnas atque tormenta ad hoc adhiberi peccatoribus, vt diuino igne purgentur.

Lib. 4. in c. 10. Esaiæ 18. 4.

9 IDEM exponens illa verba; Secundum magnitudinem operis, & visitatio eorum, ait: Secundum magnitudinem peccatorũ a Deo visitati sunt, vt quem per beneficia non senserant, per flagella cognoscerent.

Li. 6. in c. 15. Esaiæ com.

10 IDEM explicans uerba illa: Et percutiet Dominus Ægyptum plaga, & sanabit eam, & reuertentur ad Dominum, & placabitur eis, & sanabit eos, sic habet: Quæritur si Ægyptijs saluator & propugnator est missus, qui liberet eos de angustijs, quomodo nunc dicitur, Percutiet Dominus Ægyptum plaga? Sed consideremus quod sequitur. Et sanabit eam. Quem enim diligit Dominus corripit. Et ipse Saluator in Psalmo loquitur ad Patrem. Quoniam quem tu percussisti, ipsi persecuti sunt, & super dolorem uulnerum eorum addiderunt. Si ergo proprio Filio non pepercit, sed tradidit eũ pro nobis, vt illius liuore & vulneribus sanaremur: tradidit Dominus & iustos passioni. Ipse enim dolorem facit, & reddit pristinæ sanitati, & visitat seruos suos in virga, ut misericordiam suam non dispergat ab eis. Vnde & filiæ & nurus, quæ multum peccauerunt, & diuaricauerunt pedes suos omni transeunti, non visitantur, neque corripiuntur dicente Domino. Non visitabo super filias uestras cum fuerint fornicatæ, & super nurus vestras, cum adulteraverint. Percutit ergo Ægyptios Dominus, non igne, non gladio, sed virga. Quis enim filius est, quem non erudiat pater? Vt postquam sanati fuerint, reuertantur ad Dominum, & placetur eis, & rursum sanet eos. Semper enim indigemus misericordia Dei, & nullus est nis eius clementiæ.

Li. 7. inc. 19. Esai.

Heb 12.

Psal. 68.

Osee 4.

11 IDEM exponens illa verba: Tacui, semper silui, patiens fui, sicut pariens loquar, dissipabo, & absorbebo simul, inquit: Est sensus, diu vos delinquentes sæ portaui; sed quia ante tacueram, nequaquam vltra reticebo. Et quomodo pariens in lucem producit infantem, & apertum facit esse quod prius clausum in uiscẽribus tenebatur, sic ego dolorem meum & dissimulationem quam semper habui, super sceleribus uestris, nunc proferam, & dissipabo uestra consilia. Vnoquoq; tempore absorbebo vniuersam gentem, & omnem superbiam montium, tumoremque collium vestrorum, & fœnum, ideſt, tam principes, quàm fœnum, ideſt vulgus ignobile in desertum redigã. Cumq; vos a capite;

Lib. 12. in c. 42. Esai.

vsque

usque ad pedes exsiccauero, atque deleuero, tunc flumina doctrinæ meæ in insulis gentium currere faciã. [Infra:] Et effudit super eum indignationẽ furoris sui, & forte bellum, & combussit eum in circuitu, & non cognouit, & succendit eum, & non intellexit. Ideo effudit Dominus super eos tantam iram suam, & indignationem furoris plenã, vt qui prius tacuerat, nequaquã vltra reticeret, nec sermonibus eos, sed pœnis tormentisq; corriperet, & comprehenderet eos bellum fortissimum, quod nequaquam possint euadere, ostendens ferociam Romanorum. Cumque ex omni parte combustus sit, & nihil in se habeat sanitatis: tamen non intelligit causam pœnæ suæ, quòd idcirco punitus sit, quia Dei filium non recepit.

Homil. 41. in actu Apostolorum to. 3. *Gen. 19.* *Gen. 9.*

Lib. 14. in c. 50. Esa. 12 IDEM explicans illa uerba: Ecce omnes vos accendentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis uestri, & in flammis quas succendistis de manu mea, factum est hoc uobis, in doloribus dormietis, sic habet: Nihil prodest exhortatio, nec post scelera, spes salutis est. Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, omnes sibi ignem succendunt, flammamque corroborant. Vnde & in Prouerbijs scriptum est: In multis lignis viget ignis. Sin autem paruulus ignis grandẽ materiam comprehendit, grandis flamma quanta populabitur? Dicitur & in epistola ad Hebræos, De terra quòd proferens spinas ac tribulos, reproba sit, ac maledicto proxima, finisq; illius in combustionem. Ergo qui accincti sunt flammis, atque circumdati, & sibi incendium roborauerunt, prouocantur ad salutem, & dicit ad eos: Ambulate in lumine ignis uestri, & in flammis quas succendistis, vt in pœnis atque supplicijs, discant Dei potentiam, & redeant ad salutem. Significat autem Iudaici populi uastitatem, qua Romanis traditi sunt, & captiuitatis iugum hucusque sustineant. De manu enim Christi hæc facta sunt omnia, & in mœrore, ac doloribus dormient, quia nec beneficijs, nec tormẽtis, Dei Filium recipere uoluerũt: Hoc capitulo discimus, pro qualitate peccati, ignem sibi vnumquemque succendere.

Ps. 77. *Ps. 13.* *Cap. 26.* *Heb. 6.*

Lib. 4. in c. 10. Esaiæ to. 4.

Li. 6. inc. 15. Esa. to.

Li. 7. inc. 19. Esai.

13 IDEM exponens illa uerba: Percussisti eos, & nõ doluerunt, attriuisti illos, & renuerunt accipere disciplinam. Indurauerunt facies suas super petram, & noluerunt reuerti, inquit: Hoc capitulo discimus, idcirco inferri supplicia, ut vitia corrigantur, ait: Percussisti eos, & ne verecundiam quidem suorum uoluerunt habere vitiorum, sed instar petræ indurantes frontis impudentiam, noluerunt ad meliora conuerti.

Li. 1. in c. 5. Hierem. *Heb 12.* *Ps. 68.*

14 IDEM explicans illa uerba, ex capite 1. Torcular calcauit Dominus uirgini filiæ Iuda, inquit: Torcular calcauit Dominus uirgini filiæ Iuda, quando viti infructuosæ Iudæorum, & duristerili permanenti, cui per Esaiam dicitur: Expectaui, vt faceret vuas, & fecit labruscas, captiuitatis oppressionem præparauit. Animæ etiã virtutibus infœcundæ, & bonis operibus vacuæ, nec fidei fructum gignenti, Dominus torcular calcat, quam diu eam pro sterilitate sua pœnas condignæ uindictæ luere fecit. Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquam, quia longe factus est a me consolator. Vbi fletus ingens animæ dolentis describitur, quia post uanam lætitiam huius mundi, omnis consolatio præsentis vitæ illi aufertur, solus inimicus in tormenta uaria, illius dominatur. Expandit Sion manus suas, non est qui consoletur eam. Circumdata Sion captiuitate Chaldæorum, quæsiuit se consolantem & non inuenit, eo quòd Dominum peccatis exigentibus, verum non meruit habere consolatorem, qui eam tradidit hostibus suis ad puniendum. [Infra:] Vide Domine, quoniam tribulor, uenter meus conturbatus est. Propheta ex persona plebis loquens, ad uidendam tribulationem suam Dominum inuitat, quia anxietatem suam nimiã & immensam agnoscens, ipsius solummodo opem, & misericordiam, subuenire exoptat. [Infra:] Foris interficit gladius, & domi mors similis est. Foris enim gladius interficit, cum nos exterius feriens uindicta conficit. Sed domi mors similis est, quia & flagella quidem sustinet; & tamen intus conscientia a tentationis sordibus, consentiendo, munda non est.

Li. 14. in c. 42. Esai. *Esa 5.* *Osee 4.*

IDEM explicans illa verba: Non parcet oculus meus super te, & non miserebor, sed vias tuas ponam super te, sic habet: Quod dicit, Non parcet oculus meus super te, & non miserebor, quasi clementissimus medicus incidere cupiens putridas carnes, & carriosa vulnera adurere cauterio, non parcit vt parcat, non misereatur, vt magis misereatur, ne quid putridum uiuas carnes sui uicinia corrupturum remaneat in corpore. Percutit autem Dominus quem diligit, & castigat omnem filium quem recipit. Cuius intelligentiæ est. Ego percutiam, & ego sanabo. Omnis enim medicina ad tempus habet amaritudinem; sed postea fructus doloris sanitate monstratur. Tale quid & per Amos loquitur Deus. Quoniam vos cognoui de vniuersis tribubus terræ, idcirco ulciscar super uos omnia peccata vestra; & vias, inquit, illius, totiusque vitæ egressum, abominationesque, & maculas ponam in medio eius, vt ante oculos peccatricis, quæ pro sanitate punitur, pristina peccata ponantur. Cumque hoc fecerit Dominus, scient qui cruciati sunt, quòd ipse sit Dominus. Hoc ipsum sonat, & illud testimonium. Vlciscar Iacob secundum vias suas, & iuxta adinuentiones suas reddam illi. [Infra.] Et non parcet oculus meus, neque miserebor: sed uias tuas dabo tibi, & abominationes tuæ in medio tui erunt; & scietis quia ego sum Dominus percutiens. Causas seueritatis, & austeritatis Dei, quòd non parcat oculus eius, nec misereatur subiecit dicens: Vias tuas dabo tibi, & abominationes tuæ in medio tui erunt, vt sentias quæ fecisti, & videns abominationes tuas, vel in conspectu tuo, uel in medio omnium positas, emendes errorem pœnitudine, recedens a pristinis operibus. Cum oderis quæ fecisti, tunc sentias, quòd ipse sit Dominus, qui ideo percutit, vt emendet. Floruit uirga, quæ multo uobis tempore minabatur, & de flore fructum plagarum parturit. Superbi vestra germinauit, quod merebamini. Ecce dies venit (uel parit, ut septuaginta interpretes uerterunt) parit quod multo ante tempore conceperat. Finis autem florentis uirgæ, sanitas est, atque correctio, quæ non eorum meto uenit, qui corripiuntur, nec pulchritudine quam in se non habent, sed misericordia Domini.

15 *Li. 2. inc. 7. Ezech.* *Deut. 32.* *Heb. 12.* *Amos 3.* *Osee 12.* 16

IDEM explicans illa uerba: In uia sororis tuæ ambulasti, & dabo calicem eius in manu tua. Hæc dicit Dominus: Calicem sororis tuæ bibes profundum, & latum, inquit: Calix sæpe accipitur pro pœnis, atque supplicijs, vt est illud, Calix in manu Domini uini meri plus mixto &c. Bibent omnes peccatores terræ. Et ad Hieremiam loquitur Deus. Accipe calicem uini meri de manu mea, & potabis omnes gentes ad quas ego mittam te, & bibent, & uomient, & insanient. Sicut enim quædam dantur cathartica, vt noxius humor qui inest corporibus egeratur; sic Dominus dat calicem tormentorum meracissimum, vt quicquid fellis, amaritudinisque est, auferat a peccatoribus, & pristinæ eos restituat sanitati. Et ipse calix erit profundus & latus. Profundus pœnarum magnitudine, latus tempore captiuitatis. Quando autem ait: Inebriata fueris, & dolore comprehensa, & biberis calicem vsque ad fæces, & intantum hauseris, ut fragmenta quoque ipsius calicis deuores, tunc tædebit te fornicationis pristinæ, & lacerabis ubera, quæ fracta fuerant in Ægypto, & quæ ab amatoribus tuis subacta, atque collisa sunt.

17 *Lib. 7. in Ezech. Cap. 23.* *Psal. 74.* *Hier. 25.* *Ezec. 23.*

IDEM explicans uerba illa capitulo vigesimo septimo. In salinas dabuntur, ait: Aquæ non sanabuntur, sed dabuntur in salinas, peccatores, qui flagellis non emendantur, sed efficiuntur sal, iuxta illud quod scriptum est: Pestilente flagellato, stul-

18 *Lib. 14. in Ezech.*

tus sapientior erit. Erudiũt enim bonos, exempla peiorum. Vel in salinas dabuntur, quia in perpetuum frugibus carebunt, & virore.

19 *Lib. 2. inc. 7. Osee to. 5.* IDEM exponens illa verba: Comederunt alieni robur eius, & ipse ne sciuit, sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit, inquit: Factus est Ephraim subcinericius panis, qui non reuertatur, hoc est, non agit pœnitentiam. Comederunt Assyrij, atque Chaldæi fortitudinem eius, & quicquid virium vt deuorauerunt. Tantæque vecordiæ fuit, vt deuoratum esse se nesciret, aut certe ignoraret causam, propter quam fuisset deuoratibus traditus. Denique vsque ad senectutem, idest vsque ad vltimam captiuitatem, in cœpto errore permansit.

20 *Li 2. in c. 4. Michææ* IDEM explicans illa uerba: Dole, & satage filia Sion, quia parturiens, quia nunc egredieris de ciuitate, & venies vsque ad Babylonem, ibi liberaberis, ibi redimet te Dominus de manu inimicorũ tuorum, ait: Cui præcipitur, vt doleat siue parturiat; postea præcipitur, vt viriliter agat, siue ut dolores patienter ferens egrediatur de ciuitate, & veniat vsque ad Babylonem, & cũ pro peccato sustinentes captiuitatem fortiter tulerint, quod illatum est, tunc liberet eam Deus, & redimat de manu inimicorum suorum, ut postquam fuerit liberata, insultantibus dicat: Noli insultare inimica mea mihi, *Infra 7.* quia cecidi, resurgam; etsi enim ambulauero in tenebris, Dominus lux mea est. Iram Domini sustinebo, quoniam peccaui ei, donec iustificet causam meam, & faciat iudicium meum, & educat me in lucem, & aspiciet inimica mea, & operietur ignominia. Vnde in Psalmo congrua uoce cantatur. Non in perpetuum irascetur, neque in æternum comminabitur Dominus. Dolet tamen, & uiriliter agit filia Sion, quia excalciata, & nudata egressa est de ciuitate & captiua ducenda est in *Psf. 102.*

21 campum Senaar, & futura in Babylone, donec Zoroba bel ueniat, & de manu Chaldæorum liberet eã. Quod cum iuxta litteram manifestum sit, intelligere mihi uidetur, animam propter peccatum inimico, & ultiori contraditam, in interitum carnis ut spiritus saluus fiat, & habitare in campo, in quo Assyriorum uagatur exercitus, & postquam habuerit compedes, & traxerit molam, & farinam Babylonis fecerit, in semet reuersam dicere. *Luc. 15.* Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus: ego autem hic fame pereo. Surgam & ibo ad patrem meum, & ad paternam domum reuersus suscipitur a clementissimo patre, & redimitur de manu durissimi Domini. Tamdiu filia Sion doluit, quandiu parturiuit, donec eos rursum per pœnitentiam generaret, qui per delictum perierant. Puta medicum febricitanti, vel vulnerato dicere. Dole, & viriliter age, sustine fitim, porta cauterium, vt certior sanitas consequatur.

22 *In cap 3. Sophoniæ. Psal. 76.* IDEM inquit Dauid: Numquid in æternum proiiciet Deus, aut non apponet, ut complacitior sit adhuc, aut continebit in ira sua misericordias suas? Et dixi nunc cœpi, hæc mutatio dexteræ excelsi. Et est sensus. Hoc quod putabam Dominum in æternum relinquere peccatores, & misericordias suas ira succedente cohibere, intellexi, idcirco factum, ut immutatione dexteræ suæ, quæ excelsi est dextera uniuersa mutaret, & misereretur his, quos ante proiecerat.

23 *Li. 3 in c. 12. Zachæ.* IDEM exponens illa uerba: Et erit in die illa, quæram conterere omnes gentes, quæ ueniunt contra Hierusalem, inquit: In die illo, quando proteget Dominus habitatores Hierusalem, quærit Dominus cõterere omnes gentes, quæ ueniunt contra Hierusalem. Conteret autem, non in perditionem, sed in emendationem, vt aduersum Hierusalem militare desistant, & incipiãt esse de Hierusalem. Si enim de nihilo creauit omnia, nõ idcirco fecit ut perderet quæ creauit; sed vt illius misericordia, quæ creata sunt, saluarentur.

24 *In Psf. 37. to. 8.* IDEM exponens illa uerba: Confirmasti super me manum tuam, uno uerbo ait: Confirmasti manum tuam, vt tamquam nouus magister uerberibus castigationis afflictum, redderes emendatum. Non est sanitas in carne mea a facie iræ tuæ. Vidi faciem iræ, tuæ, & non ipsam iram, hoc est. Intellexi per Scripturas sanctas quanta minabaris peccatoribus, & extabui, petens ne ipsa super me ira descenderet. [Infra:] Cor meum conturbatũ est in me, dereliquit me uirtus mea, quia iram, quam superius memoraui, incurrere expauesco.

AMBROSIVS exponens uerba illa ad Rom. 9. Dicit enim Scriptura Pharaonis, quia in ipso te seruaui, ut ostendam in te uirtutem meam (postquam dixerat, quòd, Pharao, nomen regnum erat apud Ægyptios, sicut apud Romanos reges, Augusti, appellabantur) statim ait: Hic Pharao cum tantis malis esset reus vt viuere non deberet, numquam futurus bonus, ne se aut merito uiuere, aut Deum, quem sæpe fallendum censebat, ad uindictam dandam impotentem putaret, audit a Deo. Ad hoc te seruaui, ut ostendam in te uirtutem meam, ut in hoc ceteræ gentes addiscerent non esse alium Deum præter hunc, qui Iudæorum erat, & factus est Christianorum. Ad hoc ergo seruatus est Pharao, ut multa signa, & plagæ ostenderentur in illũ, vt esset in cuius pœnam, & uaria tormentorum genera, omnes qui sine Deo erant, metu territi, hunc solum Deum esse cum admiratione maxima faterentur, a quo hæ uindictæ sunt. Hoc etiam genere, antiqui medici, in hominibus morte dignis, vel mortis sententiam consecutis, requirebant, quomodo prodessent uiuis, quæ in homine latebant, ut apertis his cognoscerent causas ægritudinum, ut pœna morientis proficiat ad salutem uiuentis. 25 *In epist. ad Ro. 10. 5.*

AVGVSTINVS explicans uerba illa Genesis 4. Qui occiderit Cain, septuplum punietur, quia grauius, inquit, uindicandum est, quem nec factum Cain, nec correptio, nec post in eum lata sententia terruit, vt a tam crudelissimo facinore uoluntatem anteuerteret. Post Cain Lamec homicidium perpetrauit, qui tam acriter punitus est, quia Cain flagella, non traxerunt eũ ad meliorem mentem. 26 *Lib. quæst. vet. et noui testa. to. 4.*

IDEM inquit: Quamquam Dominus per seruos suos regna subuertat erroris; ipsos tamen homines inquantum homines sunt, emendandos esse potius, quã perdendos iubet. Et quidquid diuinitus ante ultimum illud iudicium uindicatur, non ad interitum hominũ, sed ad medicinam ualere credendum est, quam qui respexerint, extremo supplicio præparantur. 27 *Li. contra epist. Manichæi, quã vocant fundamenti to mo 6.*

IDEM inquit: Duo iudicia insinuantur per Scripturas, unum occultum, quod nunc agitur, & est pœna, qua nunc unusquisque hominum, aut exercetur ad purgationem, aut admonetur ad conuersionem, aut si contempserit correctionem Dei, & disciplinam, excæcatur ad damnationem. Iudicium occultum est, quod transit homo de morte ad uitam, per nonnullam afflictionem, qua flagellat Deus omnem filium quem recipit. Qui non corriguntur isto occulto iudicio, dignum Dei iudicium experturi sunt. Vnde sapiens dicit: Propter hoc tamquam pueris insensatis iudicium in derisum dedisti. 28 *In Psf. 9. to. 8.* *Sap. 12.*

IDEM explicans illa verba: Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt, ait: Multiplicatæ sunt infirmitates, non ad perniciem, sed ut medicum desiderarent. Vnde post multiplicatas infirmitates, accelerauerunt, ut sanarentur. 29 *In Psf. 15.*

IDEM exponens verba illa: Clamabo per diem, & non exaudies, & nocte, & non ad insipientiam mihi, dicit: Multi clamant in tribulatione, & non exaudiuntur, sed ad salutem, non ad insipientiam. Clamauit Paulus, ut auferretur ab eo stimulus carnis, & non est exauditus ut auferretur, & dictum est ei: Sufficit tibi gratia mea, nam uirtus in infirmitate perficitur. Ergo nõ est exauditus, sed non ad insipientiam, sed ad sapientiam, vt intelligat homo, medicum 30 *Exposit. 2. in Psf. 21. 2. Cor. 12.*

dictum esse Deum, & tribulationem, medicamentum esse ad salutem, non pœnam ad damnationem. Sub medicamento positus vreris, secaris, clamas, non audit medicus ad voluntatem, sed audit ad sanitatem. Tu autem in sancto habitas, in illis scilicet quos facis intelligere, quia ad vtilitatem non exaudis Paulum petentem liberationem a flagello carnis.

31 IDEM explicans illa verba: Inuoca me in die tribulationis, eruam te, & glorificabis me, sic habet: Ad hoc permisi diem tribulationis fieri tibi, quia forte si non tribularetis, non inuocares me, Cum tribularis autem inuocas me, cum inuocas me, eximam te, cum eximam te, glorificabis me, vt iam non discedas a me. Obtorpuerat, & friguerat, & dicebat, tribulationem, & dolorem inueni, & nomen Domini inuocaui. Inuenit tribulationem tanquam aliquid vtile, putruerat tabe peccatorum suorum, iam sine sensu ren. inferat, inuenit tribulationem tamquam vitionem, & sectionē. Alius damno affectus plangit, alius orbitate percussus luget, alius patria exulatus meret, alteri vinea grandinata, & attendit ad labores suos. Plangunt hæc omnes, & dolent, & tribulationes sunt iste, inuocent Dominum, potest vel docere tolerandum, vel sanare toleratū. Nouit ille non sinere tentari nos supra quam possimus ferre. Hæc tribulationes inueniunt nos, sicut in alio Psalmo scriptum est. Adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.

32 IDEM exponens verba illa: In ira populos confringes (vel deduces, vt Augustinus legit) dicit: Irasceris, & deducis, sæuis & saluas, terris & uocas. Quid enim in ira populos deduces? Impies tribulationibus omnia, vt in tribulationibus positi, omnes recurant ad te, ne delicijs, & securitate peruersa seducantur. A te ita videtur, sed paterna, irascitur pater filio contemptori præceptorum suorum, iratus ei, eum colaphizat, cędit, autem vellit, manu trahit, ad scholam ducit. In ira populos deduces, quam multi ingressi sunt, quam multi impleuerunt Domini in ira eius deducti, idest tribulationibus territi, & fide impleti. Ad hoc enim exagitat tribulatio, vt exinaniat vas, quod plenum est nequitia, & impleatur.

33 IDEM explicans illa verba: Lætabitur iustus cum viderit vindictam, manus suas lauabit in sanguine peccatoris, ait: Numquid quando feriuntur homicidæ, debent illuc innocentes ire, & lauare manus suas? Sed quid est in sanguine peccatoris lauabit manus suas? Iustus quando vides pœnam peccatoris, proficit ipse, & mors alterius, proficit ad vitam alterius. Tu uidens talem vindictam, laua illic manus tuas, de cetero mundius viue. Attende impium flagellatum, & morientem, & purga te a peccatis, ita lauas quodammodo manus tuas in sanguine peccatoris. Et dicet homo si vtique est fructus iusto? Hic in hac vita est fructu iusto. Qui fructus? In tribulatione patientes. Qui fructus iusto? Gloriamur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patientiam operatur. Lætabitur iustus cum viderit vindictam, contristabitur, nec corriget . . . illa.

34 IDEM sic ait: Caput vituli Moyses in aquam misit. Caput uituli, corpus est impiorum, in similitudinem vituli comedentis fœnum, & terrena quærentium. Iratus Moyses comminuit vitulum, in ignem misit, in aqua sparsit, bibendum populo dedit. Corpus enim illud in ignem mittitur tribulationum, conspirati oderunt, comminuti credunt.

35 IDEM inquit: Virtus in infirmitate perficitur. Ego noui quem curo, ait Dominus, Non mihi det qui ęgrotat consilium, tamquam emplastrum mordax vrit te, sed sanat te. Rogat medicum, vt tollat emplastrum, & non tollit, nisi cum fuerit sanatum vulnus. Vlciscitur Deus in omnes adinuentiones nostras, non sine flagello proficimus. Exaltate Dominum Deum. Non es tu bonus quando blandiris filio tuo, & malus cum cędis filium tuum, & cum blandiris, pater es, & cum cædis, pater es, ideo blandiris ne deficiat, ideo cædis, ne pereat, sic & Deus &c.

GREGORIVS admonitione 14. sic habet: Aliter admonendi sunt, qui flagella metuunt, & propterea innocenter viuunt, atque aliter admonendi sunt, qui sic in iniquitate duruerunt, vt neque per flagella corrigantur. Dicendum namque est, flagella timentibus, ut & bona temporalia ne quaquam pro magno desiderent, quæ adesse etiam prauis uident, & mala præsentia nequaquam velut intolerabilia fugiant, quibus hic plerumque etiam bonos affici non ignorant. Quos ab iniquitatibus, nec flagella compescunt, tanto acriori inuectione feriendi sunt, quanto maiore insensibilitate duruerunt. Districte contra illos diuinæ sententiæ proferendæ sunt, vt ad cognitionem sui, considerata æterna animaduersione reuocentur. Audiant enim in se impletum esse, quod scriptum est. Si contuderis stultum in pila, quasi ptisana, feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius. Contra hos Propheta Domino conqueritur dicens: Attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam. Hinc est, quod Dominus dicit: Interfeci, & perdidi populum istum; & tamen a vijs suis non sunt reuersi. Hinc rursum ait: Populus non est reuersus ad percutientem se. Hinc voce flagellantium Propheta Hieremias conqueritur dicens: Curauimus Babylonem, & non est sanata. Babylon quippe curatur, nec tamen ad sanitatem reducitur, quando mens in praua actione confusa, verba correctionis audit, flagella correptionis percipit; & tamen ad recta salutis itinera, redire contemnit. Hinc captiuo populo Israelitico; nec tamen ab iniquitate conuerso, Dominus exprobrat dicens: Versa est mihi domus Israel in scoriam, omnes isti facti sunt mihi es, & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis. Ac si aperte dicat: Purgare eos per ignem tribulationis volui, & argentum illos vel aurum fieri quæsiui, sed in fornace mihi in æs, stannum, & ferrum, & plumbum, uersi sunt, quia nō ad uirtutem, sed ad vitia, etiam in tribulatione proruperunt. Vnde alibi dicitur: Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem. Ignem quippe nobis tribulationis admouet, vt in nobis rubiginē uitiorum purget. Sed nec per ignem rubiginem amittimus, quando & inter flagella, vitio non caremus. Hinc Propheta iterum dicit: Frustra conflauit conflator, malitiæ enim eorum non sunt consumptæ.

36 *Pastoralis curę parte tertia c. 4.*

Prou. 27. *Hier. 5.* *Hier. 15.* *Esa. 9.* *Hier. 51.* 37 *Ezec. 22.* *Ezec. 24.* *Hier. 6.*

Flagella infligita iustis, & peccatoribus differunt multum, quæ optant sancti, potentes autem grauius puniuntur.

Cap. XI.

1 BASILIVS exponens illa verba: Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me, sic ait: Supplicationem Deo transmittit, per quam auertit quidem iram, omnibus peccantibus impendentem. Placat autem bonum Dominum, his eminentissimæ confessionis vocibus dicens: Domine ne in furore tuo arguas me. Reprehensionem quidem non deprecatur, sed ne cum furore arguatur. Et per illud, Neque in ira tua corripias me, non detrectat corripi, sed prœcatur, citra Dei iram corripi. Veluti si quis medico qui paratus sit per ferrum, & cauterium, & amara remedia auxilium ferre in cura morbi alicuius dicat. Ne quęso per ignem, neu per ferrum & incisiones, sed per lenia, & mitiora pharmaca curaueris. Talis enim non medelam abnuit omnino, sed laborem, doloremq; remedij detrectat. [Infra;] Supplicat itaque Dauid, ne per malas virtutes arguatur, neue per immissionem malorum angelorum corripiatur, sed per sermones potius salutares, & disciplinas vtiles. Alioqui implorat supplex, ne in diem iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei reseruetur, sese paratum dicens in hac vita ante mortem, pœnas dare peccatorum. Quin & ipse sibi pœnas infligebat omni-

Ho. 10. in Ps. 37 t. 1.

omnigenis se substernens supplicijs. [Infra:] Quoniã sagittæ tuæ infixæ sunt mihi. Sagittæ enim abs te venientes, cum pertenerint iram, & furorem tuum, fatorquent me, ac puniunt, & sufficienter castigant. Quare supplex petit, vt ne alteram experiatur iram aut indignationem.

2 IDEM explicans verba illa: Adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis, inquit: Apprehendit tribulatio iustum omnem, ob vitæ studium. Quicumque enim per viam angustam, & arctam, declinans, lata & spatiosa via, ambulauerit, a tribulationibus inuenitur. Propheta namq; valde rem ad viuum descripsit, inquiens: In tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis, quasi enim animalia viuam animam spirantia, apprehendunt nos tribulationes, exercentes nos ad patientiam, & per patientiam, probationem, & per probationem spem. Quare & Apostolus ait: Quia per multas tribulationes, oportet nos intrare in regnũ Dei. Et rursus: Multæ tribulationes iustorum. Sed generosi vir animi, qui nihil turbatus tentationem ex tribulatione venientem sustinuit, dicet: In his omnibus superamus per eum qui dilexit nos. At tantum abest, vt defatigetur, aut mærore vllo intabescat in tribulatione constitutus: vt occasionem gloriandi ex malorum multitudine sumat, cum Paulo dicens. Non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus. Propter hoc non timebimus, dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris. Magnum ostendit in Christo confidentiæ firmamentum, Propheta noster. Quoniã etsi omnia sursum deorsum prouoluãtur, & terra turbata inuertatur, & montes propriam deserentes sedẽ in medium transferantur mare, non timebimus, cum & Deum refugiũ & virtutem & auxilium, habeamus in tribulationibus, quæ inuenerunt nos ualde. Cuiusnam cor impauidum adeo & interritum est, cuius tam quietæ cogitationes, nec quicquam habentes turbellę, vt in tanta confusione posito, vacet sic attentam mentem ad Deum surrigere, nec interim vllo rerum huiusmodi euentu, ob spem in Deum solide coniectam, percellatur?

Hier. 12. in Psal. 45.

Psal. 33.

Rom. 8.

3 CHRYSOSTOMVS inquit: Sicut lutum quocumq; manus se formanti duxerit, sequitur, ita hominem quæcumque Deus iusserit ea sequi, & quæ ille intulerit grato animo perferre conuenit, nihil omnino reluctando, aut inquirendo. Neq; enim nobis solis ista ambigua sunt, verum & his qui ante nos fuerunt sanctis illis viris. Ait enim Iob: Vt quid enim impij viuũt, diuitijsq; veterascũt? Beatus aũt Dauid. Pene effusi sũt gressus mei, quia zelaui super iniquos pacem peccatorum uidens, quia non est respectus morti eorum, & firmamentum in plaga eorum, in laboribus hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur. Et post hunc Hieremias: Quare via impiorum prosperatur? Ambigebant isti, sed non accusabant Deum, aut eius iustitiam taxabant. Sed alius quidem aiebat: Iustitia tua sicut montes Dei, iudicia tua abyssus multa. De alio etiam cum tanta passus esset, scriptum est, Non dedit insipientiam Deo. Idipsum quoque Hieremias prouidẽs dixit: Iustus quidem tu es Domine, hoc est: Scio a te omnia fieri iuste, modum autem ignoro quo fiunt. [Infra:] Si autem huius rei causam inquirere velimus, id profecto dicimus, Deum nostra omnia non vno modo solitum esse disponere: sed cum sit misericordissimus, ac potentia affluentissimus, plures nobis salutis vias scindere. Cum itaque plures sint, qui futuri iudicij rationem admittere pertinaciter renuant, velut in breui tabula, hic iudicij futuri imaginem ostendit, cum punit malos, bonosq; remunerat: si enim nullus hic omnino puniretur malus, nulluſq; honoraretur bonus, plurimi ex his quibus resurrectionis ratio impossibilis videtur, virtutem veluti malorum causam aspernarentur, ac fugerent, vitiositatem vero veluti bonorum, lætorumq; omnium occasionem, sequerentur, si rursum hic iuxta merita singuli reciperent, superfluã iam, talsamque existimassent resurrectionis rationem? Ne ergo ingens vulgarisq; turba, ex contemptu deterior fieret, nõ nullos hic peccatores vlciscitur, & quosdam pro rectè factis in oculis omnium præmiat, vt ex eo quòd non id omnibus facit, resurrectionis afferat fidem. Ex eo vero, quòd ante iudicium quoque malos aliquos supplicijs afficit, profundissimo quasi somno sepultos excitet. Nam & malorum quidem punitione, plurimi timore corriguntur, ne patiantur eadem. Ex eo autem quòd non omnibus pro merito hic retribuitur, cogitare compelluntur, huiusmodi præmia in aliud tempus esse reseruata. Numquam enim profecto cum iustus sit Deus, tot sperneret, siue malos impunitos ex vita migrare, siue bonos hic innumeris incõmodis & cruciatibus affici; si non vtrisque varia in futuro sæculo præmia pro meritis præpararet. [Infra:] Idcirco non omnes qui eiusdem supplicij sunt digni, vna punire consueuit, vt reliqui, eorum casibus admoniti, meliores fiant. At non vides, & mendicorum plurimos inter pressuras ipsas & angustias, innumera perpetrantes scelera; quorum tamen omnium causa non afflictio paupertatis est, sed sola nequitia? Quæ isti scelera non admisissent, si non eiusmodi quasi nodis ac vinculis continerentur? Eorum vero qui carceribus inclusi sunt, quis facile vesaniam, & rabiẽ proferre possit? Denique sicut malefactorum plurimos carcerem diutissime incolere permittit iudex, adeo vt plerumque vitam ibi finiant, & cum ex multis, aliquos puniri vult circumstantibus omnibus, ita demum ad mortem duci præcipit, ad terrorem ceterum: ita Deus cum nos emendare vultu, non omnes vna malos punire necessarium existimat, sed aliquos rapiens ex eis, quos numquam corrigendos nouit, potentiam, atque iram ostendit suam, plurima ex hoc vtilia moliens.

Lib. 1. de prouidẽtia Dei ad Stagyriũ monachũ t. 5.

Rom. 9.

Iob 21.

Psal. 72.

4

Hier. 12.

Psal. 35.

Iob 1.

5 HIERONYMVS explicans illa verba: In tribus annis quasi annis mercenarij auferetur gloria Moab super omni populo multo, & relinquetur paruus, & modicus, inquit: Tres anni, in quibus auferetur gloria Moab super omni populo eius multo, mystice intelligendi sunt. Sicut enim misericordia Domini in ponderibus est, atque mensura, sic & cruciatus ac supplicia habent mensuram suam, vt postquam tres anni transierint, in quibus relinquetur paruus & modicus, tunc inglorius esse desistat. Et hoc notandum, q̃ iuxta Ezechielis prophetiam, quando dies pro annis numerantur Israeli, hoc est, decẽ tribubus, quæ maiora peccauerant, supputentur in pœnis anni trecenti nonaginta, vt in Hebraico continetur, non centum nonaginta, vt vulgata ẽditio habet. Ei Iudæ in quo erat tẽplum Dei, anni quadraginta. Qui enim paruus est meretur misericordiam, potentes autem potenter tormenta patientur. Et seruus qui scit voluntatem Domini sui, & non facit eam, vapulabit multis. Moab igitur, quia externus erat, nec de pupulo Dei, sed relicto errore conuersus, non annis pluribus, sed tantum tribus, paruus, & modicus, & inglorius relinquetur.

6 *Lib. 6. in c. 16. Esa. to. 4.*

Ezec. 4.

7 IDEM explicans verba illa: In diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mortem, ait: Quem diligit Dominus castigat, & castigat omnem filium quem recipit. Ne eleuaretur cor Ezechiæ post innumerabiles triumphos, ac incredibiles, & de media captiuitate victoriam, infirmitate cor poris sui visitatur, & audit se esse moriturum, vt conuersus ad Dominum, flectat sententiam eius.

Lib. 11. in c. 38. Esa.

Prou. 3.

Sap. 6.

Luc. 11.

8 IDEM explicans illa verba: Diuitias tuas & thesauros tuos in direptionem dabo, gratis in omnibus peccatis tuis, inquit: Omnem substantiam tuam tradam inimicis tuis absque vllo pretio, propter peccata quæ fecistis in cũctis terminis tuis. Propterea adducam inimicos tuos, siue seruire te faciam in terra Chaldæa, quia ignis meus, qui semel in furore meo succẽsus est, in te ardebit & extingui non poterit. Tu enim præbuisti ma-

Lib. 3. in c. 15. Hier.

Iob 19.

sti materiam ardoris tui, vt meus ignis, quæ in te sunt, tua ligna consumat. Tu es, qui fomenta incendio mini strasti, & non est causa ardoris in Domino. Tu scis Domine, recordare mei, & visita me, & tuere me ab his q̃ persequuntur me. Felix est autem illa conscientia, quę pro Deo sustinet opprobrium. Vnde dicit: Inuẽti sunt sermones tui, quos meo ore loquebaris, & comedi eos, hoc est in cibum mihi versi sunt, siue iuxta Symmachum, suscipiebam eos, vt mihi in lætitiam verterentur, qui dudum fuerant in opprobrium. Siue hic sensus est, sensi angustias, miserias pertuli populi persequentis, sed tamen gauisus sum, quòd propter nomẽ tuum, dura perpessus sum. [Infra:] Solus sedebã, quoniam amaritudine replesti me. Solus sedebam, dum te timeo, dum impendentem mihi manum tuam, semper expecto. In concilio ludentium sedere nolui, sed meã amaritudinem deuorabam, ut in futuro mihi gaudium præpararem. Nec habui interualla doloris mei: sed iugi miseria deprimebat, vt nulla expectarem remedia. Prę ualuerunt enim qui contristabant me, & facta est plaga mea fortis. Sed in hoc habui consolationem, quòd fuerit quasi aqua mendax, atque præteriens. Sicut enim aquæ prætereuntes dum fluunt, videntur, & dilabuntur, sic & impetus inimicorum, te adiuuante præterijt. Vtinam Dominus nobis præstet non aduersis cedere, sed semper Dei sententiam formidare. Mihi adhærere Deo bonum sit, ponere in Deum spem meam, saturari opprobriis, & iudicis mei expectare sententiam, quæ cum finis aduenerit opere monstrabit omnem tristitiam & amaritudinem, instar aquarum fluentium pertransiisse.

Hier. 15.

Psal. 72.

9 IDEM exponens verba illa: Diem hominis non desiderauí. Tu scis, ait: Non desiderabam prospera quæq; huius sæculi. Non sis mihi formidini. Spes meã tu in die afflictionis (siue vt septuaginta uerterunt) non sis mihi alienus parcens mihi in die pessuno. Et est sensus: Ne parcas mihi in præsenti sæculo, quod malum est, sed redde mihi iuxta peccata mea, ut requiem habeam sempiternam; scio enim scriptum. Quem diligit Dominus corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit.

In cap. 17. Hierem.

10 IDEM exponens illa uerba: Vetustam fecit pellem meam & carnem, contriuit ossa mea, præmiserat, ait: Tantum in me uertit, & conuertit manum suam tota die. Vertit enim manum suam Dominus, quando iuste in reos debitam ultionem immittit. Et conuertit manum suam, quando misericorditer a uindicta sententiam suspendit, scriptum est enim de illo. Dominus mortificat & uiuificat. Et in Deuteronomio: Ego occidam, & ego uiuere faciam. Vetustam fecit pellem meã &c. In pelle & carne extetiora & mollia quæque exprimit, in ossibus robur internum. Vetustam ergo fecit Dominus pellem Iudæorum, & carnem, quando in exterioribus rebus per indigentiam fecit deformem. Cõtriuit ossa eorum, quando duritiam mentis eorum cõminuit. Hinc quoque per beatum Iob dicitur: Cutis mea de nigrata est super me, & ossa mea aruerunt præcaumate. Ædificauit in gyro meo, & circumdedit felle, & labore. Quid est ædificare in gyro, nisi vndique pressuris coarctare? Et quid est circumdare felle, & labore, nisi amaritudine & labore repletum, coangustare? In tenebrosis collocauit me, quasi mortuos sempiternos. Hoc facit quando omni solatio destitutos, nullam sinit de præsenti vita consolationem sperare afflictos. Circumædificauit aduersum me, vt non egrediar, aggrauauit compedem: quia quomodo calamitatem euadat, non inuenit. Quod sanctus Iob similibus verbis expressit, dicens. Semitam meam circumsepsit, ita vt transire non possem, & in calle meo tenebras posuit. Sed & cum clamauero & rogauero, excluſit orationem meam, vt augeat vtilitatem, vt purgetur vita per pœnam, & quietis tranquillitas, quia hic inueniri non valet, alibi quæratur. Ideo excludit orationem prophetæ. Tetendit arcum suum &c. Hoc est, sententiam iudicii sui in me detexit, & certo ictu castigationis corripuit. Vnde in Psalmo: Ostendisti populo tuo dura, potasti nos vino compunctionis, dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant a facie arcus. Idcirco autem diuersis nunc claudibus percutimur, vt his correcti pariores in iudicio inueniri valeamus. Vnde illic præmissum est. Ostendisti populo tuo dura, flagella videlicet sæculi. Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant a facie arcus, ac si diceret: Hoc tempus misericordiæ est, illud iudicij erit. Per ista ergo huius temporis flagella significans, quomodo tunc persecuturus es, quando non parcens, iudicas, qui sic districte modo percutis, quando parcis?

Lib. 6. in c. 16. Esa. to. 4.

Ezec. 4.

Sap. 6. Luc. 12.

Lib. 11. in c. 38. Esa. Prou. 3.

Lib. 3. in c. 15. Hier.

Iob 19.

Psal. 59.

11 IDEM explicans illa verba: Completa est iniquitas tua filia Sion, non addet vltra, vt transmigret te, inquit: Completa persecutione qua hostes in hoc sæculo permittuntur persequi electos Dei ad probationem eorum, non ad damnationem, iam vltra non addent, vt transmigrent per eos. Quoniam absterget omnem lachrymam ab oculis sanctorum suorum, & neque luctus, neque clamor, neque dolor erit amplius, quia prima abierunt, sed exultent iusti in iustitia.

Lib. 3. in c. 4. lament. Hierem.

Apoc. 21.

12 IDEM explicans illa verba: Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit, &c. & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis. Docet comparatione Hierusalem iustificantur Sodoma, & Samaria: quia seruus qui scit voluntatem domini sui & non facit, vapulabit multi, & potentes potenter tormenta patientur. [Infra:] Cui enim dubium, quin inter tres peccatores, gentilem, hæreticum, ecclesiasticum, multo maioribus pœnis dignus sit qui maioris fuerit dignitatis? Potentes enim, vt diximus, potenter tormẽta patientur. Qui autem minimus fuerit, dignus est misericordia. Vnde & Petrus: Tempus, inquit est, vt incipiat iudicium a domo Dei. Et in hoc eodẽ Propheta præcipitur secures habentibus, a sanctis meis in cipite, vt extrema Hierusalem, sororibus restitutis in pristinum statum, portet ignominiam suam, & confundatur, & erubescat, & in omnibus consoletur sorores suas, dum grauiora sustinet.

Lib. 5. in c. 6. Ezec. Luc. 12.

Sap. 6.

1. Pet. 4.

Supra 9.

13 IDEM exponens illa verba: Dies Domini dies nubis & turbinis, quasi mane expansum super montes, ait: Sicut mane & aurora consurgens, primum occupat montes, sic iudicium ab excellis & potentibus incipiet, vt potentes potenter tormenta patiantur.

In cap. 2. Ioel to. 5.

14 IDEM explicans verba illa: Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terrę; idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras, inquit; Quia solos vos cognoui, qui creator sum omnium, & vos habui peculiarem populum meum: idcirco super vos omnia peccata vestra restituam. Potentes enim, potenter tormenta patientur: qui autem minimus est dignus est misericordia. Hanc veritatem cõfirmat Hieronymus, locis sacræ Scripturæ, quæ retulimus dubium lib. 5. in Ezechielem.

Lib. 1. in c. 3. Amos.

15 IDEM explicans illa verba: Propterea hæc dixit Dominus Deus exercituum. In omnibus plateis planctus, & in cunctis quæ foris sunt, dicetur væ, væ. Qui saluandi sunt, inquit, non audient, væ, væ: sed si forte peccauerint, sumetur super eos lamentum. Ideo autem foris, siue in omnibus vijs dicetur væ, væ: quia nõ habent vnam viam, sed varias, atque peruersas. Incurruntq; in duplex væ, carnis, ac spiritus, præsentis sæculi, & futuri. Agricolæ vocabuntur ad luctum, vt in vineis sit planctus, atque luctus, vt vbi quondam fuit materia lætitiæ, sit origo lachrymarum, & hæc omnia fient, quia pertransibo, inquit, in medio tui, vt nequaquam apud eos maneat, sed pertranseat puniendo, ac relinquendo.

Lib. 2. in c. 5. Amos.

16 AMBROSIVS exponens verba illa Psalmi 72. Quam bonus Israel Deus &c. inquit: Nemo potest Deum bonum fateri, nisi hic (id est Dauid) qui non ex suc-

17

Li. 4. dein terpellatio ne c. 2. to. 4

successibus commodorum suorum, sed ex diuinæ dispositionis altitudine, bonitatem eius cognoscit. Iusto itaque semper bonus est. Deus, & cum torquetur doloribus corporis, & cum affligitur acerbitate pœnarum, semper dicit: Si bona suscepimus de manu Domini: mala autem quare non sustineamus. Sciens quoniã qui bona receperit in hac vita, habet mercedem suam. Futura præmia sperare non poterit, qui non exercitatus sit diuersorum certamine prœliorum. Qui vero siue iuste, siue iniuste afficitur in hoc sæculo, gratulatur, vel quod hic soluat pretia delictorum, vel quia nouit eam
I. Pet. 2. esse apud Deum vberiorem gratiam, Si iniuste pro eius nomine, vel aliquo bono, acerba patiatur, sicut scriptum est. Quia nulla est gratia, si peccantes & colaphizati suffertis, sed si benefacientes patienter sustinetis, hæc est gratia apud Deum.

18 IDEM in expositione illorum verborum: Iustus es
Psal. 18. Domine, & rectum iudicium tuum, sic habet: Vulgus
in Psal. 118 hominum sua delicta non repetens, iniuste se putat tole
lit. 2. rare quæ patitur. At vero vir iustus, iustitiam Domini
Hier. 12. prædicat, quòd meritis suis digna patiatur. Clamat Hieremias: In luti voragine, turpi, cum necandus illuie mergitur. Iustus es Domine. Hebræi adolescentes cũ propter virtutem deuotionis, & fidei gratiam, fornacis ardentis ambirentur incendijs, clamabant: Iustus es Do-
Dan. 3. mine &c. Daniel quoque Propheta, secundo in lacum missus leonum, recta omnia in conspectu esse Domini imperterrito clamore iactabat. Ionas inclusus vtero bestiali, anhelandi spiritus, vix habens commeatum, clamabat de ventre ceti cum voce laudis, & confessionis, supplicio tibi &c. Dauid cum fugeret a facie Absalon pulsus regno clamabat, Iustus es Domine. Abrahã cum immolandus vnicus a se filius poscereturr, paternæ pietatis affectum temperabat, dicẽs: Iustus es Domine &c. Non enim poscis alienum, sed tuum reposcis, ipsum tibi restituo quem dedisti. Hunc imitatus Iob extinctis filijs, patrimonio amisso, ait: Nudus egressus sum &c. Sit nomen Domini benedictum. Omnes ergo iustum Dominum prædicemus. Qui damno aliquo feritur, aut funere filiorum &c. Et dicat: Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Quid enim nostrum amittimus? Clamat Apostolus: Quid habes, quod non accepisti? Iustus Dominus in periculis, iustus in damnis, iustus in vltionibus est, non solum quia vnusquisque iuste culpæ suæ pœnas luit, verum etiam quia dum vnus punitur plurimi corriguntur. Ananias & Saphira in Actibus Apostolorum, fraudati pretij agri crimen admiserunt, quos morti addixit Deus, ne quis impune misericordiæ suæ munus fraude contaminare perfidiæ, arbitraretur, & vniuersos ad fidei studium iusto terrore componeret. Pharao cum populo suo fluctibus mersus, mundanæ conuersationis exemplum est, ne quis Dei populum persequatur. Potuit eum Deus voluntati suæ facere obedientem. Sed eius pœna, omnes voluit emendari. Ideoque dicit ad eum Dominus. Ad hoc ipsum te suscitauit, vt ostendam in te virtutem meam, & annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Non vtique Dominus suæ laudis, sed nostræ correptionis incrementa quærebat.

AVGVSTINVS sic habet: In regnorum libro de
19 Salomone dicitur: Si peccauerit arguam eum in virga
Lib. 17. de virorum, & in plagis filiorum hominum, misericordia
Ciuit. Dei autem meam non amoueam ab eo, significans plagas ordinare ad correptionem. Et in Psalmo quasi de Dauid
c. 9. t. 5. loquens, ait: Si dereliquerint filij eius legem meam &c.
2. Reg. 7. Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus
Psal. 88. peccata eorum, misericordiam autem meam non dispergam ab eo.

IDEM explicans illa verba: Potasti nos vino com-
20 punctionis, vel stimulationis (vt Augustinus legit) ait:
In Psal. 59. Quid est stimulationis? Non peremptionis. Non enim
to. 8. erat peremptio perimens, sed medicina vrens? Potastis nos vino stimulationis. Quare hoc? Dedisti metuentibus significationem, vt fugiant a facie arcus. Per tribulationes, inquit, temporales, significasti tuis fugere ab
I. Pet. 4. ira ignis sempiterni. Dicit enim Petrus: Tempus est, vt iudicium incipiat a domo Dei. Et si iudicium a nobis, qualis finis erit eis, qui non credunt Dei Euangelio? Et si iustus vix saluabitur, peccator & impius vbi parebũt? Ergo & de temporalibus tribulationibus, gratias Deo agamus: quia dedit plebi suæ significationem, vt fugiãt a facie arcus, & exercitati fideles eius in tribulationibus temporalibus, digni sint euadere damnationem ignis æterni.

IDEM exponens illa verba: Ab increpatione tua 21
In Psal. 75. Deus Iacob, dormitauerunt qui ascenderunt equos, inquit: Ascenderunt equos, qui humiles esse noluerunt, & ceruicem potestatis contra Deum erigere intenderunt. Quia dines es, ascendisti, increpat te Deus, & dormis. Magna ira increpantis, magna ira. Attendat charitas vestra rem tremendam. Increpatio strepitum habet, strepitus expergisci solet homines facere. Tantum pondus est increpantis Dei, vt diceret. Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt omnes qui ascenderunt equos. Ecce quo somno dormitauit ille Pharao, qui
Exod. 14 ascendebat equos? Non enim vigilauit in corde, quia de increpatione durum cor habebat. Duritia enim cordis, obdormitio est. [Infra:] Tu terribilis es, & quis resistet tibi, ex tunc ira tua. Modo dormiunt, & iratum non sentiunt, sed vt dormirent iratus est. Modo quod dormientes non sentiunt, in fine sentient. Apparebit enim iudex
Psal. 125. viuorum & mortuorum.

2. Tim. 2. GREGORIVS explicans illa verba Iob cap. 3.
Apoc. 7. 22 Quare data est misero lux, ait: In Scriptura sacra nonnũ
Iob 11. Lib. 5. mo quam lucis appellatione prosperitas, noctis autem nomine, huius mundi aduersitas designatur. Vnde bene
rale. 2. t. 2 per Psalmistam dicitur: Sicut tenebræ eius, ita & lumen
Ps. 138. eius. Quia enim sancti viri, ita prosperitatem sæculi despicientes calcant, sicut aduersitatem eius calcantes tolerant, per magnam mentis celsitudinem, mundi sibi & aduersa & prospera substernentes dicunt, sicut tenebræ eius, ita & lumen eius. Ac si aperte dicant: Sicut intentionis nostræ fortitudinem, eius tristia non premunt: ita hanc, nec blanda corrumpunt. Et quia amor eos æterno
Prou. 12. rum conteret, & gloria de temporalibus arridet, prospe
Prou. 16. ritatis suæ mærore mordentur, quia clarescere in mundi prosperitate refugiunt, clamant. Quare misero data est lux?

25 IDEM explicans verba illa Iob capite 11. Miseriæ
Li. 26. mo quoque obliuiscẽris, & quasi aquarum quæ præterie-
ral. ca. 12. 23 runt, non recordaberis, inquit: Mala vitæ præsentis, tanto durius animus sentit, quanto pensare bonum quod
Li. 10 Mo sequitur, negligit, & quia non vult præmia considerare
ral. c. 12. quæ restant, grauia æstimat esse, quæ tolerat. Vnde & contra flagelli ictum cogitatio cæca cõqueritur, & quasi infinita calamitas creditur, quæ diebus cursu labentibus, quotidie finitur. At si semel quisque ad æterna se erigat, atque in his quæ incommutabiliter permanent, oculum cordis figat: prope nihil esse hoc conspicit, quic quid ad finem currit. Præsentis vitæ aduersa tolerat, sed quasi nihil esse omne quod labitur, pensat. Quo enim se internis gaudijs robustius inserit, eo minus externos dolores sentit. Bene autem præsentis vitæ miseriæ, aquis prætereuntibus comparat, quia calamitas transiens, electi mentem nequaquam vi concussionibus obruit, sed tantum tactu mæroris infundit. Nam madet quidem per cuorem vulneris, sed a suæ certitudine non frangitur salutis. Et cum te consumptum putaueris, orieris vt lucifer. Sæpe namque tot tentamenta nos obsident, vt ipsa nos eorum numerositas pene ad lapsum desperationis inclinet, sed mox in gaudium profectus attolitur, quæ inter tentamenta peius cadere ex desperatione cogebatur. [Infra:] Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperum. Peccatoris enim lumen in die, est obscuritas in vespere, quia in præsentis vitæ felicitate attolitur, sed aduersitatis tenebris, in fine deuo-

deuoratur. Iustè autem meridianus fulgor, ad vesperum surgit, quia quanta sibi claritas maneat, cum iam occumbere cœperit, agnoscit. Hinc namque scriptum
24 Eccl. 1. I. Pet. 4. est: Timenti Deum bene erit in extremis. Hinc per
Psal. 21. Psalmistam dicitur; Cum dederit dilectis suis somnũ, ecce hereditas Domini, Qui in huius quoque vitæ adhuc certamine positus, cum se consumptum putauerit, lucifer orietur, quia foris cadens, intus innouatur, & quo magis exterius aduersa tolerat, eo vberius virtutũ
2. Cor. 4. lumine, interius coruscat, Paulo attestante, qui ait: Licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Id enim quod in præsenti momentaneum est & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Et notandum quòd nequaquã cum consumptus fueris, sed cum te consumptum putaueris, dicit: Quia & quod videmus in dubietate est,
2. Cor. 6. & quod speramus in certitudine. Vnde & idem Paulus non se consumptum nouerat, cum dicebat, qui in aduersa corruerat tribulationum, vt lucifer splendens, Quasi morientes, & ecce viuimus, quasi tristes, semper autem gaudentes, sicut egentes, multos autem locupleExod. 16
Psal. 125. tantes. [Infra:] Euntes ibant & flebant mittentes semina sua, venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos suos. Hinc Paulus ait: Si commorimur, & conuiuemus. Si sustinemus & cõregnabimus.
2. Tim. 2. Apoc. 7. Hinc sanctorum gloriam Ioanni angelus indicans, ait: Hi sunt qui venerunt ex magna tribulatione, & lauerunt stolas suas in sanguine agni. Vnde apte protinus
Iob 11. adiungitur, & defossus securus dormies. Sicut enim malis præsens securitas labor est, ita bonis præsens labor, perpetuam securitatem parit. [Infra:] Requiescesb
Lib. 5. moral. c. 2. & non erit qui te exterreat. Quisquis enim in solo æternitatis desiderio figitur, nec prosperitate attollitur, nec aduersitate quassatur, dum nil habet in mundo quod appetat, nihil est quod de mundo pertimescat. Hinc
Pſ. 138. Prou. 12. Salomon ait: Non contristabit iustum quicquid ei acProu. 16. ciderit. Et alibi: Iustus quasi leo confidens, absque terrore erit.

25 IDEM explicans illa verba Iob cap. 35. Qui dedit
Li. 26. moral. ca. 12. carmina in nocte, sic habet: Carmen in nocte, est lætitia in tribulatione: quia etsi pressuris temporalitatis affligimur, spe iam tamen de æternitate gaudemus. Carmina, Paulus in nocte prædicabat cum dicebat.
Rom. 12. Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Carmen in
Psal. 31. nocte Dauid sumpserat, qui dicebat. Tu es refugium meum a tribulatione mea quæ circumdedit me, exultatio mea erue a circumdantibus me. Foris quidem nox erat, in circumdatione pressuræ: sed intus carmina resonabant de consolatione lætitiæ: Quia enim ad æterna gaudia redire non possumus, nisi per temporalia detrimenta, tota sacræ Scripturæ intentio est, vt spes manentis lætitiæ, nos inter hæc transitoria aduersa corro-
Ezec. 2. boret. Vnde & Ezechiel Propheta librum se accepisse testatur, in quo scriptæ erant lamentationes, & carmẽ, & væ. Sacræ Scripturæ, carmen & væ continent, quia sic de spe, gaudium prædicant, vt in præsenti tamen, pressuras atque angustias indicent. Carmen & væ continent, quia etsi illic dulcia appetimus, prius necesse
Iam. 16. est vt hic amara toleremus. Carmen & væ Dominus discipulis prædicebat, cum dicebat Hæc locutus sum vobis vt in me pacem habeatis, in mundo autem pressuram habebitis, ac si aperte diceret, sit de me interius quod vos consolando reficiat, quia erit de mundo exterius quod sæuiendo grauiter premat:

26 IDEM explicans illa verba: Vbi audierit buccinã
Lib. 31. moral. ca. 16. dicit vah, inquit: Vah sermo exultationis est. Equus ergo cum audit buccinam vah dicit, quia fortis quisque,
Iob 39. dum certamen passionis sibi propinquare considerat, de exercitio virtutis exultat, nec terretur pugnæ periculo, quia victoriæ lętatur triumpho. [Infra:] In morte considerat, quod tolerans paueat, & in fructu mortis aspicit, quod appetens quęrat. Quia etsi victoria in perpetuum lætificas, ipsa nihilominus ad præsens pœna perturbat. Sicut enim vir fortis, cum vicino iã belli certamine armis accingitur, & palpitat, & festinat, tremit & sæuit, quasi pauere per pallorẽ cernitur, sed per iram vehementer vrgetur, ita vir sanctus cum passioni se propinquare cernit, & naturæ suæ infirmitate concutitur, & spei suæ, soliditate roboratur, & de vicina morte trepidat; & tamen quòd moriendo vetius viuat, exultat, & gaudens metuit, & metuens gaudet, quia scit quòd ad brauium quietis nõ perueniat, nisi hoc quod interiacet, cum labore transcendat. Sic nos eum morbos a corpore repellere cupimus, tristes quidem amarum purgationis poculum sumimus, certi autem de subsequenti salute, gaudemus. Quia enim peruenire corpus aliter ad salutem non valet, in potu libet, etiam quod tædet, cumque amaritudine inesse vitam animus conspicit, mœrore turbatus hilarescit. De re hac plura disseruimus lib. 4. cap. 5. 6. 8. & 18.

Fornicatio malum grande, ac frequentissimum. Cap. XII.

PRÆTER multa quæ diximus lib. 3. cap. 3. de castitate agentes.

ORIGENES explicat consilium quod Balaam Nume. 25. dedit Regi Balaac, cum dicit: Populus hic non proprijs viribus, sed Deum colendo vincit, & pudicitiam conseruando. Si vis eum vincere, primo eorum pudicitiam deijce, & sponte vincentur. Sed aduersum hæc non virtute militum, sed mulierum decore pugnandum est, nec armatorum vigore, sed mollitie feminarum. Procul hic procul amoue armatorum manum, & electam congrega speciem puellarum. Forma vincit armatos. Ferrum, pulchritudo captiuat, vincentur specie, qui non vincuntur prælio. Verum vbi senserint eos mulieres manus dedisse libidini, non prius semetipsas cupientibus præbeant, quam de sacrificijs idolorum acquieuerint degustare, vt cogente libidine, consilijs obtemperent feminarum, & consecrentur prius Beelphegor, quod est idolum turpitudinis. Hæc fuerunt consilia Balaam, quibus acceptis rex Balac, parat continuo exercitum non armis virilibus, sed femineo nitore compositum, non furore bellico, sed libidinis flamma succensum. Pro nefas, vix prohibetur libido, legum minis, vix gladij terrore reprimitur. Quid sceleris non perpetret, vbi facinore suo placiturã se mulier regi credidit, & salutem patriæ quæsiturã. Captiuantur ergo Israelitæ, non ferro, sed luxu, nec virtute, sed libidine, & fornicantur in mulieres Madianitas, & ira Dei insurgit super eos. Historiæ huius textus nos ædificet, vt discamus ex hoc quòd aduersus nos militat fornicatio, aduersum nos iaculantur tela luxuriæ; quibus si nõ resistimus, statim locum, diabolico vulneri damus, & captiuos nos ducit omnis dęmonum chorus, atque ob hoc ira Dei insurget super nos, & punientur, & in hoc sæculo & in futuro. [Infra:] Sciendum est quòd omnis qui aliquid turpe committit, Beelphegor Madianitarũ dæmoni consecratur. 1 Hom. 20. in Num. to. 1.

CHRYSOSTOMVS exponẽs verba illa 1. Corinth. 6. Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit, sic habet: Nihil hoc verbo horribilius: Fugite fornicationem. Non dicit, abstinere vos a fornicatione, sed fugite, hoc est summa cum diligentia vos a malitia liberos facite. Omne peccatum quodcumque fecerit homo, extra corpus est: qui autem fornicatur, in corpus suum peccat, de fornicatione loquẽs & a maioribus, & a minoribus crimen auget. Vbi in fornicatione totum corpus coinquinari demonstrat. Siquidem haud aliter sordescit, quam quid in lebetem immundũ infusum contagione inficitur? Hinc & nos morem prosequimur. Ab auaritia & rapina nemo balneas petere propereat: sed nulla cura domum reuertitur. 3 Ho. 18. in primã epist. Pauli ad Corinth. to. 4. 1. Cor. 6.

tur. Cum vero meretrici quis se commiscuerit, tamquam totus immundus ad se lauandum contendit, atque ita humana mens, quandam huius peccati turpiorem habet opinionem. [Infra:] An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti, & non estis vestri. Membra Christi estis, inquit, templũ estis spiritus, quare nolite facere membra meretricis. Non enim corpori vestro contumeliam facitis, quia non vestrum corpus est, sed Christi. Hoc dixit simul, & humanitatem ostendens, & a malorum licentia nos auertés. Nam si alienum corpus est, non habetis potestatem, vt alienum corpus iniuria afficiatis, & maxime cum sit Domini, neque Spiritus sancti templum maculandũ est. Antea tua meretricis membra fuerant, & Christus ea, proprij corporis membra reddidit. Non ergo eorũ amplius habes potestatem, illi seruias qui te liberauit. Neque enim si filiam haberes, & tanta esses amentia, vt eam lenoni locares, & mererrix efficeretur, inde regis filius eam conspectam, tam turpi liberaret seruitute, & sibi marrimonio coniungere; iterum eam in fornicem adducere posses; quippe qui semel dedisti, semel vendidisti. Huiuscemodi nostra est causa, locauimus carnẽ nostram diabolo lenoni grauissimo. Quod cum Christus animaduerteret, eam eripuit, & a sæua illius tyrannide liberauit. Iam igitur nostra non est, sed eius qui eam in libertatem vendicauit.

Vbi sup.

4

5 Serm. de libello repudij eod. to.

IDEM inquit: Illud est adulterij aliud genus, habere domi vxorem, & foris scortis iungi. Nam quemadmodum mulier habens virum, etiam si viro cuipiam libero vxorem non habentem, se exponat, adulterij legibus implicatur, sic & vir licet ad vulgare scortum ipse vxorem habens aberrarit, adulterij reus censebitur. Fugiamus igitur & hunc adulterij modum. Quid enim poterimus dicere? Quid prętexere, qui talia audemus? Quam excusationem habebimus? Naruræ concupiscẽtiam? Sed assistit quidem vxor, hac nos excusatione priuans. Idcirco nuptiæ inuectæ sunt, ut ne scorteris, immo non vxor sola, sed & multi alij qui eandẽ quam nos habemus naturam cohibent, hac nos priuant venia. Cum igitur alij absque nuptijs continentes sint, quam tu assequeris veniam, cum nuptijs scortans? [Infra:] Fornicationem fugiamus, nec confundamus vitã nostram, vitamque agamus ridiculam, neque polluamus corpus. Quomodo enim, post consuetudinẽ cum scortis, in Ecclesiam venire poteris? Quomodo manus quibus scortum contrectasti, in cœlum extendere audebis? Etiam si nullus conscius sit, tu teipsum cogeris, maxime omnium rubore, ac confusione perfundere, & maxime omnium corpus proprium abominari. Huius autem maculæ purificatio, non est in balneis. Balneum sunt, calidi lachrymarum fontes, gemitus e profundo cordis ascendentes, coniuncto perpetua, preces continuæ, eleemosynæ, & eleemosynæ largæ, non vltra hæc opera attentare, condemnare quod factum est, immo quod melius, ne attentemus hoc abominabile peccatum. Si quis autem aliquando supplantatus fuerit, hæc subijciat remedia, prius promittens non vltra in hæc prolapsurum. Qui enim abluitur, & eodem luto iterum inquinatur, & qui demolitur iterum quod ędificauit, & qui ędificat iterũ vt destruat, nihil inde lucrifacit, quam quod frustra laborat.

6 Serm. 24. in epist. ad Rom. Rom. 13.

IDEM ait: Ex fornicationes, bella oriuntur quotidiana, irreconciliabiles pugnæ, & assuetæ contentiones. Vnde & Paulus cum dixisset, non in cubilibus & impudicitijs, subiunxit: Non in contentione & æmulatione, non ignarus quæ hinc nascantur bella, quæ dolorum subuersiones, innumeraque mala. Puro ac liquido relicto fonte, ad immundi cœni cloacam curritis. Cænum namque scorti corpus esse neminem alium in testem aduoco, quam teipsum, qui voluptatus in illo es.

7 Hom. 5. in

IDEM sic habet, loquens de fornicatione. Reuera namq; quosuis hoc malum corrumpit, ac perdit. Et quemadmodum porcus in cœno volutatus, quocumque ingressus fuerit, omnia fętore replet, ita & scortatio malum est, quod difficile abluatur, vt abstineatis ab omni scortatione, vt sciat vnusquisque vestrũ vas suũ possidere in sanctificatione & honore, non in passione desiderij, sicut & gentes quæ ignorant Deum. Et sciat, inquit, vnusquisque vestrum vas suum possidere. Ergo disciplinæ est res ista, & multæ, ne lasciuiatur. Nos vas nostrum tunc possidemus, quando mundum fuerit, non in passione desiderij, vt affectiones scilicet concupiscentiæ amputentur: etenim delitiæ, & diuitiæ, & socordia, & otium, & quæcunque talia, in absurdam nos concupiscentiam deducunt. Quemadmodũ & gentes quæ ignorant Deum, tales enim illi sunt, qui nõ credunt se aliquando pœnas daturos. [Infra:] Vindex est Deus de his omnibus. Neq; enim impune ista facimus, neque tantum vòluptatis iam capimus, quãtum expectamus, ac sustinebimus supplicij. [Infra:] Qui scortari non didicerit, neque mœchari sciet. Qui vero scortis fuerit inuolutus, mox & in adulteriũ quoque prolabetur, etiam si non in coniugatis, sed in solutis mulieribus corrumpi, deperireque cęperit. [Infra.] Adolescens si lasciuire cęperit, morumque fornicariorum experientiam exquirere, ad primam quidem & alteram ipse vesperam, laudabit vxorem suam; postea vero statim in pristinam relabetur petulantiam. Sed iucundi tibi videntur mulieris fornicariæ mores? Noui, nam Scriptura hoc dicit. Ex labijs, inquit, mulieris fornicatricis, distillat mel. Sed mox in fel amarum mutatur. Atque ita etiam istud Scriptura dicit: quod ad tempus inquit, guttur tuum impinguat, & oblectat; postremo autem reperies illud felle amarius, & gladio vtrinque incidente acutius.

epi. Pauli ad Thes. sal. 1. Thes. 4

Prou. 5.

Prou. 5.

8 Homil. 14 ad pop. Antioch. to. 5.

IDEM inquit: Madianitę cognoscentes Iudęos esse inexpugnabiles, & armis expugnari non posse, virgines speciosas ornantes, & ante castra statuentes, in lasciuiam milites euocabant, per fornicationem, Dei auxilium auferre studentes, quod quidem & euenit, & quos arma, & equi, & milites, & tot machinamenta capere non potuerunt, hos fornicatio vinctos hostibus tradidit; & clypei quidem, & hastæ, & sagittæ omnes redarguebantur, nullus autem forma & animi lasciuia hos expugnauit. Propterea admonet quidam dicens: Ne discas pulchritudinem alienam, & ne occuras mulieri fornicanti: mel enim distillat à labijs meretricis, quod ad tempus impinguat guttur tuum, postmodum amarius felle ipsum inuenies, & acutum plus gladio ancipiti. Meretrix enim amare nescit, sed insidiatur tãtum, venenum habet ipsius osculum, & toxicũ os pernicioſum. Si vero non statim apparet; propterea magis ipsam fugere oportet, quoniam obtegit perniciem, & mortem habet celatam, nec a primordijs manifestam apparere permittit. Itaque si quis voluptatem sectatur, & vitam lætitiæ plenam, fornicantium contortia mulierum fugit, bellis enim innumeris, & tumultibus amatorum animos implent, continuas ipsis pugnas cõtentionesque concitantes, per verba, per opera omnia. Et sicut hostium inimicissimi, sic profectò & hę omnia faciunt, & negotiantur ad hoc, vt sectantes, & ignominiæ, & paupertatis, & extrema mala incidant. Propterea rursus nos admonet sapiens ille, cum dicit: Bibe aquas de vasis tuis, & tuorum puteorum fonte. Et rursum: Ceruus amicitiæ, & pullus tuarum gratiarum conuersetur tecum, de vxore hoc dicens. Quid relinquis adiutricem, & ad insidiatricem curris? Quid vitæ communicatricem auersaris, & vitam tuam subuertentem sectaris? Hæc membrum tuum, & corpus est, illa gladius acutus.

Prou. 5.

Ibidem. Ibid.

9 In epi. Valerij ad rufinum to. 1.

HIERONYMVS sic ait: Sol hominum Salomon, thesaurus deliciarum Dei, sapientiæ singulare domicilium, crasso tenebrarum fuscatus attamento, lucẽ animæ suę, gloriam domus suæ, odorem famæ suę, amisit amore mulieris. Et postremo curuatus coram Baalim, ex

11 In Epistola Eusebij ad Damasum de morte Hieronymi,

lim, ex Ecclesiaste Domini, mutatus est in membrum zabuli, vt adhuc grauiori videretur detrudi præcipitio, quam Phębus in casu Phaætonis, qui de Apolline Iouis, factus est pastor Admeti. Amice si non es sapiẽtior Salomone, quod nemo est, non es maior quàm q̃ potest fascinari a femina, oculos tuos aperi, & vide. Optima femina, quæ rarior est phœnice, amari non potest sine amaritudine metus, & solicitudinis, & frequentis infortunij. Malæ autem quarum tam copiosa sunt examina, vt nullus sit expers malignitatis earum, cum amantur amare puniunt, & afflictioni vacant vsque ad diuisionem corporis ac spiritus. Vexilla pudicitiæ tulerunt cum Sabinis, Lucretia, & Penelope, & pauissimo comitatu trophęa retulerunt. Amice, nulla est 10 Lucretia, nulla est Penelope, nulla est Sabina. Time omnes. Iuppiter rex terrenus, qui & rex cœlorum dictus est, præ singulari strenuitate corporis, & incomparabili mentis elegantia, post Europam mugire coactus est. Amice, ecce quem bonitas super cœlos extulit, fœmina brutis comparauit. Poterit etiam fœmina te cogere ad mugitum, si non sis maior Ioue, cuius magnitudini nemo alius par fuit. Phœbus qui sapientiæ suæ radijs, totius orbis primitiauit ambitum, vt merito soIis nomine, solus illustraretur, infatuatus est amore Leucothoes, sibi ad ignominiam, illi ad interitum, & eclipsica diu vicissitudine varius factus est, frequenter sui luminis expers, quo totus vniuersaliter egebat mũdus, Amice ne istud lumen, quod in te est tenebræ fiãt, Leucothoen fugito. Mars qui Deus bellantium dici meruit triumphorum familiari frequentia nil sibi metuens, a Vulcano ligatus est cum Venere inuisibilibus quidem catenis, sensibilibus tamen. Hoc autem ad plausum satyrorum, & ad risum cœlestis curiæ. Amice meditare saltem catenas, quas non vides, & iam in parte sentis, & eripe te dum adhuc ruptiles sunt, ne claudus ille faber, & turpis te Veneri suo more cõcatenet, & te sui similem turpem & claudum faciat, Veneri dolor fias, & irrisio videntium. A falso dearum iudice reprobata est Pallas, quæ non delectare promisit, sed prodesse. [Infra.] Cannius poeta reprehensus est a Liuio historiographo, quòd multarum gauderet amoribus fœminarum, his verbis. Nostram philosophiam participare non poteris, dum a tot participaris. Non enim eo decore, Iunonẽ amat Titius, quod multi vultures in multa diuellunt. [Infra:] Multi sciunt, vt placet delectatio, & pungit delictum. Hi norunt, quòd flos veneris rosa est, quia sub eius purpura multi latent aculei. Lais corinthia prærogatiua pulchritudinis insignis, tantum modo regum & principum dignabatur amplexus. Conata est tamen Demostheni philosopho participare, vt notæ castitatis eius miraculo soluto, videretur specie sua lapides mouisse, attractumque blanditijs tractauit suauiter. Cumque iam Demosthenes emoliretur ad thalamum, petiit ab eo Lais centum talenta pro censu. At ille suscipiens in cœlum, ait: Non emo tanti pœnitere.

11 *In Epistola Eusebij ad Damasum de morte Hieronymi.*

IDEM, inquit: Ensis diaboli luxuria. Heu quot, illa interficit romphæa? Non est aliquod peccatum, quo totiens diabolus victor existat. Fugite luxuriam, nam sicut virginitas hominem æquat angelis, immo plus eum facit quam angelum, ita luxuria hominem quasi bestificat, & (vt ita dicam) multo peius bestia eum efficit. De nullo alio peccato legitur, Deum dixisse se pœnitere fecisse hominem. Hæc huiusmodi facit opera, corpus debilitat, & quasi semper ipsum morte destruit, famã denigrat, marsupia euacuat, furta instruit, homicidia caussat, memoriam hebetat, cor aufert, oculos vtriusque hominis cęcat, & prę cęteris iram Dei prouocat. Pro nullo alio reatu tam manifestam iustitiam exercuit Deus sine misericordia, quàm pro isto. Propter hoc namque legitur peccatum, Deum mundo induxisse diluuium, Sodomam, & Gomorrham combussisse, & multos alios homines interemisse. Hoc rete diaboli, si quis hoc capitur, non citò soluitur. In isto tam graui prælio, nullus potest vincere, nisi fugiat. Nemo potest firmiter perdurare, nisi carnem domet. Hoc prælium non sustinetur, nisi in abstinentia & ieiunio. Vinum nocet, sed vultus centuplo magis, mulierum, Mulier, diaboli sagitta est, qua in luxuriam homo contrahitur. Nullus in hoc confidat viuens. Si sanctus es, nec tamen securus es. Mulier, viri pretiosam animã rapit. Numquid absq̃ dere potest homo ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? aut ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius? Homo & mulier, ignis, & palea, & diabolus numquam insufflare cessat, vt accendatur. Huius prælij numquam fiet victor, nisi fugiens. Vir, mulieris cuncta spernat munuscula, & blanda verba, si non vult luxuriæ capi laqueis. Plurimi sanctissimi iam, ceciderunt hoc vitio, propter suam securitatem. Ob hoc multi viri fruquentant ecclesias, vt mulieres videant, & earum vtantur colloquijs, quatenus inde luxuriæ amplius crescat appetitus. Hæc & alia multa moribundus iamiam dixit Hieronymus discipulis suis, vt viriliter agerent contra immanissimum hostem. *Prou. 6.*

12 *Li. 3. in c. 7. Amos. to. 5.*

IDE M explicans verba illa; In versione septuaginta interpretum. Et ecce vir stabat super murum Adamantinum, & in manu eius Adamas, inquit. Murus Adamantinus dicuntur Sancti, quia a nullo superantur, vt Paulus ait: Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia, an fames, an nuditas, an periculum, &c. Certus sum, quia neque mors, neque vita, neque angeli, &c. neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei. Et in tantum robustus est, vt dicatur ad eum, si transieris per ignem flamma non comburet te, quantoque magis tentationibus cæditur, tanto fortior fit. Cumq; a nullo superari queat, solo mortiferæ libidinis calore dissoluitur. Hæc enim sanguinis hircorum & ipsius hirci dicitur esse natura, vt sit ad lidinem calidissimus, & quod ignis edomare nequeat, solus illius dissoluat cruor. *Rom. 8.* *Esa. 43.*

13 *Ser. 47. ad fratres in eremo. to. 10.*

AVGVSTINVS ait? Dominus gladium furoris sui extendens, pluit ignem & sulphur de cęlo super Sodomam, & combusta est ciuitas & subuersa. Merito igitur per sulphur ciuitates illæ submersæ sunt & destructæ, quia tam eorum feminæ, quam eorum masculi, fœtenti luxuria ardebant. O luxuria pessima virtutũ destrnctio, vitiorum augmentatio, delectationis combustio, charitatis diminutio, bursarum euacuatio, dulcis es, sed ecce omni dulcedo in amaritudinem grandẽ mox conuertitur? O luxuria per te pax destructa est, per te homicidium factum est, per te ciuitates combustæ sunt, per te regna perdita sunt, per te omnia fere mala facta sunt, per te Dauid exultat a Deo, per te Samson moritur, per te Salomon expellitur, per te Loth patitur, relinquens patriam, & vxorem amittens. *Gen. 18.* *2. Reg. 11.* *Iudic. 16.* *3. Reg. 11.* *Gen. 19.*

14 *Li. 5. expositionis libri 1. Reg. c. 14. to. 1.*

GREGORIVS explicans illa verba: Saul congregato exercitu percussit Amalech, & eruit Israel de manu vastatorum eius, inquit: Dum fornicatores desiderijs carnis assentiunt, potestati malorum spirituum subduntur. Quia item altum est fornicationis blandimentum, dum in hoc anima per desiderium mergitur, quasi in profundum radicibus tenetur. Erui ergo de manu vastatorũ, est a fornicationis abyssо, qui in potestate Dæmonum est, liberari. Bene etiam vastatores, fornicationis impetus dicuntur, quia de vitio luxuriæ per beatum Iob dicitur. Ignis est vsque ad perditionẽ germinans, & omnia eradicans genimina. Vastator quippe fornicationis spiritus dicitur, quia quem inuaserit, ei nimirum nulla virtutum dona derelinquit, quę ad meritum sint salutis. Immundi spiritus vastatores sunt, quia si pudica corda decipiunt, decepta teneros flores castitatis perdant. Horti enim superni sponsi, sunt corda sanctorum, per castitatis odorem florida. Nam dum nullos motus turpes recipiunt, albo pudoris flore decorantur. Hortus conclusos soror mea sponsa, hor- *Iob 31.*

sa, hortus, quia virtute eximiæ castitatis floridus, conclusus aũt, quia per continentiam munitus. Qui itaq; cum ab immunditijs ad castitatẽ redeunt, qua diras dęmonũ potestates effugiũt, & a fundo perditionis ascendunt, de manu vastatorũ eruti apte memorantur.

15 *Libr. 6. in cap. 15. to. ibidem. Reg. ex. 1. 2. Cor. 7.*

IDEM explicans verba illa: Recensui quęcunque fecit Amalech Israeli, qũo restitit ei in via cũ ascende ret de Ægypto, ait: Quid est quod Amalechitarũ opera recensentur, nisi quia luxuriæ inquinamenta, Deo valde odibilia sunt; Vnde B. Paulus dicit. Oẽ peccatũ extra corpus est, qui aũt fornicatur, in corpus suũ peccat. Itẽ dicit: Fornicatores, & adulteros iudicabit Deꝰ. Hinc ẽt acrius increpans, & a regno Dei eos segregãs, ait: Neq; immundi regnũ Dei possidebunt. Sed q̃a val de fortis, & violenta est pugna fornicationis, non qũo libet obuiasse Israeli, sed restitisse perhibetur. Resistere quidem, forti oppugnationi instare est. Hos Amale chitas resistentes videbat Israelita, ille ascendens, qui

Rom. 7.

dicebat. Inuenio alia legẽ in mẽbris meis repugnantẽ legi mentis meæ. Infelix ego hõ, quis me liberabit de corpore mortis huius. resistere ergo Amalech dr, quia dum in carne sumus, libidinis fortia bella sustinemus. [Infra:] Quid est, quod contra hostes alios, solis armis pugnabat Moyses; contra Amalech vero non solis armis, sed ẽt virtute orationis. Sed profecto magnũ certamen fornicationis ostenditur, quod tanta virtute, tãta difficultate superatur. Non parcas ei, & non concupisces ex eo aliquid. Hoc dicit, quia luxuria omnis, in carne perfecte domanda est, & a mente radicitus extirpanda: vt oẽs libidinosi motus, oẽs obscenæ locutiones, prorsus perimantur in corpore. Turpes cogitationes paleæ sunt. Quid libido, nisi ignis? Quis etiã nesciat, quia si in paleis ignis negligenter extinguitur, & parua scintilla, quæ remanet, oẽs paleæ accenduntur? Carnalium ergo cogitationum stipulas auferet, ne per admixtas paleas, virores virtutum exurantur.

16 *Lib. 6. cap. 15. primi libri Reg. cap. 2.*

IDEM exponens verba illa: Quæ dixit Samuel Agag Regi Amalech, sicut fecit mulieres absque liberis gladius tuus, sic absque liberis erit inter mulieres mater tua, inquit. Virtutes mẽtis, ex quibus bona opera procedunt, matres sunt, gladius vero Agag luxuriæ telum dicitur, qui nimirum mulieres absque liberis facit, quia cuncta bona opera, libido interficit. Agag gladius, matres absque liberis facit, quia delectatio luxuriæ si euaginari quasi gladius finitur, ab eis nimirum omnes bonæ cogitationes, virtutes, & bona opera, necantur. Acuta quippe pestis huius delectationis, si a mente recipitur, dum libet attentius immunda cernere, mundum, & sanctum cogitare nihil potest, & dum ardenter ad nefarij operis expletionem pertrahit, virtutis aliquid agere nihil permittit. Et quia per eius cõbustionem omnia pereunt, non solum Agag filij, sed omnes mulierum filij, trucidantur, Absque liberis ergo matres facit, quia delectatio luxuriæ ad instar gladij, dum fructus mentium percutit, virtutis cogitationes, aut operis bonum, viuere nequaquã sinit.

17 *Ser. de conuers. ad Cleric. ca. 12.*

BERNARDVS sic ait: Libidinis illecebrosa vorago, quantis laboribus, & dispendijs interdum, & famæ vel honoris, aut etiam vitę ipsius periculo comparatur, vt ad modicum flagrans sulphureus vapor, furentes stimulis agat, & apum par volantium, vbi male grata mella fuderit, nimis tenaci feriat, icta corda, morsu, cuius appetitus, anxietatis, & væcordiæ, actus abominationis, & ignominiæ, exitus, pœnitudinis, & verecundiæ, plenus esse dignoscitur.

18 *In 2. parte operũ in libro, cui tit. est, Modus bene vi. ad sor. ser. 23.*

IDEM prope finem sic dicit: Ex delectatione fornicandi, varia gignuntur flagitia, quibus regnum Dei clauditur, & homo a Deo separatur, inter cætera septem vitia, fornicatio maximum scelus est, quia per carnis immunditiam, templum Dei violat, & tollens membrum Christi, facit membrum meretricis. Luxuria inimica est Deo, paternæ benedictionis, atque substantiæ perditio. Fornicatores, & adulteros iudicabit Deus. Audi soror, Beati Isidori verba Fornicatione coinquinari, deterius est omni peccato. Fornicatio graue peccatum est. [Infra:] Maxime per carnis luxuriam homines subijciuntur diabolo, quam per cetera vitia.

Fortitudo iustorum laudatur, vt necessaria ad virtutem, abominabilis autem fortitudo etiam in reprobis.

cap. XIII.

HIERONYMVS explicans verba illa: Et fabre facta Cherubim, & palmę, & palma inter Cherub & cherub, duasque facies habebat cherub, faciem homi nis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte, sic habet. Intrinsecus in interioribus templi, post scientiæ multitudinem, cœlantur, & palmę in quibus signum victoriæ est, dicente Apostolo. Persequor autem ad brauium supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Cherub autem nequaquam, vt in principio huius Prophetæ legimus, quatuor habebat facies, hominis scilicet, & leonis, & vituli, & aquilæ, sed tãtum duas hoc est hominis, & leonis, quorum primum ad rationem pertinet, sequens ad furorem. Furorem autem dicimus, non eum qui perturbationi & vitio proximus est, sed qui mentis consolidat mollitiem, & fortiorem facit animum dimicantis. In principio enim sub iacemus concupiscentiæ, quæ refertur ad vitulum propter terrena opera, & alia sunt carnalia, alia spiritualia, quorum extremum, aquilæ deputatur. Cum autem intrauerimus sancta sanctorum, & interiora templi posse derimus, nequaquam alia re indigemus, nisi ratione atque fortitudine, quorum alterum ad prudentiam, alterum refertur ad animi perseuerantiam.

1 *Lib. 12. in c. 41. Ezech. 1. 4. Exod. 2. Iob 29. Iob 40. Phil. 3.*

IDEM exponens verba illa: Mulierem fortem quis inueniet, sic habet, Mulier fortis Ecclesia catholica vocatur. Mulier, quia spirituales Deo filios gignere cõsueuit; fortis, quia cuncta sæculi aduersa simul & prospera, proconditoris sui fide, contemnit, quam ipse in carne apparens, infirmam quidem inuenit, sed inuentione sua hoc est, visitatione sua, fortem reddidit. Hanc sua gratia Deus fortem atque insuperabilem, aduersantibus cunctis effecit. [Infra:] Confidit in ea cor viri sui, hoc ab humana consuetudine tractum est. Sicut enim is qui fortem, fidelem, & castam habet coniugem, confidit in ea certissime, quia nil contra suam voluntatem aget, cuncta etiam aduersa pro suo amore libenter tolerat, sic Dominus in Ecclesia confidit. Nouit enim spiritum gratiæ quem dedit, ideoque non dubitat eam a suæ fidei integritate non posse corrumpi. [Infra:] Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum. Accinxit Ecclesia lumbos suos fortitudine, cum supernorum desiderijs intenta, carnalibus desiderijs succumbere despexit. Roborauit brachium suum, cum se ad agenda virtutum opera præparauit. [Infra:] Fortitudo, & decor indumentum eius, fortitudo ad tolerandum peruersorum improbitatem, decor ad exercendam virtutum gratiã. Decor, quia operatur iustitiam. Fortitudo, quia persecutionem patitur propter iustitiam. Et ideo ridebit in die nouissimo, ideſt, gaudebit in retributione regni cęlestis, quæ dolebat in certamine vitæ præsentis. Esto imitator Domini tui, de quo dicitur. Dominus regnauit decorem indutus est. Esto cum decore, ad eos quibus placent bona opera tua. Esto fortis aduersus deuactores, & sic eris vestis Domini, de qua dicitur, Fortitudo & decor indumentum eius.

2 *Lib. in ca. 31. Prou. to. 7. Rom. 5. 2. Cor. 7. 6. eod. l. c. 38.*

AMBROSIVS: Postquam retulit, quam fortiter multi ex antiquis in rebus bellicis se gesserunt, addit. Sed non hæc sola præclara fortitudo est, sed etiam illorum gloriosam fortitudinem accipimus, qui per fidem, magnitudine animi, obstruxerunt leonum ora, extinxerunt virtutem ignis, effugauerunt aciem gladij, conualerunt de infirmitate, fortes, qui non committatu, & legionibus

3 *Lib. 1. officiorũ c. 35 to 4. Heb. 11.*

gionibus succincti, communem cum multis victoriam, sed nuda virtute animi, singularem retulerunt triumphum. Quàm insuperabilis Daniel, qui circa latera sua rugiente non expauit leones. Fremebant bestiæ, & ille epulabatur.

4 IDEM ait: Non igitur in viribus corporis, fortitudi-
Supra 36. ibid. nis gloria est, sed magis in virtute animi. Neque in inferenda, sed in depellenda iniuria, lex virtutis est. Vnde sanctus Moyses, hinc prius orsus est tentamenta bellicæ fortitudinis. Nam cum vidisset Hebræum ab
Exod. 2. Aegptio iniuriam patientem, defendit, sita vt eum occideret, & in arena absconderet. Vnde Iob dixit.
Iob 29. Saluum feci pauperem de manu potentis, & pupillum cui adiutor non erat, adiuui. Nonne hic fortissimus, qui tam fortiter pertulit impetus diaboli, & vicit eum
Iob 40. in virtute menti suæ? Neque vero de eius dubitandum fortitudine, cui dicit Dominus. Accinge sicut vir lumbos tuos, suscipe altitudinem, & virtutem, omnem autem iniuriosum humiliato. Est ergo fortis, qui se in dolore aliquo consolatur. Et re vera, ea iure fortitudo vocatur, quando vnusquisque seipsum vincit, iram continet, nullis illecebris emollitur atq; imflectitur, non aduersis perturbatur, non extollitur secundis, & quasi vento quodam, variarum rerum circumfertur mutatio ne. Quid autem excelsius, & magnificentius quàm exercere mentem, affligere carnem, & in seruitutem redigere, vt obediat, & in adeund s laboribus impigre
5 exequatur propositum animi, & voluntatem? Hæc igitu rprima vis fortitudinis, quoniam in duobus generibus, fortitudo spectatur animi: primo, vt externa corporis pro minimis habeat, & quasi superflua despicienda magis quàm expetenda ducat. Secundo, vt ea quæ summa sunt omnesque res, in quibus honestas cernitur, præclara animi intentione, vsque ad effectum persequatur. Quid enim tam præclarum, quàm vt ita animum tuum informes, vt neque diuitias neque voluptates, neque honores, in maximis constituas, neque in his studium omne conteras? Quod cum ita affectus animo fueris, necesse est, vt illud honestum ac decorum præponendum putes, illique mentem ita intendas tuã, vt quicquid acciderit, quo frangi animi solent, aut patrimonij amissio, aut honoris imminutio, aut obtrectatio aliorum, quasi superior non sentias. Deinde vt te salutis ipsius pericula pro iustitia suscepta nõ moueãt. Hæc vera fortitudo est, quã habet Christi athleta, qui nisi legitime certauerit non coronabitur. An mediocre tibi videtur præceptum fortitudinis? Tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero spem. Vide quot certamina, & vna corona.
Rom. 5. Quod præceptum non dat, nisi qui est confortatus in Christo Iesu, cuius caro requiem non habebat, afflictio vndique foris pugnæ, intus timores. Et quamuis in periculis, in laboribus plurimis, in carceribus, in mortibus positus, animo tamen non frangebatur, sed præliabatur, adeo vt potentior suis fieret infirmitatibus.

2. Cor. 7. 6 IDEM inquit: Nec rursus propter ignauiam, ca-
eod. l. c. 38. dere quis ac deserere fidem debet, metu periculi. Qua gratia præparandus est animus, exercenda mens, constabilienda ad cõstantiam, vt nullis perturbari animus possit terroribus, nullis frangi molestijs, nullis supplicijs cedere. Quæ difficile quidem sustinentur. Sed quia omnia supplicia, grauiorum suppliciorum vincũ tur formidine, ideo si consilio firmes animum tuum, nec a ratione discedendum putes, & proponas diuini iudicij metum, perpetui supplicij tormenta, potes animi subire tolerantiam. Fortis est viri, non dissimulare cum aliquid immineat, sed prætendere, & tamquam explorare de specula quadam mentis, & obuiare cogitatione prouida rebus futuris, ne forte dicat postea. Ideo ista incidi, quia non arbitrabat posse euenire. Denique, nisi explorentur aduersa, cito occupant, vt in bello improuisus hostis vix sustinetur, & si imparatos inueniat, facile opprimit, ita animum, mala inexplorata plus frangunt. Deinde nullis perturbetur occupationibus, nullis cupiditatibus fluctuet. Neque vero id quisquam facile facit. Deinde vt iudicium tuum stabili ratione confirmes, & quæ iudicaueris leuia, tanquam nihil profutura contemnas. Deinde vt si quid acciderit aduersi, idque graue & acerbum putetur, ita feras, vt nihil præter naturam accidisse putes cum legeris, nudus egressus sum de vtero matris meę, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, Dominus abstulit. Sicut Domino placuit, ita factum est. Si
Iob 1. bona suscepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus?

7 IDEM inquit. Illa est animi fortitudo, non quę bel-
Cap. 39. lum cum virtutibus gerat, sed quæ sola defendat ornamenta virtutum omnium, & iudicia custodiat, & quæ inexpiabili prœlio aduersus omnia vitia decernat, inuicta ad labores, fortis ad pericula, rigidior aduersus voluptates, dura aduersus illecebras, pecuniam negligat, auaritiam fugiat tamquam labem quandam, quæ virtutem effemines. Nihil enim tam contrarium fortitudini, quam lucro vinci.

8 IDEM sic habet: Verum quia fortitudo non solum
Cap. 41. secundis rebus, sed etiam aduersis probatur. Vnde sancti martyres sine armis vicerunt, defecerunt supplicia, cesserunt tortores, non defecerunt martyres. [Infra:] Narrat miram concertationem Laurentij, & Sixti: Iti enim, ille acriter conquerebatur, quòd sine illo ad mortem properaret. Id flebat, q̃ sacerdos sine ministro pergeret, quòd illi consortium sui sanguinis denegaret. Et post multa. [Infra:] Talis erat contentio, digna sane de qua certarent sacerdos, & minister, quis prior pateretur pro Christi nomine. In fabulis ferunt tragicis, excitatos theatri magnos esse plausus, cum se Pylades Orestem diceret, Orestes, vt erat, Orestem se esse assueueraret, ille, vt pro Oreste necaretur, Orestes, ne Pyladem pro se pateretur necari. Sed illis non licebat viuere, quòd vterque esset parricidij reus, alter qui fecisset, alterqui adiunisset. Hic, Laurentium sanctum ad hoc nullus vrgebat, nisi amor diuotionis, tamen & ipse post triduum, cum super craticulas vreretur, dixit. Assum est, uersa & manduca. Ita animi fortitudine, uincebat ignis naturam.

9 AVGVSTINVS explicans verba illa: Qui do-
In Ps. 17. to. 4. cet manus meas ad prœlium, & posuisti vt arcum æreum brachia mea, inquit: Docet manus meas ad prælium, qui docet me operari ad superandos inimicos, qui nobis intercludere cœlestia regna conantur, & posuisti vt arcum æreum brachia mea, & posuisti infatigabilem intentionem bonorum operum. [Infra:] Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant. Persequar affectus carnales meos, nec ab eis comprehendar; sed comprehendam illos, vt absumantur. Et ab ista intentione non conuertar ad quietem, donec deficiant qui obstrepunt mihi. Confringam illos, nec poterunt stare, & durare aduersum me. Cadent subtus pedes meos. Cal catis illis, præponam amores quibus ambulo in æternum. Et præcinxisti me virtute ad bellum, & constrinxisti fluentia desideria carnis meæ, virtute, ne in tali pugna præpedirer. Supplantasti insurgentes in me subtus me, vt subter me fierent, qui me persequentes, super me esse cupiebant.

10 IDEM exponens verba illa: Dum appropriant
In Ps. 26. super me nocentes, vt edant carnes meas ait: Ego quid timebo? Aut quem timebo? Quid trepidabo? Qui me persequuntur, ipsi infirmantur, ipsi cadunt. Quare autem persequuntur? Vt edant carnes meas. Quæ sunt carnes meæ? Carnales affectus mei. Sæuiant persequendo, nihil in me moritur, nisi mortale. Erit in me aliquid, quo persecutor peruenire non possit, vbi habitat Deus meus. Manducent carnes meas. Finitis carnibus, spiritus ero & spiritalis. [Infra:] Viriliter age, & confortetur cor tuum, & susti-

ne Dominũ. Viriliter age, noli dissolui, ne sis inter eos quibus dicitur. Væ his qui perdiderunt sustinentiam, qui perdidit sustinentiam, effeminatus est, perdidit vigorem.

Eccl. 2.

11 In Ps. 66.

IDEM explicans verba illa: Fundamenta eius in montibus sanctis, inquit. De lignis quadratis ædificata est arca Noe, quæ figuram gestabat Ecclesiæ. Quid est enim quadrati? Attendite similitudinem, quadrati lapidis similis debet esse christianus. In omni tentatione sua christianus non cadit, & si impellitur, etsi qua vertitur, non cadit. Nam quadratum lapidem quacũque verteris, stat. Cadere visi sunt martyres cum percuterentur. Sed quid dixit quædam vox Cantici? Cum ceciderit iustus, non conturbabitur, quoniam Dominus confirmat manus eius. Sic ergo cõquadramini ad omnes tentationes parati, quicquid impulerit, non vos euertat, stantem te inueniat omnis casus

Psal. 36.

12 Concione 23. in Psa. 118.

IDEM exponens verba illa: Iuraui & statui custodire omnia iudicia iustitiæ tuæ, ait: Hoc appellauit iuramentum, quod statuit per sacramentum, quia ita debet esse mens fixa in custodiendis iudicijs iustitiæ Dei, vt sit omnino pro iuratione, quod statuit. [Infra:] Humiliatus sum vsque quaque, vel vsque valde, vt Augustinus legit, maximam scilicet passus persecutionem, pro eo quod iurauit, & statuit custodire iudicia iustitiæ Dei. Et ne in tanta humiliatione fides ipsa deficeret, addidit. Domine viuifica me secundum verbum tuum, hoc est secundum promissum tuum.

13 In Ps. 138.

IDEM in fine exponens illa verba: Non est occultatum os meũ à te, quod fecisti in occulto, ait: Os suum dicit, quod vulgo dicitur ossum, latine os dicitur. Os dictũ hic non ab ore, sed ab osse. Ergo est, inquit, quoddam ossum meum intus in absconditо, ossum hoc firmitas quædam est interior, quia in ossibus firmitas & fortitudo intelligitur. Est ergo quædam animæ interior vis, vbi firmitas non frangitur. Quælibet tormenta, quælibet tribulationes, quælibet huius sæculi aduersitates, vndique sæuiant, illud quod Deus in abscondito fecit firmum in nobis, frangi non potest, non cedit. A Domino enim est facta quædam firmitas patiẽtiæ nostræ, de qua dicitur, & in alio Psalmo. Veruntamen Deo subiecta esto anima mea, quoniam ab ipso patientia mea. Et attende Paulum habentem intus hoc genus firmitatis, quasi tristes, inquit, semper autem gaudentes. Vnde quasi tristes, contumelijs, opprobrijs, persecutionibus, flagellis, plagis, carceribus, catenis, lapidationibus. Quis non eos miseros tunc extimaret; Nec illi ipsi persecutores sæuirent in eos, nisi putarent eos miseros fieri persecutionibus suis. Illi enim eos ex sua infirmitate conijciebant, qui non habebant ossum abscõditum interius. Illi vero qui habebant, hominibus foris tristes videbantur, intus autem gaudebant Deo, cui nõ erat absconditum ossum ipsorum, quod fecerat in abscondito. Aperit autem hoc ossum in abscondito factũ à Deo idem Apostolus his verbis. Non solum autem, sed, & gloriamur in tribulationibus. Parum est quia nõ es tristis, sed & gloriaris? Tale ossum fecit mihi in abscondito, vt parum sit non frangi, nisi etiam glorier. Et substantia mea in inferioribus terræ. Quid magnum est, si fortis est Angelus? Magnum est si fortis est caro. Et vnde fortis est caro? Vnde forte vas fictile, nisi quia factum est ibi ossum in abscondito.

Psal. 62.

1. Cor. 6.

Rom. 5.

14 Lib. 5. moral. c. 13. to. 2. Iob 6.

GREGORIVS exponens verba Iob 4. capite. Vbi est timor tuus, fortitudo tua, & patientia tua, & perfectio viarum tuarum? Ait. Ecce quomodo quamuis inconuenienter iustum Iob increpet Eliphaz, congruenter tamen ordines virtutum narrat, dum & timori fortitudinem, & fortitudini patientiam, & patientiæ perfectionem iunxit. In via etenim Dei a timore incipitur, vt ad fortitudinem perueniatur. Nam sicut in via sæculi, audacia fortitudinem, ita in via Dei, audacia debilitatem parit, & sicut in via sæculi, timor debilitatem, ita in via Dei, timor fortitudinem gignit, Salomone attestante qui ait. In timore Domini fiducia fortitudinis. Timori quippe Domini inesse fiducia fortitudinis dicitur, quia nimirum mens nostra tanto valentius terrores rerum temporalium despicit, quanto se auctori earundem veracius per formidinem subdit, quæ in timore Domini constituta, non inuenit, extra, quod metuat, quia dum recto metu, conditori omnium iungitur, potestate quadam supra omnia subleuatur. Fortitudo autem non nisi in aduersitate ostenditur. Vnde & mox post fortitudinem, patientia subrogatur. Tanto enim quisque se ad fortitudinem, profecisse verius demonstrat, quanto aliena mala robustius tolerat. Nam minus in se conualuit, quem aliena iniquitas sternit. Qui autẽ patientiam tenet, animam possidet, quia inde cõtra aduersa omnia fortis efficitur. Vnde sibi, & seipsum vincẽdo, dominatur. Et quo se laudabiliter frangit, infractũ se fortiter exerit: Quia cum in suis se voluptatibus superat, sese ad contraria inuictum parat.

Prou. 14.

17 Eo. lib. c. 9. Ibid.

18 Li. 18. moral. c. 17.

IDEM explicans illa verba: Quæ est enim fortitudo mea, vt sustineam, aut quis finis meus vt patienter agam, sic habet: Sciendum q̃ alia iustorum, atque alia est fortitudo reproborum. Iustorum quippe fortitudo est carnem vincere, proprijs voluntatibus contraire, delectationem vitæ præsentis extinguere, huius mundi aspera pro æternis præmijs amare, prosperitatis blandimenta contemnere, aduersitatis metum in corde superare. Reproborũ vero fortitudo, est transitoria sine cessatione diligere, contra flagella conditoris insensibiliter perdurare, ab amore rerum temporalium, nec ab aduersitate quiescere, ad inanem gloriam etiam cum vitę detrimento peruenire, malitiæ augmenta exquirere, bonorum vitam non solum verbis ac moribus, sed etiam gladijs impugnare, iniquitatem quotidie sine vllo desiderij defectu perpetrare. Hinc est quod per Psalmistam dicitur ad electos. Viriliter agite, & confortetur cor vestrum omnes qui speratis in Domino. Hinc per Prophetam reprobis dicitur. Væ qui potentes estis ad potandum vinum, & viri fortes ad miscendã ebrietatem. Hinc per Salomonem dicitur, quod sancti quique sine vlla debilitate desiderij, internam requiem contemplantur. En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel. Hinc Psalmista contra reprobos dicit. Ecce ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes. Quam bene vtramque fortitudinem Esaias complexus est, dicens. Qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem. Qui enim nequaquam sument, sed mutabunt, dixit, profecto patenter innotuit aliam esse quæ proponitur, & aliã quæ inchoatur. An non etiam reprobi fortes sunt, qui ad præsentis vitę concupiscentiam, tot laboribus currunt, periculis se audacter obijciunt, pro lucris, contumelias libenter ferunt, ab appetitus sui libidine nulla victi contrarietate resiliunt, percussionibus durescunt, & mala mundi tolerant pro mundo, eiusque (vt ita dixerim) gaudia quærentes perdunt, nec tamen hæc perdendo, fatigantur. Vnde, & bene ex humani generis voce per Hieremiam dicitur, Inebriauit me absinthio. Ebrius quippe quod patitur nescit. Absinthio ergo ebrius est, qui præ amore præsentis sæculi a sensu rationis alienus, dum quicquid pro mundo sustinet, leue deputat, laboris amaritudinem, quam tolerat, ignorat, quia nimirum delectabiliter ad cuncta ducitur, in quibus pœnaliter fatigatur. At contra, vir iustus ad mundi pericula pro mundo toleranda esse debilis studet, finem suum conspicit, vita præsens quam sit transitoria attendit, & pro ea exterius labores perpeti renuit, intrinsecus delectationem vicit. Beatus igitur Iob præsentis vitæ aduersitatibus pressus dicat ex sua, dicat ex omnium voce iustorum, quæ est enim fortitudo mea ut sustineam? ut quis finis meus, ut patienter agam? Ac si aperte insinuet dicens. Mala mundi pro mundo tolerare nequeo, quia iam in eius desiderio, fortis non sum. Dum enim præsentis vitæ finem con-

Ps. 17.

1. Cor. 17.

Tren. 3.

20 In c. 8. 1. libri Regum lib. 4. ca. 3.

Psal. 30.

Esa. 5.

19 Exposit. in 2. Psi Pœnit. to. 2. 1. Cor. 11.

Cant. 3.

Psal. 58.

Esa. 40. 16

Iob 6.

I Lib. 1. de Doct. christiana, c. 9. n. 3.

conſpicio, cur pondus cruciatus patior, cuius appetitum calco?

17 *Eo. lib. 1. 9. ibid.* IDEM explicans verba illa: Nec fortitudo lapidũ fortitudo mea, nec caro mea ænea eſt, ait: In his verbis fortitudinem reproborum ſignificat. Quid enim hoc loco ære, ac lapidibus, niſi inſenſibilium hominum corda ſignantur? Qui ſæpe, & ſupernos ictus accipiunt, & tamen nulla diſciplinæ percuſſione molleſcunt. [Infra:] Vir igitur ſanctus, reproborum duritiam inter verbera fugiens, dicat. Neque fortitudo lapidum fortitudo mea, neque caro mea ænea eſt. Ac ſi aperte fateatur dicens. Reproborum ſimilitudinem ſub diſciplinę verbere fugio, quia nec more lapidum ita obdurui, vt ſub percuſſionis ſtimulo, a miniſterio confeſſionis humilis obmuteſcam, nec rurſus quaſi æs vocem confeſſionis reſono, & ſenſum vocis ignoro, ſed quia ad percuſſionem, reprobi, debiliter fortes ſunt, electi autem valenter infirmi. Beatus Iob dum fortem ſe per inſaniam non eſſe aſſerit, fortem ſe per ſtatum ſalutis inno teſcit. Et quia Iob fortis cum ſit, infirmum ſe in ſemetipſo inſinuat, ad maioris adhuc fortitudinis meritum ſubdit. Non eſt auxilium mihi in me.

18 *Li. 18. moral. c. 17.* IDEM explicans illa verba Iob 28. cap. Et lapis ſolutus calore in æs vertitur, inquit. Et ardore diuini amoris, cor antea durum, & emollitur ad amorem, & roboratur ad operationem, ſicut prius durus fuerat in amore ſęculi, ita ſe poſtmodum fortem exerat in amore Dei, & quod ante audire renuebat, iam & credere & prædicare incipiat. Lapis ergo calore ſolutus, in æs vertitur, quia dura mens, ſuperni amoris igne liquefacta, ad veram fortitudinem commutatur. Quod bene per Eſaiam dicitur. Qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem. Fortitudinem mutamus, cum conuerſi, tanta virtute præſens ſæculum fugimus, quanta hoc ante quærebamus.

Pſ. 40.

19 *Expoſit. in 2. Pſ. Pœnit. to. 2. 1. Cor. 11.* IDEM exponens verba illa: Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum, nec eſt in ſpiritu eius dolus, ſic dicit. Si noſmetipſos iudicaremus, non vtique iudicaremur. Si nobis peccata noſtra imputauerimus, non ea nobis imputat Deus. Si ea ſatisfaciendo puniremus, nullum qui nos in futuro puniat, inueniremus. Iudicare autem ſeipſum, nemo poterit, niſi qui virilem animum ad vitia perſequendũ, aſſumit, ſicut per eundem Prophetum dicitur. Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos, & nõ conuertar donec deficiãt. Qui enim mollis eſt & diſſolutus in opere ſuo, fratrer eſt operis ſua diſſipantis. Ideo dixit, beatus vir. Quaſi dicat, ad hoc opus nemo aſſurgere prævalet, niſi qui ſanctæ fortitudinis, vires habet. Quid enim fortius, q̃ omnes animi ſui motus rationi ſubigere, omnia carnis deſideria ſpiritus virtute frenare, proprias voluntates abijcere, contemptis viſibilibus, ea quæ non videntur amare? Vnde & Salomon ait: Melior eſt patiens viro forti, & q̃ dominatur animo ſuo, expugnatore vrbiũ.

Pſ. 17.

Cant. 3.

Pſal. 58.

Eſa. 40. 16

1. Cor. 17.

Tren. 3.

20 *In c. 8. 1. libri Regum lib. 4. ca. 3.* IDEM exponens verba illa: Erat vir de Beniamin nomine Cis, &c. fortis tobore, inquit: Cis fortis robore prædicatur, quia nunc plerique carnales intra ſanctam Eccleſiam ſunt, qui magna agere videtur, forteſque ſunt robore, quia omne quod magnum videntur agere, corporale eſt. Fortia agit, quæ Deus reprobat, & affectum charitatis quẽ approbat, exhibere nõ curat.

Fruitio, & vſus quid ſit & quod hominis ſummum malum ſit velle frui vtendis, & vti fruendis, quo iuſti carent. Cap. XIIII.

1 *Lib. 1. de Doct. chriſtiana, c. 9. 10. 3.* AVGVSTINVS ſic habet: Res aliæ ſunt, quibus fruendum eſt, aliæ quibus vtendum. Illæ quibus fruendum eſt, beatos nos faciunt, iſtis quibus vtẽdum eſt, tendentes ad beatitudinem adiuuamur, & quaſi adminiculamur, vt ad illas quæ nos beatos faciunt peruenire atque his inhærere poſſimus. Nos vero qui fruimur & vtimur, inter vtraſque conſtituti, ſi eis quibus vtendum eſt frui voluerimus, impeditur curſus noſter, & aliquando etiam deflectitur, vt ab his rebus qui bus fruendum eſt obtinendis, vel retardemur, vel etiam reuocemur, inferiorum amore præpediti. Frui enim eſt, amore alicui rei inhærere, propter ſeipſam. Vti autem, quod in vſum venerit, ad id quod amas obtinendum referre, ſi tamen amandum eſt. Nam vſus illicitus, abuſus potius nominandus eſt. Quomodo ergo ſi eſſemus peregrini, qui beate viuere, niſi in patria non poſſemus, eaque peregrinatione vtique miſeri, & miſeriam finire cupientes, in patriam redire vellemus, opus eſſet, vel terreſtribus, vel marinis vehiculis quibus vtendum eſſet, vt patriam, qua fruẽdum erat, peruenire valeremus, quod ſi amænitates itineris, & ipſa geſtatio vehiculorum nos delectaret, conuerſi ad fruendum his quibus vti debuimus, nollemus cito viam finire, & peruerſa ſuauitate implicati, alienaremur à patria, cuius ſuauitas faceret beatos, ſic in huius mortalitatis via peregrinantes à Domino, ſi redire in patriam volumus, vbi beati eſſe poſſumus, vtendum eſt hoc mundo, non fruendum, vt inuiſibilia Dei, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciantur. [Infra:] In his igitur omnibus rebus, illæ tantum ſunt quibus fruendum eſt, quas æternas, & incommutabiles commemoramus, ſcilicet Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum. Ceteris autem vtendum eſt, vt ad illarem perfruitionem venire poſſimus. [Infra:] Exponens quod de Philemone dixit Paulus, ita frater ego te fruar in Domino, ait: Si non addidiſſet in Domino, & te fruar tantum dixiſſet, in eo conſtituiſſet ipſem beatitudinis ſuæ, quamquam & vicinißime dicitur frui, cum delectatione vti. Cum enim adeſt qui diligitur, etiam delectationem ſecum neceſſe eſt, gerat. Per quam ſi tranſieris, eamque ad illud vbi permanendum eſt, retuleris, vteris ea, & abuſiue non proprie diceris frui. Si vero inhæſeris atque permanſeris, finem in ea ponens lætitiæ tuæ, tunc vere & proprie frui dicendus es. Quod non eſt faciendum, niſi in illo ſummo, & incommutabili bono. [Infra.] Nulla res in via tenere nos debet, ſed tranſire, ne rebus temporalibus quamuis ab illo pro ſalute noſtra ſuſceptis & geſtis, hæreamus infirmiter, ſed per eas potius curramus alacriter, vt ad Deum peruenire mereamur. Vnde totius Sacræ Scripturæ hæc ſumma, vt utamur utendis, & fruamur fruendis, ut ea quibus ferimur, qualia ſunt remporalia, propter illud ad quod ferimur, diligamus.

Cap. 5.

2

3 *Li. octogin tatriũ quæ ſtionũ. 1. 4.* IDEM inquit: Sicut inter honeſtum, & utile intereſt, ita, & inter fruendum, & vtendum. Frui dicimur ea re, de qua capimus voluptatem, utimur eã quam referimus ad id unde uoluptas capienda eſt. Omnis itaque humana peruerſio, eſt, fruendis uti velle, atque utendis frui. Et rurſus omnis ordinatio quæ uirtus nominatur, fruendis frui, & utendis uti. Oportet ergo frui pulchris, inuiſibilibus, Deo ſcilicet, vtilibus autem vtendum eſt omnibus, vt quoquo eorum opus eſt. Et frui quidem cibo, & qualibet corporali voluptate exiſtimantur & beſtiæ, uti autem aliqua re non poteſt niſi homo, ſcire namque quo quidque referendum ſit, non datum eſt rationis expertibus, ſed neque ipſis rationalibus ſtultis, Quare abuti rectius dici ſolent, qui non bene vtuntur. Perfecta igitur hominis ratio, vtitur primo ſeipſa ad intelligendum Deum, vt eo fruatur a quo etiam facta eſt. Vtitur autem ceteris animalibus ratiocinantibus ad ſocietatem, irrationabilibus ad eminentiam, uitam etiam ſuam ad id refert, vt fruatur Deo, ita enim beata eſt. Deo autem non vtitur, ſed fruitur, neque enim ad aliquid aliud Deus referendus eſt.

4 *Lib. 11. de Ciuit. Dei, c. 25. to. 5.* IDEM ait: Ea re frui dicimur, quę nos non ad aliud referenda per ſeipſam delectat. Vti vero ea re quam propter aliud quærimus; vnde tempo-

ralibus magis vtendum est quàm fruendum, vt frui mereamur æternis. Non sicut peruersi, qui frui volunt nũmo, vti autem Deo, quoniam non nummum propter Deum impendunt, sed Deum propter nummum colunt. Boni quippe ad hoc vtuntur mundo, vt fruantur Deo. Mali autem e contra, vt fruantur mundo, vti volunt Deo.

5 Enarratione in Psa. 147. to. 8.

IDEM: Docet ex Paulo his rebus temporalibus vtendum esse. De cetero fratres tempus breue est. Reliquum est, vt qui habent vxores tanquam non habentes sint, & qui emunt tanquam non ementes, & qui gaudẽt tanquam non gaudentes, & qui flent tanquam

2. Cor. 7.

non flentes, & qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtentes sint. Præterit enim figura huius mundi, volo vos sine sollicitudine esse. Qui gaudium totum suum, totamque felicitatem suam constituit in manducãdo, bibendo, vxorẽ ducendo, emendo, vendendo, vtendo mundo isto, sine sollicitudine est talis, sed præter arcam, væ illi à diluuio. Quisquis autem siue manducat, siue bibit, siue aliud quid agit, omnia in gloriam Dei facit, etsi aliqua tristitia est de rebus sęcularibus, sic fleat, vt intus in spe gaudeat, & si aliqua lætitia est in rebus sæcularibus, sic gaudeat, vt intus spiritaliter timeat, nec donet se corrumpendum felicitati, nec cedat aduersitati frangendum, hoc est flere tanquam non flentem, &

Gen. 6.

gaudere tanquam non gaudentem. Quisquis etsi habet vxorem quam propter infirmitatem duxit, plangens potius ꝙ sine vxore esse non potuit quam gaudens, quia duxit, hic habens vxorem tanquam non habens est. Quisquis vendit quod nouit quia etsi maneret beatum non faceret, quisquis quod emit nouit quia transiet, & de his omnibus etsi abundantibus, etsi circumfluentibus, non præsumit, facitque ex eo quod habet misericordiam cũ eo qui nõ habet. Quisquis talis est, securus expectet diem nouissimum, quia non est præter arcam, iam inter ligna imputribilia computatur, ex quibus arca fabricatur.

6 Lib. Meditationum. to. 9.

IDEM ait: Si ista terrena diligis, vt subiecta dilige, vt famulantia dilige, vt arram sponsi, vt munera amici, vt beneficia Domini, sic tamen, vt memineris semper quod illi debeas, nec ista propter se, sed ista propter illum, & per ista illum, & super ista illum diligas. Caue ò anima, ne quod absit, meretrix dicaris, si munera dantis, pluſquam amantis affectum diligis. Dilige illum propter se, dilige te propter se, dilige illum, vt fruaris illo. Dilige in donis illius, quæ data sunt ab illo, illum tibi, & te illi dilige. Hæc pura & casta dilectio est, nil habens sordidum vel amarum, nil transitorum.

In Med.

IDEM inquit: O immensa bonitas, quæ omnium intellectum excedis. Veniat super me misericordia illa, quæ de tanta opulentia procedit, influat in me quę profluit de te. Si singula bona, delectabilia sunt, cogita intente, quàm delectabile sit illud bonum quod continet iucunditatem omnium bonorum, & non qualem in rebus creatis sumus experti, sed tanto differentem, quanto differt à creatura creator. Si enim est bona vita creata, quam bona est vita creatrix? Si iucũda est salus facta, quam iucunda est salus quæ fecit omnem saluté? Denique si multæ & magnæ sunt delectationes in rebus delectabilibus, qualis & quanta est delectatio in eo qui ipsa delectabilia fecit? O, qui hoc bono fruetur, quid illi erit? Quid illi non erit? Certe quicquid voluerit erit illi, & quicquid noluerit non erit. Cur ergo per multa vagaris homuncio, quærendo bona animæ tuæ, & corporis tui? Ama vnum bonum in quo sunt omnia bona, & sufficit. Desidera simplex bonum, quod est omne bonum, & satis est.

Finis Libri Sexti.

1 Hom. 7 in Psal. 29 t. 1.

EPITOME SANCTORVM, PER LOCOS COMMVNES AD CONCIONES CONFICIENDAS.

LIBER SEPTIMVS.

AVCTORE R. D. IOANNE LOPEZ
Episcopo Monopolitano Ord. Prædicatorum.

Gaudium verum in quo situm sit, & quod soli iusti illo potiantur in hac vita. Cap. I.

1 *Hom. 7. in Ps. 29 t. 1.*

BASILIVS explicans verba illa: Conuertisti planctum meum in gaudium mihi, sic habet: Non cuilibet animæ gaudium a Deo insignitur, sed ei quæ peccatum suum vehementi luctu, & assidua lamentatione plorauerit, veluti si seipsum mortuum lugeat, qui sane fletus postremo in gaudiũ reuertitur. Quod autem sit laudabilis quidam luctus, ostendunt pueri, vt ait Euangelium, in foro sedentes atque dicentes, lamentati sumus vobis, & non plorastis, tibia cecinimus vobis, & non saltastis. Est autem tibia instrumentum musicum, quo vtimur ad melodiam reddendam flatu cooperante. Ex quo existimo, quemuis sanctum Peophetam figurate tibiam nominari ob motum a sancto spiritu prouenientem. Ideo dicit. Inflauimus tibiam, & non saltastis. Prophetici enim sermones, nos ad actionem sanctæ prophetiæ consentaneam, adhortantur, quæ hic dicitur saltatio quædam. Sed & lamentantur nobis Prophetæ, ad luctum nos prouocantes, vt simul ad consensionem, & cognitionem peccatorum nostrorum delati ex Propheticis sermonibus, nostrum lugeamus exitium, laboribus multis & erumnis, nostram carnem affligendo. Ei sane qui talis est, lugubris vestris disrumpitur, quam sibi circumposuerat, suum lugens peccatum. Huic tandem circumponitur amictus lætitiæ, & pallium salutis, splendida hæc, & nuptialia indumenta, quibus si quis fuerit ornatus, non excludetur aditu nuptialis thalami. Scidisti saccum meũ, & circundedisti me lætitia. Saccus ad pœnitentiam facit, cum sit humiliatis signum. Olim namque patres in sacco & cinere sedentes, pœnitentiam egerunt. Quoniam Apostolus reuelata facie in eandem imaginem transformatur a gloria in gloriam.

2 *Hom. 8. in Ps. 32.*

IDEM exponens verba illa: Exultate iusti in Domino, inquit: Exultationis vox, solemni consuetudine scripturæ, exprimit, animæ statum apprime quã alacrem, ac festiuũ, & ingenti circũfusum gaudio, ob ea quæ lætitia ac iucunditate digna sunt. Exultate itaque iusti in Domino. Non qñ rẽ prosperam domi habetis, non itẽ qñ corpori bene fuerit, nõ cum ager fructibus omnigenis refertus est, sed ꝙ Dominum habetis tali insignem pulchritudine, tali præditum bonitate, tali denique sapientia præcellentẽ. Sufficiat vobis ea lætitia, quæ in ipso est. Videtur autem Propheta hic ob aliquem rem maximè gratam, quam assecutos est, in Domino exultare. Ideo iustos adhortatur exultare in illius famulatione, ac seruitute cum gaudio inenarrabili, & tripudijs cordis, velut per numinis aspirationem subsilẽtis, ac sensum diuinæ dilectionis. Si quando tuo cordi quasi lux quædam illapsa, multam de se Deus cogitationẽ, atque intelligentiam peperit, tuamque mirum in modum illustrauit animam, vt in eius amorem magnopere venias, res vero mundi istius & corporis, vt vilia despicias, ex illa breui & obscura similitudine omnem iustorum statum facile nosse poteris, quo illi æquabiliter, nec intercise in Deo lætitiã sunt assequuti. Tibi autem diuina dispensatione quandoque nec admodum sæpe contingit gaudium, vt per breuem degustationem admoneris quibus bonis sis priuatus. Iusto autem quod in ipso insideat inhabitetq; spiritus perpes, suppetit ei diuina cœlestisque lætitia. Inter præcipuos vere spiritus fructus charitas, gaudium, pax numerantur. Exultate igitur iusti in Domiuo. Quasi locus quidam iustorum capax, est Dominus, in quo quis est, necesse sit prorsus vt lætetur & gaudeat. In ipso ita-

que Domino cum simus, quoad licet, ipsius mirabilia speculemur, atque ita ex eorum contemplatione lætitiam nostris cordibus comparemus.

3 *In hom. 4. ex 29. uariis huius 1. t. quæ est de gratiarũ actione. Phil. 4.*

IDEM exponens verba illa: Semper gaudete ait: Dicet quis, quæ tandem ista est virtus, si dũ hic viuis p diffusionem animi, teipsum gaudio ac lætitia noctu & interdiu exhilares? Ex contrario quinam id perfici possit innumeris malis nos inopine obsidentibus, quæ vel grauem, & per molestum animo inferant mœrorem? Quisquis enim sic affligitur, minus gaudere potest, minuue animo esse tranquillo ac quieto, quàm vt is qui refrigitur in sartagine, ac torretur non doleat, aut certe vt is non tangatur angore animi, qui punctim cæditur stimulorum aculeis. Dices, qui possum perpeti gaudio gaudere, cum nullæ sint in me sitæ rationes gaudij? Foris enim sunt, non item in animo quæ lætitiam homini conciliare solent, vt sunt amici præsentia, diuturna congressio cum parentibus. Si quas opes aut pecunias repereris, honores ab hominibus exhibiti, redintegratio sanitatis, ex aduersa & permolesta valetudine, domus, bonorum omnium copia exuberans, mensa omnigenis refert dapibus, contubernales, promouendæ lætitiæ, accõmodi, festiuæ nouitatis cuiuspiam auditiones ac spectacula, ad excitandam voluptatis illecebram spectantia, domesticorum sanitas, quibus familiarissime vteris, & quæ ipsi superest, vitæ, prosperrima conditio. Neque enim quæ casu quopiam nobis solum infligunt dolore permolesta videntur & tristitia, sed & quæ amicos discruciant atque affinet. Quare perpes istud gaudium, &

4 animi diffusa iucunditas, ex his omnibus vt confletur necesse sit. His adde, si quando dabitur videre ruinas inimicorum, plagus infictas his qui nobis insidiantur, retributionem his exolutam, qui te beneficio quopiã affecerunt. Vtque cuncta compendio perstringam, si nihil adsit incommodi, aut molestiæ, nihil item expectetur prorsus affuturum, quod aliunde turbulentam intemperiem vitæ nostræ ascisat, tunc animæ illi se citra vllum negotium gaudium insinuabit, & accedet. Qua igitur ratione, nobis id præcepti perscriptum est, quo vt legitime perficiatur, neutiquam in nostro positum est arbitrio? [Infra.] Ad istud perpes gaudium, non quemlibet inuitat Apostolus, sed eum qui sibi esset assimilis, non iam viuens in carne, sed viuentem in se, sic habens Christum, ac si iam illi summo bonorum fastigio mutua cohæresceret vnione, per quam nullo pacto intemperijs carnis quamlibet inter turbantibus assentiretur, sed etsi minutim concisa caro fuerit, continuæ istius vnionis inaffecta permaneat corporis parte, cum rei, tristitiam ingerentis, partitio, non queat perfingere ad intellectibilem vsq; animæ portionem. Si enim membra quæ sunt super terram mortificauimus iuxta Apostoli admonitionem, si circumferimus in corpore mortificationẽ Iesu, plaga corporis mortificati necesse sit, vt ad animã vsque non penetret, corporis vnione ademptam, & absolutam. Ignominiæ quæuis, rerumque detrimenta,

5 ac domesticorum mortes, non iam ad istius mentem ascendent, non item generosam illam celsitudinem talis animæ, eo deflectent, vt vel sic ad consensum corporis affecti, se demittat. Etenim quotquot in perplexas rerum difficultates deuoluti sunt, si eadem cum studioso, & amore virtutis sentirent, nihil molestiæ aut mœroris exhiberent, quam ne ipsi quidem quæ sibi contingunt calamitates, moleste ferant. Quòd si secundum carnem vixerint, ne sic vni cuipiam fuerint molesti, habebuntur alioqui omnium iudicio miserabiles, & comploratione dignissimi, non adeo quod in eas calamitates inciderunt, quàm quod ea delegerint, quæ non conueniebant. Anima quæ semel se modis omnibus desiderio astrinxit sui conditoris, iamque insuenit oblectare se tantæ illius pulchritudinis contemplatione, prorsus non sinet vehemens illud gaudium, animique sui iucundissimam diffusionem intercipi, aut immutari, per multiplicem & succedaneam carnalium affectionum mutationem, quin ea potius quę alijs mœrorem afferunt & tristitiam, in cumulum sibi vertet, & accessionem lætitiæ. Cuiusmodi erat Apostolus, dum sibi prope admodum complacet in infirmitatibus, in tribulationibus, in persecutionibus, in necessitatibus, egestatem suam, in gloriam & exultationem permutans. In fame, ait, & siti, in frigore, & nuditate, in persecutionibus, in angustijs. Ob quę alij ægerrime seipsos ferunt, horum gratia Paulus sibi quam optime placet, & gaudio diffunditur. Illi igitur Apostolicæ sententiæ rudes minusque intelligentes, per eam inuitari nos ad complexum euangelicæ vitæ, eo impudentiæ & temeritatis prosiliũt, vt incusare ausint Paulum, quasi is nobis præscribat factu impossibilia. At qui eruditantur, & discant, tot adeo nobis proponi causas parandi istius gaudij prorsus; rationi consentaneas, idque sola Dei munifica liberalitate. Cum non essemus, vt essemus ipse fecit. Sumus proinde ad nostri conditoris facti imaginem. Mente pariter & ratione insignimur, quo vtroque, humanæ conditio naturæ perficitur, & vtriusque suffragio subnixi, Deum cognouimus, multiuariam pulchritudinem rerum, artificis solertia conditarum edocti, per eas quasi litteras quasdam, eximiam Dei & singularem circa omnia prouidentiam, pariter & sapientiam, legendo agnoscimus. Boni a malo discernendi facultate præditi sumus, quod conducibile est, vt eligamus, quod perniciosum, vt auersemur ac vitemus, ipsa nos edocuit natura. Per peccatum alieni a Deo effecti, in gratiam rursum per vnigeniti sanguinem sumus reuocati, & seruitute ignominiosa exẽpti. Spes insuper resurrectionis, fruitio multiplex angelicorum bonorum. Regnum cœleste, repromissa bona, mentis rationisque vim omnem exuperantia. Quinam non conueniat hæc censere, causas suggerere nobis, gaudij nunquam desituri, ac perpetis lætitiæ abunde sufficientes, atque idoneas, magis vero eum, qui fit ventris studio addictio, cuius aures iugi tibiarum modulatione demulceãtur, in lectulo præmolli secubans, seu in vtrumlibet latus motitet, ac desternat, talem putare in vita merito gaudere? Ego contra, censuerim qui dem istis conuenire potius, vt ab eis luctuoso planctu complorentur, qui sanæ sunt mentis compotes, eos e diuerso dixerim beatos, qui æquanimiter ferunt præsentis vitæ incommoda certa spe sæculi illius futuri, quique præsentia æternis permutant, etiam si media in flamma degant, qui Deo couniti sunt exemplo trium puerorum iuxta Babylonem, quamlibet vna cum lenibus in carcere detinentur, quamuis ab immani ceto absorpti sint, hos a nobis liceat felices prædicare ac beatos, eosque viuere gaudio perfusos, non quidem præsentium contuitu angore contractos, magis autem spe nixos, eorum quæ in futurum reposita nobis sunt, mirabili iucunditate recreatos. Etenim in gymnicis agonibus, quotquot prius insueuerunt tolerandis laboribus palæstricis, neutiquam contrahuntur animo aut merent, ad irrogatę plagę dolorem, magis autem aduersarios adoriuntur, cominus congressuri, vt qui nihili ducunt, mox adeundos labores, tanto flagrant desiderio obtinendi celebris prẽconij. Itidem, & amanti virtutis, vt non nihil acerbi casus, aut asperioris incommodi obortum fuerit, eius tamen gaudium, nulla possit interpolare tristitię nubes, quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes denique non confundit. Ea propterea, alio item loco ab eodem iubemur, in tribulatione patientes vt simus, & spe gaudentes. Spes sane est quæ gaudium illud, contubernalem afficit, cohabitantem animæ generosæ, & ad excolendam virtutem sollicite. Idem alioquin Apostolus præscribit, & nobis, vt vna cum flentibus, & ipsi fleamus. Quin Galatis scribẽs, flebat super inimicis crucis Christi. Quid tandẽ opus sit commemorare Hieremiã flentem, multos insuper sanctorum cernere licebit ingemi-

6 *Phil. 1.* 7 10 *Matth. 5.* 8 *Rom. 12.* *Phil. 3.* *Hier. 15.*

gemiscentes. Hei mihi mater, vt quid me genuisti? Et
Michæe 7. hei mihi, perijt sanctus de terra, & qui benefaciat in hominibus non est. Et hei mihi quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messe. Vtque compendio omnia audias, sicubi deprehenderis vocem depromentes in amœnã, ac mœroris indicem, tibi persuadeto, hoc omnes ingemuisse mundi initius, & eius quæ in eo est, vitę
Ps. 119. miserijs. Heu me quia incolatus meus, prolongatus
Phil. 1. est. Desiderium enim illi est dissolui, & cum Christo esse. Huius sane incolatus protelationem grauatim fert, & ægro animo, perinde ac expectati illius gaudij impedimentum. Quin ipse Dauid in suis Cãticis ad nos vsque transmisit lamentationem super amico Ionatha, in qua quidem, suum eadem opera luxit inimicum. Doleo super te frater mi Ionatha. Et filiæ Hierusalem super Saul flete. Namque hunc, vt immortuũ peccato luget, Ionatham vero, vt indiuiduum vitæ suę sodalem. Sed & Christus luxit, & lugentes beatos prædicat. Obiecerit quispiam, quoniam pacto hæc concinunt Apostolicę sententię, semper gaudete? Lachrymę enim, & gaudium, haud quaquam sortiuntur originẽ ex ijsdem principijs. Lacrymæ enim exoriri solent ex impetu quodam, & impressione minus præuisa, ac si illata esset plaga, qua contraheretur anima, compressio, & coangustato spiritu circa cor. Gaudium autem exultatio est quædam veluti subsilientis animæ, & se diffundentis, quod ex sententia aliquid obuenerit. Vnde in tristitia corpus palescit, & gaudens sub rubro colore aspergitur. Vnde sanctorum lamenta, lachrymęque ,p-
7 siliunt a feruore charitatis, qua toti erga Deũ flagrant. Oculis enim cordis in enim indiuulse coniectis, quem diligunt, lætitiam sibi illinc accumulant, dumque moderantur, & regunt, quæ ad conseruos suos attinent, in peccatis deprehensos lugent, & eosdem fusis lachrimis reuocant ad meliorem vitæ frugem. Vt enim qui consistunt in littore eorum indoleiscunt vicem, qui marinis fluctibus immerguntur, neque interim vllam adeunt iacturam propriæ securitatis, ob anxiam qua periclitantibus condolent cogitationem, itidem, & qui vltroneo mœrore se afficiunt ob peccatum proximorum, haud quaquam per id lætitiam exinaniunt suam, verius auctiorem eam, & cumulationem reddũt, vt qui perfrui merentur Domini sui gaudio ob lachry
10 mas in gratiam fratris effusas. Quo circa beati qui flẽt,
Matt. 5. quo niam ipsi consolabuntur, & ipsi ridebunt. Risum vero dicit hic, non obstreperum sonum, qui effuescente sanguine editur per genas, sed sinceram prorsus hilaritatem nullius que immixtam fermento tristitiæ. Apostolus igitur, vt cum flentibus, & ipsi fleamus, permittit, quod eius modi lachrymę sint seminarum quod dam ac fœnus quibus æternum illud gaudium increscit quotidie ac cumulatur. Contemplare admirabilẽ illum Angelorum statum, alia ne vlla eos ad dicet vitæ conditio, quam, vt perpeti gaudio iugique lætitia se ex
8 fatient hoc nomine, quod digni habiti sint, qui astent Deo, & gloriæ sui conditoris inenarrabili pulchritudinem perfruantur? Vt igitur beatæ illius vitæ imaginem quadantemus conemur exprimere iussit nos gaudere semper Apostolus. Christus autem Lazarum mortuũ lachrymatus est, vt se nostræ infirmitati attemperaret, & doceret hos affectus, qui vitari non queunt adstringere, & circumplecti intra moderatam quandam temperiem, & certos limites. Nimirum inclementiam quidem, quæ nullius tangitur commiseratione declinans, ceu feram immanem, studium vero affectati do-
Rom. 12. loris, & immoderatam lamentationem velut rem in-
11 generosam excludens, ac vitans. [Infra:] Concludens ait: Nulla quamlibet splendida ac luculenta rerum humanarum conditio, animæ tuæ ingerat gaudium, quòd immoderatũ sit, nullæ res afflicturæ aut tristes, illam deijciant de gradu suæ celsitudinis, & maturæ grauitatis, mœrore, aut calamitate contractam. Contubernalis apud te fit apostolicum mandatum, quo admoneris
Phil. 3. semper, vt gaudeas. Id quod fiet, sane si carnis quidem tumultuantem, & obstreperam intemperiem auerseris, animæ vero adscisces lætitiam. Et iucunditatem, se nihil indignam, si præsentis, & momentaneæ voluptatis sensum transgressus, mentis tuæ conceptũ protenderis ad spem vsq; indubiam bonorum, quæ in æternum duratura sunt, quorum vel sola imaginatio abunde sufficiat ad animam continenti iucunditate ex plendam, ac proinde in cordibus nostris gaudium per pes, & exultatio angelicorum spirituum, sibi deliget domicilium.

CHRYSOSTOMVS explicans verba illa Pau 12
li ad Philipenses quarto, Gaudete in Domino semper, Ho. 18. ad
sic habet: Scimus multis videri non posse fieri, quod populũ Antiochenum.
dictum est. Quomodo namque fieri potest inquit, to. 5.
vt qui homo est, semper gaudeat? Gaudere namque
non difficile, continue vero gaudere, impossibile videtur. Forte quis dicet, multæ nos tristitiæ necessario circumcursant. Vel enim filium quis amisit, vel vxorem, vel amicum, vel pecuniarum passus est mulctam, vel in ægritudinem incidit, vel aliarum rerum sustinuit iacturam, vel contumeliam passus, indoluit, vel fames, vel pestis, vel exactio intolerabilis, vel familiaria negotia, quinimmo numquam omnia recensere possemus, quæ nos priuatim & publice mœrore afficere consueuerunt. Quomodo igitur possibile, semper gaudere? Possibile est o homo, alias non admonuisset Paulus. Gaudere cupiunt omnes, & propter hoc omnia faciunt, & dicunt, & negotiantur. Etenim mercator propter hoc nauigat, vt pecunias congreget, congregat autem pecunias, vt habens repositas, gaudeat. Et exercitus ductitans, propterea tractat arma, & agricola, propterea terram colit, & artem quisque suam propterea tractat, & dominationis cupidi, ideo cupiunt, vt gloria fruantur, gloria vero frui volunt,
vt gaudeant. Lætitiam itaque cupiunt omnes, assẽ- 13
qui vero non omnes possunt. Nesciunt enim viam eo tendentem. Sed multi putant, quod diuitijs affluere, huius sit causa. Si hæc autem causa fuisset, nemo diuitias possidentium, vnquam fuisset dolore pressus, nunc vero diuitum multi, vitam non vitalem esse putant, & innumeras mortes exoptant, cũ aliquam aduersitatẽ senserint, & hi maxime sunt vehementer dolentes. Ne mihi quippe mensas ipsorum, respexeris, nec assentatores & parasitos, sed res ex ipsis orientes, infestationes, & calumnias, pericula, anxietates. [Infra:] Alij rursum putãt, quod bona valetudo sit voluptatis causa. Non est autem, multi namque bene valentes, &
ipsi millies mori oprauerunt, illatas sibi non ferentes 14
calũnias. Alij rursum gloria potiri, & imperio insignitum esse, & magistratus administrare, & a multis adulationibus demulceri, continuæ lætitiæ causam esse dicunt. Sed nec istud est. Etsi enim ad ipsum mentem regnum ascendamus, in illo quoque viuentem, multis circunuentum molestijs inueniemus, & tanto plures tristitiæ necessitates habentem, quanto maiori quoque rerum fastu circundatus est. Cum igitur nec regnum vi
tã sine tristitia reddere possit; quid aliud hoc præstare
poterit? Humanorũ quidem nihil, sed solũ Pauli ver- Phil. 4.
bũ, breue quidẽ id, sed altũ, nobis hunc aperiet thesaurum. Non. n. simpliciter dixit, gaudete semper, sed addidit continuæ voluptatis causam, cũ dixerit, gaudete in Domino semp. In Domino gaudẽs, ex accidẽte nullo, voluptate hac excidere põt. Alia nẽpe cuncta, in q bus gaudemus, mutabilia sunt, & transitu facilia, & facile vertuntur, nec hoc solũ habent molestum, sed etiã q manentia, non tantum afferunt nobis voluptatẽ, vt ex alijs nascentẽ tristitiã repellãt, & obumbrent, Dei vero timor, hæc habet vtraque, stabilisque est & immotus, & tantam emittit lætitiã, vt nullus nos aliorum sensus malorum, capiat. Deũ enim sicut oportet timẽs, & in ipso confidens, voluptatis radicẽ lucratus est, & omnẽ habet lætitiæ fontem. Et sicut in mare decidens int

mensum scint illa, breui facile deletur, sic quantacúque Deum timenti illidantur, velut in vastum lætitiæ pelagus incidentia extinguntur, atque perduntur. Et reuera, hoc est maxime mirabile, quòd cum adsint quæ cõtristare solent, permanet ipse gaudens. Si nihil enim adesset tristificum, nõ esset ipsi magnum, semper posse gaudere. Multis autem in cumbentibus quæ in tristitiã impellant, omnibus esse superiorem, & in medijs tristi bus lætari, hoc est admirabile, & supra naturam huma nam, quod infinitis vndique vndis circundati, tran-
15 quillitate pura fruentibus, melius dispositi sunt. Quod igitur nullam exteriorem vitam, gaudium continuum habentem inuenire licet, ex dictis patet. Quod autem fidelis non potest, non continua voluptate frui, rursum & hoc ipsum demonstrare conabor, non vt discatis tã tum, sed etiam, vt hac tristitia carentem vitam, sectemi ni. Sit enim aliquis nihil in se damnandum habẽs, sed bona fretus conscientia, & ad futura anhelans, & expe ctans illam beatam spem, quid hunc quæso in tristitiã poterit inducere? Nam omnibus rebus intolerabilior mors esse videtur, sed huius expectatio non tantum ip sum non contristat, sed & delectat. Nouit enim quod mortis præsentia, malorum est liberatio, vt cursus ad coronas. Sed filiorum acerba mors. Verum & hoc gene
Iob. 1. rose fert, & dicet Iob verba, Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen Domini benedictum. Quòd si filio rum mors non potest contristare, multo minus & pecuniarum iactura, & accusationes & calumniæ, tã magnum & generosum animum tangere possent, neque corporis dolore Quoniam Apostoli flagellabantur, &
Matt. 5. gaudebant a conspectu concilij, quoniam digni habiti
Act. 5. sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. A Christo in contumelijs gaudere instituti sunt, Gaudete enim inquit & exultate, cum dixerint omne malum mentientes aduersum vos, quoniam merces vestra multa est in cælis. Sed in morbum incidit? Verum audiuit alium ad
1. Pet. 1. monentem, & dicẽtem, Quoniam sicut in igne probatur aurum, sic homines acceptabiles in fornace humiliationis. Cum igitur neque mors, neque pecuniarum iactantia, neque corporis ægritudo, neque ignominia, neque conuitium, neque quippiam aliud huiusmodi, ip sum contristare possit, verum & magis delectet, quam
16 vnquam tristitiæ materiã habebit? Quid igitur inquit,
Rom. 9. sancti non dolebant? Non audis Paulum dicentem, Tristitia mihi magna est, & continuus dolor cordi meo? Hoc ipsum nempe admirabile est, q̃ tristitia lucrum, & ex lucro voluptatem ferebat. Et hoc est admirabile, q̃d non mundi tristitia tantum, uerum & lętitia damnum habet extremum. In spiritualibus vero contrariũ totũ, non lætitia tantum, verum & tristitia, multum habet bo norum thesaurum. Verbi gratia, Gaudet quis in mundo, sepe inimicum laborantem videns, & per hanc tristitiam multam sibi attrahit pœnam, dolet rursum quis alius, fratrem lapsum videns, & per hanc tristitiam, mul tam sibimet apud Deum beneuolentiam comparat. Sic & Paulus tristabatur propter peccantes, propter nõ cre dentes Deo, & ex hac tristitia multam sibi repositam habebat mercedem. [Infra: [Sicut arborum radices ip sæ quidem sunt amaræ, iucundissimos autem nobis fru ctus ferunt, sic & secundum Deum tristitia, muttam no bis afferet voluptatem. Quod enim sæpe dico, non re rum natura, sed mens nostra, nos contristare vel lætificare consueuit. Si igitur hanc talem reddamus qualem esse decet, omnis lætitiæ pignus habebimus. Et sicut cor pus, non tantum aeris natura, aut exteriores incursus, quantum propria dispositio, & lædit, & adiuuat, sic & in anima, & multo magis. Propterea Paulus innumera passus mala, naufragia, bella, persecutiones, insidias, la tronum incursus, & quæ nec oratione numerare licet, & quotidianas mortes moriens, non tantum non dole bat; nec indignabatur, Verum & gloriabatur, & gaude bat dicebatque, nunc gaudeo in passionibus meis. Et ite rum. Gloriamur in tribulationibus. Gloriatio vero, voluptatis est intensio. Si lętitiam itaq; cupis, non pecu nias, non corporis sanitatem, non gloriam, non poten tiam, non delicias, non lautas mensas, non sericarum ve stium amictus quæras, sed philosophiam, quæ est secun dum Deum tracta, & apprehende virtutem, & nihil eo rum quæ sunt, aut expetuntur, te poterit contristare. Quid dico contristare? Addito tibi fiet voluptati, quæ alios contristant, Etenim flagella, & mortes, & mulctæ, & accusationes, & omnia talia, quando propter Deum nobis inferantur, & hanc habeant radicem, multam no bis in animam inducunt voluptatem, & quæ alijs terri bilia esse videntur, hæc ipsis sunt desiderabilia.

IDEM inquit: Quomodo enim qui secundũ mun dũ gaudet, in diuitijs, in delicijs, in gloria, atque poten tia gaudet: qui vero secundum Deum, in ignominia, p
17 Ho. 54. ad populũ cuius titulus est quod nõ detur pari ter secũdũ Deum, etc. pter eum, in paupertate, in ieiunio, in modestia. Et hæc reuera sunt, quæ veram faciunt lætitiam. Quoniam illa, lætitiæ tantum nomen habent, cum omnia sint in tristitia. Quantam habet tristitiam superbus? Quomodo cruciatur dum non extollitur, innumeras sibi contume lias inferens, multum odij, multum inimicitię, liuoris multum, multum inuidię? Quod si a maioribus contẽnatur dolet, si non super omnes insurgat, roditur. Humilis autẽ, est in multa voluptate, honorem expectans a nemine. Si fortasse quidem honoretur gaudet, si vero non honoretur, nec dolet, gratum enim habet, quod ho noratus non fuerit. Igitur ex eo quod honorem & ho norari non requiramus, magno voluptas, illic autem contrarium, & quærit honorem, & non honoratur. Non autem æqualiter honore lætatur, & qui quærit eum, & qui non quærit. Ille, quantumcumque ceperit, se nihil accepisse putat, hic vel si parum exhibueris, quasi totum acceperit, susscipit. Rursus qui delicijs va cat, innumeras patitur molestias, licet de facili, & tam quam ex fontibus, ipsi prouentus affluant, ex delicijs nascentia patitur mala, & futurorum incertitudinem. Hic autem in securitate semper est, & voluptate, qui victus tenuitati, seipsum affuefecit. Non enim ita semet ipsum miserum vocat, quoniam opiparæ mensæ partiçeps non est, sicut gaudet futurorum non metuens incertitudinem.

HIERONYMVS exponens illa verba, & plan
18 Lib. 18. in 65. Esa. 4 Michæa 4. tabunt vineas, & comedent fructus earum, inquit. Hoc erit iuxta illud, quod in Michæa scriptũ est. Requiescet vnusquisq; sub vinea sua, & sub ficu sua, & non erit qui exterreat. Hæc est vinea quæ in Euangelio loquebatur. Ego sum vitis, & uos palmites. Huius fructus come-
Ioan. 15. duntur & bibuntur, & lætificant cor hominis, & ine briant amicos sponsi, & in regno Dei bibuntur quoti die. Sub ficu autem requiescit, & nullius insidias refor midat, qui dulcedine sancti Spiritus fruitur, & illius fru ctibus saturatur, charitate, gaudio, pace.

IDEM explicans verba illa: Tu signaculum similitu
19 Lib. 9. in c. 28. Ezech. dinis, in delicijs Paradisi Dei fuisti, inquit. Pulchre ad distinctionem, Paradisum Dei nominat, vt ostendat es se, & contrarium Paradisum, non Dei apud eos qui ve ritatem mutant mendacio, & Paradisum habere se ia ctant delicijs dediti sæculi, & gaudio mundi.

IDEM exponens illa verba: Animus gaudens æta
20 Li. 2. in c. 17. Prou. to. 7. tem floridam facit, spiritus tristis exiccat ossa, sic habet: Qui interna Spiritus sancti consolatione lætatur, etiam bonæ actionis flore decoratur, & fructus præmiorum præstolatur cęlestium. Qui vero tristitia sæculi, quæ mortem operatur, angitur, pinguedinem diuinæ charitatis in robore virtutum, quas exercere videtur, habere nullatenus valet, sed quasi exiccatis ossibus marcescit, quia in bonis actibus, quæ facit, gratiam dilectionis amisit.

IDEM explicans verba illa: Exultate iusti in Domino, ait: Alij exultant in rebus huius sæculi, alij in circo, alij in theatro, sed tu dicit Propheta vnicuique sancto, in Domino exulta, & non in prosperitatibus mũdi. [Infra:] Quia in eo lętabitur cor nostrum,
21 Exposit. in Psal. 32. 1. 1.

idest

24 Lib. 3. de virginibus c. 4.

23 Lib. 12. de Genesi ad litteram 1. 3

Psal. 93.

24 Exposi. in Ps. 9. to. 8.

25 In Ps. 15.

26 Cõcione 1. in Ps. 32.

27 Cõcione 2. in Ps. 48.

2. Cor. 6.

ideſt anima noſtra lætabitur de ſpe futurę remuneratio nis,& lætabitur Eccleſia in tribulatione.

22 *Lib.3.de virginibus c.4.* AMBROSIVS ſic habet; Debet bonæ conſcientiæ mentis eſſe lætitia,non in commeſſationibus, non nuptialibus excitata ſymphonijs.Ibi enim intuta verecundia,illecebra ſuſpecta eſt, vbi comes deliciarum eſt extrema ſaltatio. Ab hac virgines Dei procul eſſe deſidero. Nemo enim,vt dixit quidam ſæcularium doctor, ſaltat ſobrius,niſi qui inſanit Quod ſi iuxta ſapientiam ſæcularem,ſaltationis,temulentia auctor eſt,aut demẽtia, quid diuinarum Scripturarum cautum putamus exemplis,cum Ioannes prænuncius Chriſti, ſaltatricis optione iugulatus exemplo ſit,plus nocuiſſe ſaltationis illecebram,quam ſacrilegi furoris amentiam ? [Infra:] Merito inde in iniuriam diuinitatis proceditur. Quid enim ibi verecundiæ poteſt eſſe, vbi ſaltatur, ſtrepitur, concrepatur?

23 *Lib. 12.de Geneſi ad litter. c.3* AVGVSTINVS inquit explicans raptum Pauli in Paradiſum. Si proprie Paradiſus nemoroſus locus translato verbo, omnis etiam ſpiritalis quaſi regio vbi animæ bene eſt, merito Paradiſus dici poteſt. Non ſolum tertium cęlum,verum etiam in ipſo homine lætitia quædam bonæ conſcientiæ,Paradiſus eſt. Vnde & eccleſia in ſanctis iuſte & pie viuentibus,Paradiſus recte dicitur pollens affluentia gratiarum,caſtiſque delicijs,quandoquidem & in tribulationibus gloriatur, de ipſa patientia plurimum gaudens, quia ſecundum multitudinem dolorum in corde, conſolationes Dei iucundant animam eius.

Pſal 93.

24 *Expoſi. in Pſ.9.to.8.* IDEM exponens verba illa: Lætabor & exultabo in te, ait: In te lætabor non in hoc ſæculo iam, non in voluptate contrectationis corporum, nec in palati, & linguę ſaporibus,nec in ſuauitate odorum,nec in iucũditate ſonorum tranſeuntium, nec in formis corporũ, nec in vanitatibus laudis humanæ, nec in coniugio & prole moritura, nec in ſuperfluis temporalium diuitiarum,nec in conquiſitione huius ſæculi, ſed lętabor & exultabo in te.Videlicet in occultis filij,vbi ſignatũ eſt in nobis lumen vultus tui Domine.

25 *In Pſ.15.* IDEM explicans illa uerba: Propter hoc lætatum eſt cor meum,& exultauit lingua mea,ſic habet: Quoniam a dextris eſt mihi Dominus ne commouear; quoniam aſſuit mihi, vt ſtabiliter in eo permaneam, propter hoc iucundatum eſt cor meum,& exultauit lingua mea. Propter hoc & in cogitationibus meis iucunditas & in uerbis exultatio.[Infra:] Delectationes in dextera tua uſque in finem.Delectatio eſt in fauore,& in propitiatione tua in huius vitæ itinere perducens uſq; ad finem gloriæ conſpectus tui.

26 *Cõcione 1. in Pſ.32.* IDEM exponens verba illa Pſalmi 36. Delectare in Domino,& dabit tibi petitiones cordis tui,imo uerbo dicit: Quis enim ſic delectat,quam ille qui fecit omnia,quæ delectant? [Infra:] Bene pſallite ei in iubilatione. Quid eſt in iubilatione canere? Intelligere,verbis explicare non poſſe,quod canitur. Etenim illi qui cantat,ſiue in meſſe,ſiue in uinea, ſiue in aliquo opere feruenti cum cœperint in verbis Canticorum Exultare lætitia,veluti impleri tanta lætitia,ut eam uerbis explicare non poſſint,auertunt ſe a ſyllabis uerborũ,& eunt in ſonum iubilationis. Iubilum ſonus quidem eſt ſignificans cor parturire,quod dicere non poteſt. Et quem decet iſta iubilatio, niſi ineffabilem Deum? Ineffabilis enim eſt,quem fari non poteſt. Etſi eum fari non potes,& tacere non debes,quid reſtat, niſi ut iubiles? Vt gaudeat cor ſine verbis,& immenſa latitudo gaudiorũ, metas non habeat ſyllabarum.

27 *Cõcione 2. in Pſ.48.* IDEM explicans illa verba: Veruntamen Deus redimet animam meã de manu inferi,cum acceperit me; ſic habet:Hic labor,preſſura, tribulatio, tentatio. Vbi gaudium? In ſpe futura. Nam dicit Apoſtolus ſemper gaudentes.In tantis tribulationibus ſemper gaudentes ſemper triſtes.Semper gaudentes,quia ipſe dixit: Quaſi triſtes,ſemper aũt gaudentes. Triſtitia noſtra hẽt quaſi

2. Cor.6.

gaudiũ nim nõ habet quaſi,quia in ſpe certa eſt. Quare triſtitia nra quaſi habet? Quia ſicut ſomnus tranſit, & dominabuntur recti mane. Nouit enim charitas veſtra,quia qui ſomnium indicat, addit quaſi, quaſi dicebam,quaſi loquebar,quaſi prandebam,quaſi equitabã, quaſi diſputabam. Totum quaſi,quia cum euigilauerit non inuenit,quod videbat. Itaq; modo qui ad lætitias ſæculares oculos aperiunt,& cor claudunt, trã fit, quaſi eorum,& venit verum ipſorum. Quaſi ipſorum, felicitas eſt ſæculi,verum ipſorum,pęna eſt. Noſtrum autem quaſi,triſtitia eſt,gaudium non eſt quaſi. Non enim ait Apoſtolus gaudentes, ſemper autem triſtes, aut quaſi triſtes,& quaſi gandentes,ſed ait: Quaſi triſtes,ſemper autem gaudentes. Quaſi egentes, multos autem locupletantes,tamquam nihil habentes, & omnia poſſidentes. Ipſum nihil habere,quaſi,Apoſtoli erat. Et omnia poſſidentes,ibi non dixit quaſi. Quaſi egebat,non autem quaſi,ſed vere multos ditabat.Quaſi nihil habebat non autem quaſi,ſed omnia poſſidebat.

28 *Cõcione 1. in Pſ.88.* IDEM explicans illa verba: Beatus populus qui ſcit iubilationem,ait:Nullo modo beatus es, niſi intelligas iubilationẽ, & ſcias unde gaudeas, quod verbis explicare non poſſis. Gaudium enim tuum non de te, vt qui gloriantur in Domino glorientur. Noli ergo exultare in ſuperbia tua, ſed in gratia Dei. Et in nomine tuo exultabunt tota die. Thabor ille & Hermon in nomine tuo exultabunt, ſi uolunt tota die, in nomine tuo exultabunt,ſin autem exultabunt in nomine ſuo, non tota die exultabunt. Non enim in gaudio perſeuerabunt, quoniam de ſeipſis gaudebunt,& per ſuperbiam cadẽt. Ergo ut tota die exultent, in nomine tuo exultabunt. Populus qui ſcit iubilationem,ſcit quòd in nomine tuo exultare debet,ambulans in lumine uultus tui.

29 *In Pſ.96.* IDEM explicans illa uerba: Lux orta eſt, viſio, & rectis corde iucunditas,vel lætitia (vt noſtra habet lectio) inquit: Eſto rectus corde,& ſentues iucunditatem, quam norunt omnes qui recto ſunt corde.Iucundamini iuſti,vel lætamini. Iam forte fideles audientes iucundamini,conuiuia meditantur,cælices præparant,roſarũ tempus expectant,quia dictum eſt, Iucundamini iuſti. Vide quid ſequitur, in Domino. Eſto rectus corde,& ſemper eſt tibi de illo iucunditas. Non enim iucunditas quæ eſt ſecundum ſæculum, vera iucunditas eſt, dicente Propheta: Non eſt gaudere impijs, dicit Dominus. Gaudere quod vocant impij, non eſt gaudere. Quale gaudium nouerat, qui hoc gaudium improbabat? Credamus illi,fratres. Homo erat, ſed ambo gaudia nouerat. Homo erat,vtique houerat gaudia calicis, gaudia mẽſæ,nouerat gaudium lecti, quia homo erat, nouerat gaudia iſta ſæcularia, ille qui nouerat illa, ait: Non eſt gaudere impijs,dicit Dominus, ex ueritate Domini,hoc ait:Nam illi ſibi uidentur gaudere,non eſt autem gaudere impijs dicit non homo, ſed Dominus. Vnde ille ipſum gaudium uidens,ait:Die hominis non deſideraui,tu ſcis. Qui mihi alium diem oſtendis, qui me aliam lucem doces,qui me alia iucunditate perfundis,qui aliud mihi intus inſinuas, feciſti me non concupiſcere diem hominum. Vtique uidebat Eſaias homines iſt potatione,in luxuria, in theatris, & in ſpectaculis,totum mundum luxuriari varijs nugis; & tamen clamabat. Non eſt gaudere impijs,dicit Dominus. Si hoc non eſt gaudere,quale gaudium uidebat, in cuius comparatione hoc non erat gaudium? Tamquam ſi tu noctes ſolem, & alicui laudauit lucernam diceres, non eſt iſta lux. Aut ſi quis ſimiam miraretur diceres, non eſt iſta pulchritudo. Quare lux non eſt? Ille pro magno habet,gaudet,exultat,& tu dicis, non eſt iſta lux? Sed dicis ego illam lucem,illam pulchritudinem, quam uidebat Eſaias non uideo. Crede,& videbis. Nam quomodo eſt oculus carnis,unde lux iſta uideatur, ſic eſt oculus cordis,vnde illa iucunditas uideatur. Lætamini iuſti in Domino. Iam iucundati in Domino, iam gaudẽtes in Domino illi contemini quia niſi velles, nõ in illo

Eſa. 57.

Hier.17.

gaudẽ-

gauderemus. Bonum est tibi, vt attendas illum, qui non fallitur, nec fefellit aliquem, qui tibi promisit non hic lætitiam, sed in se, & cum transierint ista speres, quia cum illo regnabis in æternum, ne cum hic vis regnare, neque hic habeas iucunditatem, nec illic inuenias.

31 *Serm. 1. de verbis Apostoli Pauli Rom. 14.* BERNARDVS: Non est regnum Dei esca, & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto ait: Est gaudium de regno Dei, sed non gaudium carnale, non gaudium sæculare, non gaudium cuius extrema luctus occupat, sed in quod magis tristitia uertitur, non denique gaudium eorum qui lætantur cum malefecerint, & exultatio quæ in rebus pessimis est, sed gaudiũ in Spiritu sancto. Vnde autem hoc gaudium interim, nisi de iustitia & pace procedit? Ipsa igitur præcedãt, tamquam cellulæ mellis, vt labilem liquorem suauitatis, solidior possit materia continere. Erit quando iam ipso simplici melle fruemur, & gaudium plenum & purum erit, vt non modo in spiritu, sed de ipso quoq; spiritu, gaudeamus. [Infra:] Duplex est gaudium, quod habes in Spiritu sancto, de memoria futurorum bonorum, & malorum præsentium tolerantia: Gaudete in Domino semper, ait Apostolus, Iterum dico gaudete. Et duplicis huius gaudij materiam secutus adiunxit: Modestia vestra nota sit omnibus hominibus, Dominus prope est. Quid modestia, nisi mansuetudo, & patientia? Gaudeamus ergo de his, quæ expectamus, quoniam Dominus prope est. Iterum gaudemus de his, quæ sustinemus, vt modestia nostra omnibus nota sit.

Phil. 4.

32 *Serm. 9. in Cantica.* IDEM explicans illa uerba Canticorum 1. Meliora sunt verba tua vino, ait: Carnis (inquiunt adolescentulæ, sponsæ) voluptatem qua paulo ante tamquam uino ebriæ inebamur, vincunt hæ, quas tua nobis vbera stillant deliciæ spirituales. Et pulchre vino comparant, carnalem affectum, & gaudium. Vt enim vua semel expressa, non habet iam quod denuo fundat, sed perpetua ariditate damnatur, sic caro in pressura mortis ab omni prorsus sua delectatione siccatur, nec ultra reuirescit ad libidines. Vnde Apostolus Esca ventri, & venter escis, Deus autem & hunc, & has destruet. Id etiam mundo competit, qui transit, & concupiscentia eius, verum ubera non sic. Hæc enim cum exhausta fuerint, rursum de fonte materni pectoris sumunt, quod propinẽt sugentibus. Merito proinde, meliora carnis sæculique amore, asseruntur vbera sponsæ, quę nullo vmquam lactentium numero arefiunt, sed semper abundant de visceribus charitatis, vt iterum fluant. Flumina siquidem fluunt de ventre eius, sitque in ea fons aquæ salientis in vitam æternam.

1. Cor. 6.

Ioan. 7.

33 *In epi. 114 ad quãdã Sanctimonialẽ, prope finem.* IDEM inquit: Verum gaudium non est de terra, sed de cœlo. Idest non de hac conualle plorationis, sed de illa, quam fluminis impetus lætificat, ciuitate Dei. Et reuera illud verum & solum est gaudium, quod non de creatura, sed de creatore concipitur, & quod cum possederis nemo tollet a te, cui comparat omnis alia iucunditas, mæror est, omnis suauitas dolor est, omne dulce amarum, omne decorum fædum, omne postremo quod cumque aliud delectare possit molestum.

Gaudium malorum, quale, & quam noxium sit, sicut & eorum voluptas. Cap. II.

1 *In lib. cuius titulus est reg. breuiores to. 2 Luc. 6. Rom. 2.* BASILIVS interrog. 31. quærit, an in vniuersum ridere non liceat, & ait: Cum Dominus eos damnet, qui in hac vita rident, Admodum perspicuum est, nullum omnino locum dari fideli in quo ridere debeat, & maxime in tam magno numero eorum qui per transgressionem legis, Deum inhonorant, & in peccatis mortui sedant, quorum vicem mærere, ac gemere conuenit, & non gaudere.

2 *Hom. 2. ex variis in Marcum* CHRYSOSTOMVS inquit: Mel in sacrificijs numquam oblatum legimus. Miretur aliquis, & dicat, quare cum oleum, cum simila, cum aries, cum agnus, cũ sanguis pecudum, cum cetera offeruntur in sacrificio Dei, mel tantum non offertur? Denique quod dicit, & quodcumque offertur, sale conditum offertur in sacrificio, & sermo uester sit sale conditus. Mel penitus non offertur. Et quodcumque contigerit, inquit, immundum erit. Mel sane uoluptatis indicium est & suauitatis semper enim uoluptas mortificat, semper voluptas Deo non placet, quodcumque dulcedinem habet, in Dei sacrificijs non offertur. Mel quidem ipsum, dulce cum sit, sensum suauitate demulcet, sicut & voluptas, sicut & libido, sicut & lasciuiæ.

to 2. Leuit. 2.

3 *Hom. 43. in Ioannẽ to. 3.* IDEM exponens uerba illa Io. 6. Operamini non cibum qui perit, sic habet: Qui pigritiæ deditus est, ventri viuit, delicijs uacat, is cibum operatur qui perit. [Infra:] Quænam sæcularium quæso uoluptatum utilitas? Hodie sunt, cras elabuntur: hodie flos pulcherrimus, cras aridus puluis: hodie ignis ardens, cras cinis extinctus. Spiritalia autem, perpetuo clara floridaque & indies splendidiora permanent. Quicquid in finem habet, non admodum pretiosum est, quicquid cessat & hodie est, cras definit, etiam maximum, quam uilissimum est existimandum. Non igitur quæ fugiunt & elabũtur, sed quæ permanent, & numquam mutantur bona prosequamur.

4 *Hom. 27. in primam epist. Pauli ad Corinth. to. 1.* IDEM ait: An ignoras, quot ex delicijs mala proueniant, risus intempestiuus, verba immodesta & poena exitij, scurrilitas, garrulitas infructuosa, & alia, quæ ne dicenda quidem sunt. [Infra:] Delicias amas? Ego te in delicijs esse volo, sed in ueris quæ numquam langue scunt. Quæ igitur veræ deliciæ sunt? Quæ semper florent? Voca ad prandium Christum, participem rerum tuarum facias, vel suarum potius, hoc immensam habet voluptatem, & semper florentem. Verum sensibilia non huiusmodi sunt, sed simul & apparent, & abolentur, & qui in delicijs est, nihil melius se habet, quã qui in nullis est delicijs, immo peius. Ille enim tamquam in portu sedet, hic tamquam in fluctibus, & morborũ obsidionibus, tantum æstum minime ferre potest.

5 *Hom. 39. in 1. ad Corinthios.* IDEM sic habet: In uoluptate, præstantissima quidem pars nostri seruit, imperat autem abiectissima, illa excæcat vndique, ut cæca uinciatur, hæc agat, circumagat vndique, quam conueniebat duci potius. [Infra:] Estque non menti solum, sed ipsi etiam corpori, inimicas, & infensa voluptas, ex forti: debile reddit, e solido: eneruatum, morbidum, e sano, tenue, ex compacto: ex florente & formoso, deforme, olidum: ex flagranti, ex mundo & puro, impurum: ex utili, inutile: ex recenti, vetus: ex robusto, flaccidum: ex celeri, tardum, languens: ex recto, claudum. Per uoluptatẽ mille mala malignus ille patrat Satan. Sic totam pessum dedit gentem. Impinguatus enim incrassatus, dilatatus est, insuit, & calcitrauit dilectus. Sodomitis, hoc, principium fulminũ illorum fuit, quod significans Ezechiel, Peccatum hoc, inquit Sodomorum fuit superbia, saturitas cibi, abundantia potus, his deliciabantur. Hinc Paulus: Quæ in delicijs uersatur, ea viuens, mortua est, inquit: Quod velut sepulchrum corpus mille malis deuinctum circumfert. Quod si corpus ita comparatum sit, anima quanto tumultu, quãtis fluctibus, quibus procellis erit plena? Hinc inutilis ad omnia fit, nec dicere, nec audire, nec consultare, nec facere necessarium rerũ quicquã potest. Velut gubernator, artem, tempestate superante, cum naui cum nauigantibus mergitur ipse quoque, sic anima cum corpore in horrendum demergitur cupiditatis abyssum. Ventrem porro sic Deus, quemadmodũ molam quandam intra nos locauit commensam vim ipsi tradens, & modum statuens certum, quantum molere quotidie oportet. Huc si quid adijciatur illaboratum relinquitur, hinc nocumentum, hinc morbi, debilitates, deformitates. Non morbidam enim solum, sed & deformem eam, quę pulchra erat, voluptas facit. Nam spiritu, multitudine eorum quæ ingeruntur distracto, hisque digerendis occupato, quod uegetando corpori cedere debebat, totum absumitur superfluorum subactione.

Deut. 32.

Ezec. 16.

1. Tim. 5.

6 Ep. 12. ad Gaudẽtiũ de Pacatu le infantu la aducatione to. 1.

7 Prou. 5.

8 Lib. 2. aduersus Iouinianũ to 8

9 Lib. 1. in c. 4. Oseæ to. 1.

1. Tim. 5.

10 Li. de Noe & arca c. 30. to. 1.

ctione. Quid enim podagras, fluxus passim toto corpore oberrantes, morbos ceteros, qui hinc sunt, & tragœdiam vniuersam attinet commemorare; Nolo discumbentes modo uoluptarios homines obserues, cum surrexerunt. Vide, bestiarum corpora non hominum iudicabis, capite nutant, tenduntur, constringuntur lecto, magno silentio, denique velut tempestate turbent, his qui ie liberent, opus habent, optantes statum eũ, in quo erant priusquam distenderentur.

6 HIERONYMVS sic ait: Israelitico populo fecit Dominus, vt cupientibus ægyptias carnes vsque ad nauseam, & vomitum præberet examina conturnicum, multosque sæculi reperies homines, facilius carere experta corporis uoluptate, quam eos qui a pueritia libidinem nesciant. Ab alijs enim nota calcari, ab alijs ignota appetũ. Illos uitare pœnitẽdo suauitatis insidias, quas fugerunt. Hos carnis illecebras dulci titillatione corporis blandientes, dum mella putant, venena noxia reperire. Mel enim distillare labia meretricis, quod ad tẽpus impinguat vescentium fauces; & postea felle amarius inuenitur. Vnde & in Domini sacrificijs mel non offerunt, ceraq; contempta, quæ mellis hostpitium est, oleũ accenditur in templo Dei, quod de amaritudine exprimitur oliuarum. Pascha quoque cum amaritudinibus comedi in azymis sinceritatis & veritatis, quas qui habuerit, in sæculo persecutionem sustinebit.

8 IDEM sic ait: Multi philosophorum reliquerunt frequentias vrbium, & hortulos suburbanos, vbi ager irriguus, & arborum comæ, & susurrus auium, fontis speculum, riuus immurmurans, & multæ oculorum auriumque illecebræ, ne per luxum & abundantiam copiarum, animæ fortitudo molleſceret, & eius pudicitia constupraretur. [Infra:] Sed & ipse Plato cum esset diues, vt posset vacare philosophiæ, elegit Academicam villam ab vrbe procul non solum deſertam, sed & pestilentem vt cura & assiduitate morborum, libidinis impetus frangeretur. Discipulique sui nullam aliam sentirent uoluptatem, nisi earum rerum quas discerent. Quòd si quis existimat, & abundantia ciborum, potionumq; se perfrui, & vacare posse sapientiæ, hoc est & versari in delicijs, & deliciarum vitijs non teneri, seipsum decipit. Cum enim procul ab his remoti, sæpe capiamur naturæ illecebris, & cogamur ea cupere, quorum copiam nõ habemus, quanto magis si circumdati retibus uoluptatum, esse nos liberos arbitremur? Sensus noster ad eius rei trahitur appetitum, cuius capitur voluptate; vetus quoque sententia est. Difficile est, immo impossibile, delicijs, & voluptatibus affluentes, non ea cogitare quę gerimus, frustraq; quidam simulant salua fide, & pudicitia, & integritate mentis se abluti voluptatibus, cum contra naturam sit copijs uoluptatum sine uoluptate perfrui. Et Apostolus hoc ipsum cauens dixerit, quæ autem in delicijs est vidua, viuens mortua est. Sensus corporum quasi equi sunt sine ratione currentes, anima uero in aurigæ modum retinet frena currentium.

9 IDEM explicans illa uerba: Comedent & non saturabuntur, & fornicati sunt, & non cessauerunt, quoniam Dominum dereliquerunt in non custodiendo, fornicatio, & uinum, & ebrietas aufert cor, ait: Voluptas insatiabilis est, & quanto magis capitur, tãto plus, vtentibus se, famem creat, vana comedentes fraude deludit, & uteros deuorantium vacuos derelinquit. Fornicati sunt, & non cessauerunt. Vires in fornicatione deficiunt, & fornicandi desiderium non quiescit. Fornicatio & vinum aufert cor. Sicut.n. vinum & ebrietas, eum qui biberit mentis suæ impotens facit, ita fornicatio ac uoluptas peruertit sensum, animumque debilitat, & de rationabili homine, brutum animal efficit. Cumque ita cor loco suo motum fuerit, ligna, & lapides deos putat, & adorat opera manuum suarum.

10 AMBROSIVS exponens uerba illa Genesis 9. in quibus Cham discooperuit verenda patris sui ebrij, ait: Omnes mores pessimi, erroribus delectantur alienis. Ridet Cham nudatum patrem videns. Omnis namque improbus, quoniam ipse deuius disciplinę est, aliorum lapsus non solum pro sui erroris solatio accipit, quòd consortes inuenerit culpæ, uerum etiam improbo lęratur affectu, tamquam sua ipse delicta correxerit. Mala mens ergo lætatur præter propositum, quid alicui accidisse sapienti, cum vtique corporis lapsus in vitio esse non debeat, etiam si lapsus putetur.

11 AVGVSTINVS exponens illa verba: Qui exaltas me de portis mortis, inquit: Exaltatur homo ab omnibus prauis cupiditatibus, quæ sunt portæ mortis, qa per illas itur in mortem. Mors autem est iam ipsa lætitia in perfruendo, cum quisq; adipiscitur, quod perdite concupiuit; radix enim omnium malorum est cupiditas. Et propterea porta mortis est, quia mortua est vidua, quæ in delicijs uiuit. Ad quas delicias per cupiditates tamquam per portas mortis peruenitur.

12 IDEM in ultimis uerbis explicans verba illa: Inimici autem mei uiuunt, sic habet: Bene est eis, gaudent in sæculi felicitate, vbi ego & laboro & rugio a gemitu cordis mei. Illi sunt, de quibus dicitur in alio Psalmo. Quorum filij sicut nouellæ constabilitæ. Sed superius dixerat. Quorum os locutum est vanitatem, filiæ eorũ compositæ, circumornatæ vt similitudo templi, promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud, oues fęcundæ abundantes in egressibus suis, boues eorũ crassæ, non est ruina maceriæ, neque clamor in plateis eorum. Viuant ergo inimici mei. Hæc uita est, hanc laudãt, hãc amant, hanc malo suo habent. Beatum enim dixerunt populum, cui hæc sunt. Quid autem tu, qui curam geris pro peccato tuo? Beatus populus, cuius Dominus Deus eius.

13 IDEM exponens illa uerba: Et plebs tua lætabitur in te, sic habet: Malo suo lætabitur in se, bono suo lætabitur in te. Quando enim uoluit habere gaudia de se, inuenit planctum in se. Nunc ergo quia totum gaudium nostrum Deus est, qui vult securus gaudere, in illo gaudeat, qui non potest perire. Quid enim fratres mei gaudere vultis in argento? Aut argentum perit, aut tu, & nemo scit quid prius, verumtamen illud constat, quia utrumque periturum est, quid prius, incertum est. Nam nec homo hic potest manere semper, nec argentum hic potest manere semper. Sic aurum, sic uestis, sic domus, sic lata prædia, sic postremo lux ista. Noli ergo uelle gaudere in istis, sed gaude in illa luce, quæ non habet occasum, quam non præcedit hesternus dies, nec sequitur crastinus.

14 IDEM explicans illa uerba: Venite exultemus, Domino, iubilemus Deo salutari nostro, inquit: Inuitat ad magnas epulas exultandi, nõ sęculo, sed Dño. Nisi. n. esset in hoc sæculo exultatio mala, quæ distinguenda est ab exultatione bona, sufficeret dicere, venite exultemus. Sed breu ter distinxit. Quid est bene exultare? Domino exultare. Ergo exultatio mala, est exultare sæculo, exultatio bona, est exultare Deo. Pie debes Domino exultare, si vis securus mundo insultare. Quid est autẽ uenite? Vnde vocat vt veniant, cum quibus uult exultare Domino, nisi quia longe sunt, ut ueniendo propinquent, propinquando accedant, accedendo exultet? [Infra:] Ergo quibusdam longe positis & male viuentibus psalmus iste dicit: Venite exultemus Domino. Quo itis quo receditis, quo disceditis, quo fugitis, exultando mũdo? Venite exultemus Domino. Quo itis exultare, vbi deficitis? Venite exultemus in illo, a quo facti sumus. Venite exultemus Domino, iubilemus Deo salutari nostro. Quid est iubilare? Gaudium verbis non posse explicare; & tamen uoce testari quod corde conceptũ est, & verbis explicari non potest, hoc est iubilare. Iubilandumq; est, quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus super omnes Deos &c.

15 IDEM inquit: Vnde inest tibi tanta lætitia? Numquid iam diabolũ uicisti? Numquid iam inferni pœnas euasisti? Numquid iam de exilio ad patriam uenisti?

Numquid

to 2. Leuit. 2.

3 Hom. 43. in Ioannẽ to. 3.

Ep. 12. ad Gaudẽtiũ de Pacatæ infantulæ aducatione to. 1.

7 Prou. 5.

4 Hom. 27. in primam epist. Pauli ad Corinth. to. 4.

Lib. 2. ad uersus Iouinianũ to 8

5 Hom. 39. in 1. ad Corinthios.

Deut. 32.

Ioan. 16. 1. Tim. 5.

1. Tim. 5.

Lib. 1. in c. 4. Oseæ to. 1.

Li. de Noe & arca c. 30. to. 1.

In Ps. 5. to. 8.

1. Tim. 6.

1. Tim. 5.

In Ps. 37.

Ps. 127.

Ps. 143.

In Ps. 84.

In Ps. 94.

Lib. de conflictu vitiorum & virtutum. to. 9.

Numquid iam de tua electione securitatem accepisti? An forte in obliuionem venit, quod Dominus dixit: Mundus gaudebit, vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudiũ. An forte memoria excessit, quod idem alibi dicit: Væ vobis qui nunc ridetis, quia plorabitis & flebitis. Quod quidem per Salomonem dicitur: Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat. Et e contra per Euangelium, Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Quia ergo nescit homo, an odio uel amore dignus sit, sed omnia in futurum reseruantur incerta, comprime inanem lætitiam, qui necdum euasisti pœnalem ærumnam. Nonne apud omnes insanus iudicatur is, qui tenebris reclusus carceris, gaudere conatur?

Ioan. 16. *Luc. 6.* *Prou. 14.* *Matt. 5.* *Eccl. 9.*

16 *Serm. 35. de sanctis, qui est secundus de Assumpt. B. Maria. to. 10.*

IDEM sic habet: Anima sancta, risum, luctum computat, & gaudium in mærorem commutat, cui mundus carcer, cœlumque, habitatio est, cui exultatio de præsentibus nulla est, quia in illo tantum gaudere appetit, qui super omnes est. Vnde in sancto Cantico cum diceret Virgo gloriosa, Magnificat anima ea, & exultauit spiritus meus, signanter addidit, in Deo salutari meo. Ac si diceret, Anima mea, quæ magnificat Dominum, non in quolibet alio, sed in illo tantum exultat, quem amando significat. Nouerat enim esse aliam vituperabilẽ exultationem, qua mundus gaudere dicitur, tendens ad luctum, & de quibus Salomon ait: Lætantur cum malefecerint, & exultant in rebus pessimis. Hinc & Apostolus nõ quodlibet gaudium in sanctorum cordibus esse describit, sed in Spiritu sancto. Hinc Dauid cum diceret, gaudete iusti, subiunxit in Domino. Hinc cum Domino diceret, Gaudebunt labia mea dum cantauero, addidit, tibi. Hac enim exultatione, nullus eorum gaudet quisquis de præsentibus tantum exultat, æternisq; bonis interesse nõ concupiscit, cum exilium patria esse creditur, & mors uita æstimatur, cui Deus venter est. [Infra:] Ingemisce ergo o sancta anima, quæcumq; in Domino exultas, & quoties te ab hac exultatione abstractam videris esse, dicito: Ne proijcias me Domine a facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas a me, redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Et hic attentius intuere, quam exultationem perierit. Quod enim Hebraice Iesus, hoc Latine salutaris dicitur. Quæ enim hæc lætitia est Iesu? Contemplatio eius, qualis venturus est in gloria sua? Christus enim Iesus fleuit, sed numquam eum risisse memoratur. Hinc plane, hinc in spe gaudent omnes electi, cum cœperint aduersitatibus mundi fatigari, & nullis eius prosperitatibus fallaciter decipi.

Prou. 2. *Phil. 4.* *Ps. 32. & 70.* *Psal. 50.*

17 *Li. 15. moral. cap. 2. to. 2.*

GREGORIVS explicans illa verba Iob c. 20. Hoc scio a principio, ex quo positus est homo super terram, quòd laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocritę ad instar puncti, sic habet: Hypocrita gaudet in prima lessione, hilarescit in primo recubitu, inflatur in prima salutatione, eleuatur in reuerenti uoce obsequentium, tumet in famulatu subditorum. Sed hoc eorum gaudium, æternitati comparatum quid erit, quando irruente mortis articulo, ita consumitur, ac si omnino nõ fuerit? Cuius nimirum gaudij lætitia pertransijt, & pœna permanet. Bene autem dicitur: Gaudium hypocritæ ad instar puncti. In puncto enim, stylus mox vt ponit, leuatur, nec mora vlla agitur, vt per exprimendam lineam trahatur. Itaque gaudium hypocritæ ad similitudinem puncti est, quia apparet ad momentum, sed disparet in perpetuum, & sicut stylus in puncto dum ponitur, leuatur, sic hypocrita præsentis vitæ gaudia dum tangit, amittit.

18 *Li. 20. moral. c. 16.* *Prou. 2.*

IDEM exponens uerba illa Iob capite 30. Qui inter huiuscemodi lætabantur, & esse sub sentibus delicias computabant, inquit: Reprobi lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis, & lachrymarum causas tripudiantes peragunt. Inter huiuscemodi lætantur, quia nimirum attendunt transitoria, quæ percipiunt, & intueri negligunt permanentia bona quæ perdunt. Cumque amore temporalium flagrant, veram lætitiam volentes ignorant, quam si studiose cognoscere quærerent, quam flenda sint gaudia quæ appetunt, viderent, sed dum meliora scire contẽnunt, sola sibi velut summa eligunt, quæ visibiliter oculis fugaci seductione blandiuntur. Visibilia sequentes cor figunt, & tanto extrinsecus gaudent, quanto recordationem sui, intrinsecus non habent. [Infra:] Et esse sub sentibus delicias computabant, quia peccatorum delectationibus pressi, ex affectu vitæ præsentis, quàm sint aspera, quæ patiuntur, ignorant. Lætantur itaque sub sentibus, quia rebus quidem temporalibus gaudent; sed tamen dum dispensare sine tribulatione eadẽ temporalia non valent, ex cura punguntur miseri, quæ præmuntur. Manent sub sentibus, & has ipsorum delicias æstimant, quia & dura quidem ex præsentis vitæ amore tolerãt; & tamen affectu nimiæ cupiditatis obligati, laborem eiusdem tolerantiæ, voluptatem putant. Vnde Hieremias totius in se humanæ conuersationis speciem sumens, per lamentum quæritur dicens. Inebriauit me absynthio. Absynthio inebriatur, quia & hoc quod sumpsit amarum est, & tamen non intelligit eandem amaritudinem, qua repletur. Mundi gloriam sitiens, dum multas pro ea tribulationes reperit, amarum est quod bibit, sed quia hoc nimis inhianter sumpsit, eiusdem amaritudinis malum discernere iam præ ipsa ebrietate non sufficit.

19 *Expositio 2. Ps. Pœnit. to. 2.*

IDEM explicans verba illa: Lętamini in Domino, & exultate iusti, inquit: Non est gaudere impijs, dicit Dominus, quia qui terrenarum rerum amore vincitur, in Deo nullatenus delectatur. Et quanto quis ad temporalia acriori cura exarserit, tanto magis ab æternis, damnabili torpore frigescit Iustus ergo solummodo, vt in Domino lætentur, dicitur, quia qui Deum toto corde non diligunt, in eo lętari, quamdiu sæcularibus delectãtur, non possunt. Scriptum est enim: Quicumque amicus huius sæculi esse voluerit, inimicus Dei constituitur. Neque enim possumus hic gaudere cum sæculo, & illic regnare cum Christo. Sed iusti tantum in Domino exultant, quia ita extra mundum sunt facti, vt nec prosperari in mundo cupiant, nec aduersa pati, nullo tacti præsentium amore pertimescant. Et notandum quia non solum lætamini dixit, sed etiam exultate adiecit, vt intelligas eos non posse tristari in corpore, quibus diuinæ claritas miserationis, fulget in mente. Et gloriamini omnes recti corde: illi quidem qui habent cor ad terrena distortum, non gloriantur in Domino, quia ipsem suam posuerunt in mundo. Vos autem qui cor vestrum secundum Dei voluntatem dirigitis in spe beatitudinis ętęrnæ, gloriari debetis, vt qui gloriatur in Domino glorietur. Illa namque sine dubio est vera gloria, quam nullius mæstitiæ obtenebrat pœna.

Iac. 4. *2. Cor. 10.*

20 *Li. 5. in 11. libri Reg. c. 2.*

IDEM explicans illa verba Samuelis: Et nolite declinare post vana quæ non proderunt vobis, neque eruent vos, quia vana sunt, ait: Quicquid in hoc sæculo lætum, delectabile, sublime, aut prosperum cernitur, vanum profecto est, quia difficile habetur, & cito amittitur. Repente quidem alta sæculi corruunt, pulchra transeunt, lęta & prospera euanescunt. Nam cum stare in his floribus suis mundus blandiens cernitur, repentina fortuna turbatur, aut festina & omnia deturbãte morte, concluditur. Vana ergo sunt gaudia sæculi, quæ quasi manentia blandiuntur, sed amatores suos cito transeundo decipiunt. Et notandum quia de futuro dicitur, non proderunt vobis. Quia nimirum nunc prodesse cernuntur, sed cum in futuro pro eis puniri cœperint, nequaquam prosunt, neque eruent vos, quia vana sunt. Quasi dicat, idcirco vos tunc non adiuuat, quia cum mundo deficiunt, & post sęculum non habẽtur. Post sęculum non prosunt, quę finem vitę transire non possunt. Multum quidem sęculi bona durant, si cum amatore vsque ad extremum vitę perueniunt. In hac quidem vita suos amatores peccatis obligant, sed

1 *Ho. 27. in c. 3. Numerorũ to. 1.* *Heb. 12.*

2 *Ho. 20. in c. 15. Iosue* *Matt. 19.*

3 *Hom. 4. in 15. Ezech. to. 2.*

sed tunc eruent, vbi quidem, per meritum sunt, sed per auxilium non sunt.

Gaudium, consolationes, & requiem in hac vita, & in futura habens sancti, sed differenter. Cap. III.

1 ORIGENES exponens peregrinationem Iudæorũ in deserto, eam ad mores accommodans ait: Applicuerunt Israelitæ ambulantes diebus tribus per desertum, & castrametati sunt in Mara. Profectique de Mara venerunt in Elim, vbi erant duodecim fontes aquarum, & palmæ septuaginta, ibiq; castrametati sunt. Applicuerunt ad amaritudines, quas audiens non paueſcas, neq; terrearis. Omnis enim disciplina ad præsens non videtur esse gaudij, sed mœroris, non dulcis, sed amara; postea vero fructum dulcissimũ, & pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiæ. Nec est possibile peruenire ad terram repromissionis, nisi per amaritudines transeamus. Sicut enim medici amaritudines quasdam medicamentis inserunt, salutis prospectu, ita & salutis prospectu medicus animarum nostrarum, amaritudines nos vitæ huius voluit pati in diuersis tentationibus: sciens, quia finis huius amaritudinis animæ nostræ, dulcedinem salutis acquirat. Sicut & e contrario finis dulcedinis, quæ est in uoluptate corporea, amarum finem reddit in infernum pœnarum. Tu ergo qui iter virtutis incedis, non refugias applicare ad amaritudines; proficisceris enim & inde, sicut & filij Israel. Profecti sunt, inquit, de amaritudine, & venerunt in Elim. Elim est vbi sunt duodecim fontes aquarum, & septuaginta duæ arbores palmarũ. Vides post amaritudines, post asperitates tentationũ, quam te amæna suscipiunt loca. Non ueniſſes ad dulcedinem fontium, nisi prius quæ tristia fuerũt, & aspera superasses. Non quo iam finis sit in his, itineris, & perfectio cunctorum, sed dispensator animarũ Deus, in ipso itinere interserit laboribus etiam quædam refrigeria, quibus refota anima & reparata, promptior redeat ad reliquos labores.

Ho. 27. in n. 3. Numerorũ to. 1.

Heb. 12.

2 IDEM explicans quod Axa filia Caleph postulauit a patre suo, irriguum superius, & irriguũ inferius, inquit: Accepit Axa irriguum superius, & inferius. Quod euidentius Apostolus dicit: Promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ. Et ut Saluator repromittit ijs qui verbi sui perfectionem sequuntur, quia accipiant centuplum in præsenti sæculo, in futuro autem uitam æternam consequantur. Hoc est ergo accepisse in benedictione irriguum superius & inferius.

Ho. 20. in c. 15. Iosue

Matt. 19.

3 IDEM explicans illa verba: Filij hominis, terra cum peccauerit mihi, extendam manum meam super eam, etsi fuerint tres viri isti Noe, Daniel, & Iob ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, inquit: Oboritur quæstio, quare cum tanti sint iusti, nunc tantum modo tres nominantur, Noe, Daniel, & Iob. Audiui quondã a quodam Hebræo hunc locum exponente, atque dicente. Ideo hos nominatos, quia unusquisq; eorum tria tempora viderit, lætum, triste, & rursum lætum. Vide Noe ante diluuium, considera mundum integrũ, & eundem post Noe in totius orbis naufragio solum cum filijs suis, & animalibus in arca seruatum. Considera quomodo post diluuium egressus sit, & plantauerit vineam, quodammodo secundi rursus orbis creator existens. Daniel ante captiuitatem, in patriæ floruit nobilitate, & deinceps in Babylonem translatus, eunuchus effectus est, vidit & reuersionem in Hierusalem, quia post septuaginta annos inuenitur deprecans Deum, vt completo iam tempore captiuitatis rursum ingrediatur Hierusalem. Habuit ergo tria tempora, ante captiuitatem, in captiuitate, & post captiuitatem. Talis iustus est. Iob fuit locuples, deinde accepit potestatem diabolus aduersus eum ad vltimam deductus egestatem, & filiorum orbitatem. Ecce duo tempora. Post hæc apparet ei Dominus, & loquitur ei de nube, & factæ sunt ei oues quattuordecim millia &c. & nascuntur ei filij & filiæ. Tria vident iusti tempora, præsens, lætum, testimonio bonæ conscientiæ, aliud terribile, in iudicio, & tertium lætum futurum post rè surrectionem mortuorum, in beatitudine.

Hom. 4. in 15. Ezech. ca. 2.

4 HIERONYMVS exponens illa verba: Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria, inquit: Visione suæ diuinitatis electos in perpetua luce condonat, & eosdem in præsenti uita incarnationis suæ sacramentis & charismatibus, illustrat ac roborat. Dat eis qui ob sapientiam comparandam sua omnia vendunt, centuplum in hoc tempore, & in sæculo venturo, vitam æternam. [Infra:] Lignũ vitæ est his qui apprehenderint eam, & qui tenuerit eam beatus. Sicut in medio Paradisi lignum vitę Moyses esse testatur, ita per sapientiam Dei, videlicet Christum, viuificatur Ecclesia, cuius & nũc sacramẽtis carnis & sanguinis, pignus vitæ accipit, & in futuro, præsenti beatificatur aspectu.

Li. 1. in c. 3. Prouer. to. 7.

Prou. 3.

5 IDEM exponens verba illa: Sicut lætantium omnium habitatio in te, sic habet: Propheta loquitur ad Ecclesiam, & dicit ei: Sicut lætantium omnium habitatio est in te. Quare non dixit lætantium omnium habitatio in te, sed dixit, sicut lætantium omnium Dicitur in alio Psalmo: In conuertendo Dominus captiuitatem Sion facti sumus, sicut consolati, & non dixit consolati. Sic & in isto loco dicit, sicut lætantium omnium habitatio est in te. Hoc totum quare dicit? Quoniam in præsenti sæculo quamuis aliquis sanctus sit, quamuis renunciet sæculo, non habet perfectam victoriam. Denique dicitur in Euangelio, Beati qui lugent, quoniam ipsi cõsolabuntur, Beati qui flent, quoniam ipsi ridebunt, manifestum est, quoniam in præsenti sæculo non est certa lætitia, ergo lætitia nostra quasi lætitia est.

In Ps. 86. to. 8.

Ps. 125.

Matt. 5.

6 IDEM explicans illa verba Apostoli: Signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ, inquit: Quicumque spiritum sanctum repromissionis acceperit, simul consequetur, & arrabonem hereditatis. Arrabo enim, futuræ emptioni quasi quoddam testimonium & obligamentum datur; hæreditas autem vita perpetua est. Et quomodo ex arrabone æstimatur qualis emptio futura sit, & quæ possessio, verbi gratia ex decem solidis, centum solidorum villa, & ex centum solidis, mille solidorum possessio, ita ex uarietate arrabonis, hereditatis quoque postea secuturæ magnitudo cognoscitur. Quamuis autẽ sanctus sit aliquis atq; perfectus, & omnium iudicio, beatitudine dignus putetur, tamen ad futuram hereditatem, nunc arrabonem est spiritus consecutus. Si autẽ arrabo tantus, quanta erit ipsa possessio? Quomodo autem arrabo qui nobis tribuitur, non est extra nos, sed intra nos est, sic & ipsa hereditas, hoc est regnum Dei quod intra nos est, in nobis versatur intrinsecus. Iste autem spiritus repromissionis sanctus qui est arrabo hereditatis nostræ, idcirco nunc sanctis datur, vt redimantur, & copulentur in Deo in laudem gloriæ ipsius.

Li. 1. in c. 1. epist Pauli ad Ephe. to. 6.

2. Cor. 10.

7 AVGVSTINVS explicans illa verba: Transibo in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domum Dei, in voce exultationis, & confessionis sonus epulãtis, sic habet: Percepit quandam dulcedinem, sequendo interiorem nescio quam, & occultam voluptatem tamquam de domo Dei, sonaret suauiter aliquod organum. Et cum ille ambularet in tabernaculo, audito quodã interiore sono, ductus dulcedine, sequens qđ sonabat, abstrahens se ab omni strepitu carnis & sanguinis, peruenit usq; ad domum Dei. Nam uiam suã, & ductum suum ipse commemorat sic, quasi diceremus ei, miraris tabernaculum in hac terra, quomodo peruenisti ad secretum domus Dei? In uoce, inquit, exultationis & confessionis soni festiuitatem celebrãtis. Festa cum hic homines celebrant suæ luxuriæ, consue-

In Ps. 41. to. 8.

Expositio 2. Ps. Paenitẽ. to. 2.

Iac. 4.

Li. 5. int. 11. 3. libri Reg. c. 2.

consuetudinem habent constituere organa ante domos suas, aut ponere symphoniam, vel quæcumq; nu sica ad luxuriam seruientia, & illicentia, & vbi audita fuerint hæc, quid dicimus qui transimus? Quid hic agi tur? Et respondetur nobis aliqua esse festa. Natalitia, inquit, celebrant, nuptiæ hic sunt, vt non videant inepta illa cantica, sed excusetur festiuitate lætitia. In domo Dei, festiuitas sempiterna est. Non enim ibi aliquid celebratur, & transit. Festum sempiternum, chorus Angelorum, vultus præsens Dei, lætitia sine defectu. Et dies illis festus ita est, vt nec aperiatur initio, nec fine claudatur. De illa æterna & perpetua festiui tate, sonat nescio quid canorum & dulce auribus cordis, sed si non perstrepat mundus. Ambulanti in hoc tabernaculo admirabili Dei, & miracula Dei in redemptionem fidelium considerant, mulcet aurem sonus festiuitatis illius, & rapit ceruum ad fontes aquarũ. Sed quia fratres quamdiu sumus in corpore hoc, peregrinamur a Domino, & corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem, etsi vtcumque nebulis fugatis ambulando per desiderium, ad hunc sonum peruenerimus interdum, vt aliquid de illa domo Dei nitendo capiamus, onere tamen quodam infirmitatis nostræ ad consueta recidimus, & ad solita ista dilabimur. Et quomodo ibi inueneramus vnde gauderemus, sic hic non deerit, quod gemamus. Etenim ceruus iste manducans die ac nocte lachrymas suas, raptus desiderio ad fontes aquarum, interiorem scilicet dulcedinẽ Dei effundens super se animam suam, ut tangeret quod est super animam suam, ambulans in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domum Dei, & ductus interioris & intelligibilis soni iucunditate, vt omnia exteriora contemneret, & in interiora raperetur; adhuc tamen homo est, adhuc hic gemit, adhuc carnem fragilẽ portat, adhuc inter scandala huius mundi periclitatur. Quare, inquit, tristis es anima mea, & quare cõturbas me? Ecce iam quadam interiori dulcedine lætati sumus. Ecce acie mentis aliquid incommutabile, & si per strictim & raptim perspicere potuimus. Quare adhuc conturbas me, quare adhuc tristis es? Et quasi responderet illi anima eius in silentio, quare conturbo te, nisi quia nondum sum ibi, vbi est dulce quo sic rapta sum quasi per transitum? Numquid iam bibo de fonte illo nihil metuens? Iam nullum scandalum pertimesco, iam de cupiditatibus omnibus tamquam edomitis victisq;, secura sum? Nonne aduersus me diabolus vigilat hostis meus? Nonne laqueos mihi quotidie deceptionis intendit? Non uis vt conturbem te posita in sæculo, & peregrina adhuc a domo Dei mei? Sed spera in Dominum, respondet conturbanti se animæ suæ, interim habita in spe, salutare uultus mei, Deus meus.

9 IDEM explicans verba illa: Iusti epulentur (vel
In Ps. 67. iucundentur) & exultent *in* conspectu Dei, & delectẽtur in lætitia, ait: Hoc fiet cum audient iusti, Venite benedicti Patris mei, per capite regnum. Iucundentur ergo qui laborauerunt, & exultent in conspectu Dei. Delectentur in lætitia, non iam exultantes cum tremore, sicut in hoc sæculo quamdiu tentatio est vita humana super terrã. [Infra:] Exultate *in* cõspectu eius, non
Rom. 11. in cõspectu hoium, sed in cõspectu Dei. Spe gaudẽtes, in tribulatione patiẽtes. Currus Dei decẽ millib. multiplex millia lætantium. Spe. n. sunt gaudentes, donec perducantur in finem, quem nunc expectant. Mirifice autem cum dixisset, millia lætantium continuo subiecit, Dominus in illis, ne miremur quòd lætentur, Dominus in illis, ideo etsi sunt quasi tristes, semper tamẽ
2. Cor. 6. gaudentes, nec iam ipso fine quo nondum venerunt, sed spe sunt gaudentes, quoniam Dominus in illis.

10 IDEM inquit: Tota vita humana super terram,
Enarr. in Ps. 74. sicut scriptum est: Tentatio est, nec quasi prospera eligenda est, & sola aduersa deuitanda, sed vtraque cauẽda est, illa ne corrumpat, ista ne frangat, vt vnicuique hominum in quocunque statu rerum in hac vita egerit, non sit refugium nisi Deus, nec vllum gaudium, nisi in promissis eius. Vita enim hæc, qualibet redundans felicitate, multos fallit, Deus neminem. Quia ergo omni homini conuerso ad Deum, mutatur delectatio, mutantur deliciæ, non enim subtrahuntur, sed mutantur. Omnes autem deliciæ nostræ in hac uita nondum sunt in re, sed ipsa spes tam certa est, vt omnibus huius sæculi delicijs præponenda sit, sicut scriptũ est: Delectare in domino. Et ne putares te iam habere *Ps. 36.* quod promittit, subiecit statim: Et dabit tibi petitiones cordis tui. Si ergo nondum habes petitiones cordis tui, vnde delectaris in Domino, nisi quia tenes certum promissorem, qui se effecit promittendo debitorem.

11 IDEM sic habet: Sæculi homines infeliciter felices sunt, martyres autem feliciter infelices. Erant *In Psal.* enim ad tempus infelices, sed in æternum felices. Et *197.* in eo ipso quod erant ad tempus infelices, putabãtur magis infelices, quam erant. Quid enim dicit Apostolus? Quasi tristes, semper autem gaudentes. Quare semper? Et hic & ibi prorsus. Hic enim vnde gaudemus? de spe. Ibi vnde gaudemus? de re: Magnum gaudium habet spes gaudentis. [Infra:] Labores manuum tuarum manducabis. Quasi peruerse videtur dicere, non intelligentibus. Debuit enim dicere; Fructum laborum tuorum manducabis. Multi enim manducant fructum laborum suorum. Laborant in vinea, ipsum laborem non manducant, sed quod de labore ipsorum nascitur hic manducant. Laborant circa arbores pomiferas, quis manducet labores? Nemo inquã, sed quod illæ arbores attulerint, fructus laboris & ipse iucundat agricolam. Quid sibi vult, labores fructuum tuorum manducabis? Modo labores habemus, fructus postea erit, sed quia & ipsi labores non sunt
Rom. 12. sine gaudio propter spem, de qua paulo ante diximus, spe gaudentes, in tribulatione patientes, modo nos ipsi labores nostri iucundant, & lætos nos faciũt de spe. Si ergo labor noster potuit manducari, & potuit iucũdare, manducatus fructus ipsius laboris, qualis erit?
Ps. 126. Manducabant labores suos, qui euntes ibant & flebãt mittentes semina sua, quanto iucundius manducabũt fructus laborum, qui venientes venient cum exultatione portantes manipulos suos? Et vt noueritis fratres, quia manducatur labor iste, in superiore Psalmo audistis dictũ superbis: Surgite postquam sederitis, qui
In manducatis panem doloris. Iste est labor fructuum panis doloris. Nisi. n. manducaret, nõ diceret panis. Nisi aũt haberet aliquam suauitate panis iste, nemo illum manducaret cum tanta suauitate. Plorar in gemitu qui orat. Dulciores sunt lachrymę orantium, quam gaudia theatrorum. Et audi flammam desiderij, qua manducatur ipse panis, de quibus dicit: Qui manducatis panem doloris. Alio loco dicit amans iste, cuius uocem in Psalmo plerumque agnoscimus. Factæ sunt mihi la-
Ps. 41. chrymæ meæ panes die ac nocte. Vnde factę sunt lachrymæ panes? Dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus. Dulces sunt & ipsæ lachrymæ, & pro cibo tibi erunt, quia factus est & ipse tibi panis die ac nocte dum dicunt tibi pagani, ubi est Deus tuus. Sed ue-
Apoc. 21. niet Deus tuus, de quo dicitur, ubi est, & absterget lachrymas tuas, & ipse propane lachrymarũ succedet, & te in æternum saginabit Verbo Dei, quo pascuntur angeli. Interim modo labores fructuum, manducas postea fructus laboris. Labores fructuum tuorum manducabis, beatus es, & bene tibi erit. Beatus es, de præsenti est, bene tibi erit, de futuro est. Cum manducas labores fructuum tuorum, beatus es, cum peruenes ad fructum laborum tuorum, bene tibi erit. Quid dixit? Nam si bene tibi erit, vtique beatus eris, etsi beatus eris, bene utique tibi erit. Sed interest inter spem & rẽ. Si spes tã dulcis est, quãto res dulcior erit?

IDEM

13 IDEM explicans illa verba: Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis, sic habet: Sancti lætabuntur, non in theatris, non in amphitheatris, nō in circis, non in nugis, non foris, sed in cubilibus suis in cordibus suis. Audi Apostolum exultantem in cubili suo. Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Rursus timendum est, ne quisquam apud semetipsum sit sibi placens, & quasi superbus de conscientia sua glorietur. Debet. n. quisq; cum tremore exultare, quia donum Dei est vnde exultat, non meritum suum. Vnde subdit: Exultationes Dei in faucibus eorum. Sic lætabuntur in cubilibus suis, vt non sibi tribuant quod boni sunt, sed illum laudent, a quo acceperunt quod sunt.

In Psal.148 *2. Cor. 1.* *Psal. 2.*

14 IDEM sic habet: Domine quod signum aduentus tui? Numquid huius consolationis & lætitiæ testes & nuncij sunt suspiria & lachrymæ? Si ita est, nulla est antiphrasis ista, & significatio inusitata. Quæ. n. conuentio consolationis ad suspiria, lætitiæ ad lachrymas? Si tamen istæ dicendæ sunt lachrymæ, & nō potius roris interioris superinfusi supereffluens abundātia, & interioris ablutionis indicium. Agnosce o anima sponsum tuum, amplectere desideratum. Nūc torrente te voluptatis inebria, surge ab vbere consolationis eius lac & mel. Hæc sunt munda munuscula, & solatia quæ dedit tibi sponsus tuus, gemitus. s. & lachrymę. Adducit tibi potum his lachrymis, in mensura? Hæ lachrymæ sunt tibi panes die ac nocte. Panes vtique confirmantes cor hominis, & dulciores sup mel & fauum. O Domine si adeo sunt dulces istæ lachrymæ, quæ ex memoria & desiderio tui excitantur, quā dulce erit gaudium quod ex manifesta tui visione capietur? Si adeo dulce est flere pro te, quam dulce erit gaudere de te? Sed vellem hic fieri non duo aut tria tabernacula, sed vnum in quo essemus simul, & delectaremur simul cum sponso. Sed ipse dicit: Dimitte me iam enim ascendit aurora, iam lumen gratiæ, & uisitationem quam desiderabas, accepisti. Data ergo benedictione, paulisper secedit sponsus diu desideratus cito elapsus. Subtrahit se a dulcedine contemplationis; manet tamen præsens quantum ad gubernationem, quantum ad vnionem. De accessu & recessu lucrum acquiris, tibi uenit, tibi & recedit. Venit ad consolationem, recedit ad cautelam, ne magnitudo cō solationis extollat te, ne si semper apud te sit spōsus, incipias contemnere sodales. Recedit ergo ne forte nimis assiduus contemnatur, & absens magis desideretur, desideratus, auidius quæratur, diu quæsitus tandem gratius inueniatur. Præterea quæ est præsens vita? Quæ, respectu futuræ gloriæ quæ reuelabitur in nobis, ænigmatica est, quam nunc ex parte cognoscimus, nam hic ciuitatem manentem non habemus, sed futuram inquirimus. Ne ergo exilium deputemus, p patria, arrham pro pretij summa, uenit sponsus, & recedit vicissim, nunc consolationem afferens, nunc vniuersum stratum nostrum in infirmitate commutans. Paulisper nos permittit gustare quam suauis est, & antequam plene sentiamus, se subtrahit; & ita quasi alis expansis supra nos volitans prouocat nos ad volandum, quasi dicat. Ecce parum gustastis, sum dulcis, sed si vultis plene satura ri hac dulcedine, currite post me in odorem unguentorum meorum, habentes sursum corda, ubi ego sum in dextera Dei Patris, vbi videbitis me facie ad faciem, vbi plene gaudebitis, & gaudiū vestrum nemo tollet a vobis.

Lib. de scala Paradisi 10.9. *In Psal. 197.* *Gen. 32.* *Rom. 12.* *Psal. 146.* *In* *1. Cor. 13.* *Hebr. 13.* *Psal. 41.* *Apoc. 21.*

16 BERNARDVS sic habet: Deus dicitur ambulare super pennas uentorum, cum electis eius dulcedinem vel tenuiter attingūt, volat cum de incircumscripta eius substantia nihil percipiunt. [Infra:] Contemplatio dicitur cibus ī hac vita, vbi in sudore vescimur pane nostro, potus in futura, vbi libere & sine dolore sumitur; ebrietas in vltimo, cum anima recepto corpore congaudebit. Vnde dicitur: Comedite amici & bibite, & inebriamini charissimi. [Infra:] Deus nouit figmentum nostrum vtiq; laboris impatiens, dilationem non sustinens, fragile ad vtrumq; Pie ergo prouidit vt haberet pietas promissionem vitæ quæ nunc est & futuræ. Mel habet sub lingua, supra linguam autē ineffabilia quæ non licet homini loqui. [Infra:] Opto magis gustare & uidere quoniam suauis est Dominus. Hoc enim non frustra ipse qui monet, studuerat experiri dicens: Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua. Et rursum: Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te. Vbi putas absconditur? Sub lingua sua. Licet enim in promissione vitæ quæ nunc est, dulcedo, & multitudo dulcedinis, & magna quoq; & quam magna sit multitudo; perfectio tamen non nisi in promissione futuræ. Perfecisti, inquit, his qui sperant in te, in conspectu filiorum hominum. Nec sane in abscondito consummatio illa, sed in conspectu filiorum hominum erit. Perfecisse autem dicit iam, & non perfecturum, sicut Paulus ait: Spe, salui facti sumus.

In Psal. 118. *Psal. 30.* *Cant. 4.* *Psal. 30.* *Rom. 8.*

17 IDEM exponens illa verba: Trahe me post te, in odorem vnguentorum tuorum curremus, inquit: Sic autem quando adest gratia, delectare in ea, vt non te existimes donum Dei iure hereditario possidere, ita videlicet securus de eo quasi numquam perdere possis, ne subito cum forte retraxerit manum, & subtraxerit donum, tu animo concidas, & tristior quàm oportet fias. Denique ne dixeris: In abundantia tua non mouebor in æternum, ne etiam illud quod sequitur dicere cum gemitu cogaris. Auertisti faciem tuā a me, & factus sum conturbatus. Curabis potius si sapis, in die malorum non immemor esse bonorum, & in die bonorum, non immemor esse malorum. Ergo in die virtutis tuę, noli esse securus, sed clama ad Deū cum Propheta, & dic: Cū defecerit virtus mea, ne derelinquas me; vt sic similis sis illi, de quo dicitur: Apud quē non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio, vt nec in aduersis sis timidus, nec in prosperis dissolutus, sed dicas, Trahe me post te, in odorem vnguentorum tuorum curremus.

Ser. 21. in Cantica. *Psal. 29.* *Eccl. 11.* *Psal. 70.* *Iac. 1.*

18 IDEM sic habet: De iustis dicitur, Euntes ibāt & flebant mittentes semina sua; venientes autem veniēt cum exultatione portantes manipulos suos. At istud cum exultatione portare manipulos in resurrectione inquis, in nouissimo die, & est nimis lōga expectatio. Noli animo frangi, noli deficere a pusillanimitate spiritus, habes interim de primitijs spiritus, quod ad præsens in exultatione metas. Semina te, ait, vobis iustitiam, metite spem uitæ. Non te modo mittit ad diem nouissimum, quando res iam erit in re, & non in spe, sed de p̄senti loquitur. Prorsus magna lætitia & exultatio multa nimis cum vita venerit. Sed numquid tantæ lætitiæ, spes erit sine lætitia? Spe gaudentes, ait Apostolus: Et Dauid non lætaturum, sed lætatum se dixit, quòd in domum Domini se speraret iturum. Nōdum vitam tenebat, sed spem profecto uitæ messuerat, atque in semetipso experiebatur veritatem scripturæ perhibentis, quia non modo remuneratio, sed ipsa quoque expectatio iustorum, lætitia. Hanc parit in animo illius qui sibi ad iustitiam seminauit, præsumpta indulgentia delictorum. Quisquis itaq; vestrum post illa amara & lachrymosa conuersationis suæ primordia, respirasse in spem, atque in quoddam serenū supernæ consolationis, pennis gratiæ subleuatum, se euolasse lętatur, is profecto iam metit, suarū recipiens fructum temporaneum lachrymarum, & ipse audiuit vocem dicentem: Date ei de fructu manuum suarum. Hic enim gustauit, & vidit quoniam suauis est Dominus. Quam dulcem & suauem te sensit Domine Iesu, cui a te non modo peccata donata sunt, sed & munus sanctitatis indultum est, neq; id solum, sed addita insuper ad cumulum bonorum, vitæ æternæ promissio? Felix qui tantum iam messuit, habens interim quidem

Ser. 37. in Cantica. *Rom. 12.* *Ps. 121.* *Prou. 31.*

fructum

fructum suum in sanctificationem, finem uero uitam æternam. Merito qui se inuento fleuit, gauisus est uiso Domino, ad cuius vtiq; miserationis intuitum, tantos iam leuauit manipulos, remissionem, sanctificationem, spem vitæ.

20 IDEM exponens verba illa: Qui reliquerit patrẽ &c. centuplum accipiet, & uitam æternam &c. inquit: Qua ratione accipit centuplum, qui nihil sibi relinquit ex omnibus? Hoc est quod dixerat, Tollite iugũ meũ super uos, & inuenietis requiem animabus uestris. Mira nouitas, sed eius, qui noua omnia facit. Iugum tollens, inuenit requiem, relinquens omnia, centuplum habet. Nouerat ille homo secundum cor Dei, qui dicebat. Numquid adhæret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto? An non fictus in præcepto labor, onus leue, suaue iugum, crux iniuncta? Huius enim rei sacramentum est, quod in dedicatione ecclesiarum depictas in pariete cruces, oleo sancto Pontifex linit. Sic & olim quidem Abrahæ dictum est. Tolle filium tuum, quem diligis Isaac, & offeres mihi eum in holocaustum. Labor fictus est in præcepto. Oblatus siquidem Isaac, sanctificatus est, non mactatus. Et tu igitur si uocem Domini audieris intus in animo, & dicatur tibi, & offeras Isaac, tuum quodcumq; est gaudium, immoles Deo (interpretatur enim Isaac gaudium, seu risus) fideliter & constanter obedire ne timeas. Nimirum etsi rem grandem tibi dicit Prophe ta facere debes, & obtemperandum ei per omnia, ét si oportuerit ipsum Isaac iugulari. Nunc autẽ quicquid affectio propria iudicet, securus esto, non Isaac sed aries occidetur, non peribit tibi lætitia, sed contumacia

21 cuius vtique cornua vepribus hærent, & sine pũctionibus anxietatis esse non potest. Tentat enim te Dominus Deus tuus, nec mactabitur Isaac, vt opinaris, viuens uiuet, sed eleuatus est super ligna, ut in sublime gaudeas, nec in carne propria, sed in cruce Domini glorieris. Per quem nimirum crucifixus, & ipse es, sed crucifixus mundo nam ei viuis. Hæc nimirum cõuersatio pertectorum, hæc sanctorum vita, hæc gratia spiritalis. Denique tamquam tristes inquiunt, semper autem gaudentes, tamquam nihil habentes, & oia possidentes, quasi morientes, & ecce viuimus. Qui videbãt me foras fugerũt a me dicit, & filia regis, ea utiq; cuius gloria omnis ab intus est. Vnde & clamitat in Canti co Canticorum adolescentulas reuocans, quas exterio ri sua incompositione deterritas uidet. Nigra sum, sed formosa filiæ Hierusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Nolite me considerare, quòd fusca sum, quia decolorauit me sol. Ac si manifeste spiritualis quispiam dicat, teneras & infirmas mentes exhortans. Quid laborioſa quæque & humilia conuersationis nostræ, tã sedule numeratis? Saga cilicina sunt, & pelles arietum rubricatæ, quibus interior ille splendor, & interna tegitur gloria, ut illęsa a pulueris & imbris iniuria conseruetur. Nolite me considerare quòd fusca sum, nolite pauere, nolite mirari. Neq; enim tristitiæ aut necessitatis est, exterior iste neglectus, & nigredo forinseca, sed occulti splendoris, & exultationis internæ. Decolorauit me sol, lux iterior, exterioris im-

22 patiens. Igitur sponsa quidem nigra, sed formosa, Apostoli tamquam tristes, semper autem gaudentes. [Infra:] Centuplum accipiet, & uitam æternam possidebit. Illud enim in uia, hæc in patria est. Illud consolatio præsentis laboris, hæc futuræ felicitatis consummatio est. Sic nimirum & operarijs huius sæculi solet cibus in opere, merces in fine dari. Sic militãtibus, & stipendia ministrantur pro necessitate laboris, & nouissime donatiuum maius erogatur pro quantitate laboris. Sic & filijs Israel, donec terram promissionis intrarent, in deserto mana non defuit. Et ab Ecclesia post quæsitum regni cœlestis aduentum, quotidianus panis petitur, in oratione quã ipse Saluator instituit. Habes hanc duplicem promissionem & in Propheta euidenter expressam, vbi ait: Reddet Deus mercedẽ laborum sanctorũ suorum, & deducet illos in via mirabili. Ipsa est enim via testimoniorũ Domini, in qua alius Propheta, sicut in omnibus diuitijs delectatum se esse testatur. [Infra:] Dices, ostende mihi centuplũ quod promittis. Manna absconditum est, quod in Apocalypsi Ioannis, victori promittitur. Nouum nomẽ est, quod nemo scit nisi qui accipit. Datum optimum est centuplum hoc, desursum descendit a patre luminum. An non centuplum habet omnium, qui impletur Spiritu sancto, qui Christũ habet in pectore? Nisi quòd longe plusquam centuplum hoc est. Quam magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te, perfecisti eis qui sperant in te. Vides quomodo memoriam abundãtiæ suauitatis huius eructet anima sancta, quomodo exprimere gestiens, verba multiplicet? Hoc ergo centuplum, adoptio filiorum est, libertas & primitiæ spiritus, deliciæ charitatis, gloria conscientiæ, regnum Dei quod intra nos est, Non vtiq; esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium in Spiritu sancto. Gaudium sane non modo in spe gloriæ, sed & in tribulationibus. Hæc uirtus ex alto, quæ Andream fecit amplecti crucem. Laurentium ridere carnificem, Stephanum pro lapidantibus flectere genua ad orationem. Pax quam dedit Christus suis, quæ exuperat omnem sensum. Probare libet, an hæc ita se habeant, gustare quid hoc absconditum manna sapiat, experiri quid sit hoc centuplum, quale gaudiũ in Spiritu sancto. Cras profecto respondebit ei iustitia sua, qui id studiose quæsierit, confestim ut gustauerit, uidebit quam suauis est Dominus; quoniã bonus non modo tenenti, sed & quærenti se, animæ speranti in se. Præueniat nos Deus in benedictionibus dulcedinis, indeficienter interim tribuens promissam centupli gratiam, ad solatium vtique & remedium laboris huius ne deficiamus in uia, ut de exhibitione præsentium munerum, firma sit expectatio futurorum.

Sap. 10. Ps. 118. Apoc. 2. 23 Ps. 30. Gen. 30.

Gaudium & tristitiam recipiunt iusti in hac vita diuersis de causis. Cap. IV.

VLTRA ea quæ de re hac adnotauimus in c. 1. huius libri.

ORIGENES exponens illa uerba: Gaudere cũ gaudentibus, flere cum flentibus, sic habet: Non quibuscumque gaudijs, Christianorum gaudia iocanda sunt, nec quibuscumq; fletibus, lachrymæ nostræ iungendæ sunt. Non enim si videam gaudere aliquem super quæstu pecuniæ, aut possessionũ latitudine, aut sæcularis honoris eminentia, congratulari debeo talibus, qui sciam quod huiusmodi gaudia, luctus sequãtur, & lachrymæ. Intantum non est gaudendum de talibus, ut Dñs discipulis suis ne inde quidem gaudere concesserit, quòd dæmonia sibi videbant esse subiecta, sed ait eis: Nolite gaudere quòd dæmonia vobis subiecta sunt, sed gaudete quia nomina uestra scripta sunt in libro vitæ. Et nos igitur si videamus ab aliquo tale opus geri, quod in cœlo scribi dignum sit, debemus gaudere cum talibus. Sed etsi quem uideamus ab errore conuersum, & relictis ignorantię tenebris ad lucem veritatis uenisse, remissionem peccatorũ meruisse, debemus gaudere cum talibus. Similiter autem flere cum flentibus, non cum illis qui flent mortuos suos iubemur, aut qui flent damna sæcularia, scientes quia huius sæculi tristitia, mortem operatur. Non sunt ergo iungendæ lachrymæ cum talibus, sed cum illis flendum est, de quibus dicit Dominus: Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Si qui flent pro peccatis suis, & errorem lachrymis lauant. Si quis ingemiscit etiam in habitaculo isto positus, & ad Christum redire desiderat, & secundum desiderium, lachrymarum profusione lauatur, iungamus cum talibus lachrymas nostras, & gemitus sociemus. Tristitia enim quæ se-

1 Li. 9. inc. 12. ad Ro. to. 3.

cundum

cundum Deum est, salutem stabilem operatur.

2 Ser. 14. in epist. Pauli ad Philip. to. 4. Mat. 5. & Luc. 6.

CHRYSOSTOMVS explicãs verba illa c. 4. Gaudete in Domino semper, iterum dico, gaudete, inquit. Beati lugentes, & væ ridentibus dicit Christus. Quid ergo Paulus dicit, Gaudete in Domino semper? Christus væ dixit ridentibus, risum mundi huius taxans, qui fit propter res præsentes, & lugentes beatos dixit, non simpliciter suorum amissionem lugentes, sed eos qui compuncti sunt, quique sua mala lugent, aut delicta, aut etiam aliena. Non est autẽ hoc gaudium luctui illi contrarium. Etenim ex illo luctu nascitur hoc quoque gaudium. Qui namq; sua ipsius mala luget, gaudebit. Alias etiam fieri potest, vt propter delicta sua quisquam lugeat quidem, in Christo vero gaudeat. Aut illud, in, positum est pro, cum, vt sit, Gaudete cum Domino semper. Iterum dico, gaudete. Securi & fiduciam habentis est istud, vtpote qui in Deo est semper gaudet. Siue affligatur, siue aliquid patiatur, semper gaudet, qui talis est. Audi quid Lucas dicat, Reuersi sunt a conspectu concilij gaudentes Apostoli, quod digni habiti essent, vt pro nomine eius verberarentur. Si verbera & vincula quę omnium videntur tristissima, gaudium pariunt, quid nos aliorum malorum mæstos efficere poterit?

Apoc. 2. 23 Psal. 30. Act. 5.

3 Ser. 15. in eandẽ epist. cap. 4.

IDEM explicans illa verba: Gauisus sum in Domino magnopere, quoniam tandem aliquando reflouruistis pro me sentire &c. ait: Non mundano more, neque temporaliter gauisus sum, sed in Domino. Non autem ideo gauisus sum, quòd ego recreationem habuerim, sed quod vos prospere profeceritis. Nam hoc ipsum recreatio mea est, vnde & adiecit, magnopere. Quoniam non erat corporale gaudium, neque propter suam ipsius recreationem gaudebat, sed propter ipsorum profectum. [Infra:] Quæ secundũ Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur. Pro illis contristari oportet, pro illis dolere, pro illis morderi. Ita contristabatur Paulus: Nam ex multa, inquit, afflictione, & anxietate cordis scripsi uobis per multas lachrymas. Quia enim rerum suarum gratia non habebat vnde lugeret, pro alienis hoc faciebat. Bona est eiusmodi tristitia, quouis mundano gaudio. Ita lugentem, ego omnibus hominibus præposuero, immo & ipse Dominus sic lugentes, beatos dicit. Tales lachrymæ, multa sunt refertæ lætitia, talis luctus, causa est gaudij. Tristemur tristitia quæ gaudij sit mater, & non lætemur gaudio quod tristitiam pariat. Fundamus lachrymas multam uoluptatem seminantes, & non rideamus risum, qui nobis stridorem dentium generet.

Gen. 30. 2. Cor. 7. Ibid. 2.

4 Lib. 3. contra duas epistolas Pelagian. c. 7. Psal. 115. Matt. 6. Ps. 17. & 24.

AVGVSTINVS sic ait: Quando bonum agonem luctatur iustus, & resistit, gaudet in gratiarum actione. Quando sicut homo in aliquo delicto præoccupatur, gemit. Quando vincit, clamat: Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi. Quando cadit, dicit: Dimitte nobis debita nostra. Propter illud dicit: Diligam te Domine virtus mea, propter hoc, Miserere mei Deus, quoniam infirmus sum. Propter illud ait, Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. Propter hoc, Turbatus est præ ira oculus meus. Et innumerabilia sunt, quibus diuinæ litteræ plenæ sunt, quę alternis vicibus, vel exultando de Dei bonis, vel mærendo de nostris malis, a filijs Dei dicuntur.

5 Enarra. 2. In Ps. 31. to. 8. Rom. 12. Rom. 8.

IDEM explicans illa verba: Exultatio mea erue me a circundantibus me, sic habet: Si iam exultas quid vis redimi, & erui? Exultatio mea, redime me. Audio vocem gaudij, exultatio mea, audio gemitum, redime me. Gaudes & gemis? Ita, inquit, & gaudeo, & gemo. Gaudeo in spe, gemo adhuc in re. Exultatio mea, redime me. Spe gaudentes, ait Apostolus: Ergo recte exultatio mea redime me. Vnde redime me? Sequitur, in tribulatione patientes. Iam iustificatus erat Apostolus. Et quid ait? Non solum ipse quit, sed etiam nosipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus. Vnde redime me. Quia ipsi in nobismetipsis ingemiscimus adoptionem expectãtes redemptionem corporis nostri. Ecce ergo vnde redime me, quia adhuc expectamus in nobis ingemiscentes redemptionem corporis nostri. Vnde ergo exultatio mea? Ibi sequitur idem Apostolus, & dicit: Spe enim salui sumus facti. Spes autem quæ videtur non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus per patientiam expectamus. Si speras gaudes, si per patientiam expectas, adhuc gemis; non.n. opus est patientia, ubi nihil mali perpeteris. Vbi premeris, ibi angustia est. Ergo si per patientiam expectamus, adhuc dicimus, Redime me a pressura, quæ circumdedit me. Quia vero spe salui facti sumus, simul utrumque dicimus, Exultatio mea, redime me. Respondetur, Intellectum tibi dabo, & statuam te in via hac qua gradieris. Statuam te in uia hac qua gradieris, ut hæreas ibi, & ut ab ea nõ aberres. Dabo intellectum ut cognoscas te semper, & semper gaudeas in spe ad Deum, donec ad illam patriam peruenias, vbi non iam spes, sed res erit.

Psal. 31.

6 In Ps. 37.

IDEM explicans uerba illa: Infirmatus & humiliatus sum usquequaq; (vel usq; nimis, vt August. legit) ait: Qui recordatur altitudinem sabbati, ipse videt quantum sit humiliatus. Nam qui potest cogitare quę sit illa quietis altitudo, non uidet ubi nunc sit. Propterea alius Psalmus dicit: Ego dixi in excessu meo, proiectus sum a facie oculorum tuorum. Assumpta.n. mente, uidit nescio quid sublime, & quod vidit nondum ibi totus erat, & quandam si dici potest, quasi coruscationem factam luminis æterni, vbi sensit non se ibi esse quod potuit utcumq; intelligere. Vidit vbi esset, & quemadmodum malis humanis infirmatus, & coarctatus esset, ait: Ego dixi in excessu meo, proiectus sum a facie oculorum tuorum. Tale est nescio quid quod vidi in estasi, vt inde sentiam quàm longe sum, qui nondum ibi sum. Iam ibi erat qui dixit, Raptus sum in tertium cœlum, & audiui ineffabilia verba, quę nõ licet homini loqui. Sed reuocatus est ad nos, vt gemeret prius perficiendus in infirmitate; vt sic postea indueretur virtute, animatus tamen quia vidit aliquid rerum quæ non licet homini loqui. Plangamus nos, & gemamus, agnoscamus vbi simus, recordemur sabbatum, & patienter expectemus quod ille promisit. Rugiebam a gemitu cordis mei. Attenditis plerumque interpellare gemitibus seruos Dei. Sed est gemitibus occultus qui ab homine non auditur; tamen si tanta occupauerit cor cogitatio desiderij cuiusdam, vt voce clariore exprimatur vulnus interioris hominis, quę ritur causa, & dicit homo apud semetipsum, forte illud est unde gemit, & forte illud illi factum est. Quis potest intelligere nisi ille, in cuius oculis & auribus gemit? Propterea rugiebam, inquit, a gemitu cordis mei. Quia homines si quando audiunt gemitum hominis, plerumque gemitum carnis audiunt, gementẽ a gemitu cordis, non audiunt. Abstulit nescio quis res huius, rugiebat, sed non a gemitu cordis, alius quia abstulit filium, alius quia uxorem, alius quia grandinata est vinea, quia cuppa acuit, quia diripuit iumentum ipsius nescio quis, alius quia damnum aliquod passus est, alius quia timet hominem inimicum. Omnes isti a gemitu carnis rugiunt. At vero seruus Dei, quia ex recordatione sabbati rugit, vbi est regnũ Dei, quod caro, & sanguis non possidebunt. Rugiebã, inquit, a gemitu cordis mei, & ante te est omne desiderium meum.

2. Cor. 12. 1. Cor. 15.

7 In Ps. 85.

IDEM explicans illa verba: Lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui, inquit, iucunda eam, quia ad te leuaui, eam, in terra enim erat, & in terra amaritudinem sentiebat, ne in amaritudine contabesceret, ne omnem tuæ gratiæ, suauitatem amitterem,

leuaui ad te, iucunda eam apud te. Solus enim tu es iucunditas, amaritudine plenus est mundus, quoniam ad te Domine animam meam leuaui. Quia tu Domine suauis es, ac mitis. Ideo iucunda, tamquam tædio affectus ex amaritudine terrenorum, indulcari voluit, & quæsiuit fontem dulcedinis, & in terra non inuenit. Quocumq; enim se vertat, scandala, tribulationes, timores, tentationes inueniebat. In quo homini securitas? De quo certum gaudium? Nec de seipso vtique, quanto magis de alio? Aut mali sunt, & necesse est eos pati, sed sperare, quia mutari possunt. Aut boni sunt, & sic eos oportet diligere, vt timeamus, quia possunt mutari, ne mali sint. Ibi malitia eorum facit amaritudinem animæ, hic sollicitudo & timor, ne labatur qui bene ambulat. Quocumq; ergo cor se conuerterit in terrenis rebus, amaritudinem inuenit, vnde dulcescat,
8. non habet, nisi leuet se ad Deum.
In Psl. 114

IDEM exponens uerba illa: Circumdederũt me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me, ait: Hæc, nisi aberrantem abs te, non inuenirent me, nunc autem illa me inuenerunt, ego vero ea non inuenieba, quia gaudebã prosperis sæculi, in quibus plus fallunt pericula inferni. Sed postea quam & ego tribulationem, & dolorem inueni, nomen Domini inuocaui. Latebat enim me tribulatio, & dolor vtilis, tribulatio de qua dat auxilium, cui dictum est, Da nobis auxilium de tribulatione, vana salus hominis. Ego enim de vana salute hominis gaudendum, & exultandum
Psal. 59. arbitrabar, sed cum audissem a Domino meo, Beati lugentes quoniam ipsi consolabuntur, non expectaui, vt prius amitterem bona temporalia, quibus male vtebar, & tunc lugerem, sed attendi in eadem temporalia bona, ipsam miseriam meam, qua talibus oblectabar, quæ & amittere formidarem, & tenere non possem. Attendi in eam vehementer, & fortiter, & me nõ solum excruciari aduersitatibus huius sæculi, sed etiã
Matt. 5. obligari prosperitatibus vidi, atque ita tribulationem & dolorem, qui me latebat, inueni, & nomen Domini inuocaui. Non hoc dicimus hominibus, vt quærant miseriam quam non habent, sed vt inueniant eam quam nescientes habent, neque hoc eis optamus, vt terrena necessaria, desinit eis, quibus indigent, dum mortaliter viuunt, sed vt hoc plangant, quòd amissa satietate cælesti, terrenis nondum ad fruendum stabilibus bonis, sed ad sustentandum necessarijs, indigere meruerunt. Agnoscant, & lugeant istam miseriam, faciat eos beatos lugentes, misericordia quę eos esse semper miseros noluit. [Infra:] Quoniam eripuit oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu. Nunc enim cum lapsus nostros periculosissimos cogitamus, non cessant a lachrymis oculi. Tunc autem eximet oculos nostros a lachrymis, quando & pedes a lapsu.

9 GREGORIVS explicans verba illa Iob 3. Antequam comedam suspiro, & quasi inundantes aquæ, sic rugitus meus ait. Suspirat antequam comedat, qui prius gemitibus tribulationis afficitur, & postmodum contemplationis refectione satiatur. Nisi enim suspiret, non comedit. Quia qui se in hoc exilio per desiderium cælestium lamenta non humiliat, æternæ patriæ gaudia non degustat. Aueritatis enim pabulo ieiuni sunt, qui in hac peregrinationis inopia lætantur. Suspirans Prophera comedebat cum diceret. Fuerũt mihi lachrymæ meæ panes. Luctu enim suo anima pascitur, cum ad superna gaudia flendo subleuatur, & intus quidem doloris sui gemitum tolerat, sed eo refectionis pabulum percipit, quo vis amoris lachrymas emanat. Et quasi inundantes aquæ sic rugitus mei. Aquæ cum inundant, cum impetu veniunt. Electi vero dum mentis suæ oculis diuina iudicia opponunt, dum de occulta super se sententia trepidant, dum se ad Deum peruenire posse confidunt, sed tamen ne non perueniant, metuunt, dum præteritorum suorum recolunt, quæ deflent, dum quæ sibi adhuc futura sunt, quia nesciunt, pertimescunt, quasi quædam in eis, aquarũ more, volumina colliguntur, quę in mæroris rugitus quasi in subiecta littora defluunt. Vir igitur sanctus, ipsas mæroris vndas, inundantes aquas vocauit. Nonnumquam vero iusti in ipsis bonis operibus positi trepidant, ac ne in eisdẽ occulto aliquo errore displiceant, continuis lamẽtis vacant. Vnde addit Iob. Quia timor quem timebam euenit mihi, & quod verebar accidit. Iusti igitur viri deflent, & pauent, & magnis se lamentis cruciant, quia deseri formidant, & quamuis de correptione sua gaudeant, eorum tamen trepidam mentẽ correptio ipsa perturbat, ne malum quod tolerant, nõ pia percussio disciplinę sit, sed animaduersio iusta vindictæ. Quod bene psalmista considerans ait, Quis nouit potestatem iræ tuæ.
Lib. 5. moral. cap. 7. to. 2.
Psal. 41.
Psal. 89.

IDEM exponens illa verba Iob c. 5. & mærentes erigit sospitate, sic habet: Mærentes Dominus sospitate erigit, quia hi qui eius desiderijs accensi prospera fugiunt, aduersa patiuntur, cruciatus persequentium tolerant, seque ipsos per lamenta castigant, tanto sublimiorem tunc sospitatẽ suscipiunt, quanto nũc cunctis mundi gaudijs deuote moriuntur. Hinc etenim p Salomonem dr. Cor quod nouit amaritudinẽ animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus. Humana etenim mens, animæ suæ amaritudinem scit, cũ ęternæ patriæ desiderijs accensa, peregrinationis suæ pœnã flendo cognoscit, sed in eius gaudio extraneus non miscebitur. Quia qui nunc a mærore compunctionis alienus est, tunc particeps ad lætitiam consolationis non est. Vnde Dominus in Euangelio ait: Amen amẽ dico uobis, quia plorabitis & flebitis uos, mundus aũt gaudebit, uos autem cõtristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Sospitate ergo Dominus mærẽtes erigere dicitur, quia pro se afflictos temporaliter, vera salute consolatur.
10 Lib. 6. moral. 10.
Prou. 14.
Eccl. 2.
Ioan. 16.

IDEM exponens verba illa Iob 33. c. Hæc omnia operatur Deus tribus uicibus per singulos, sic habet: De hoc tentato, flagellatoq; homine dictum superius fuerat. Abominabilis ei fuit in uita sua panis, & appropinquauit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis. Inferius vero subnexum est. Deprecabitur Deũ, & placabilis ei erit, & uidebit faciem eius in iubilo, & liberabit animam suam ne pergeret in interitum, sed uiuens lucem videret. In his itaq; iam collectis coacernatisq; sententijs, & supra mœror amaritudinis, & infra subiuncta est lætitia sæcuritatis, moxq; post hęc dicitur. Hæc omnia operatur Deus tribus vicibus p singulos, ac si diceret. Quod semel de uno dixi, hoc trib. vicibus per singulos agitur. Sed solerter intuendũ est, quæ tres istæ uices sint, quibus unusquisq; homo anxietate mæroris afficitur, & post mærorem protinus ad securitatem lætitiæ reuocatur. Igitur si uigilãter intendimus has tres vices mæroris & lætitiæ, in vniuscuiusq; electi animo, iltis alternari modis inuenimus, ideſt conuersione, tẽtatione, & morte. In prima quippe quam diximus conuersionis uice, gratus mæror est, cum sua vnusquisque peccata considerans, curarũ sæcularium vult compedes rumpere, & uiã Dei per spatium securæ conuersationis ambulare, desideriorum temporalium onus graue abijcere, & leue iugum Domini libera seruitute portare. Cogitanti enim ista, occurrit illa familiaris sua delectatio carnalis, quæ inueterata dudum, quanto eum diutius tenuit, tanto arctius astringit, atq; a se tardius abire permittit. Et quis
12 ibi mæror, quæ anxietas cordis, quando hinc spiritus uocat, hinc caro reuocat, hinc amor nouæ conuersationis inuitat, hinc vsus uetustæ peruersitatis impugnat, hinc desiderio ad cœlestem patriam flagrat, & hinc in semetipso carnalem concupiscentiam tolerat, quæ eum etiam aliquo modo inutum delectat? Recte ergo de hoc amarescente homine dici potest, abominabilis ei fit in vita sua panis, & appropinquauit corruptioni anima eius, & uita illius mortiferis,
11 Lib. 24. moral. c. 7.

sed

sed quia diuina gratia, diu nos istis difficultatibus affi
ci non permittit, ruptis peccatorum nostrorum vincu
lis citius nos ad libertatem nouæ conuersationis per-
ducit, & præcedentem tristitiam, subsequens lætitia
refouet, ita ut conuersi vniuscuiusque, animus, eo ma
gis ad votum suum perueniendo gaudeat, quo magis
se pro illo meminit laborando doluisse. Fit cordi im-
mensa lætitia, quia ei quem desiderat, iam per spē se-
curitatis propinquat, vt recte de hoc dici debeat, de-
precabitur Deum, & placabilis ei erit, & videbit faciē
eius in iubilo. At ne conuersus quisq; , iam sanctum se
esse credat, & quem mæroris pugna superare non va-
luit, ne ipsa postmodum securitas sternat, dispensante
Deo permittitur, vt post conuersionem suam, tentatio
num stimulis fatigetur. Iam quidem per conuersio-
nem, rubrum mare transitum est, sed adhuc in eremo
vitæ præsentis, ante faciem hostes occurrunt. Iam pec
cata præterita, velut extinctos Ægyptios post terga
relinquimus, sed adhuc nocentia vitia, quasi alij hos-
tes obuiant, vt ad terram promissionis pergentibus,
13 cœptum iter intercludant. Iam priores culpę velut in-
sequentes aduersarij diuina virtute prostratę sunt, sed
tentationum sti muli quasi hostes alij contra faciem ve
niunt, qui & cum nostro labore superentur. Ne ergo
securitas negligentiam generet, scriptum est. Fili acce-
dens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & timore, &
præpara animam tuam ad tentationem. Non enim ait
ad req..iem, sed tentationem. Quia hostis noster ad-
huc in hac vita nos positos, quanto magis nos sibi re-
bellare conspicit, tanto amplius expugnare cōtendit.
Eos enim pulsare negligit, quos quieto iure possidere
se sentit. Contra nos vero eo vehementius excitatur,
quo ex corde nostro quasi ex iure propriæ habitatio-
nis expellitur. Nonne in seipso Dominus sub quadam
dispensatione figurauit, qui diabolum non nisi post ba
ptisma se tentare permisit, vt signum nobis quoddam
futuræ cōuersionis innueret quòd membra eius post-
quam ad Deum proficerent, tunc acriores tentationū
insidias tolerarent? Post primam igitur vicem mæro-
ris atq; lætitiæ, quam vnusquisq; per studium conuer-
sionis agnoscit, hæc secunda suboritur, quia ne securi-
tatis negligentia dissoluatur, impulsus tentationis af-
ficitur. Et quidem quisque in ipso conuersionis initio,
magna plerumque excipitur dulcedine consolationis,
sed durum laborem postmodum experitur probatio-
nis. Tres quippe sunt modi conuersorum. Inchoatio,
medietas, atque perfectio. In inchoatione autem inue
niunt blandimenta dulcedinis, in medio quoq; tem-
pore certamine tentationis, ad extremum vero perfe-
ctionem plenitudinis. Prius ergo illos dulcia susci-
14 piunt quæ consolentur, postmodum amara quæ exer-
ceant, & tunc demum suauia atque sublimia quæ con-
firment. Nam, & sponsam suam prius vir quisq; dul ci
bus blandimentis fouet, quam tamen iam coniunctā,
asperis increpationibus probat, probatam vero, secu-
ris cogitationibus possidet. Vnde & plebs Israelitica
cum despondente se Deo, ad sacras mentis nuptias ex
Ægypto vocaretur, quasi arrharum vice prius accep
pit blandimenta signorum, coniūcta autem, probatio-
nibus exercetur in eremo, probata vero, in repromis-
sionis terram virtutis plenitudine confirmatur. Ante
igitur in miraculis degustauit, quod appeteret, post-
modum in labore tentata est. Si custodire nouerit,
quod gustasset. Ad extremum quoq; plenius accipere
meruit, quod laboribus probata custodiuit. Ita ergo vi
tam vniuscuiusque conuersi, & inchoatio blanda per-
mulcet, & aspera medietas probat, & plena post perfe
ctio roborat. Nam sæpe conuersi quique, in ipso ad-
huc aditu inchoationis suæ, vel tranquillitatem paca-
tissimam carnis, post hæc autem duris tentationū pro
bationibus fatigantur, a quibus tentationibus adhuc
cum inciperent, liberos se esse crediderunt. Quod di-
uinæ gratiæ dispensatione agitur, ne in inchoatione
sua tentationum asperitate frangantur, quia si eorum
initia amaritudo tentationis exciperet, tam facile ad
ea quæ reliquerant redirent, quam nec longius discef-
serant, nam contemptis prius vitijs quasi iuxta positis
replicarentur. Vnde scriptum est. Cum emisisset Pha- *Exo. 13.*
rao populum, non eos duxit Dominus per viam terrę 15
Philistijm, quæ vicina est, reputans ne forte pæniteret
eum, si vidisset aduersum se bella consurgere, & reuer
teretur in Ægyptum, itaque exeuntibus, e vicino bel-
la subtrahuntur, quia derelinquentibus sæculum, quę
dam prius tranquillitas ostenditur, ne in ipsa sua tene
ritudine, atque inchoatione turbati, ad hoc territi re-
deant, quod euaserunt. Prius ergo suauitatem securi-
tatis sentiunt, prius pacis quiete nutriuntur, post co-
gnitam vero dulcedinem, tanto iam tolerabilius ten-
tationum certamina sustinent, quanto in Deo altius
cognouere quod ament. Vnde, & Petrus prius in mon *Mar. 9.*
te ducitur, prius claritatem trāsfigurationis Domini- *Matt. 26.*
cæ contemplatur, & tunc demum tentari ancilla inter
rogante permittitur, vt per tentationem, factus sibi ex
infirmitate conscius, ad illud flendo & amando recur
reret, quod uidisset, & cum eum timoris unda in pec-
cati pelagus raperet, esset prioris dulcedinis anchora,
quæ retineret. Sæpe enim tam diutina sunt tentatio-
num certamina, quam longa inchoationum fuerant
blandimenta. Sæpe vero maius datur in inchoatione
dulcedinis, minus autem in labore probationis. Sæpe
minus in inchoatione dulcedinis, maius autem in la-
bore probationis. Numquam vero laborem tentatio-
nis dispar sequitur perfectio firmitatis. Quia iuxta
summam certaminis, remuneratur quisque plenitudi
ne perfectionis. Plerumque autem, in eo conuersus
quisque labitur, quod dum quibusdam donis gratiæ
dulcedine inchoationis excipitur, confirmationē ac-
cepisse se perfectionis arbitratur, & plenitudinem cō-
summationem æstimat, quæ adhuc blandimenta esse
inchoationis ignorat. Vnde fit, vt dum subita tētatio- 16
nis procella tangitur, despectum se Deo, & perditum
suspicetur. Plerumque autem conuersus quisque ta-
libus tentationum stimulis agitatur, qualibus ante con-
uersionis gratiam numquam tullatum se esse remini-
scitur. Non quia tunc hæc eadem tentationis radix
deerat, sed quia non apparebat. Humanus quippe ani
mus multis cogitationibus occupatus, sæpe sibimeti-
psi aliquo modo manet incognitus, vt omino quod to
lerat, nesciat. Quia dum per multa spargitur, ab inter-
na sui cognitione remouetur. Si autem Deo vacare
appetat, & ramos multimodæ cogitationis abscindat,
tunc libere cōspicit, quod de intima radice carnis pro
cedit. Plerumque vero ipsi tentationum stimuli, dum
in vsum veniunt, dilatantur, & non quidem acriores,
sed longiores existunt. Minus autem dolent, sed magis
inficiunt, quia dum menti diutius adhærent, tanto
fiunt minus pauendi, quanto magis assueti. Inter hæc
ergo depressa mens, huc illucque distenditur, & mul-
tiplicibus tētationum actibus dissipatur. Et sępe hinc
inde prouocata, cui tentanti vitio obuiet, vel quod pri
mum impugnet, ignorat. Ita vero circumferentibus
tentationum motibus angustatur, vt recte de eo di-
ci debeat. Abominabilis ei fit in vita sua panis, & ani
mæ illius cibus ante desiderabilis. Vel certe appropin
quauit corruptioni anima eius, & vita illius morti-
feris. Sed quia misericors Deus probari nos per-
mittit tentationibus, non reprobari, sicut scriptum
est. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra *1. Cor. 10.*
id quod potestis, sed faciet cum tentatione prouen-
tum vt possitis sustinere. Citius nobis consolatio- 17
nis ope succurrit, & surgentes tentationum stimu-
los mitigat, impugnantesque se cogitationum mo-
tus interna pace tranquillat. Moxque anima im-
mensam de spe cœlesti lætitiam percipit, dum de-
uictum malum respicit, quod tolerauit, vt iure de hoc
tentato, liberatoque homine dici debeat. Videbit

faciem eius in iubilo,& liberauit animã suam ne pergeret in interitum,sed viuens lucẽ videret.Istis itaq; duabus vicibus,ideſt conuersionis & probationis,per mærorem lætitiamq; tranſactis,supereſt tertia, cuius mœrorem adhuc sustineat,& gaudia consequatur.Post cõuersionis namq; certamina,post probationis ærumnam,restat adhuc dura tentatio.Quia venire non potest ad perfectæ gaudia libertatis, nisi prius debitũ solueriť humanæ conditionis. Conuersus autem quisq;, sibi caute sollicitus,tacite se cum considerare non cessat, æternus iudex quàm districtus aduenias, suumq; terminum quotidie prospicit,& ante seueritatem tantæ iustitiæ,quas rationes vitæ suæ sit posituras,attendit.Etsi cuncta praua opera quę intelligere potuit,deuitauit;venturus tamen coram districto iudice,illa magis quæ in semetipso non intelligit,pertimescit. Quis enim considerare valeat, quanta mala per momenta temporum ipsis inconstantibus cogitationum motibus perpetremus? Facile est enim opera peruersa vitare,sed nimis difficile est ab illicita cogitatione cor te
18 gere.Et tamen scriptum est,Væ vobis qui cogitatis inutile. Et rursum, labia dolosa in corde & corde locuti
Psal. 11. sunt mala. Et rursum,etenim in corde iniquitates ope-
Psal. 57. ramini in terra.Humana autem anima,semel æternitatis statum deserens,ad fluxum temporalitatis delapsa hanc mutabilitatem alternantium motionum, quam dum caderet, volens appetijt, dum conatur surgere, cogitur inuita tolerare. Inde quippe punita est, vnde delectata,quia inde conuersa habet laborem certaminis,vnde peruersa appetijt gaudium voluptatis. Sæpe ergo electis,etiam nolentibus,in cogitatione surrepit quod in se quidem solerter inspiciunt,& ante Dei oculos,quanti sit reatus attendunt, & cum de his omnib. semper iudicia districta pertimescant, tunc tamẽ hæc vehementer metuunt,cum adsoluendum humanę cõditionis debitum venientes,districtio iudici appropinquare se cernunt.Et sit tanto timor acrior, quanto & retributio æterna vicinior.Crescit pauor,vicina retributione iustitiæ, & vrgente solutione carnis, quanto magis districtum iudicium iam iamq; quasi tangitur, tanto vehemẽtius formidatur.Et si ea quæ sciũt numquam se prætermisisse meminerunt,formidant tamen illa quę nesciunt,quia videlicet semetipsos dijudicare & comprehendere omnino non possunt,atq; vrgente exitu, subtiliori terrentur metu. Neque enim tunc cuiuslibet anima immerito terretur, quãdo post pusillum hoc inuenit,quod in æternum mutare non possit. Consideramus quippe quod viam vitę præsentis nequaquam sine culpa transire potuimus, cõsideramus etiam quia nec hoc quidem sine aliquo reatu nostro est quod laudabiliter gessimus,si remota pietate iudi-
19 cemur. Quis enim nostrum vitam præcedentium pa-
Psal. 124. trum valeat vel superare vel assequi? Et tamen Dauid dicit,non intres in iudicium cum seruo tuo,quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Paulus
1. Cor. 4. cum diceret.Nihil mihi conscius sum,caute subiunxit,
1. Ioan. 1. sed non in hoc iustificatus sum.Ioannes dicit. Si dixe-
Iac. 3. rimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus,& veritas in nobis non est.Iacobus ait,In multis offendimus omnes. Quid ergo facient tabulæ,si tremunt columnæ?Aut quomodo virgulta immobilia stabunt,si huius pauoris turbine, etiam cedri quatiunt? Solutioni ergo carnis appropinquans,nonnumquam terrore vindictæ,etiam iusti anima turbatur. Cui,& si quid tranquillum in hac vita sapere potuit,mortis articulo interueniente,concutitur, vt iure dici debeat, abominabilis ei fit in vita sua panis,& animæ eius cibus ante desiderabilis.Vel certe propter pauoris pœnam hoc quod illic subditur, appropinquabit corruptioni anima eius,& vita illius mortiferis.Sed quia iustorum animæ a leuibus quibusq; contagijs,ipso sæpe mortis pauore purgantur,& æternæ retributionis gaudia iam ab ipsa carnis solutione percipiunt,plerumq; vero contemplatione quadam retributionis internæ, 20
etiam priusquam carne expoliantur, hilarescunt, & dum vetustatis debitum soluunt, noui iam muneris lætitia perfruuntur, recte dicitur, videbit faciem eius in iubilo. Iusti itaque anima,in iubilo faciem Dei cõspicit,quia tantum de lætitia interna percipit, quantum capere,vel assumpta vix possit. Ibi igitur lucem viuens videt,quia spiritalem oculum in radios interni solis infigit. Ibi lucẽ viuens videt,quia omni iam mutabilitatis vicissitudine calcata,veritati æternitatis inhæret,eique inhærendo quem cernit, ad similitudinẽ incommutabilitatis assurgit. Igitur Heliu de afflicto hoc liberatoque homine, quia prius mœroris amaritudinem; & postmodum gaudia consolationis expressit,apte subiunxit. Hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos,videlicet conuersionis,probationis,& mortis,quia per tria hæc, & duris prius stimulis mœroris afficitur, & magnis postmodum securitatis gaudijs refouetur.

Glorias, & honores contemnunt iusti in hac vita, diligitur autem a peccatoribus mundanus honor vehementer. Cap. V.

VLTRA ea quæ de ambitione disseruimus libro 1.c.20.late.

HIERONYMVS ad Pammachium iuuenem 1
nobilem qui mortua Paulina vxore sua, monachi pro *Epi. 27. ad Pammachium. to.1.*
posito suscepit,opes suas in pauperum subsidiũ elargiens ait:Non est parum virum nobilem,virum disertum, virum locupletem, potentium in plateis vitare comitatum,miscere se turbis,adhærere pauperibus,rusticis copulari,de principe,vulgum fieri. Sed quanto humilior, tanto sublimior est. Lucet margaritum in sordibus,& fulgor gemmæ purissimæ,etiam in luto radiat. Hoc est quod Dominus repromisit,glorificantes me,glorificabo. Alij hoc intelligãt de futuro, quãdo mæror vertetur in gaudium, & tranieunte mũdo, sanctorum corona non tranſit. Ego, & in præsentiarũ video sanctorum promissa compleri. Antequã Christo Pammachius tota mente seruiret,notus erat in senatu, sed multi alij habebant insulas proconsulares. Totus orbis huiusce modi honoribus plenus est. Primus erat,sed inter primos,præcedebat alios dignitate sed & alios sequebatur. Quamuis clarus honor vilescit in turba, & apud viros bonos indignior sit ipsa dignitas,quam multi indigni possident. At nunc omnes Christi Ecclesiæ Pammachium loquuntur. Miratur orbis pauperem, quem hucusque diuitem nesciebat.Quid consulatu illustrius? Annuus honor est, & postquam alius successerit,prior desijt. Latent in multitudine laureæ,& triumphi interdum,triumphantũ sordibus polluuntur.Plus ergo accepimus quam dedimus. Parua dimisimus,& grandia possidemus.

IDEM sic habet:Futuræ vitæ gloria,præsentis vi 2
tæ incommodis comparatur. Christianis, vexilla cru- *Epist. ad amicũ quẽ instituit in scientia diuinæ legis. to.9.*
cis sunt deliciæ,trophæa nostræ vitæ,non pompis sed miserijs reportantur. In nostra classe, viri fortes opprobria sciunt portare,non munera. Paupertati nobilitati,futurorum beatitudo promittitur. Retrahit quidem verecundia senatorem,ne sequatur pauperem Christum, sed audiat a Christo, qui me confusus fuerit, & mea verba, in generatione hac adultera & peccatrice, & filius hominis confundet eum in gloria Patris sui cum Angelis sanctis. Turpe est inter parentes senatores, pro Christo voluntaria humilitate deiectum esse. Displicet amicis, si post ambitiosi habitus cultum, plebeia & ignobilia indumenta mutentur. Sed si hominibus placere vellem ait, Apostolus, Christi seruus non essem. Et Propheta *Gal. 1.*
in Psalmo, quoniam Deus dissipat ossa eorum *Psal. 52.*
qui hominibus placent, confusi sunt quoniam Deus sprevit eos. Dicat vnusquisque, quod velit,

lit,ego interim de me pro sensus mei paruitate iudicaui, melius esse confundi coram peccatoribus super terram, quam coram Angelis sanctis in cœlo. Esaias vir in sua gente nobilissimus, qui socer regis Ezechiæ fuisse refertur,iussu Dei,deposito cilicio nudus incedit,nec tã ardui præcepti pudore deterritus est, quominus Dei imperium sequeretur,quia nihil honestius esse homini,quam creatori suo parere iudicabat. Ioãnes quoq; Baptista,nobilis & in carne,& in spiritu natus,cilicium a pueritia in habitum, & locustas elegit in cibum,qui nec peccati conscientia,nec paupertatis inopia ad huius gloriam oneris, sed sola futuri sæculi beatitudine trahebatur. Et reuera si amator gloriæ sũ, si superbiæ,si ambitionis, aut pompæ, dum illi omne studium meæ uoluntatis impendo, Domino seruire non possum, quia duobus domini seruire non posse scriptum est. Non estis vestri dicit Apostolus,empti enim estis pretio magno,glorificate & portate Deum in corpore vestro.

1. Cor. 6.

3 IDEM exponens uerba illa: Est malum quod vidi sub sole, quasi per errorem egrediens a facie principis,positum stultum in dignitate sublimi,& diuites sedere deorsum. Vidi seruos in equis, & principes ambulantes qua si seruos super terram,inquit. Hanc iniquitatem se in sæculo perspexisse commemorat, vt in mundi potestatibus, vel in Ecclesiæ principatu sedeãt hi qui diuites sunt in sermone atq; sapiẽtia,& in operibus bonis,ignobiles sedeant,& imprudens quisq; in Ecclesia principatum teneat. Hoc autem fit a uultu eius,qui in sæculo habet potestatem,vt potentes quoque,& doctos uiros premat,nec eos in populis apparere permittat. Illos uero quos scit imprudentes esse, in ecclesijs faciat esse maiores, vt cæci a cæcis ducãtur in foueam. In hunc sensum facit & illud quod sequitur, Vidi seruos in equis,& principes ambulantes super terram quasi seruos. Quod hi qui serui sunt vitiorum atq; peccati, subita a diabolo dignitate per flagitia publica sublimentur,magister autẽ nobilis quisq;, & prudens, paupertate oppressus, gradiatur itinere officioque seruorum. [Infra:] Non simus itaq; tristes si in hoc sæculo humiles esse uideamur, scientes a facie diaboli stultos subleuari, & diuites deijci, seruos insignia habere dominorum, & principes seruorum ingredi vilitate.

In c. 10. Ecclesiastes 10.7.

4 AVGVSTINVS sic habet: Mundum Deus propter exercitium fecit, & omnibus copijs honestauit, duas causas proponens,præsentem,& futuram,cœlestem,& terrenam, ut ad probationem esset homini,vt qui spreta futura vita præsentem eligeret, carni deputaretur,qui vero præsenti futuram anteponeret,spiritalibus dignus haberetur, & qui iniuste pressus potentia iniustorum, quærelam Deo resignaret,in futuro iudicio releuatus,spiritali gloria honoraretur. Vnde nullus sanctorum in mundo gloriosus apparuit,neq; præsentes dilexit delicias. Hinc Apostolus, habentes inquit,victum, & quibus tegamur, his contenti sumus. Sed qui est Christianus ẽt dolet, si felix sit in sæculo, cum christianorum dignitas & felicitas, non in terris promissa sit,sed in cœlis. Quomodo christianũ se dicit, qui non illic gloriari vult, vbi promissum est, sed hic vbi prohibitum est? Si enim expediret præsentibus frui,non utiq; hæc contemnentibus,cœlestia promitterentur.

Lib. quæst. veteris & noui Testam. to. 4.

1. Tim. 6.

5 IDEM: Postquã multa dissensisset de bellis Romanorum,& quã multa parrassent facinora, ducti ingenti amore gloriæ mundanæ, proprios enecantes filios,uicti amore patriæ, laudisq; immensa cupidine, docens in hoc capite,quibus moribus antiqui Romani meruerint,vt eorum augeretur imperium, inquit: Romani,laudis auidi, pecuniæ liberales erant, gloriã ingentem,diuitias honestas uolebãt,hanc ardẽtissime dilexerunt,propter hanc viuere voluerunt,pro hac,& mori non dubitauerunt. Ceteras cupiditates, huius vnius ingenti cupiditate pressерunt. Ipsam deniq; patriam suam,quoniam seruire videbatur ingloriam,dominari vero atq; imperare gloriosum, prius omni studio liberam,deinde dominam esse concupierũt. Hinc est quod regalem dominationem non ferentes,annua imperia, binosq; imperatores sibi fecerunt,qui consules appellati sunt a consulendo,non reges aut Dñi a regnando,atq; dominando,cum & reges vtiq; a regẽdo dicti melius videantur. Expulso itaq; rege,& consulibus institutis,ciuitas quantum breui creuerat,tãta cupido gloriæ incesserat. Ita ergo laudis auiditas,& cupido gloriæ,multa illa miranda fecit,laudabilia scilicet atq; gloriosa secundum hominum existimationem. [Infra:] Cum esset adepta libertas, tanta cupido gloriæ incesserat,vt parum esset sola libertas, nisi & dominatio quæreretur. Hoc illa profecto laudis auiditas, & gloriæ cupido faciebat. Et c. 13. Tullius in libris quos de Republica scripsit, vbi loquitur de instituẽdo principe ciuitatis,quem dicit alendum esse gloria, & consequenter commemorat maiores suos multa præclara, gloriæ cupiditate fecisse. Huic ergo vitio non solũ non resistebant, verum etiam id excitandum & accendendum esse censebant, putantes hoc vtile esse Reipublicæ. Quamquam nec in ipsis philosophiæ libris,Tullius ab hac pene dissimulet, ubi eam luce clarius confitetur. Cum enim de studijs talibus loquereretur, qua vtiq; sectanda sunt fine veri boni,non uentositate laudis humanæ, hanc inuulit vniuersalem generalemque sententiam. Honos alit artes, omnesq; accenduntur ad studia,gloria.

Lib. 5. de Ciuit. Dei c. 12. to. 5.

6

7 IDEM disputans de resecando amore laudis humanæ ait: Huic igitur cupiditati melius resistitur, sine dubitatione,quam ceditur. Tanto.n.quisq; est Deo similior,quanto ab hac immunditia mundior. Quæ in hac vita,& si non funditus eradicatur ex corde, quia etiam bene proficientes animos tentare non cessat,saltem cupiditas gloriæ superetur dilectione iustitiæ. Tã enim est hoc vitium inimicum piæ fidei, si maior in corde sit cupiditas gloriæ quàm Dei timor vel amor, vt Dominus diceret. Quomodo potestis credere,gloriam ab inuicem expectantes; & gloriam quæ a solo Deo est non quærentes? Item de quibusdam qui in eum crediderunt, & uerebantur palam confiteri, ait Euangelista. Dilexerunt gloriam hominum magis quam Dei. Quòd sancti Apostoli non fecerunt, qui inter maledicta,& opprobria non sunt deterriti.

Eodem lib. c. 14.

Ioan. 5.

Ioan. 12.

8 IDEM explicans verba illa: Et dominabũtur eorum iusti in matutino,inquit,dominabuntur iusti mane, tolera noctem, desidera mane, ne putes quia nox habet vitam,& mane non habet vitam. Mane apparebit,idest,cum sæculi huius incerta transierint. Nunc tenebræ tibi videntur. Facit male,viuit,floret,terret, honoratur. Facit bene, reprehenditur, blasphematur, accusatur,laborat,terretur,quasi tenebræ sunt. In radice autem vigor,fructus, opulentia,uita nondum est in ramis, sed radix non aruit, similis arescenti est, sed tempus venit vestitur honore suo, fecundatur fructibus suis. Tunc impij sicut fœnum velociter arescent, & sicut olera prati cito cadent. Cadent, cum videbũt ad dexteram sanctos, & dicent. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij, nos insensati vitam illorum æstimabimus insaniam. Cum enim cœperit Deo quisque viuere,mundum contemnere, iniurias suas nolle vlcisci, nolle hic diuitias, non hic quærere felicitatem terrenam,Dominum solum cogitare, dicitur insanus. [Infra:] Dominabuntur ergo eis recti, non modo,sed mane. Nemo dicat quare sum Christianus, impero nemini. Quisquis es noli festinare, & dominaberis sed mane. Et auxilium eorum veterascet in inferno a gloria eorum. Modo habent gloriam, in inferno veterascent. Quid est auxilium eorum? Auxilium de pecunia, auxilium de amicis, auxilium de virtute sua. Sed cum

Cõcione 22 in Ps. 48. to. 8.

Ps. 36.

Ps. 5.

Psal. 48.

mortuus fuerit homo,in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Quantum vitus est gloriam habere inter homines cum uiueret,tantam uetustatem & corruptionem suppliciorum habebit, cum mortuus fuerit. Psl. 145.

9 GREGORIVS explicans uerba illa: Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim inquit. Quasi firma radice stultus in terra figitur, qui totis desiderijs in terreno amore solidatur. Vnde & primus Cain ciuitatem in terra construxisse dicit, vt aperte monstraretur, quia ipse in terra fundamentū posuit,qui a soliditate cœlestis patriæ,alienus fuit. Quasi firma radice stultus attollitur, quando hic temporali prosperitate fulcitur,vt omne quod appetit assequatur,aduersa nulla sustineat,contra infirmos sine repugnatione prœualeat,ad maiora commoda ex peiori semper actione perueniat, vt vnde viam vitæ deserit,inde ad tempus,felicior uiuat. Sed cum malos florere infirmi conspiciunt,trepidant, & apud semetipsos peccantium prosperitate turbati, intus in gressibus mentis nutant. Quorum profecto speciem sumpsit Psalmista cum diceret. Mei autem pene moti sunt pedes,quia zelaui in peccatoribus pacem peccatorum uidens. Cum uero eorum gloriam fortes aspiciūt,protinus quæ post gloriam pœna sequatur attendunt, & alta intus cogitatione despiciunt hoc quod foris superbi fastu vacuæ inflationis intumescunt. Bene ergo dicitur. Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Pulchritudini quippe stulti maledicere,est eius gloriam ex considerata damnatione iudicare, quia eo atrocius in tormentis obruit, quo altius in peccatis eleuatur, quia cum pertransit, quod extollitur,permanet quod punitur. Qui honoratur in uia,in peruentione damnabitur. Et quasi,per amœna prata in carcerem peruenit, qui per præsentis vitæ prospera ad interitum tendit. Notandum uero, quod cum stulti pulchritudini maledixisse se dicit,protinus addidit,statim. Mos namque humanæ & infirmæ mentis est,vt cum earum rerum quas respicit,qualitate uarietur,sæpe eius iudicium cum ipsa præsentis rei specie ducatur, & iuxta hoc quod aspicit, intētio illius,sensusq; formetur. Nam plerumque nonnulli, dum quorundam gloriam cernunt,eiusdē glorię aspectibus delectantur,ac magnum aliquid æstimant,seq; vt talia mereātur exoptant. Cum vero glorioſos quosque,aut deiectos,subito aut fortasse etiam morientes aspiciunt,quia humana gloria omnimodo nihil sit,cū gemitu fatentur,ita vt protinus dicant. Ecce quam nihil est homo. Qui hoc nimirum rectius dicerent, si cū 11 in gloria hominem cernerent, tunc eius interitum cogitantes,transeuntem potentiam nihil esse sensissent. Tunc quippe est humana elatio pensanda quām nihil sit,cum sese super ceteros successibus extollit. Tūc considerandum est, quo cursu felicitas transuolet, cū ante humanos oculos quasi permanens pollet. Nam gloriam morituri nihil esse,in ipsa iam morte pensare, infirmi quilibet possunt. Bene itaq; dicitur, Vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim. Ac si aperte diceret,contra stulti pulchritudinem moram in maledictione non habui quia cum hāc cernerem,simul etiam pœnam sequentem vidi. Non.n. statim maledicerem,si qua me gloriæ illius delectatio tenuisset, sed sine tarditate maledixi, quia supplicia mansura conspiciens,eius potentiam sine dubitatione reprobaui.

12 IDEM explicans illa verba Iob 39.capite. Num- Li.31.Moval c.10. quid præbebis equo fortitudinem, ait: Equi nomine Eccl. 10. in sacris litteris aliquando dignitas temporalis accipitur,Salomone attestante qui ait: Vidi seruos in equis, & principes ambulantes quasi seruos super terram. Serui in equis sunt,cum peccatores præsentis uitæ dignitatibus efferuntur. Principes uero quasi serui ambulant,cum multos dignitate virtutum plenos, nullus honor erigit,sed summa hic aduersitas, velut īdignos deorsum premit. Hinc rursum dicitur, Dormitauerūt Psl. 75. qui ascenderunt equos,idest in morte animæ, mentis oculos a veritatis luce clauserunt, qui in præsentis uitæ honore,confisi sunt.

Gloriandum est homini in solo Deo,non in mundo, cuius gloria non stat, sed volat,& pertransit statim.
Cap. VI.

ORIGENES Prœter ea quæ adnotauimus lib. 2.c.29. explicans uerba illa uidi impium super exaltatum,& eleuatum sicut cedros libani, & trāsiui, & ecce non erat,quæsiui eum, & non est inuentus locus eius,sic habet. Quia frequenter nos infirmi videntes iniquos quosq; & impios,in hac uita cū omni felicitate degentes, & prosperis successibus florentes,abundare diuitijs,honoribus,fecunda & uniuersa prole gaudere,delicijs fluitare,scandalizamur,& dicimus in cordibus nostris. Vbi est iustitia Dei? Propterea ergo nunc sermo diuinus ex persona iustorum dicit. Vidi impium non solum exaltatum sed superexaltatū, & eleuatum, non super arbores qualescumq; sed super cedros libani,vt et arbor excelsa nimis sit,& locus mōtis cunctis excelsior,& tū uidens hæc omnia, transiui (inquit) & ecce non erat. Quid putas illud est quod transit iustus,vt ista cesset elatio? Cum uidemus extolli impios, & in nimiam superbiam crescere, transeamus,& nos mente & intellectu ab his quæ uidentur, & temporalia sunt, & transferamus sensum nostrum ad ea quæ non uidentur,& æterna sunt. Cogitemus, temporalia hæc esse,& paucorum dierum,quæ videntur elata. Transiui, & ecce non erat,quia peccatores non computantur esse. Vnde in libro Esther dicitur. Non tradas Domine sceptrum tuum his qui nō sunt. 2 Donec ergo quis miratur superbos in elatione sua, do Cap. 14. nec adulatur quis peccatoribus,certū est eū non trāsisse,nec vidisse quæ non sunt,sed permanere in hoc præsenti statu: & idcirco mirari in eis præsentē gloriā. Si autem eo modo transeat quo superius diximus, idest mente a præsentibus ad futura,tunc dicit de eo quem viderit elatū sicut cedros Libani,quia transiui,& ecce non erat. Si imitatores Dei,non expectas quousq; iste elatus humilietur,& extinguat,sed apud temetipsum, & in animo tuo trasisse ea iam cernis, si ipse sensu trāseas a præsentibus ad futura. Accipe exemplū ad hæc. Si nauigijs,& naui positus uides terras, & promontoria,& montes transeuntia,non quo illa continuo moueantur,sed quia tu vento prospero flante transis, illa se subducere videntur ac ferri,ita & in hoc ergo, si sancti Spiritu mentem tuam perflante & spirante,secundo & prospero nauiges cursu,pertrāsies sensu tuo omnia hæc quæ videntur,quia temporalia sunt, & intueris illa quæ æterna sunt,sine dubio dicis,quia hæc omnia quæ uidentur iam non sunt, quia nec futura sunt.

IDEM explicans verba illa: Vbi est ergo gloriatio 3 tua? inquit. Excludit omnis gloriatio quæ ex legis operibus venit,quia non habet humilitatē crucis Christi. In qua qui gloriatur audi quid dicit. Mihi autē absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est,& ego mundo. Vides Apostolum non gloriantem super iustitia sua,neque super castitate,neq; super sapientia,neq; super ceteris uirtutibus uel actibus suis,sed apertissime pronūtiantem & dicentem. Qui gloriatur, in domino glorietur. Quis enim recte vel super castitate sua gloriabitur,cum scriptum sit, quomodo gloriabitur quis castum se habere cor? Aut quis gloriabitur super sapientia,cum Christum videat, quia mundus per sapientiā non cognouit Deum, & ideo placuit Deo per stultitiam prædicationis crucis Christi saluos facere credētes? Quis autem uel super iustitia sua gloriabitur,cum audiat Deum per Prophetam dicentem, quia omnis Esa. 64.

iustitia

Li. 3. in. 3. epist. Pauli ad Rom. to. 3. Gal. 6.

Phil. 3.

Prou. 20. 1. Cor. 1.

iustitia uestra sicut pannus mulieris menstruatæ? Sola igitur iusta gloriatio, est in fide crucis Christi.

4 IDEM exponens uerba illa: Non solum aũt sed, & gloriamur in tribulationibus ait. Sermo gloriationis, interdum laudabiliter in scripturis, interdum culpabiliter ponitur. Etenim cum dicit Hieremias, non glorietur sapiens in sapientia sua, nec dines in diuitijs suis, nec fortis in fortitudine sua, sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire, & nosse me, quia ego sum Dominus, qui statuo misericordiam, & iudicium, & iustitiã super terram, in uno eodemque capitulo gloriationẽ, & laudabiliter, & culpabiliter posuit. Nam si quis inquit gloriatur uel in sapientia sua, uel in fortitudine, uel in diuitijs, culpabiliter gloriatur. Si quis uero in agnoscendo Dominum gloriatur, & in intellectu iudiciorum eius, & misericordiæ, & iustitiæ, laudabiliter gloriatur. Requirendum ergo nobis est, in quibus recta gloriatio, & in quibus minus recta gloriatio sit. Quod ita poterimus agnoscere si naturas rerum competenti distinctione teneamus. Omnia enim quæ sunt uel aguntur, aut bona sunt aut mala, aut indifferentia. Bona dicuntur ea quæ ad uirtutes animi pertinent, sicut, & mala quæ ad malitiam spectant, & contra legẽ Dei aguntur. Indifferentia uero sunt omnia alia, diuitiæ, species corporis, fortitudo, uel proceritas, & ea quæ usibus corporis seruiunt. Si quis igitur gloriatur in his quæ non sunt uere bona, nec ad uirtutem animi pertinent, culpabiliter gloriatur. Paulus uero qui in his erat peritissimus, cum dixisset quia gloriamur in tribulationibus nostris, ne forte putaretur in rebus indifferentibus, & medijs gloriari, reddit continuo rationem, & ostendit, quia gloriatio sua quam in tribulationibus habet, ad uirtutem animi pertineat. Dicit. n. quia tribulatio pro qua glorior, patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio uero spẽ, spes uero non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum. Et in his docet, quòd per succedentes sibi uirtutes gloriatio tribulationum usque ad sancti Spiritus cultum ascendat, sicut & alibi dicit, qui gloriatur, in Domino glorietur. Neque ergo in sapientia propria, nec in diuitijs, nec in fortitudine, sed in Deo solo conuenit gloriari. Sed dixit Propheta. Non glorietur sapiens in sapientia sua. Qui enim in sua, & non in Dei sapientia gloriatur, culpabiliter gloriatur, quia & alibi dicit Propheta. Væ eis qui sapientes sunt apud semetipsos, & in oculis suis prudentes. Dei ergo sapientia est Deum cognoscere, & intelligere misericordiam eius, & iustitiam, in quo qui gloriatur, in domino gloriatur.

6 CHRYSOSTOMVS explicans uerba illa: Quoniam multi gloriantur secundum carnem, & ego gloriabor, ait. Secundum carnem gloriatur, qui gloriatur ab externis, a nobilitate, a diuitijs, a sapientia, a progenitoribus, a magna existimatione. In his gloriari, insipientiam censet. Nam si in ueris bonis gloriari insipientia est, multo magis in uanis. Dicit ergo Paulus. Ne puteis quòd quasi uirtutem hæc ponam, sed quoniam in his pseudoapostoli gloriantur, cogor, & ego hinc comparationem facere, quòd scilicet, & alibi facit dicens, Si quis uidetur confidere in carne, ego magis, & illic propter eos qui confidunt in hoc. Libenter iustinetis insipientes, uocat hoc nomine, gloriantes in se aut suis bonis.

7 IDEM sic habet: Depingamus priorem nostram uitam, an non omnia terra fuerint, & unda, puluerẽ & instabilem, & fluidum habentia? Si uultis, non priora sed præsentia discutiamus, An non inuenturi sumus omnia puluerem esse, & undam? Quid enim uis dicam? principatus & potestates? Verum inuenerit quis quam puluerem in aere magis persistentẽ, quam illos nunc potissimum. Cui namq; subiecti non sunt? Qui heri in tribunali sedebat sublimis, qui præcones habebat uoce magnifica clamantes, & multos præcursores, & circa forum insequentes, hodie uilis, & abiectus, & omnibus illis spoliatus, & nudus instar pulueris excussi, & undæ præterfluentis, se habet. Quemadmodum autem puluis pedibus nostris eundo excitatur, ita & principatus ab illis creantur, qui circa pecunias uersãtur, & pedum locum obtinen in omni uita. Et quemadmodum puluis quando excitatur, magnam aeris partem occupat, cum ipse sit exiguus, ita, & principatus. Atq; ut puluis oculos excæcat, ita & principatus fastus, oculos mentis excæcat. Sed quid? Vis rẽ istam peroptabilem, diuitias uidelicet discutiamus? Habent delicias, habent honores, habent potentiam. Deliciæ nonne puluis sunt? Immo puluere citius euanescũt. Voluptas enim deliciarum, ad linguam usque pertingit. Quando uero repletus fuerit uenter, iam ne ad linguam quidem usque. Item diuitiæ, ignominiæ nobis causa sunt; nam non tu dines honore potiris, sed diuitiæ, maiore præditæ honore, quàm qui possidẽt. Sunt quoq; non potentiæ, sed infirmitatis iudicium.

8 HIERONYMVS exponens uerba illa: Et surrexi, & egressus sum in campum, & ecce ibi gloria Domini stabat, ait: Egressus in campi latitudinem uidit stantem gloriam Domini, quam prius uiderat ambulantem, & eleuantem se. Quia iuxta fluuium sæculi huius Chobar, qui interpretari potest grauissimus, gloria cernebatur. Quod significat omnem mundi huius gloriam præterfluere, & gradum stabilem non habere. Gloria autem Domini stans, & perseuerans, cum stante Propheta uidetur in campo, quæ in medio captiuorum, nec stare poterat, nec uideri.

9 IDEM explicans uerba illa: Quid faciam tibi Ephraim, quid faciam tibi Iuda? Misericordia uestra quasi nubes matutina, & quasi ros mane pertransiens inquit. Prouocat Dominus homines ad misericordiã, & reuerti cupit ad salutem. Sed illi delicias huius sæculi, & refrigeria, quasi nubem, & rorem, qui cito transeat, consectentur, quibus in Euangelio dicitur. Stulte hac nocte repetunt animam tuam a te, quæ autem parasti, cuius erunt? Et dines ille purpuratus, qui ante ianuas suas iacentem Lazarũ contemnebat, omne quod fruitus est instar nubis & roris trãsisse cognouit. Nos autem nubem diligamus illam, quæ perpetua est, & quæ a mundi huius ardore nos protegit, cui sedens Dominus in Aegyptum uenit, & omnia Aegyptiorũ simulachra confregit. Amemus illum rorem, de quo Moyses loquitur. Descendant sicut ros uerba mea.

10 AVGVSTINVS inquit: Placuit Deo, quo maxime humanæ superbiam præsumptionis extingueret, ut non glorietur omnis caro coram ipso, nisi de meritis suis? Quæ quidem potuit habere, sed perdidit, & per liberum arbitrium perdidit. Propter quod non restat liberandis, nisi gratiam Saluatoris. Ita ergo non gloriatur omnis caro coram ipso. Non enim gloriantur iniusti, quia non habent unde, nec iusti, quia ex ipso habent unde, nec habent gloriam suam nisi ipsum cui dicunt. Gloria mea, & exaltans caput meũ. Ac per hoc ad omnem hominem pertinet, quod scriptum est. Vt non glorietur omnis caro coram ipso. Ad iustos autem illud. Qui gloriatur, in Domino glorietur. Hinc est, quod in hoc loco miseriarum, ubi tentatio est uita humana super terram, uirtus in infirmitate perficitur, quæ uirtus, nisi ut qui gloriatur, in Domino glorietur? Ac per hoc nec de ipsa perseuerantia boni, uoluit Deus sanctos suos in uiribus suis, sed in ipso gloriari.

11 IDEM exponens uerba illa: Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuę ait, Dixit prius, dilexi decorem domus tuæ, & exponit quid sit decor domus Dei. Locus inquit, habitationis gloriæ tuæ. Quę est gloria Dei? Vt qui sint bonus, non in se, sed in Domino glorietur. In quibus sic habitat Deus, ut de bonis suis ipse glorificetur, ut non sibi uelint tribuere, & quasi proprium uendicare, quod

Ps. 75.
Lib 4. in c. 5. epist. ad Rom. Hier. 9.
1 Hom. 5. in Psal. 36. to. 2.
2 Cap. 14.
3 Li. 3. in. 3. epist. Pauli ad Rom. to. 7. Gal. 6.
Phil. 3.
Rom. 7. in c. 3. epist. ad Coloss.
Prou. 20.
1. Cor. 1.
Esa. 64.
Ho. 24. in c. 11. epist. 2. ad Cor. to. 4.
Li. 1. in c. 3. Ezech. to. 4.
Lib. 2. in c. 5. Oseæ. to. 5.
Luc. 12.
Luc. 16.
Esa. 19. Deut. 32.
Lib. de correptione, et gratia. c. 7.
2. Cor. 12.
Enarratione 2. in Ps. 25. to. 8.

re,quod ab illo acceperint, ipsi pertinent ad decorem domus Dei. Nec discerni illos valet scriptura, nisi qa sunt quidam,qui donum Dei habent,& nolũt in Deo gloriari,sed in se habent quidam donum Dei,sed non pertinent ad decorem domus Dei. Qui enim pertinent ad decorem domus Dei,in quibus habitat gloria Dei,ipsi sunt locus habitationis gloriæ Dei. In quibus autem habitat gloria Dei, nisi qui sic gloriantur, vt non in se,sed in Domino glorientur?

12 *In Psal. 53. Esa. 40. Psal. 36.* IDEM explicans verba illa: Et super inimicos meos respexit oculus meus (nostra lectio habet,despexit) sic habet. Florem illorum transijt, altitudine cordis,& perueniens inde ad te, respexi super illos & vidi,quia omnis caro fœnum,& omnis gloria eius tanquam flos fœni. Sicut quodam loco iterum dicitur. Vidi impium superexaltari, & eleuati sicut cedros Libani, transiui,& ecce non erat. Quare non erat? Quia transisti. Quid est, quia transisti? Quia non sine causa,sursum cor habuisti,quia non in terra vbi putrescere remansisti,quia leuasti animam tuam ad Deum,& transcendisti cedros Libani, & de illa celsitudine attendisti; & ecce non erat, & quæsisti eum,& non est inuentus locus eius. Iam labor nõ est ante te, quia intrasti in sanctuarium Dei, & intellexisti in nouissima.

13 *Concio. 1. in Psal. 70. Rom. 10.* IDEM explicans verba illa: Quoniam non cognoui litteraturam,introibo in potentias Domini, sic habet: Litteratura detestanda est illa, de qua dixit Apostolus. Ignorantes Dei iustitiam & suam volentes statuere,iustitiæ Dei non sunt subiecti. Contra quam dicit idem. Non ex operibus, ne forte quis glorietur. Quomodo ergo? Numquid non operabimur bonũ? Operabimur,sed ipso in nobis operante. Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus bonis,& non de operibus gloriantes. [Infra:] Ego de gratia tua Domine uo lo gloriari. Mihi autem ait Apostolus, Absit gloriari nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi,vt viuat in me Christus. In ipsa gratia gloriãs, litteraturam non cognoui,idest homines de litteratura præsumentes,& a gratia resilientes, toto corde reprobaui. Merito sequitur. Introibo in potentiam Domini. Non meam, sed Domini, nam illi in potentia sua de littera gloriati sunt. Sed quia littera occidit, spiritus autem viuificat,non cognoui litteraturam,& introibo in potentiam Domini. Domine memorabor iustitiæ tuæ solius. Hoc solius. Quid addit,solius,rogo vos? Sufficeret,memorabor iustitiæ tuæ. Solius, inquit,prorsus,vbi meam non cogito. Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti,quid gloriaris quasi non acceperis? Iustitia tua liberat me,mea sola, non sunt nisi peccata. Nõ glorier ergo de viribus meis reprobem homines de littera gloriantes,& de suis viribus peruerse tamquam phrenetici præsumentes, reprobem tales,intrem in potentiam Domini, ut quando infirmus sum, tunc potens sim, vt tu in me sis potens;quoniam memorabor iustitiæ tuæ solius.

1. Cor. 4.

14 *In Psal. 102.* IDEM in fine exponens illa verba: Memẽto quia puluis sumus,homo sicut fœnum dies illius,ait: Attendat quid sit homo non superbiat homo,tanquam fœnum dies illius. Quid superbit fœnum ad tempus modo florens, post paululum arescens? Quid superbit fœnum ad tempus uigens, & hoc ad paruum tempus donec sol candescat? Sicut flos agri sic efflorebit. Totus splendor generis humani, honores,potestates,diuitiæ,minæ,tumores,flos fœni est. Floret illa domus & magna domus,floret illa familia & quam multis floret, aut quam multis annis uiuunt. Multi anni tibi, breue tempus Deo,Deus non sic numerat, quomodo numeras. In comparatione longorum & longa viuentium sæculorum, omnis flos cuiuscunqne domus sic est quomodo flos agri. Quicquid ibi viget, quicquid ibi candet,quicquid ibi pulchrum est,non perannuat, imo per totum annum duci non potest. Quam exiguo tempore transeunt flores & hoc est pulchrum in herbis. Hoc quod valde pulchrum est,cito cadit. Omnis caro fœnum, & claritas hominis,vt flos fœni,fœnum aruit,& flos decidit,verbum autem Domini manet in æternum. [Infra:] Quoniam spiritus pertransibit in illo,& non subsistet,& non cognoscet amplius locum suum. Videte quotidie morientes, & hoc erit totum, ipse erit finis.

Esa. 40.

15 *Serm. 1. do minica in ramis palmarum. Ibid.* BERNARDVS sic habet: Processioni hodie coniuncta est passio,vt videas,quia omnis caro fœnũ, & omnis gloria eius tanquam flos fœni. Vnde & processionis gloria uoluit Dominus sublimari,quia paulo post sibi nouerat imminere diem ignominio sissimæ passionis. Quis ergo sperare iam debeat in incerto gloriæ temporalis,cum videat in ipso quoque qui peccatum non fecit Creatore temporum,post exaltationem tantam,tantam nihilomini s humiliationem sequi? In eadem enim ciuitate, a plebe eadem,& in eodem tempore,nunc quidem processionis gloria, & diuinis est laudibus honoratus, postmodum vero interrogatus contumelijs & torméto,& cum sceleratis deputatus. Hic est transitoriæ finis lætitiæ,hic fructus gloriæ temporalis.

Iob 7.

16 *In serm. de verbis Apostoli.* IDEM: In sermone de uerbis Apostoli, Qui gloriatur in Domino glorietur,inquit. Nouerat Apostolus, gloriam,prauiam esse Creatoris non creaturæ, secundum illud, Gloriam meam alteri non dabo. Itemque Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Sed considerauit rationalem creaturam adeo affectare gloriam, vt aliter vix aut nunquam ab hoc compesci desiderio possit, quippe quæ ad imaginem facta est Creatoris. Propterea secundum datam sibi a Deo sapientiam,saluberrimum adinuenit consilium dicens, Quandoquidem persuaderi nobis non potest,non gloriari: qui gloriatur, in Domino glorietur. Et considera quantum superexcedit Pauli philosophia,philosophiam sapientium huius mundi, quæ nimirum stultitia est apud Deum. Cum enim nonnullos uiderent philosophi,alienis delectari laudibus, & gloriam ab inuicẽ quærere, qui inter eos fuere præcipui,prudẽter aduerterunt vanã esse huiuscemodi gloriam,& penitus cõtemnendã. Sed considerantes deiu de ac studiosius inquirentes,quænam appetenda esset gloria sapienti,hic iam plane euanuerunt in cogitationibus suis,propriam quippe sufficere gloriã arbitrantes, quasi uero animam quæ a semetipsa esse non pót,a se possit esse beata. Sicut ergo cupidi laudis alienæ, tota solicitudine operam dabant ea operari quæ mirarẽtur homines, & laudarent, sic isti sola ea iudicabant sectanda esse,quę interior arbiter animus approbaret. Et hæc quidem summa philosophia sapientium huius mundi est,ipsa quoq; minus habẽs licet propinquior ueritati. Vnde & vtramque gloriam,sublimi veritatis contemp atione transcendens Apostolus, qui gloriat inquit,non in altero,non in se,sed in Domino glorietur. Non enim qui seipsum commendat, ille probatus est,sed quem Deus commendat. Vt quid enim aut de alteris hominis,aut de mei ipsius iudicio,sollicitus;sũ cuius nec uituperio reprobũs, nec laude probatus inueniat? Fratres si me ante uestrum oporteret tribunal astare,merito super vestris laudibus gloriarer. Quod si uel meo ipsius essem iudicandus examine iure,meo ipsius testimonio contentus, proprijs laudibus delectarer,nunc autem dum nec uestro,nec meo,sed Dei sim iudicio præsentandus,quantæ insipientiæ, immo & insaniæ est,aut in uestro me,aut in mei ipsius,testimonio gloriari, præsertim cum ipse sit, cuius oculis omnia nuda sunt, & aperta, & cui nequaquam opus sit,ut quis ei testimonium perhibeat de homine? Merito pro inde Apostolus ipse,vanæ & fallacis gloriæ reprobator,Mihi,inquit,pro minimo est,ut a uobis iudicet,aut ab humano die,sed neq; meipsum iudico. Nihil.n.mihi cõscius sum,sed nõ in hoc iustificatus sum, qui autem iudicat me Dominus est. In quibus verbis

Esa. 42. Psal. 113.

Esa. 64.

1. Hom. 9. in Psal. 33. 1.1

17

2. Cor. 10.

1. Thess. 5.

1. Cor. 4.

illud

illud quoque diligenter consideradum est, quod alienum quidem iudicium, pro minimo habẽs, suum quo que nequaquam sequeretur, quamuis non illud adeo pro minimo iudicaret habendum. Nemo enim scit ho minum, quæ sunt in homine, nisi spiritus hominis qui in ipso est, vt comparatione interioris testimonij, exte
18 rius omnino pro nihilo sit habendum. Quid enim mihi cum eorum laudibus, quibus ignotus sum? Illa enim perfecta omnino erit & secura, gloriatio, cum erit vnicuique laus a Deo. Nunc quoque, licet non plenarie, licet nõ sine timore, & sollicitudine multa, aliqua tenus tamen in domino gloriamur, testimonium perhibente Spiritu sancto spiritui nostro, quòd filij Dei sumus. Hinc enim vere possumus gloriari, quod tantum habe mus patrem, quod maiestate ineffabili cura est de nobis. Vnde, & Propheta, Quid est homo quia magnificas eum, aut quid apponis erga eum cor tuum? Itaque qui gloriatur iam non in meritis suis, sed in Domino glorietur. Quid enim habet quod non acceperit? Si autem accepit, quid gloriatur quasi non acceperit? In eo ergo a quo accepit glorietur, non quasi ipse magnus sit, sed q̃a magnificet eum Deus, hoc est, vt in illis quæ accepit, non quasi ea non acceperit, sed quasi qui ea ac ceperit glorietur. Neque enim, ait Apostolus, si autem accepisti quid gloriaris, sed quid gloriaris, inquit, quasi non acceperis, vt non prohibeat, sed doceat gloriari. Perfecta autem & secura gloriatio est, cũ veremur omnia opera nostra, sicut testatur beatus Iob de se ipso. Et cum iustitias nostras, non aliud quàm pannum menstruatæ reputandas esse cognoscimus. Nihilominus tamen confidimus etiam, & gloriamur in Domino, cuius misericordia magna est super nos.

Iob 7.

1. Cor. 4.

Esa. 64.

Gratias Deo referre debemus in prosperis, & aduersis, & post comessionem. Cap. VII.

DE re hac multa docent sancti, de quibus diximus lib. 2. cap. 13. & 14. ostendentes, quod beneficijs Dei grati esse debent homines, & declarantes malum ingratitudinis vltra illa adnotanda sunt quæ sequuntur. In primis.

1 *Hom. 9. in Ps. 33. t. 1*

BASILIVS explicans verba illa: Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo, inquit. Titulus psalmi huius est quando Dauid mutauit faciem suam coram Abimelech, qui dimisit ipsum, & abijt arbitrans eum, quia saliuæ fluebat de ore eius, mente motum, vtque euaderet mortem coram Achis, q̃ generali nomine dicebatur Abimelech (sicut reges Aegypti dicebantur Pharaones, & Reges Roma norum Cæsares) finxit se sensu priuatum. Igitur tamquam ex magno periculo liberatus, hanc gratiarum actionem refert suo liberatori Deo, dicens: Benedicam Dominum in omni tempore. Ereptus ex morte. sibi ve luti terminos vitæ præscribit, suamq; ipsius animam instruit, ac format ad exactiorem viuendi formulam, vt nullum ei tempus prætereat, quin Deum laudet, ac magnarum iuxta & minimarum rerum, initia causasq; in eum referat. Non existimabo, inquit, mea quicquam fieri diligentia, nec casu id contingere, sed in omni tem pore benedicam Dominum, non solum in rebus vitæ secundis, sed etiam aduersis. Hinc edoctus Paulus ait,
1. Thess. 5. Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Cum patriæ finibus exul vertere solum cogeretur, neque hoc modo sed & cognatis, ac domestice notis, opibusque semel spoliatus. His adde, per ne cessitatem in manus hostiles contraditus, ad hanc malorum succedaneam seriem, nec sic quidem secum dixit, quousq; tandem hæc mala progredientur? Non fiebat animo deiectior, vt qui probe nosset, quia tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero spem. Attriti laboribus, ac oppressi gratias agamus, in tribulatione positi exultemus quasi gloria affecti. Nihil minus Christianum decet, quam vt rebus suis prospere cadentibus, benedicat Deo, contra tristiore, quapiam calamitate affectus, laudes reticeat Dei, quando tunc quoque gratiæ vberiores agendæ veniunt.

2 *Ho. de fide Annæ t. 1.*

CHRYSOSTOMVS exemplo Annæ, quæ postquam comederat in Silo, ad orandum Deum perrexit, ait: Quod omnes faciunt tempus relaxationis, illa fecit tempus deprecationis. [Infra:] Conuiuium q̃d a precatione cęptum in præcationem definit, nunquã deficiet, sed quouis fonte vberius, nobis omnia adferet bona. Ne igitur tantum negligamus lucrum. Absurdum enim fuerit, si quum famuli nostri, si quando partem aliquam eorum quæ nobis apposita sunt, acceperint, gratias nobis agant, beneque nobis precantes abeant, nos quum tot tantisque fruamur bonis, nec hoc quidem honoris Deo persoluamus. Præsertim quum hinc multam simus assequuturi securitatem. vbi enim precatio, & gratiarum actio, eo sancti Spiritus aduenit gratia, abiguntur dæmones, & omnis aduersaria potestas diffugit, ac discedit. Proinde oportet tum in initio, tùm in fine conuiuij, gratias agere Deo ob hanc præcipue causam. quod haud facile prolabemur in ebrietatem, si nos ipsos in hanc consuetudinem con stituerimus. Quin si quando surrexeris, crapula po:uq; grauatus, ne sic quidem abijcies consuetudinem, sed quamuis habeamus grauatum caput, quamuis vertigine circumferamur, nihilosecius tamen orabimus, nec abolebimus consuetudinem. Etenim si præcedenti die ad hunc oraueris modum, postridie corriges dedecus pridie commissum.

3 *Ho. 56. in Mast. t. 2.*

IDEM inquit: Monachi qui eremum habitant, post prandium, immo vero post cenam, prandium enim penitus ignorant, (quia videlicet certiores sunt, luctus, & ieiunij præsens tempus hoc esse.) Post cenam igitur quosdam gratiarum actionis hymnos ad Deum dicentes, huius vocis. Tunc reddet vnicuique Deus iuxta opera sua meminerunt. Sed si placet, vniuersum sacratissimum illum cantum vobis exponam, vt assidue illũ vos quoque canatis. Benedictus Deus qui me pascis a iuuentute mea, qui omni carni cibum præbes, reple lætitia & gaudio corda nostra, vt semper satis habentes, ad omne bonum opus abundemus, in Christo Iesu Domino nostro, cum quo tibi gloria, &c. Amen. Gloria tibi Domine, gloria tibi sancte, gloria tibi rex, quoniam dedisti nobis escas, gaudio & lætitia reple nos in Spiritu sancto, vt inueniamur in conspectu tuo acceptabiles sine verecundia, quando vnicuique reddes secundum opera sua. Omnia igitur huius hymni admiratione digna sunt, sed exitus multo magis. Nam quoniam mensa & cibus, diffundere solet atque grauare, quasi frenum aliquod hæc verba tempore lætitiæ animo imponunt, vt diligenter illius iudicij recordentur. Non *Deut. 32.* enim fugit eos, quanta mala passus, luxuriosus Israel *Ibid. 6.* fuit Comedit enim & incrassatus est, inquit, & recalcitrauit dilectus. Ideo Moyses scripsit. Cum manducaueris, & biberis, & impleueris te, memento Domini Dei tui, post mensam enim, iniquissime agere ausi fuerant. Hac de causa monachi hæc præcipitia & prærupta metuentes, cum mensa, immo vero ieiunio vsi fuerint; ieiunium quippe mensa eorum est, in illius se diei & terribilis iudicij, memoriam reducunt. Si autem illi qui ieiunando, humi dormiendo, vigilando, cilicium induendo, milleque alijs seipsos castigant, hac etiam admonitione indigent, quando nos moderate, ac probe viuemus, quibus mensæ mille naufragijs refertæ proponuntur, qui nec in principio manducandi, nec in fine ad orationem nos cõuertimus? Quod ne faciamus, & vt naufragia mensaru m dissoluamus, assidue illum hymnum in mensa canamus, & ventris insultationes comprimamus, moribus atque legibus eorum, domui nostræ susceptis, & post mensam singuli hæc verba cãtate. [Infra:] Et cum dicunt, Gloria tibi Domine, gloria tibi sancte, gloria tibi rex, quoniam dedisti nobis escas,

escas, significant quod non pro magnis solum, verum etiam pro minimis gratiæ agendæ sunt. Tu autem considera quomodo ab actione gratiarum, propter illa quę iam data sunt, ad petitionem maiorum accedunt, nolentes ex cupiditate cælestium, in tertis permanere.

5 AMBROSIVS: De hostibus carnalibus non me
Serm. 42. tuendis, & post cibum gratias Deo referri debere, in-
ca. 5. quit: Orare, & gratias Deo agere quid sit, plerosque de vobis etiam arbitror ignorare, qui surgentes primo diluculo, non nisi de prandio cogitent, cum pranderint, somno se tradant, numquam diuinitati gratias referentes, qui illis & prandium ad refectionem, & somnum dederit ad quietem. Vtique tu christiane si es vtilis, meminisse debes, cuius panem comedis, & ei laudem dicere. Dic mihi, cum si aliquid de tuo cuicumque largiris, expectas vt tibi gratias agat, vt benedicat domum, de qua ei humanitas sit tributa? Qui si forte gratias non agit, quemadmodum a te donatur ingratus. Ita ergo & a nobis expectat qui nos pascit Deus, vt pro præstitis ab eo escis, illi gratias referamus, & saturati donis ipsius, laudes dicamus. Hæc enim beneficiorum est retributio diuinorum, vt cum refecti fuerimus bene, nos confiteamus acceptos. Ceterum si accipientes diuina munera, taciti & immemores fuerimus, tamquam ingrati, & indigni, eorum submin istratione fraudabimur, vt Deum quem beneficijs non cognouimus, malis ingruentibus requiramus, & aduersis stimulemur ad rogandum, qui prosperis gratias non egimus ad fruendum.

6 IDEM ait: Tu cum gratias non agis, Deum nec
Serm. 43. diligis, nec vereris. Qui est igitur vtilis christianus, semper debet patri ac Domino suo laudes dicere, & in eius gloriam omnia procurare, sicut ait, beatus Apostolus dicens. Siue manducatis, siue bibitis, siue
1. Cor. 10. aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Omnes ergo actus nostros, Christo vult socio, vel teste compleri. Ergo cum diluculo surgimus, debemus prius quam procedamus e cubiculo, gratias agere Saluatori, & ante omnes actus sæculi, actus habere pietatis, qui nos quiescentes & dormientes in lectulis custodiuit. Quis enim nisi Deus, dormientem custodit hominem, qui ita resolutus in somnum, & oblitus sui vigoris humani, a se alienus efficitur, vt nesciat quid ipse sit, vbi nam demoretur, adesse sibi certe ipse non posset, id tęporis ad custodiendum nemo alter peruigilat. Debeo ergo illi gratiam, qui vt ego securus dormiam, ille peruigilat. Ipse enim nos Deus ituros cubitum, quodā gremio quietis suscipit, & thesauro pacis reconditos seruat, & caliginum quadam tuitione in lucem defendit, vt malitia inimicorum hominum repellatur tenebris, quæ nō potest benignitate depelli, & pacem fessis præstet obscuritas, quam non præstabat humanitas. Debemus ergo surgentes gratias Christo agere, & omne diei opus in signo facere Saluatosis. [Infra.] Sed cū vesperā diem claudit, ipsi debemus per Psalterium laudem dicere, & gloriam eius modulata suauitate concinere, quo operum nostrorum consummato certamine, veluti victores requiem mereamur, & laboris quædā palma, sit soporis obliuio. Hoc autem, vt faciamus fra-
7 tres, non solum docemur ratione, sed etiam ad monemur exemplis. Nonne enim videmus minutissimas aues, dum illucescentem diem aurora p oducit, in qui busdam nidorum cubiculis, varia dulcedine personare, & id studiose agere priusquam procedant, vt creatorem suum, quia loquela non possunt, suauitate demulceant, & quemadmodum vnaquæque earum, quoniā confessione nequit, modulis prodat obsequium, ita, vt videatur sibi deuotius gratias agere quæ dulcius personauit, hoc etiam peracto diei cursu similiter facit? Quid ergo sibi vult ista certis temporibus dispositā cantilena, & iugis intentio, nisi gratiarum quædam sit immoderata confessio? Aues ergo propter viles escas gratias agunt, tu pretiosissimis epulis pasceris, & ingratus es. Quis igitur non erubescat, sensum hominum habens, sine psalmorum celebrietate diem claudere, cum ipsæ aues ad gratificandum, Psalterij suauitate persultent, & eius gloriam non versuum dulcedine personare, cuius laudes volucres modulata cantilena pronunciant? Imitare ergo frater, minutissimas aues, mane & vesperi Creatori gratias referendo. Et si es deuotior, imitare luscinium, cui quoniam ad dicendas laudes dies sola non sufficit, nocturna spatia peruigili cantilena decurrit. Et tu igitur laudibus tuis diem vincens, operi tuo adde nocturna curricula, & insomnem suscepti laboris industriam, psalterij serie consolare.

8 IDEM inquit: Venit in mentem mihi auium natu-
In Hexam. ra, quæ cum eunt cubitum quasi peracto munere æthe-
ron li. 5. c. ra cantu mulcere consueuerunt, quod velut solemniter
12. ad l. surgente, & occidente die instaurare consueuerunt, vt decursi, vel adoriendi nocturni iuxta, ac diurni temporis, laudes suo referant Creatori. Magnum igitur incentiuum excitandæ nobis deuotionis miseram. Quis enim sensum hominis gerens, non erubescat sine psalmorum celebritate diem claudere, cum etiam minutissimæ aues solemni deuotione, & dulci carmine ortus dierum, ac noctium prosequantur?

9 IDEM explicans verba illa: Et ædificauit Noe arcā
Eod. to. lib. ait: Qua ratione supra Dominus admonuit quæ face-
de Noe, & ret, & fecit Noe omnia, hoc autem quod non admoni-
arca. tus est fecerit, fortasse requiratur. Sed vtique Dominus non debuit quasi auarus mercedem gratię postulare, & iustus eam intellexit veram actionem gratiarum esse, quæ non iuberetur, sed deferretur. Itaque nec dilationem passus est. Etenim grata animi virtus, passionem dubitationis excludit, qui autem debitum gratiæ, vt a se exigatur, expectat, ingratus est. Quod autem ędificauit, inquit, Deo, & non dixit Domino, sed Deo, secundum nominis interpretationē non coacta videtur hæc actio esse gratiarum quasi Domino, sed virtus iusti morigera, & grata quasi Deo. Quod imperiale est, sequestrauit quod beneficij nominauit.

10 AVGVSTINVS explicans illa verba: Benedi-
In Ps. 33. cam Dominum in omni tempore inquit. Dicis quan-
to. 8. do benedicam Dominum? Ait tibi aliquis, quando tibi benefacit, quando abundant sæcularia, quando multū abundat frumenti, olei, vini, auri, argenti, mancipiorū, pecorum, saluſq; ista mortalis incorrupta persistit, ea quæ nascuntur crescunt omnia, nihil immatura morte subtrahitur, felicitas tota abundat in domo, circumfluunt omnia, tunc benedices Domino? Non, sed in omni tempore. Ergo, & tunc, & quando ista secundum tēpus, & secundum flagella Domini Dei nostri turbantur, auferuntur, minus nascuntur, iam nata dilabuntur, & inde sequitur penuria, egestas, labor, & tentatio. Sed tu qui cantas tibi, benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo, & quando ista dat, benedic, & quando ista tollit, benedic. Quia ille dat, ille tollit, sed seipsum a benedicente se non tollit. [Infra:] Iob 1.
Iob non tantum benedixit Dominum quando abundabant illi omnia, quibus eum legimus diuitem fuisse, & felicem, & pecore, & seruis, & domo, felicem filijs, & omnibus rebus. Ablata sunt omnia vno tempore, & impleuit quod in hoc Psalmo scriptum est Dominus dedit, Dominus abstulit, sicut Domino placuit, ita factum est, sit nomen Domini benedictum. Ecce habes exemplum benedicentis in omni tempore.

11 IDEM explicans verba illa: Confitebitur tibi cum
In Ps. 48. benefeceris ei, sic habet. Videte tales, & nolite esse tales. Cauete & talia verba, confitebitur tibi cum benefeceris ei. Quām multi sunt Christiani fratres, qui tūc Deo gratias agunt, quādo illis accidit lucrum, hoc est, confitebitur tibi cum benefeceris ei, laudabit te, & dicet, vere quia tu es Deus meus, liberauit me de carcere, & confitebor illi. Venit illi lucrum confitetur, venit hęreditas, confitetur, patitur damnum blasphemat. Qualis filius es, quia quando te pater emendat, tunc tibi

displi-

displicet? Gratias age ergo emendatori, vt accipias hereditatem a Deo qui te emendat.

12 In Ps. 91. IDEM explicans verba illa: Bonum est confiteri Domino & psallere nomini tuo altissime, ad annunciãdum mane misericordiam tuam, & veritatem tuã per noctem, ait: Canta ore, psalle operibus. Ad quam rem? Ad annunciandum mane misericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem. Quid sibi vult, quia mane annunciandа est misericordia Dei, & per noctem veritas Dei? Mane dicitur quando nobis bene est. Nox dicitur quãdo tristitia tribulationis est. Quid ergo dixit breuiter? Quando tibi bene est gaude Deo, quia misericordia ipsius est. Sed dices, si misericordia Dei est, quando bene mihi est, crudelitas ergo ipsius est, quando male mihi est? Non. Sed quando bene est, lauda misericordiam, quando male est, lauda veritatem, quia peccata flagellat non est iniquus. Iam in nocte erat Daniel, erat enim in captiuitate quando Deum laudabat, in lacu erat, & per noctem confitebatur veritatem Dei; dicebat enim: Peccauimus, inique egimus, iniquitatem fecimus, tibi Domine gloria, nobis confusio. Cum misericordiam annuncias mane, & veritatem per noctẽ, semper laudas Deum, semper confiteris Deo, & psallis nomini eius. In decachordo psalterio, cum cantico in cithara, hoc est, verbo & opere. Cum cantico in verbo, in cithara in opere.

8 In Hexamaron li. 5. c. 12. in f.

Dan. 6. & 14.

9 End. to lib. de Noe, & arca.

Gratia Dei ingens bonum est animæ, quæ otiosa esse non debet, in homine, & quibus contectis adesse dignoscatur. Cap. VIII.

1 Hom. 7. in Exod. to. 1 VLTRA ea quæ adnotauimus lib. 4. cap. 19. ORIGENES exponens illa verba quæ habentur in fine capitis 15. Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, cunctum languorem quem posui in Aegypto, non inducam super te, sic ait: Quid eis promittitur si seruentur mandata vitæ? Si, inquit, seruaueritis præcepta mea, non inducam super vos omnes ægritudines, quas induxi Aegyptijs. Quid est hoc, quod nullam ægritudinem patiatur. Hoc est neque febriat, neque alios dolores corporis ferat? Nõ puto quòd hæc sint, quæ promittantur, diuina mandata seruantibus. Alioquin indicio nobis est Iob iustissimus, & totius pietatis obseruantissimus, qui a capite vsque ad pedes repletur vlcere pessimo. Non his carere dicuntur infirmitatibus, qui mandata custodiunt, sed non habebunt illas infirmitates quas habent Aegyptij. Aegyptus nãque, mundus iste figuraliter intelligitur. Diligere ergo mundum, & ea quæ in mundo sunt, Aegyptius languor est. Deseruire carnis luxurijs, & volupitatibus operam dare, vacare del cijs, Aegyptius languor est. Caret ergo his infirmitatibus & languoribus, qui in gratia Dei est, & mandata eius custodit.

10 In Ps. 13. to. 8.

3 Hom. 6. in c. 6. Es. t. 2. IDEM explicans illa verba: Ecce ego mitte me, inquit: Voluit Propheta cum accepisset gratiam Dei, non in vacuum eam accipere, sed vti ea ad necessaria. Missus ad eum vnus de Seraphim, qui habebat in forcipe carbonẽ, quem attulerat de altari, & tetigit labia Prophetæ, & dixit: Ecce abstuli iniquitates tuas. Consecutus est beneficium mundus effectus, & remissionem accipiens peccatorum, cum audisset quem mittam ad populum, non propter priorem conscientiam, sed quia purgatus fuit, ausus est dicere, Ecce ego mitte me.

Iob 1.

11 In Ps. 48.

3 Ho. 46. in Gen. t. 1. CHRYSOSTOMVS exponens verba illa Geneseos 21. quæ de Ismaele dicta sunt, & erat Deus cũ puero, & creuit, & habitauit in solitudine, ait: Si Dei gratiam nacti fuerimus, nullus nobis præualebit, sed nos potentiores omnibus erimus. Quando amicum & benenolum habemus Deũ, etiamsi in deserto fuerimus, multo securiores viuemus, quàm ij, qui in ciuitatibus versantur. Maxima enim securitas, & inexpugnabilis murus est gratia Dei. [Infra:] In Dauid & Saule, discamus nihil fortius esse munito superna gratia, & nihil infirmius eo, qui hac priuatus est, etiamsi innumeris circumdetur exercitibus. Vidit Dauid instructam aciem contra alienigenam Goliath, & omnem populum iuxta Saul formidine perculsum, regemq. ipsum in summo constitutum periculo. Vidit eum, & ait: Quis est hic alienigena incircumcisus, qui exprobrat exercitũ Dei viuentis? Postea cum videret trepidationem eorũ qui cum Saul erant, inquit, Quid dabitur viro, qui percusserit eum? Et magnum animi robur his verbis ostendebat, omnes in admirationẽ adducens. Hęc vt cognouit Saul, misit & vocauit eum, & vt vidit eius ætatem vilipendit eum. Deinde eum didicisset ex eo, quomodo cum vrsis egisset, qui gregem suum inuaserant, vt non spectaret rex ad vilitatem eius, sed ad supernum auxilium quo adolescens inermis, viris armatis, & pastor, exercitibus fortior erat. Armis Saul induere eum volebat; indutus autem ea ferre non potuit, vt virtus Dei nude mõstraretur, sed accepta pera pastorali & silicib. contra carneam illam turrim egressus est. Vide quomodo alienigena vilipendebat inimicum, sed hic funda iactu latus est eum, statimq. in fronte percussum deiecit, & festinanter educto illius gladio caput eius amputauit, & regi attulit, finemq; bello imposuit. Vidisti admirabiles, inopinataſq; res, armatum, ab inermi deiectum, a pastore, militiæ peritum. Quare & ob quam causam? Quia hic quidem habuit supernam gratiam se adiuuantem, ille autem ea carẽs in huius manus venit. [Infra:] Gratia est nostra armatura solida, & inexpugnabilis, hæc, nostræ maximæ diuitiæ, per hanc & Ismahel quãuis adolescẽs, & in solitudine, rerumque omnium inopia, statum creuit & in gentem magnam factus est, quia Deus erat, inquit, cum puero.

4

5 Homil. de Adam, & Eua. IDEM inquit: Omnium bonorum affectuum atque operum, & omnium studiorum, omniumque virtutum, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum profitemur auctorem, & non dubitamus ab ipsius gratia omnia hominis merita prouenire. Per quem item fit, vt aliquid boni & velle inueniamur, & facere. Quo vtique auxilio, & munere Dei, non auertur liberum arbitrium, sed liberatur, vt de tenebroso, lucidum, de praua, rectum, de languido, sanum, de imprudente, sit prouidum. Tanta enim est erga omnes bonitas Dei, vt nostra velit esse merita, quę sunt ipsius dona. Agit quippe in nobis, vt quod vult, & velimus, & agamus. Nec otiosa in nobis esse patitur, quæ exercenda non negligenda donauit, vt & nos cooperatores gratiæ Dei simus.

6 Ho. 24. in Ioan. to. 3. IDEM ait: Quomodo in principio terra subiecta est, totum autem opificium in formatione primi hominis, Dei fuit, sic in iustificatione, hominis, totum spiritalis est gratiæ. Et tunc quidem in animam viuentem factus est homo, nunc in spiritum viuificantem. Et tũc, faciamus, inquit ei adiutorium, hic minime. Quippe qui Spiritus sancti gratiam accipit, nulla alia re indiget. Qui in Christi corpore perficitur, quonam alio ei opus est auxilio? Tunc ad Dei imaginem fecit hominem, nunc Deo familiarem reddidit. Tunc pisces & feras homini subiectos fecit, nunc supra cœlos nostrum propagauit imperium. Tunc paradisi incolam constituit, nunc cœlum aperuit.

7 Homi. 31. in Ioan. Matt. 3. Infra 7. IDEM explicãs verba illa c. 4. Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum, sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam, sic habet: Spiritus sancti gratiam, nunc ignem, nunc aquam Scriptura appellat. Et Ioannes Baptista dicit: Ipse nos baptizauit in Spiritu sancto & igni. Christus autem: Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, hoc autem dixit de spiritu, quem erant, accepturi credentes in eum. Ita spiritum ignem appellat, vt excitamentum & feruorem gratiæ, & peccatorum ablumptionem significet, aquam autem vt ablutionem, & refrigerium, quibus ipsum accipientes animi, fruuntur. Etenim tamquam hortum

viren-

virentem, & fructiferis, & semper florentibus arboribus comantem, ita promptam animam disponit, vt nulla anxietate, nullis satanę insidijs, distrahi sinat, sed omnia ardentia malitiæ tela extinguat.

8 *Ho. 50. in Ioan.*

IDEM explicãs verba Ioannis 7. Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ, ait: Gratiam flumen vocat, vt eius abundantiam significet, hoc est multam gratiam consequentur. Et hanc aquam viuam dicit, hoc est semper operantem. Spiritus enim gratia, cum menti illapsa est, eamque irrigarit, omni forte vberius scaturit, numquam deficit, numquam vacuatur, numquam stat. Simul autem & indeficientem copiam, & incredibilem operationem, & fontes, & fluuios appellauit. Et non vnum, sed innumeros. Et Ioan. 4. Saliẽtis pro inundantis positum est, quod facile quiuis deprehendere poterit, si Stephani sapientiam, Petri linguam, Pauli vim considerauerit. Quo pacto nihil eos extulit, nihil deiecit, non populorum furor, non tyrannorum persecutiones, non dæmonum insidiæ, nõ quotidianæ mortes, sed more fluminis vehementi lapsu delati, omnia trahentes euaserunt.

9 *Hom. 21. ad pop. Antioch. c. 5.*

IDEM dicit: Dedit Deus in hac vita spiritus gratiã, & iustitiam, & sanctificationem, vt tibi labores leues faciat, & ex iam datis, etiam de futuris te bonę spei constituat. Propterea que recenter illuminatus vocari debes, quoniam noua lux semper tibi adest, si velis, & nũquam extinguitur. Hanc nempe lucem, & volentibus nobis & nolentibus nox subsequitur. Illum vero radium, tenebræ non norunt, lux enim in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Non sic enim mundus est clarus oriente radio, vt anima illustratur, & splendidior fit à spiritu gratiam suscipiens. Et diligentius rerum naturas disce. Nocte enim terras tenente & tenebris caligantib. sæpe funiculum quis cernens, serpentem esse putauit, & amicum accedentem tamquam inimicum fugit, strepitum quempiam sentiens, trepidus factus est, facta autem die nihil tale fieret, sed omnia qualia sunt, apparent. Quod & in anima nostra contingit. Postquam enim gratia veniẽs, mente tenebras expulit, rerum veritatem discimus, & nobis fiunt despicabiles res prius tremendæ, nec enim amplius mortem timemus, diligenter ex hac sacra introductione discentes, quod mors non est mors, sed somnus, & dormitio temporaria, non pauperiem, non morbum, non aliud quid huiusmodi timentes, scientes quòd ad meliorem tendimus vitam ab omni liberam inęqualitate.

Ioan. 8.

HIERONYMVS explicans parabolam filij prodigi, inquit: Dixit pater seruis suis, cito proferte stolam primam, & induite illum. Stolam quam Adam peccando perdiderat, stolam quæ in alia parabola indumentum dicitur nuptiale, id est vestem Spiritus sancti, quam qui non habuerit, non potest regis interesse conuiuio.

11 *Epist. 4. ad Dama. c. 3.*

Luc. 15.

Et date annulum in manu illius, signaculum similitudinis Christi. Secundum illud, in quem credentes signati estis Spiritu promissionis sancto. Et ad principem dicitur Tyri, qui similitudinem conditoris amiserat, tu signaculum similitudinis, & corona decoris, in delicijs paradisi Dei fuisti. Hoc signaculum in manu datur, quando opera tribuuntur iustitię, sicut scriptum est: Factum est verbum Domini in manu Aggei Prophetæ dicentis ad Hierusalem. Ornaui te ornamento, & imposui tibi armillas circa manus tuas, & calciamentum in pedibus eius, nec vbi coluber insidians plantam ingredientis inuaderet, & super scorpiones, & serpentes securus ambularet, vt præpararetur, ad Euangelium pacis, iam non gradiens secundum carnem, sed secundũ spiritum. Sponsi quippe perdiderat dignitatem, & nudis perdibus pascha celebrare non poterat, calceamenta acceperat, de quibus Dominus ait: Calciaui te hyacintho,

Ezech. 16.

11 *Lib. 24. in c. 51. Es. to. 4.*

IDEM exponens verba illa. Consurge, consurge, induere fortitudine brachium Domini, ait: Iuxta septuaginta interpretum lectionem, quæ habet, Exurge, exurge Hierusalem, & induere fortitudine brachij tui. Peccatrix anima prouocatur, vt induat fortitudinem brachij sui, & priora assumat opera, sicut fuerat antequam caderet quando in die veriabatur & luce Nonne tu es quæ excidisti latitudinem, dissoluisti draconẽ? Nonne tu es quæ desertum fecisti mare? Tu es enim, inquit, quæ superasti latam. & spatiosam viam, quæ ducit ad mortem, & dissipasti draconẽ, de quo & in Psalmis scriptum est. Tu confregisti capita draconum in aquis. Memento prioris fortitudinis tuæ, quòd sæculi huius calcaueris mare, & illud feceris esse desertum, & viam repereris in medijs fluctibus. Sicut igitur prior victoria Domino auxiliante concessa est, sic & reuersis post pœnitentiam ad pristinam gratiam, & audientibus, Numquid qui cadet, non adijciet, vt resurgat. Et conuertimini ad me filij conuertentes, & ego sanabo contritiones vestras. Ipse porriget manum, & reducet eos in Sion speculam, culmenq; virtutum cum gaudio, atque lætitia sempiterna, & ponet in capite eorum, laudem atque lætitiam. Et hanc habebunt coronam, illoque diademate protegentur, vt semper gaudeant, & laudent Dominum, quia pro dolore, mærore, & gemitu, successerint gaudia.

Psal. 73. *Hier. 8.* *Hier. 4.*

12 *Eod. l. c. 52 Esa. to. 4.*

IDEM exponens illa verba: Consurge, consurge, induere fortitudine tua Sion, induere vestimentis glorię tuæ Hierusalem ciuitas sancti, quia non adijciet vltra vt pertranseat per te incircumcisus & immundus, sic habet: Si surrexerit anima post ruinam, & induta fuerit fortitudine & gloria sua, nequaquam vltra transiet per eam incircumcisus, & immundus. Hoc significat quod Paulus Apostolus dixit: Quæ participatio iustitiæ cũ iniquitate? Quæ societas luci ad tenebras? Quæ conuẽtio Christi ad Belial? Quę pars fideli cum infideli? Quis consensus templo Dei cum idolis? Quæ ad animæ statum vniuersa referuntur. Quòd si per pœnitentiam, pristinum robur acceperit, vocetur habitaculum sancti, & fiat templum Dei, & nequaquam per eam immundus transeat. De quibus dictum est: Ab occultis meis munda me Domine, &c. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero. [Infra:] Excutere de puluere, consurge, sedẽ Hierusalem, solue vincula colli tui captiua filia Sion, animæ, quæ vitiorum polluta sordibus, candorem pristinæ conuersationis amiserat, dicitur, vt excutiat puluerem, qui adhę sit pedibus eius. Neque enim fieri poterat, vt quæ prostrata subiecerat cer uices suas transeuntibus, dixeratque, humiliata est in puluere anima nostra adhæsit terræ venter noster, non imaginem terreni acceperit. A qua nos reuocat Apostolus dicens: Sicut portauimus imaginem terreni, sic portemus imaginẽ cęlestis. [Infra:] Excutitur puluis, de quo scriptum est: Numquid cõfitebitur tibi puluis, aut annunciabit veritatem tuam, vt soluantur vincula colli nostri, & nequaquam audiamus, Neruus ferreus collum tuum, sed cum sponsa mereamur audire, Quã pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis, collum tuum sicut monilia. Et iterum, circundedi armillas manibus tuis, & monile collo tuo, vt graui onere liberati, & recipientes ornamenta pristina, captiui esse cessemus, redempti ab eo, qui venit prædicare captiuis remissionem.

Esa. 52. *Psal. 18.* *Psal. 43.* *1. Cor. 15.* *Psal. 29.* *Cant. 1.*

13 *Lib. 15. in c. 55. Es.*

IDEM explicans illa verba: Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis pecuniam properate, emite & comedite. Venite emite absq; argento, & absque vlla cõmutatione, vinum & lac, inquit: Hæc aqua, gratiam Spiritus sancti significat, de qua Propheta mystico sermone resonabat. Sitiuit anima mea ad Deum viuum. Et iterum: Apud te est fons vitæ. Qui ipse de se loquebatur: Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi lacus contritos, qui aquas continere non possunt. Præcipiturque sitientibus, vt nequaquam bibant aquas Sior turbidas, & tumentes gurgites Assyriorum, sed pergant ad aquas Siloe, quæ vadunt cum silentio,

Psal. 41. *Psal. 35.* *Hier. 2.* *Esa. 45.*

tio, nec timeant si argentum forte non habeant, sed audiant Apostolum dicentem: Gratia salui facti estis. Mirumque in modum emunt aquas absque pecunia, & non bibũt eas, sed comedunt. Ipse enim, & aqua, & panis est qui de cęlo descendit. Qui prouocat nos ad bibendum, non solum vinum, sed & lac, quod significat innocẽtiam paruulorum. De quo lacte dicebat Petrus: Quasi modo geniti infantes, rationabile & sine dolo lac concupiscite. [Infra.] In lætitia egrediemini, & in pace deducemini, vt audiatis ab Apostolo gratia vobis & pax. Montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu. Montes & colles intelligere possumus sanctorum animas, quæ pro varietate virtutum montes appellantur, & colles, gaudebunt super pœnitentibus, & mentis lætitiam salutis indicabunt, pro saliuncula ascendet abies, & pro vrtica crescet myrtus. Hoc est, mala vertentur in bona, & pro vitijs, nascentor virtutes, idest pro iniquitate, iustitia, pro temeritate, fortitudo, pro luxuria, temperantia, pro stultitia, prudentia. Matthæus, & Zachæus, & Publicani saliũcula erant amari saporis, & odoris teterrimi dicentes, Putuerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ. Isti in Apostolos repente mutati, facti sunt cypariſſus, & abies, & myrtus odoris optimi, & in varia opera necessarij. Paulus quoque persecutor Ecclesiæ, quando audiebat a Domino, Saule, Saule, quid me persequeris, durum est tibi contra stimulum calcitrare, vrtica erat habens persecutionis aculeos. Quando autem in toto orbe Euangelium prædicauit, & dicere poterat, Christi bonus odor sumus, recte cypariſſus appellatur, & myrtus. Et erit Dominus in nomen, & in signum sempiternum, quod non deficiet. His qui de malo commutati fuerint in bonũ, erit Dominus in nomen, & in signum æternum, vt ex ipsius appellentur nomine Christiani, & crucis eius inurantur cauterio. De quo signo sanctus cantat in Psalmo: Fac mecum Domine signum in bonum.

15 IDEM explicans illa uerba: In die qua mundauero vos ex omnibus iniquitatibus vestris, & habitari fecero vrbes, & instauratæ ruinosa, & terra deserta fuerit exculta, dicent terra illa inculta, facta est vt hortus voluptatis, & ciuitates desertæ, & destitutæ, atque suffossæ, munitæ sederunt. Et scient gentes, quia ego Dominus ædificaui dissipata, & plantaui inculta, sic habet: Cohortatur errantes, vt confundantur, & erubescant in vijs suis, & restituantur in vrbes Ecclesię, & omnia quę in eis corruerant, ædificentur, & ad pristinas redeant cærimonias, & terra deserta reuertatur in pristinum statum, omnesque mirentur, & dicant; Terra illa inculta, terra deserta, in qua omnes quondam periere virtutes nunc facta est quasi hortus voluptatis, & paradisus Dei, & ciuitates quondam desertæ, quæ Deum hospitem non habebant, & destitutæ erant a Spiritu sancto, & suffossiæ incredulitate, munitæ erunt fide Christi, vt sciant omnes in circuitu, quòd Dominus ædificauerit animas dissipatas, & plantauerit in eis, atque consueuerit cunctarum virtutum arbores, & ipse rebus præstiterit, quæ sermone promisit.

16 IDEM explicans illa verba: Vt Libani ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius, & odor eius vt Libani, inquit: Dixerat Dominus, Ero quasi ros, Israel germinabit quasi lilium, quia cum nos Dominus suo rore respersit, & siccitatem pectoris nostri suis pluuijs irrigarit, germinabimus, immo florebimus vt lilium, imitãtes Saluatorem nostrum qui dicit in Cantico Canticorum. Ego flos campi, & lilium conuallium. Et loquitur ad sponsam suam, quæ non habet maculam, aut rugã. Sicut lilium in medio spinarum. Sic amica mea in medio filiarum. Cumque creuerimus, in Domino, mittemus radices nostras, sicut arbores Libani, quæ quantũ in auras consurgunt vertice, tantum radicem in ima demergunt, vt nulla tempestate quatiantur, sed stabili mole consistant. Et ne putaremus de infructuosis arboribus Dominum loqui, sanctum virum, & conuersum ad Dominum, oliuæ frugiferæ comparat, quæ dicit in alio loco, Ego autem sicut oliua fructifera in domo Domini. Ex quo fructu vulnerum mitigatur tumor, languentis membra requiescunt, in tenebris lumen accenditur, vnguntur in agone certantes. Hæc oliua habebit odorem quasi libani, vel thuris, vt possit dicere: Bonus odor Christi sumus. Conuertentur sedentes in vmbra eius, viuent tritico, & germinabunt quasi vinea. Quia qui conuersi fuerint ad Dominum accipient conuersionis suæ præmium, vt sedeant in vmbra eius, & dicant. Sub vmbra eius requieui, & sedi, & fructus eius dulcis est in ore meo, & inebriabuntur frumento (legunt septuaginta interpretes) copiam, & abundantiam rerum omnium habentes, sicut scriptum est. Visitasti terram, & inebriasti eam.

17 IDEM explicans verba illa: Zelatus est Dominus terram suam, & pepercit populo suo, & dixit: Ecce ego mittam vobis frumentum, & vinum, & oleum, & replebimini eo, ait: Postquam sacerdotes pro populo deprecati sunt, & dixerunt, Parce Domine populo tuo, fecitq. populus quod præceptum est, vt sanctificaret ieiunium, prædicaret curationem, congregaret multitudinem, sanctificaret Ecclesiã, eligeret senes, paruulos & sugentes vbera, congregaret, & egrederetur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo, & nequaquam carni, & voluptati, sed animæ, & fletibus inseruirent, zelatus est Dominus terram suam, quam prius quasi alienam contempserat, & passus fuerat locusta vastante populari, & in tantum pepercit pœnitentibus, vt eis diceret, quoniam omnes fruges vestras, locusta, bruchus, rubigoque vastauit, ideo dabo vobis frumentum, & cetera quæ Propheta describit, & vltra vos non tradam captiuitati. [Infra.] Mittam tibi frumentum, dicitur animæ quæ agit pœnitentiam, frumentum, de quo scriptũ est Nisi granum frumenti cadens in terra mortuũ fuerit, ipsum solum manet, si autem mortuum fuerit, multum fructum affert, & vinum quod lætificat cor hominis, & oleum quod exhilarat faciem, vt vetus tristitia peccatorum, frumenti, & vini, & olei, idest virtutum lætitia temperetur, tantamque habebunt bonorũ omnium abundantiam, vt repleantur eis, atque saturẽtur.

IDEM exponens illa verba: Et erit in die illa stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte, & per 18
omnes riuos Iudæ ibunt aquæ, & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum, sic habet: Habitante Domino in Sion, & in monte sancto suo, quando nullus per Hierusalem sanctam pertransire tentauerit, quicumque in ea mõs fuerit, & ad virtutum excelsa peruenerit, dulcedine, & melle sudabit, & stillabunt ex eo gratiæ spirituales, de quibus Propheta loquitur: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Qui autem inferior montibus est, & necdum ad perfectionis culmen ascenderit, vocabitur collis, & fluent de eo riui lactis, quibus radis in Christo nutritur infantia, & aquarum fluminã, quæ de ventre suo Dominus manare testatus est; omnes enim riui Iuda implebuntur aquis, & nihil in eis siccum erit, redundantibus cunctis gratiæ spirituali. [Infra.] Et fons de domo Domini egredietur, vt spinas nostras, & vitia quæ nullam frugem habuere iustitiæ, commutent in Domini noualia, & ariditatem nostram rigent aquis largissimis, & pro spinis ac vepribus, flores virtutum multiplicet germinemus.

19 IDEM explicans verba illa: Donum hominis dilatat viam eius, inquit: Donum charitatis, siue aliarũ virtutum quas a Domino fideles accipiunt, dilatat viam actionis eorum, quia quo magis gratia spiritus intus replentur, eo latius foris bonorum operum gressus multiplicant.

20 IDEM explicans verba illa: Melius est esse duos simul, quam vnum, habent enim emolumentum societatis suæ. Si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. Væ soli, quia

quia cum ceciderit, non habet subleuantem se. Et si dormierint domo, fouebuntur mutuo, vnus quomodo calefiet? Et si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistunt ei, ait: Melius est habentem in se habere Christum, quam solum patere insidijs aduersarij. Si enim vnus ceciderit, Christus erigit participem suum. Væ quippe ei qui cum ruerit, Christum in se non habet erigentem. Quod si etiam vnus dormierit, hoc est si morte dissolutus fuerit, & secum Christum habuerit, calefactus & viuificatus, citius reuiuiscit. Et si aduersus hominem, robustior in expugnando diabolus extiterit, stabit homo, stabit & Christus pro homine suo, pro sodali suo. Non q; solius Christi aduersus diabolum virtus infirma sit, sed quod liberum homini relinquatur arbitrium, & annitentibus nobis, ipse in præliando fortior fiat. [Infra:] Et quidem si dormiant duo, etiam calor erit illis, & vnus quomodo calefiet? Nisi igitur nobiscum Christus dormierit, & in morte quieuerit, calorem æternæ vitæ accipere non valemus.

21 *In cap. 22. Iob.* IDEM explicat illa verba: Si reuersus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis, & ait: Si te factorum tuorum pœniteat, ædificaberis, ideſt quotidie vallatus diuina custodia munerit, gloriamq. perditam reparabis. Dabit pro terra filicem. Hoc dicit. Hoc dicit, q; si propitiatio eum Dei, in præceptis eius firmissimi stabilierit, non terrenis rebus, & carnis voluptatibus operam dabit, sed magis ad fortitudinem virtutum proficiet, per quam possit ad affluentes cœlestium diuitias peruenire. Quod si in saxo fortitudinis bonæ conscientiæ tuæ positus fueris, sensus diuinæ sapientiæ tibi velut torrens aureus abundabit, ideo ait, & pro silice torrentes aureos. Eritq; omnipotens contra hostes tuos. Cum feceris voluntatem eius, habebis eum defensorē tui. Tunc super omnipotentē delicijs affluēs, & eleuabis ad Deum faciem tuam. Delicijs vtique spiritualibus repleberis, & eleuabis ad Deum faciem tuam, liberam faciem, frontem ad deprecandum Deum attolles, siue iam non ream, neq; incuruatam deorsum mala cō scientia, eriges ad Deum animam tuam.

22 *In Ps. 86. ro. 8. 1. Cor. 3.* IDEM: Fundamenta eius in montibus sanctis, totū hunc Psalmum interpretatur de anima, & ait: Sion est anima credentium in Christum. Vos enim inquit Apostolus; Estis templum Dei, & Spiritus sanctus habitat in vobis. Fundamentum eius in montibus sanctis, hoc est Dei fundamenta non sunt, nisi in montibus sanctis. *Apoc. 3.* Diligit Dominus portas Sion. Habet Sion nostra, plurimas portas, quas si aperuerimus ingreditur ad nos sponsus, & dormit nobiscum. Denique ipse dicit: Ecce ego sto ad ostium, & pulso, si quis mihi aperuerit, intrabo ad eum, & cenabo cum illo, & ipse mecum. Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei. Ciuitas non est vnū ædificium, sed in multis ædificijs consistit. Sic & Sion nostra, nisi plures virtutes habuerit, ciuitas Dei non erit. Memor esto Raab, & Babylonis, scientium me. Illa quæ quondam erat in latitudine peccatorum, ascendit postea in memoriam Dei. Numquid Sion dicet homo, & homo natus est in ea. Rem vobis mirā loquor, sed veram. Sion nostra in qua aliquoties alienigenæ sunt, & Tyrus, & Æthiopes, illa specula, illa meretrix, illa Rahab, illa Babylon, illa quę diuaricauit pedes suos omni transeunti, illa meretrix, si voluerit virgo repente efficitur. *Ezec. 16.* Virgo sit, & concipit filium Dei, & generat. *Esai. 26.* A timore tuo Domine concepimus, & parturiuimus, spiritum salutis tuæ fecimus super terram. Videte quoniā illa meretrix, a Deo cōcepit, & parturiuit Saluatorem. Spiritum salutis tuæ fecimus super terram. Ergo anima nostra, illa Rahab, illa meretrix potest concipere, & parere Saluatorem. Spiritum salutis tuæ fecimus super terram. Et homo natus est in ea. Si volumus, quotidie nascitur Christus. Per singulas virtutes nascitur Christus. Si enim Christus Dei virtus, & Dei sapientia est, quicunq; virtutem facit virtutem generat. Et ipse fundauit eam altissimus. Ipse qui nascitur in te, ipse fundamentum dat Sion tuæ. Et tamen cum ista omnia fuerint, cum natus fuerit in ea Christus, non est certa, & secura victoria, sed semper in periculo sumus. Ideo nō dicit lætantium omnium habitatio est in te, sed dixit, Sicut lætantium omnium. Dicitur in alio Psalmo: In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati, & non dixit consolati. Sic & in isto loco dicit, Sicut lætantium omnium habitatio in te. Hoc totum quare dicit? Quoniam in præsenti sæculo, quamuis aliquis sanctus sit, quamuis renuntiet sæculo, non habet perfectam victoriam. *Psal. 125.*

AVGVSTINVS exponens verba illa Psal. 103. Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terræ, ait: Ego arbitror hoc dictum de gratia Dei, qua interius renouamur. Omnium enim superborum, secundum terrenum hominem, viuentium, & de sua vanitate præsumentium, quodammodo auferitur spiritus proprius, cum exuunt se veterem hominem, & infirmantur, vt perficiantur expulsa superbia, dicentes Domino: Memento quia puluis sumus, quibus dictum erat: Quid superbis terra, & cinis? Existimant se terra, & cinerem, & hoc est, in puluerem suum reuertentur. Accepto autem Spiritu Dei, dicit. Viuo autem iam nō ego, viuit in me Christus. Sic innouatus facies terræ per gratiam numerositate sanctorum. 24 *Lib. 10. de Genesi ad lit. ro. 3.* *Gal. 2.*

IDEM explicans illa verba: Qui educit vinctos, seu compeditos, in fortitudine, ait: Soluit grauia vincula peccatorum, quibus impediebantur, ne ambularent in via præceptorum, educit autem eos in fortitudine, quam ante eius gratiam non habebant. [Infra:] Cœli distillauerunt, sed a facie Dei Sinai. Etenim ipsis salui facti sunt per fidem, & hoc non ex seipsis, sed donū Dei est non ex operibus, ne forte quis extollatur. [Infra:] Pluuiam voluntariam segregabis Deus hæreditati tuę, & infirmata est; tu vero perfecisti eam. Gratia pluuia voluntaria dicitur, quia nullis præcedentibus operum meritis gratis datur. Si enim gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Gratia Dei sum id quod sum. Hæc est pluuia voluntaria; voluntarie quippe genuit nos verbo veritatis, hæc est pluuia voluntaria. Istam pluuiam cū Deus transiret in deserto, ideſt prædicaretur in gentibus, cœli distillauerunt; non tamē a seipsis, sed a facie Dei, quoniam ipsi gratia Dei sunt id, quod sunt. [Infra:] Hanc pluuiam voluntariam nullis præcedentibus meritis operū bonorum, segregauit Deus hæreditati suæ, & infirmata est. Agnouit enim non esse se aliquid per seipsum, non viribus suis, sed gratiæ Dei tribuendum esse quod est. 25 *In Ps. 67. ro. 8.* *1. Cor. 15.* *Iac. 1.*

IDEM sic ait: Post multa, dedit mihi Dominus Deus gratiam promerendo bona vitæ æternæ, quam gratiam in tribus maxime stare arbitror, in odio præteritorum malorum, in contemptum bonorum præsentium, & in desiderio futurorum. 26 *Lib. de dilligendo Deo ro. 9.*

IDEM docens, q; Sem filius Noe fuit dominus terræ promissionis, quam multis temporibus possedit, sed discursu temporis Chananæi filij Cham filij iunioris Noe, per violētiam, expulsis fratribus suis, eam possederunt. Et quia Abraham de generē Sem legitur fuisse, filij eius Israelitæ, non alienam terram tradente Domino peruaserunt, sed suam propriam, quam per violentiam patres eorum perdiderant, receperunt. Occasione eius ait: Terra repromissionis, quam toties dicit Deus lacte & melle manantem, nos fuimus, antequam peccaret Adam, quando in nobis nihil aliud erat, quā quod misericordia contulerat conditoris. Postquam autem in Adam omnes moriuntur, terram promissionis Chananæi cæperant possidere. Voluntas enim Domini, possessionem cordis nostri, non vitijs sed virtutibus naturaliter deputauerat. Quæ post præuaricationem Adæ, insolentibus vitijs tamquam populis Chananæis, a propria regione, ideſt ab intellectu, vel mente rationabili, virtutes sanctæ depulsę sunt, & vitia remanserunt. Cum virtutibus rursum, si per Dei gratiam 27 *Serm. 105. de tempore ro. 10.*

pos-

possessio animæ nostræ recepta fuerit, non tam alienas occupasse terras, quam proprias videbimur recipisse. Cum enim auxiliante Domino, a populo, virtutibus cõtra se dimicantibus, vitia fuerint superata, locum quem sibi in corde nostro, concupiscentiæ, vel fornicationis spiritus retentabat, deinceps castitas occupabit, quem furor cœpit, sapientia possidebit, quem tristitia mortem operans inuaserat, salutaris & plena gaudij lætitia obtinebit, quem desidiæ tepor vel negligentiæ vastabat, humilitas honestabit, quem cupiditas obscurum fecerat, misericordia ad claritatem pristinam reuocabit, quem inuidia veneno suo percusserat, benigna simplicitas adornabit. Ita singulis vitijs expulsis, eorum loca, id est affectus, virtutes econtrario possidebunt. Ipsæ tamen virtutes, filij Israel, id est animæ videntes Deum, non immerito nuncupantur, & cum vniuersas, Deo auxiliante, cordis sui expulerint passiones, non tam alienas possessiones peruasisse, quam proprias terras recuperasse credendæ sunt. Et quia nihil ad perfectum adduxit lex, non per Moysem, sed per Iesum eius successorem, terra repromissionis Israelitico populo reformatur. Hoc est per euangelicam gratiam, gentes crudeles & pessimæ, hoc est originalia peccata, vel actualia, de terra promissionis, id est Christianorum cordibus, Iesu duce potuerunt effugari.

28 *Psal. 125.*

Gal. 2.

29 GREGORIVS explicans illa verba Iob. ca. 22. Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos, ait? Quid per terram, nisi infirmitas actionis, quid per duritiam silicis, nisi fortitudo signatur? Quid per torrentes aureos, nisi doctrinam intimæ claritatis accipimus? Omnipotẽs autem Deus ad se conuersis pro terra dat silicem, quia pro infirma actione, fortitudinem tribuit robusti operis. Dat etiam pro silice torrentes aureos, quia pro robusto opere, doctrinam multiplicat claræ prædicationis, quia peccator quisque conuersus, & ex infirmo fortis existere valeat, & in sua fortitudine vsque ad proferenda verba intimæ claritatis exurgat, quærenus in eo, & infirmitas actionis, in qua velut terra soluitur, bene viuendi fortitudine solidetur. Et rursus cum sensus ex vita trahitur, ex ipsa fortitudine, torrentes aurei de fluunt, quia in ore bene viuentium, doctrinæ claritas inundat.

Li. 16. Moral. cap. 8. to. 2.

In Ps. 67. to. 8.

1. Cor. 15.

Luc. 1.

30 IDEM exponens illa verba Iob capite 33. Abominabilis ei fit in vita sua panis, & animæ illius cibus ante desiderabilis, sic habet: In Scriptura sacra, panis, inter multa, gratiam spiritualem significat. Sicut per Prophetam dicitur: Qui obturat aures suas, ne audiat sanguinem, & claudis oculos suos ne videant malum, iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius, panis ei datus est. Quid est enim obturare aures suas, ne audiat sanguinem, nisi peccatis suadentibus, quæ de sanguine & carne nascuntur, non præbere consensum? Et quid est, ne malum videat, oculos claudere, nisi omne quod rectitudini aduersum est, non approbare? Iste in excelsis habitabit, quia quamuis eum adhuc caro in inferioribus retinet, mentem iam in sublimibus fixit. Munimenta saxorum, sublimitas eius, quia qui obiecta desideria terrenæ conuersationis calcat, ad supernam patriam, per præcedentium patrum exempla se subleuat. Et quia per contemplationis donum gratia spirituali satiatur, apte subiungitur. Panis ei datus est, id est refectionem spiritalis gratiæ recipit, quia se a bonis infirmis, cœlestia sperando suspendit.

Li. 23. Moral. c. 17.

Esa. 33.

31 IDEM sic ait: Cum per gratiam suam Spiritus sanctus electorum corda visitat, ab omni peccatorum immunditia potenter purgat, quia vt se menti infuderit, eam protinus in vitiorum odia, & in virtutum amorem, ineffabiliter excitat. Facit eam statim odisse quod amabat, & quod odio habuerat, ardenter diligere, atq; in vtroque valde ingemiscere, quia & mala quæ odit, se damnabiliter amasse recolit, & bona quæ diligit odisse. Quis enim audeat dicere, licet omnimoda peccatorum sarcina prægrauetur, quòd perire possit aliquis visitatus gratia Spiritus sancti?

Lib. 2. c. 3. in cap. 2 libri 1. Reg. to. 2.

32 IDEM explicans verba illa, quæ Samuel dixerat Sauli, cum eum vnxerat in regem Israel, Insiliet in te Spiritus Domini, & propheta bis, & mutaberis in virũ alium, inquit: Insilire Spiritus Domini dicitur, quia electorum corda, donis eius subito replentur. Qui statim prophetare incipiunt, quia qui diuino Spiritu pleni sunt, Dei magnalia tacere non possunt. [Infra:] Et mutaberis in virum alterum. Natura nostra per lapsum primi hominis sic damnata est, vt quotidie labendo deficiat, & deficiendo veteraſcat. Sed quia in nobismetipsis deficimus, cum in nos ille spiritus insilit, renouamur, quia statim quod non eramus, efficimur. Tepidus erat quis, sed repente visitatus a spiritu, feruens efficitur. Incipit ardere per deuotionem, fortiter exerceri in bono opere. In virum ergo alium mutatus est, qui esse cœpit quod ante insilientem spiritum, in se esse non potuit. Iam bonæ conuersationis est aliquis, cœlestia amat, terrena despicit, in lachrymarum fontes erumpit. In virum alium mutatur, qui compunctionis gratiam per aduenientem spiritum suscipit, quam ante aduentum eiusdem spiritus non habebat. Repente autem raptus, in virtute superuenientis spiritus, esse carnalis desinit, potenter sæculi curas abijcit, & in æternorum cõtemplationum, mira puritate consurgit. Miratur se tũc esse quod non erat, miratur se tunc non fuisse, quod est. Talem virum sacra Scriptura collaudans dicit: Qui adhæret Deo, vnus spiritus est. Deo namq; adhæremus, quando Spiritus sancti gratiam abundanter accipimus, & vnus spiritus cum eo efficimur, quando diuinæ voluntati, mente, cor, & opere concordamus. [Infra:] Quando venerint tibi omnia signa hæc, fac quodcumque inuenit manus tua, quia Dominus tecum est. Quasi dicat, cum te diuina gratia plenum videas, doce alios, quidquid facis, quia ex præsidente tibi eadem diuina gratia, habes & optime viuere, & vtiliter alios docere.

Inc. 10. libri 1. Reg. lib. 4. c. 4.

2. Cor. 6.

33 BERNARDVS ait: Sicut corporis huius vitam, ex motu suo dignoscimus, ita & fidei vitam, ex operibus bonis, Itaque vita quidem corporis, est anima, per quam mouetur, & sentit, vita vero fidei, charitas est, quia per illam operatur, sicut in Apostolo legis, Fides quæ per dilectionem operatur. Vnde & refrigescente charitate fides moritur, sicut corpus, anima recedente. Tu ergo si videris hominem in bonis operibus strenuum, & feruore conuersationis hilarem, viuere in eo fidem, non dubites, tenens vitæ illius argumenta. Sed sunt nonnulli, qui cum spiritu cœperint, heu carne postea consummantur. Scimus autem quia iam non permaneat in eis spiritus vitæ, quia scriptum est: Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est.

In serm. 2. Paschæ.

Gen. 6.

34 IDEM exponens verba illa 1. Ioann. 5. Tres sunt, qui testimonium dant in terra spiritus, aqua, & sanguis, sic habet: Hoc est testimonium, quod datur in terra ad distinguendum cœli ciues a ciuibus Babylonis. Quando enim sine testimonio, electos suos deserat Deus? Aut certe quænam eis esse poterat consolatio inter spem & metum, sollicitudine anxia fluctuantibus; si nullum omnino electionis suæ habere testimonium mererentur? Nouit, Dominus qui sunt eius, & solus ipse scit, quos elegerit a principio. Quis vero scit hominum, vtrum odio, vel amore dignus sit? Quòd si vt certum est, certitudo nobis omnino negatur, numquid non tanto delectabiliora erunt, si qua forte electionis huius signa possimus inuenire? Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quo salutis testimonia commendãtur. Hoc sane verbo, & electis consolatio ministratur, & subtrahitur reprobis excusatio. Cognitis siquidem signis vitæ, quisquis hæc negligit, manifeste conuincitur in vano accipere animam suam, & pro nihilo habere terram desiderabilem, comprobatur. Tres sunt, inquit, qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & san-

Serm. 2. in oct. Paschæ

35 sanguis. Iacebamus captiui, dedit Deus sanguinem pro prium in redemptionem, aquam simul produxit de latere suo in ablutionem, misit deinde de excelso, spiritũ suum, qui adiuuaret infirmitatem nostram. Vis ergo nosse an hæc aliquid operentur in te, ne forte reus sis sanguinis Domini, quem euacuas quantum in te est, sed & aqua ipsa quæ debuerat mundare, in sordibus permanenti iudicium damnationis accumulet, spiritus quoque cui resistis nõ liberet maledictum a labijs suis? Quis est autem qui testimonium habet effu si non sine causa sanguinis Christi, nisi qui continet a peccatis?
Ioan. 8. Seruus. n. peccati est, qui peccatum facit, vt si deinceps continere potuerit, & iugum abijcere miseræ seruitutis, certissimum sit testimonium redemptionis, quam operatur sanguis Christi. Verum non sufficit peccatori continentia, si non adsit pœnitentia. Habet ergo & ab aqua testimonium, qui laborat in gemitu suo, lauans per singulas noctes lectum suum. Sed quid erit quod longo catenarum vsu & carceris habitatione crudeli, contracti sumus atque collisi, defecimus in via vitæ? Innocemus spiritum viuificatorem, & adiutorem, confidentes quia dabit pater spiritum bonum petentibus se. Sane nouum superuenisse spiritum, conuersatio noua testatur. A sanguine, aqua, & spiritu habes testimonium, si contines a peccatis, si dignos agis pœnitẽtiæ fructus, si facis opera vitæ.

36 IDEM explicans illa uerba: Equitatui meo in curri
Serm. 39. in Cantica. bus Pharaonis assimilaui te amica mea, inquit: Primũ assimilat animam pulchram & amicam per gratiam, equitatui suo in curribus Pharaonis, liberando vtique a iugo peccati, mortificatis vniuersis operibus carnis.
Exod. 14. Quemadmodum ille populus liberatus est a seruitute Ægypti, subuersis & submersis cunctis curribus Pharaonis. De reliquo illa singulari dignatione, postquam liberata est, asciscitur in amicam, decorem induitur, tã quam Domini sponsa. Ad hæc illi promittuntur murenulæ pro ornatu, psæque aureæ pro pretio, & distinctę argento, pro decore. Primum misericorditer liberatur, secundo dignanter adamatur, tertio benigne abluitur, & purgatur; postremo optimi ornamenti accipit, Infra latius explicans hæc quæ dixerat, ait: In primis inter sanctam spiritualemq; animam, & equitatum Domini, comparationem ponit, & inter Pharaonem & diabolum, amborumque exercitus. Nec miraberis vnã animam, equitatus multitudini similatam; si aduertas quantæ, in ipsa vna quę tam sancta anima sit, virtutum acies habeatur, quanta in affectionibus ordinatio, quãta in moribus disciplina, quanta in orationibus armatura, quantum in actionibus robur, quantus in zelo terror, quanta deniq; ipsi cum hoste conflictuum assiduitas, numerositas triumphorum, terribilis, vt castrorum
Cant. 6. Cant. 7. acies ordinata. Et iterum: Quid videbis, inquit, in Sunamite, nisi choros castrorum. Aut si id tibi nõ placet, noueris huiusmodi animam numquam esse sine angelorum custodia, qui eam æmulantur Dei æmulatione, solliciti suo viro seruare & virginem castam exhibere Christo. Ergo angelicis fulta ministerijs, & superno sti pata agmine sponsa incedens, similis est equitatui Domini, illi vtique qui quondam in curribus Pharaonis tam stupendo diuini adiutorij miraculo triumphauit. Si enim diligenter aduertas, cuncta quæ ibi miraris magnifice perpetrata, inuenies hic nihilominus admiranda. Nisi quòd in eo nunc magnificentius triumphatur, quòd quæ illic corporaliter præcesserunt, hic spirituali ter adimplentur. An non tibi multo fortius, longeque
Eph. 6. glorioſius esse videtur, diabolum prosternere, quã Pharaonem, atq; aereas debellare potestates, quàm currus Pharaonis subuertere? Ibi denique pugnatum est aduersus carnem & sanguinem, hic aduersus principes & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harsi, contra spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Ibi populus eductus de Ægypto, hic homo de sęculo. Ibi prosternitur Pharao, hic diabolus. Ibi subuertuntur currus Pharaonis, hic carnalia & sæcularia desideria, quæ militant aduersus animam, subruuntur. Illi in fluctibus, Exod. 14. isti in fletibus. Puto & nunc clamitare dæmonia, si forte contingat incidere in talem animam, fugiamus Israelem, quia Dominus pugnat pro eo.

38 IDEM explicans verba illa: Reuertere dilecte mi,
Serm. 74. in Cant. Psal. 76. Prou. 5. ait: Dei præsentia in anima sciri non potest, ipse est enim de quo scriptum est. Et vestigia tua non cognoscentur. [Infra:] Quæris igitur cum ita sint omnino inuestigabiles viæ eius, vnde adesse norim? Viuum & efficax est, moxque ve intus venit, expergefacit dormitantem animam meam, mouit, & mollinit, & vulnerauit cor meum, quoniam durum lapideumque erat, & male sanum. Cœpit quoque euellere & destruere, ædificare, & plantare, rigare arida, illuminare tenebrosa, frigida inflammare, necnon & mittere praua in directa, &
Esa. 40. aspera in vias planas. Ita igitur intrans ad me aliquotiens Verbum sponsus, nullis suis moribus compertum est mihi, nullis meis sensibus illapsum penetralibus meis, tantum ex motu cordis (sicut præfatus sum) intellexi præsentiam eius, & ex fuga vitiorum, carnaliũque compressione affectuum, aduerti potentiam virtutis eius, & ex discussione, siue redargutione occultorũ meorum admiratus sum profunditatem sapientię eius, & ex quantulacumque emendatione morum meorũ, experius sum bonitatem mansuetudinis eius, & ex renouatione ac reformatione spiritus mentis meæ, idest interioris hominis mei, percepi vtcumque speciem decoris eius, & ex contuitu horum omnium, simul expaui multitudinem magnitudinis eius. Verum quia hæc omnia, vbi abscesserit Verbum, perinde ac si ollæ bullienti subtraxeris ignem, quodam illico languore torpentia, & frigida iacere incipiunt, atq; hoc mihi signum abscessionis eius, tristis sit necesse est anima mea, donec iterum reuertatur, & solito recalescat cor meum intra me, idque sit reuersionis indicium.

Gratia, & auxilium Dei, & liberum arbitrium, & labor ad virtutem, quo ordine sint necessaria. Cap. IX.

ORIGENES sic habet: Cum populus Israel educeretur de Ægypto primogenita Ægyptiorum occisa sunt, & tunc dictum est Moysi: Sanctifica
1 Hom. 3. in c. 3. Exod. to. 1. mihi omne primogenitum, hoc est ergo quod in hoc loco indicatur, quia non prius sanctificati sunt primogeniti Israel, quàm percuterentur primogeniti Aegyptiorum, & quasi causam sanctificationis horum interitum & necem posit illorum. Vnde & hic intelligendum est esse quosdam primogenitos, etiam in Ægyptijs, idest in contrarijs potestatibus quasi electos in malitia, & primos inter dæmones, qui nisi percussi fuerint a Deo, & extincti, sanctificationem percipere, Israelitarum primogeniti omnino non possunt. Quis ergo est iste, qui primogenitos Aegyptiorũ, idest principatus, & potestates dæmonum percussit? Nõne Dominus meus Iesus Christus, qui est primogenitus omnis creaturę, qui principatus, & potestates aduersas traduxit, triumphans eos in cruce? Quos vtique nisi ille percussisset, & triumphasset, sanctificatio ad nos venire nullatenus potuisset.

2 IDEM explicans illa verba, A Domino gressus ho-
Hom. 4. in Ps. 36. to. 2. minis dirigentur, ait: Gressus hominis a Domino diriguntur. Non sufficit homini volenti istud iter incedere, sola propositi sui voluntas, nisi & Dominus direxerit gressus eius, quia frequenter accidit iter agentibus, vt ambulent, quod iter tamen rectum tenere non possint, sed decedant in aliquos errore, quia a Domino nõ diriguntur gressus eorum. Et cum a Domino gressus directi fuerint, tunc viam eius voler. Cupiet enim, qui a Deo dirigitur, Christum, & desiderabit permanere semper in Christo.

3 IDEM exponens versum illum: Et substantia mea
Hom 2. in Psal. 38. a te est (vbi nostra lectio habet apud te est) inquit: Si habeo

habeo substantiam diuitiarum spiritualium, a Deo est. Insufflauit enim Deus in faciem hominis spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem.

4 *Hom. 4. ex posit. 2. in Cant.* IDEM explicans verba illa: Vineæ florentes dederunt odorem suum, ait: Non sine causa puto quòd non dixerit odorem dederunt, sed odorem suum, vt ostenderet inesse vnicuique animæ, vim possibilitatis, & arbitrij libertatem, qua possit agere omne quod bonum est. Sed quia hoc naturæ bonum, præuaricationis occasione decerptum, vel ad ignominiam, vel ad lasciuiam fuerat inflexum, vbi per gratiam reparatur, & restituitur, odorem reddit, sine dubio illum quem primus conditor Deus indiderat, sed peccati culpa subtraxerat.

5 *Lib. 7. in c. 9. epist. Pauli ad Rom. to. 3.* IDEM explicat illa verba Apostoli: Non est volentis, neque currentis, sed Dei miserentis, inquit: Ex his verbis colligi videtur, quòd in homine non sit libertas arbitrij, nec habeat vnusquisq; potestatem sui. Quod dixit, non volentis, neq; currentis, sed miserentis est Dei, ita accipitur. Sicut Dauid dicit in Psalmo, Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificauerunt eam, nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat, qui custodit eam. In quo ostẽdit, non q̃ is, qui domum ædificat, nihil agat & ociosus sit; & ita eam ædificet Dominus, sed ipse quidem quãtum est in homine, vim sollicitudinis & laboris expendat, sicut obstaculis omnibus amoris, opus perueniat ad perfectum. Cum ergo per hæc doceatur, q̃ homo quidem laborem impendat, & sollicitudinem, Deus autem successum operi tribuat & effectum. Pium & religiosum est ideo, & bonum quod in se est, operis summa, Deo magis quam homini putare. Sic & cum Paulus plantabat, & Apollo rigabat, Deus dare dicitur incrementum, & additur. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementũ dat Deus. Ita ergo etiam in præsenti loco possumus dicere, neq; qui currit est aliquid, neque qui vult, sed qui effectum dat Deus. Qui enim vult, & qui currit, hæc videntur esse, quod est ille qui plantat, & eum qui rigat, nihil esse dicit Apostolus, non q̃ nihil agant, sed q̃ ad comparationem Dei, qui incrementum dat operi, vel effectum, illi nihil esse ducantur.

Esa. 40.

1. Cor. 3.

1 *Hom. 3. in c. 3. Num. to. 1.*

6 *In Ps. 107 to. 7.* HIERONYMVS exponens hæc verba: Et non exibis Deus in virtutibus nostris? Sic habet: Hæc interrogatiue legenda sunt, quasi dicat: Qui passus es pro nobis, quare non adiuuas nos, sed pateris conculcari nos a diabolo crudelissimo? Et non exibis Deus in virtutibus nostris? Videte quid dicat, non dixit, Non existi, sed non exibis Deus in virtutibus nostris. Hoc vult dicere, quando laboramus, tunc adiuuat nos Deus. Nõ est enim volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. Videte quid dicat, non ait, non est iacentis, neque dormientis, sed miserentis est Dei. Sed videte quid dicit: Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei. Si non ergo voluerimus, & cucurrerimus, Deus nobis nihil proderit. Nostrum est velle & currere, Dei autem misereri. Athleta enim dormiens, perdit victoriam. Da nobis auxilium de tribulatione. Non dixit, da nobis auxilium de delicijs, sed de tribulatione. Ad Dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Non dixit cum essem in delicijs clamaui, aut dormiens clamaui. Vis exaudiri a Domino? Esto in tribulatione clama & exaudieris. In Deo faciemus virtutem, & ipse ad nihilium deducet inimicos nostros. Ipse erit virtus nostra & rector noster. Ipse nos coronat, ipse pugnat nobiscum, magis autem ipse vincet in nobis. In Deo faciemus virtutem. Quando enim fortes fuerimus, ipse ad nihilum deducet inimicos nostros.

Rom. 9.

Psal. 119.

2 *Hom. 4. in Ps. 36. n. 2.*

7 *Lib. de spiritu & litera to. 3.* AVGVSTINVS inquit: Num liberum arbitriũ euacuamus per gratiam? Absit, sed magis liberum arbitrium statuimus. Sicut enim lex per fidem, sic liberum arbitrium, per gratiam non euacuatur, sed statuitur. Neque enim lex impletur, nisi libero arbitrio, sed per legem cognitio peccati, per fidem impetratio gratiæ contra peccatum, per gratiam sanatio animæ abolitione peccati, per animæ sanitatem libertas arbitrij, per liberum arbitrium, iustitiæ dilectio, per iustitiæ dilectionem, legis operatio. Gratia sanat voluntatem, qua iustitia libere diligatur. Omnia hæc quæ velut catenatim connexui, habent voces suas in Scripturis sanctis. Lex dicit, non concupisces. Fides dicit, sana animam meam, quia peccaui tibi. Gratia dicit, Ecce sanus factus es iam, noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Sanitas dicit: Domine Deus meus clamaui ad te, & sanasti me. Liberum arbitrium dicit, Voluntarie sacrificabo tibi. Dilectio iustitiæ dicit, Narrauerunt mihi iniqui delectationes suas, (vel fabulationes) sed non vt lex tua Domine. Vt quid ergo miseri homines, aut de libero arbitrio audent superbire, antequam liberentur, aut de suis viribus si iam libertati sunt? Nec attendunt in ipso nomine liberi arbitrij, vtique libertatem sonare. Vbi autem Spiritus Domini, ibi libertas. Si ergo serui sunt peccati, quid se iactant de libero arbitrio? A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Si autem liberati sunt, quid se iactant velut de opere proprio, & gloriantur quasi non acceperint? An ita sunt liberi, vt nec illum velint habere Dominum, qui eis dicit, Sine me nihil potestis facere?

Exo 20. Psal 40. Ioan 5. Psal. 29. Psal. 53. Psal. 118.

Ioan. 15.

8 *Lib. de gratia Christi contra Pelagium to. 7.* IDEM inquit: Pelagius tria constituit, atque distinguit, quibus diuina mandata dicit impleri, possibilitatem, voluntatem, & actionem. Possibilitatem qua potest homo esse iustus, voluntatem qua vult esse iustus, actionem qua iustus est. Horum trium primum, id est possibilitatem, datam confiretur ab auctore naturæ, necesse in nostra potestate, sed eam nos habere, etiam si nolimus; duo vero reliqua, id est voluntatem, & actionem, nostra esse asserit, atque ita nobis tribuit, vt nonnisi a nobis esse contendat. Deniq; gratia Dei non ista duo, quæ nostra omnino vult esse, sed possibilitatem perhibet adiuuare, tamquam illa quæ nostra sunt, hoc est voluntas & actio, tam sint valentia ad declinandum a malo, & faciendum bonum, vt diuino adiutorio non indigeant. Posse ad Deum proprie pertinet, qui illud creaturæ suæ contulit; duo vero reliqua hoc est, velle, & esse, ad hominem referenda sunt, quia de arbitrij fonte descendunt. [Infra:] Non adiuuat Deus vt velimus, non adiuuat vt agamus, sed tantummodo adiuuat, vt velle, & agere valeamus. Hoc contra doctrinam Pauli esse animaduertis, qui ait: Deus est qui operatur in vobis velle, & perficere, vel vt in alijs codicibus, maxime autem græcis, legitur, & velle, & operari. Quæ, iste ita nostra esse voluit, tamquam ipsa, diuinæ gratiæ non adiuuentur auxilio, Deum in nobis dicit operari. [Infra:] Adiuuat nos Deus, ait Pelagius, dum cordis nostri oculos aperit, dum nobis ne præsentibus occupemur futura demonstrat, dum diaboli pandit insidias, dum nos multiformi & ineffabili dono gratiæ cælestis, illuminat. Hic itaque apparet hanc eum gratiam confiteri qua demonstat, & reuelat Deus quid agere debeamus, non qua donat, atque adiuuat, vt agamus. [Infra:] Gratia datur non solum vt facienda nouerimus, verum etiam ut cognita faciamus, nec solum ut diligenda credamus, uerum etiam ut credita diligamus. [Infra:] Volebat Pelagius tantas esse naturæ uires, ut etiam sine auxilio Spiritus sancti, etsi minus facile, tamen aliquo modo, nequam spiritui resistatur. Item primo libro pro libero arbitrio. Cum autem tam forte, inquit, tam firmum ad non peccandum liberum in nobis habeamus arbitrium, quod generaliter naturæ humanæ creator inseruit, rursus pro eius inæstimabili benignitate, quotidiano ipsius munimur auxilio. Quid opus est hoc auxilio, si tam forte, tam firmum est ad non peccandum liberum hominis arbitrium? Sed etiam hic vult intelligi, ad hoc

Phil. 2.

esse auxilium, vt facilius fiat per gratiam, quod etsi minus facile, tamen putat fieri præter gratiam. Cum autem, facilius, addit, adimpletio boni operis etiam sine Dei gratia posse fieri suggeritur. Quem sensum redarguit qui dicit, Sine me nihil potestis facere.

10 In Ps. 17. to. 8. IDEM exponens verba illa: Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine, Deus meus illumina tenebras meas, ait: Quoniam non est lumen nostrum ex nobis, sed tu illuminabis lucernam meam Domine. Nos peccatis nostris tenebræ sumus, sed Deus meus illuminabis tenebras meas. Quoniam a te eripiar a tentatione, non a me, sed a te eruar, & in Deo meo transgrediar murum, non in me, sed in Deo meo, quem inter homines & cœlestem Hierusalem peccata erexerunt Deus qui præcinxit me virtute, vt fortis sim, ne diffluentes sinus cupiditatis impediant opera, & gressus meos. Qui perfecit pedes meos tamquam ceruorum. Qui perfecit amorem meum ad transcendenda spinosa, & vmbrosa implicamenta huius sæculi. Et super excelsa statuet me. Et super cœlestem habitationem figet intentionem meam, vt implear in omnem plenitudinem Dei. Qui docet manus meas ad prælium. Qui docet me operari ad superandos inimicos, qui nobis intercludere cœlestia regna conantur. Et posuisti vt arcum æreum brachia mea, & posuisti infatigabilem intentionem bonorum operum meorum, & dedisti protectionem salutis tuæ, & dextera tua suscepit me. Et fauor gratiæ tuæ suscepit me.

11 In Ps. 36. IDEM exponens verba illa: A Domino gressus hominis dirigentur (nostra lectio habet apud Dominũ) viam eius volet, inquit, ipse homo vt velit viam Domini, ab ipso Domino diriguntur gressus eius. Nam si Dominus non dirigeret gressus hominis, tam praui erant, vt semper per praua irent. Ipse direxit gressus, vt viam eius uellemus.

12 Li. 6. Moral. c. 10. to 2. Rom. 2. GREGORIVS explicans illa uerba Iob ca. 22. Saluabitur innocens, saluabitur autem munditia manum suarum, inquit: Hæc sententia si de cœlestis regni retributione promittitur, veritate fulcitur, quia cum de Deo iscriptum sit, qui reddidit vnicuiq; secundum opera eius, illum in extremo examine iustitia æterni iudicis saluat, quem hic eius pietas ab immundis operibus liberat. Sin vero ad hoc saluari quisq; hic munditia manuum suarum creditur, vt suis viribus innocens fiat, proculdubio erratur, quia si superna gratia nocentem non præuenit, nunquam profecto inueniet quem remuneret innocentem. Vnde Moysi voce dicitur: Nullus apud te per se innocens est. Superna ergo pietas prius agit in nobis aliquid sine nobis, vt subsequente quoq; nostro libero arbitrio, bonum quod iam appetimus agat nobiscum, quod tamen per impensam gratiã in extremo iudicio ita remunerat in nobis, ac si solis processisset ex nobis. Quia enim diuina nos bonitas, vt innocentes faciat, præuenit, Paulus ait: Gratia Dei sum id quod sum. Et quia eandem gratiam, nostrum liberum arbitrium sequitur, adiungit: Et gratia eius in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laborauit. Qui dum se de se nihil esse conspiceret, ait: Non autem ego. Et tamen quia se esse aliquid cum gratia inuenit, adiunxit: Sed gratia Dei mecum. Non enim diceret mecum, si cum præueniente gratia, subsequens liberum arbitrium non haberet. Vt ergo se sine gratia nihil esse ostenderet, ait, Non ego, vt vero se cum gratia operatum esse per liberum arbitrium demonstraret, adiunxit, Sed gratia Dei mecum. Munditia itaque manum suarum innocens saluabitur, quia qui hic præuenitur dono vt innocens fiet, cum ad iudicium ducitur, ex merito remuneratur.

Exod. 34. 2. Cor. 15.

13 Li. 33. Moral. c. 10. Psal. 58. IDEM exponens illa verba Iob c. 4. Quis ante dedit mihi, vt reddam ei? sic habet: Nemo vt diuina illum gratia subsequatur, prius aliquid contulit Deo. Nam si nos Deum bene operando præuenimus, vbi est quod Propheta ait: Misericordia eius præueniet me? Si quid nos bonæ operationis dedimus, vt eius gratiam mereremur, vbi est quod Apostolus dicit, Gratia estis saluati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est non ex operibus? Si nostra dilectio Deum præuenit, vbi est quod Apostolus Ioannes dicit: Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniã ipse prior dilexit nos? Vbi est quod per Oiee Dominus dicit: Diligam eos spontanee? Si sine eius munere, nostra virtute Deum sequimur, vbi est quod per Euangelium veritas protestatur, Sine me nihil potestis facere? Vbi est quod ait, Nemo potest venire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum? Si saltem dona bonorum operum virtute nostra bene cogitando præuenimus. Vnde est quod Paulus tam salubriter ait, vt omnis de se humanæ mentis fiducia ab ipsa cordis radice succidatur, non q̃ sufficiẽtes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. [Infra:] Liberum arbitrium in bono formatur electus, cum eorum mens a terrenis desiderijs gratia aspirante suspenditur. Bonum quippe quod agimus, & Dei est, & nostrum, Dei per præuenientem gratiam, nostrum per obsequentem liberam voluntatem. Si enim Dei nõ est, vnde ei gratias in æternum agimus? Rursum si nostrum non est, vnde nobis retribui præmia speramur? Quia ergo non immerito gratias agimus, scimus quod eius munere præueni mur; & rursum quia non immerito retributionem quærimus, scimus quod obsequente libero arbitrio, bona eligimus quæ ageremus.

Ephes. 2. Ioan. 4. Osee 14. Ioan. 15. Ioan. 6. 2. Cor. 3. Rom. 9. Psal. 44.

14 Serm. 11. in Cant. Rom. 11. 1. Ioan. 4. Ps. 22. Ps. 58. Ps. 78. BERNARDVS explicans illa verba Cant. 1. Trahe me post te in odorem vnguentorum tuorũ curremus, ait: Quid? Sponsa ne ergo necesse habet trahi, & hoc post sponsum? Quasi vero inuita eum & non libens sequatur? Sed non omnis qui trahitur, inuitus trahitur. Nec enim infirmum, aut debilem eum videlicet qui per se ire non valet, trahi ad balneũ, vel ad prãdium piget, etsi reum pigeat trahi ad iudicium, vel pœnam. Denique trahi vult, quæ & hoc rogat. Non autem rogaret, si sequi per se ipsam dilectum, prout vellet, valeret. Vt quid vero non valet? An infirmam fateamur, & sponsam? Si vna quæuis ex adolescentulis infirmam se diceret, & peteret trahi, nequaquam miraremur. At vero de sponsa quæ trahere, & alios vtpote fortis, & perfecta posse sufficere videbatur, cui non durum sonet, q̃ & ipsa trahi tamquam infirma, vel debilis necesse habeat? De quanam anima iam cõfidimus, quòd valida sit & sana, si illam infirmam dici consenserimus, quæ pro sui singulari perfectione, & excellentiori virtute sponsa Domini nominatur? Quantæuis perfectionis, aia quãdiu quidẽ gemit sub corpore mortis huius, & huius sæculi nequam retinetur inclusa carcere, vincta necessitatibus, torta sceleribus, lentius, segniusque assurgat necesse est ad contemplanda sublimia, nec omnino liberum habeat sequi sponsum quocumq; ierit. Hinc lachrymosa vox illa gementis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Hinc supplex illa precatio, educ de carcere animam meam. Dicat proinde, dicat cum gemitu etiam sponsa. Trahe me post te. Quia corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Postulat ergo vt conuersationis ipsius valeat vestigia sequi, ut possit æmulari uirtutem, & normam tenere vitæ, & morum queat apprehendere disciplinam. In his quippe maxime opus est adiutorio, quo valeat abnegare semetipsam, & tollere crucẽ suã, & sic sequi Christum. Hic prorsus trahi necesse habet sponsa, nec sane trahi ab alio, quam ab eo ipso, qui ait, Sine me nihil potestis facere. Scio, inquit, me nũquam posse peruenire ad te, nisi gaudendo post te, sed neque hoc quidẽ nisi adiutam abs te, ideoq; precor vt trahas me post te. Beatus siquidem, cuius est auxilium abs te, ascẽsiones in corde suo disposuit in valle lachrymarũ, peruenturus quadoq; ad te in montibus gaudiorũ. [Infra:] Et quid mirũ si indiget trahi, quę post gigãtẽ curru, quæ

15 Rom. 7. Sap. 9. Psal. 83.

16 Ps. 147. Ps. 18. 17 Ser. 67. in Cant. 18 Ser 84. in Cantica. Cap. 3. Ps. 118.

rit, quæ comprehendere nititur eum, qui salit in montibus, transilit colles? Velociter, ait, currit sermo eius.
Ps. 147. 16 Non valet ex æquo currere, non potest pari cum illo celeritate contendere, qui exultat vt gigas ad curren-
Ps. 18. dam viam, non potest suis viribus; & propterea rogat se trahi. Fessa sum, inquit, deficio, noli me deserere, sed trahe me post te, ne incipiem vagari post amatores alios, nec curram quasi in incertum. Trahe me post te, quia satius est mihi, ut me trahas, vt scilicet vim qualemcumque mihi, aut terrendo minis, aut exercendo flagellis inferas, quam parcens in meo me torpore male secutam derelinquas. Trahe torpentem, vt reddas currentem. Trahe quodammodo inuitam, vt facias voluntariam. Erit quando non indigebo tractore, quoniam voluntarie, & cum omni alacritate curremus. [Infra:] Curremus, curremus, sed in odore vnguentorum tuorum, non in nostrum fiducia meritorum. Nec in magnitudine virium nostrarum currere nos confidimus, sed in multitudine miserationum tuarum. Nam etsi aliquando cucurrimus, & voluntarij fuimus, non est currentis, neque volentis, sed Dei
Rom. 9. miserentis. Reuertatur miseratio, & curremus. Tu
Psal. 44. quidem in virtute tua tamquam gigas & potens curris, nos, nisi vnguenta tua spirauerint, non curremus. Tu quem pater vnxit oleo lætitiæ pro consortibus tuis, curris in ipsa vnctione, nos in illius odore curremus.

17 IDEM exponens illa verba: Dilectus meus mihi, & ego illi, inquit: Sponsa recte in his verbis locuta est, non prætendens meritum, sed præmittens beneficium, & se præuentam dilecti gratia confitens. Recte omni-
Rom. 11. no nam quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Denique audi Ioannem, quid in epistola super hoc senserit.
1. Ioan. 4. In hoc est charitas, inquit, non quasi nos dilexerimus
Ps. 22. Deum, sed ipse prior dilexit nos. Et misericordia tua Domine subsequetur me, ait Propheta, Omnibus diebus vitæ meæ. Vbi gratiæ subsecutionem non negauit.
Ps. 58. De præuentione autem dixerat: Deus meus, misericor-
Ps. 78. dia eius præueniet me. Item ad Dominum: Cito, ait, anticipient nos misericordiæ tuæ, quia pauperes facti sumus nimis. Pulchre sponsa posterius (ni fallor) hæc eadem verba non eodem ordine ponit, sed sequitur & ipsa Prophetæ ordinem, loquens hoc modo, Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi. Cur ita? Nempe vt tunc magis gratia plenam se probet, cum totum gratiæ dederit, & primas scilicet illi partes ascribens, & vltimas. Alioquin quomodo gratia plena, si q̃d habuerit quod non sit ex gratia? Non est quo gratia intret, vbi iam meritum occupauit. Deest gratiæ, quicquid meritis deputas. Nolo meritum quod gratiam excludat. Horreo quidquid de meo est, vt sim meus, nisi quod illud forsi tan magis meum est, quod me meum facit, Gratia reddit me mihi, gratia iustificatum gratis, & sic liberatum a seruitute peccati. O sponsa desponsaui te mihi in misericordia & miserationibus. Nec tu me elegisti, sed ego elegi te, nec vt te eligerem tua inueni merita, sed præueni. In desponsatione interuenit non tuum meritum, sed meum placitum. Quæ vere sponsa est agnoscit ista, & vtramq; gratiã confitetur. Primo quidem eam, quæ prima est, qua & præuenta est; postea vero & subsequentem. Ait itaq; nunc: Dilectus meus mihi, & ego illi, principium dilectio tribuens. In consequentibus, ego, inquit, dilecto meo, & dilectus meus mihi, cõsummationem illi æque concedens. Dilectus meus mihi subaudi, intendit.

18 IDEM explicans verba illa: In lectulo meo per no-
Ser. 84. in Cantica. Cap. 3. ctes, quæsiui quẽ diligit anima mea, ait: Nouerit se anima præuentam in illo, & ante quæsitam, quam quærentem. Quærit anima mea verbum, sed quæ a verbo prius quæsita sit. Alioquin semel a facie verbi egressa, vel eiecta, non reuertetur oculus eius vt videat bona, si non requiratur a verbo. Quasi vero aliud anima nostra sit, q̃
Ps. 118. spiritus vadens, & non rediens, si sibi fuerit derelicta. Audi profugam, & deuiam quid doleat, & quid petat. Erraui, ait, sicut ouis quæ perijt, quære seruum tuũ Domine. O homo redire vis? Sed si in voluntate res est, quid opem flagitas? Quid aliunde mendicas, in quo abundas tu tibi? Palam est quia vult & non potest, sed spiritus est vadens & non rediens, etsi is sit longius agens qui nec vult, quamquam non omnino illam animam relictam dixerim, quæ reuerti cupit, & requiri petit. Vnde n. volũtas hæc illi? Inde (ni fallor) quòd a verbo visitata iam sit, & quæsita, nec ociosa quæstio quæ operata est voluntatem, sine qua reditus esse non poterat. Sed non sufficit semel quæri, tantus est animæ languor, tantaq; in reditu difficultas. Quid enim si vult?
Rom. 7. Iacet voluntas vbi facultas non suppetit. Nam velle ad iacet mihi, inquit, perficere autem bonum non inuenio. Quid ergo ille quem de Psalmo induximus quærit? Non plane aliud quam quæri, quod non quæreret, nisi quæsitus fuisset, & rursum non quæreret, si quæsitus satis fuisset. Quod & postulat; quære, inquiens, seruum tuum, vt qui dedit velle, det & perficere pro bona voluntate. Meminerit anima se prius quęsitam, sicut & prius dilectam, atq; a Deo esse, & quod quærit, & quod diligit. Oremus charissimi, vt cito anticipent nos
Ps. 78. misericordiæ istæ, quia pauperes facti sumus nimis. [Infra:] Quæsiui quem diligit anima mea. Nempe hic te prouocat anticipare, benignitas illius, qui te & prior quæsiuit, & prior dilexit. Minime prorsus nisi prius quæsita, quæreres, sicut nec diligeres, nisi dilecta prius.

IDEM inquit: Ex Dei munere, velle adiacet mihi, 19
perficere autem non inuenio. Sed nec aliquando me *In tract. de gratia & lib. arbitr.*
inuenturum confido, nisi qui dedit velle, det & perficere. Vbi ergo, ais, sunt merita nostra, & vbi spes nostra? Audi. Non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed se- *Rom. 7.*
cundum suam misericordiam saluos nos fecit. Ita ne *Ad Tit. 3.*
obitus est qui dixerit, Sine me nihil potestis facere, & *1. Cor. 13.*
neque volentis, neq; currentis est, sed Dei miserentis? Quid igitur agit, ais, liberum arbitrium? Breuiter respõdeo. Saluatur. Tolle liberum arbitrium non erit quod saluetur, tolle gratiam non erit vnde saluetur. Deus auctor est salutis, liberum arbitrium capax, nec dare illam nisi Deus, nec capere valet nisi liberũ arbitrium? Quod ergo a solo Deo, & soli detur libero arbitrio, tam absq; consensu esse non potest accipientis, quam absque gratia dantis. Et ita gratiæ operanti salutem, cooperari dicitur liberum arbitrium. [Infra:] Velle inest nobis ex libero arbitrio, nõ autem posse quod volumus, velle bonum, facit gratia. Ex ipso nobis est velle, ex ipsa bonũ velle. Sentiens Apostolus quid ex natura esset, quid ex
Rom. 7. gratia expectaret, aiebat: Velle adiacet mihi, perficere non inuenio. Sciebat profecto, velle quidem sibi ex libero arbitrio ineſſe, sed vt ipsum velle perfectum haberet, gratiam se habere necessariam. [Infra:] Soli inter animantia datum est homini posse peccare ob prerogatiuã liberi arbitrij. Datum autem non vt proinde pecca- 20
ret, sed vt glorioſior inde appareret, si non peccaret, cũ peccare posset, ita vt de eo diceretur. Quis est hic & laudabimus eum? Vnde ita laudandus? Facit n. mirabilia *Eccl. 31.*
in vita sua. Quæ? Qui potuit transgredi, & non est trãsgressus, facere mala, & non fecit. Peccauit autem quia liberum ei fuit. Nec tamẽ fuit culpa dantis, sed abutẽtis, qui ipsam facultatem conuertit in vsum peccandi, quã acceperat ad gloriam non peccandi. Nam etsi peccauit ex posse quod accepit; non tamen quia potuit, sed quia voluit. Lapsus tamẽ ex voluntate, non æque ex voluntate resurgere iam liberum habet, quia & si datum fuit voluntati posse stare ne caderet, non tamen resurgere si caderet. Non enim tam facile quis valet exire de fouea, quàm facile in eam cadere. Cecidit homo sola voluntate in foueam peccati, sed non ex voluntate sufficit posse resurgere. Manet etiam post peccatum liberum arbitrium, etsi miserum, tamen integrum. [Infra:] In eandem imaginem transformamur Domini, ait Paulus, a *2. Cor. 3.*
claritate in claritatem, tamquam a Domini spiritu. Ergo

go si a Domini spiritu, non a libero arbitrio est resurgere, cum tamen ab hoc sit cadere, sine propria tamen voluntate nullus saluari potest. [Infra:] Inter diuinum spiritum, & carnis appetitum, tenet medium quendam locũ, quod dicitur in homine liberum arbitrium, idest
21 humana voluntas, inter vtrumq; pendens. Appetitu infirmatur per carnem, vt nisi sedulo spiritus adiuuet infirmitatem eius per gratiam, non solum non valeat iustitiæ, quæ est iuxta Prophetam, sicut montes Dei, ascendendo de virtute in virtutem apprehendere culmen, sed etiam de vitio semper in vitium suo ipsius pondere deuoluta ruat in præceps, prægrauata nimirum non solum lege peccati, originaliter membris insitâ, verum & consuetudine terrenæ inhabitationis vsualiter affectionibus inolita. Et hæc duo huius mortalitatis mala, sicut non nocent, sed exercent non consentientes, sic non excusant, sed damnant consentientes, vt nec salus, nec damnatio vlla ratione sine præcedenti consensu voluntario possit haberi. Quamobrem id quod in creatura dicitur liberum arbitrium, aut iuste profecto damnatur, dum ei ad peccatum nulla vi præiudicatur extrinseca, aut misericorditer saluatur, cui ad iustitiam nulla virtus sufficit sua. De cetero, libero arbitrio, nec extra ipsum quæratur damnationis causa, quod iam non damnat, nisi propria culpa, nec ab ipso salutis merita, quod sola saluat misericordia. Cuius quippe conatus ad bonum, & cassi sunt, si a gratia non adiuuentur, & nulli, si non excitentur. Proinde non ei a se, vt dictum est, sed desursum potius a patre luminum descendere merita putentur. Deus enim rex noster ante sæcula, cum operatus est salutem in medio terræ, merita sua quæ dedit hominibus, in merita diuisit & prẽmia, vt & prẽsentia per liberam possessionem, nostra interim fierent merita, & futura per gratuitam sponsionem expecteremus, immo expeteremus vt debita. Itaq; non liberi arbitrij, sed Domini est salus. Immo
22 ipse salus, ipse est & via, ad salutem, qui ait. Salus populi ego sum. Qui item perhibet, ego sum via. Se fe-
Ps. 3. cit viam qui & salus erat & vita, vt non glorietur omnis caro. Si ergo bona viæ, sunt merita, sicut & patriæ, salus & vita, & nemo bonus nisi vnus Deus, Dei sunt procul dubio munera, tam nostra opera, quàm eius præmia. Et qui fecit se debitorem in illis, fecit & nos promeritores ex his. Ad quæ tamen condenda merita, dignatur sibi adhibere creaturarum ministeria, non quibus egeat, sed quibus per hoc, vel de quibus prosit. [Infra:] Qui bono, quod opere complent, voluntate consentiunt, opus omnino quod per eos Deus explicat, ipsis communicat. Vnde Paulus cum bona plurima, quæ Deus per ipsum fecerat, enarrasset, nõ autem ego, ait, sed gratia Dei mecũ. Potuit dicere per me, sed quia 1. Cor. 15.
minus erat, maluit dicere, mecum præsumens se non solum operis esse ministrum, per effectum, sed & ope- 1. Cor. 3.
rantis quodammodo socium per consensum. Denique & Paulus de se pronuntiat. Dei adiutores sumus. Ibi itaq; Deus homini benigne merita constituit, vbi per ipsum, & cum ipso, boni quippiam operari dignanter instituit. Hinc co adiutores Dei, & cooperatores Spiritus sancti, promeritores regni nos esse præsumimus, quod per consensum vtiq; voluntarium, diuinæ voluntati coniungimur. Quid igitur? Hoc ergo totum liberi arbitrij opus, quod consentit? Est prorsus. Non qui- 23
dem quod vel ipse consensus, in quo omne meritum Phil. 1.
consistit ab ipso sit, cum nec cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis sufficientes simus. Verba sunt Apostoli, qui omne quod boni esse potest, idest cogitare, & velle, & perficere pro bona voluntate attribuit Deo, non suo arbitrio. Si ergo Deus tria hæc, hoc est bonum cogitare, velle & perficere, operatur in nobis, primum profecto sine nobis, secundum nobiscum, tertium per nos facit. Si quidem immittendo bonum cogitationem nos præuenit, immutando etiam malam voluntatem, sibi per consensum iungit, ministrando & consensui facultatem foris per apertum opus nostrũ, internus opifex innotescit. A Deo ergo sine dubio, nostræ fit salutis exordium, nec per nos vtique, nec nobiscum. Verum consensus, & opus, etsi non ex nobis, non iam tamen sine nobis. Cauendum ergo ne cum hæc inuisibiliter intra nos, ac nobiscum actitari sentimus, aut nostræ voluntati attribuamus, quæ infirma est, aut Dei necessitati, quę nulla est, sed soli gratiæ, qua plenus est. Ipsa liberum excitat arbitrium, cum seminat cogitatum, sanat, cum immutat affectum, roborat, vt perducat ad actum, seruat, ne sentiat defectum. Sic autem ista cum libero arbitrio operatur, vt tantum illud in primo præueniat, in ceteris comitetur. Ad hoc vtiq; præueniens, vt iam sibi deinceps cooperetur. Ita tamen, quod a sola gratia cæptum est, pariter ab vtroque perficitur. Non partim gratia, partim liberum arbitrium, sed totum singula, opere indiuiduo peragunt.

Finis libri Septimi.

EPITOME SANCTORVM, PER LOCOS COMMVNES AD CONCIONES CONFICIENDAS,

LIBER OCTAVVS.

AVCTORE R. D. IOANNE LOPEZ
Episcopo Monopolitano Ord. Prædicatorum.

Hæreticos, & hæreticorum doctrinam in grandem perniciem reipublicæ permittit Deus. Cap. I.

1 ORIGENES in fine explicans verba illa: Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuaserunt camelos, & cæt. ait: Diabolus aduersus Iob, olim tribus cornibus dimicauit. Nunc vero nouissimis temporibus, atque in vltimo sæculo, non in his solis tribus cornibus dimicat, non triplici modo congreditur, sed mille modis, ac multipliciter dimicat, tentat, insidiatur, seducit, atq; subuertit per multitudiuem hæresum, per innumeros errores, per abundantes seductores, per pseudochristos, ac pseudodoctores, quibus hic mundus repletus est, quos nequissimus seminauit, quos atrocissimus ille produxit, quos malignissimus fecit, florem & fructum in infidelitate, atq; errore afferre coegit, quibus hic, vt diximus, mundus repletus est, qui venerunt & veniunt in verbo Domini, in vestitu ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Nomen Christianorum habentes, atque speciem pietatis, & erroribus, & impietatibus, atque seductionibus referti sunt. Isti sunt tanuæ mortis, & viæ inferni. Isti sunt qui a veritate plurimos prævaricantur, & a fide innumeros aberrare faciunt. Isti sunt ministri maligni diaboli, atque nuntij veritate carentes. Isti sunt cęci, duces cęcorum. Isti sunt nubes sine aqua, nebula a tempestate fugata. Istos odio habeamus, atque infidelitatem, & errorem qui in eis est, velut flammam ignis declinemus, pro eo ne cũ illis flammæ inextinguibili in die furoris, atque reuelationis iusti iudicij Dei mancipemur. Sed quemadmodum tunc tribus cornibus aduersus Iob congressus, cum confusione est superatus, nihil prævalens aduersus eum, sic & nunc multis modis aduersus Ecclesiam congressus est, & per innumeras hęreses aduersus eam dimicans, reuocatur cõfusus, nihil prævalens vere credentibus animabus. Firmum enim fundamentum Dei stabit, & portæ inferorum non prævalebunt aduersus eam, sicut dicit Dominus, portas inferi, memorando diuersas sectas, atque hæreses infidelium, quæ vsque ad portas inferorum deducunt omnes qui eos sectantur.

In Iob lib. 1. to. 2.

Matt. 7.

2 IDEM explicans verba illa: Et sumpsisti vestimenta tua multicoloria, & vestita es, &c. sic habet: Varia vestis est illa, de qua scriptum est. Induite vos sicut electi

Hom. 7. in c. 16. Exec.

electi Dei viscera misericordię, benignitatem, modestiam, &c. Has varias vestes, & pulchros amictus, quos nobis largitus est Deus, si laceramus atque conscindimus, & circundamus falsæ doctrinę, ad decepuonem hominum, non dubium est, quin varijs vestibus operiamus idola. Vide cuiuslibet hæresis defensorem, & considera quomodo idola sua, ideſt figmenta, quæ ipse composuit, mansuetudine, & castitate vestiat, vt in aures audientium facilius ex vitæ bonitate ornatus sermo, subrepat. Et cum hoc fecerit, intellige eum assumpsisse vestem variam morum, & conuersationis optimæ, & idolis subiecisse, quæ ipse construxit, ac iuxta mei quidem animi sensum, multo nocentior est hæreticus bonæ vitæ, & plus in doctrina sua habet auctoritatis, eo qui doctrinam conuersatione maculat. Qui enim vitæ pessimæ est, non facile homines ad falsum dogma sollicitat, nec potest per vmbram sanctitatis, audientium decipere simplicitatem. Qui vero sermone peruersus est, & disciplinis, saluti contrarius, mores autem compositos, & ornatos habet, nihil facit aliud, nisi accipit indumenta varia instituti boni, & conuersationis quietę, & circundat ea idolis suis, vt magis decipiat audientes. Idcirco sollicite caueamus hæreticos, qui conuersationis optimæ sunt, quorum forte vitam non tam Deus quam diabolus instruxit.

3 CHRYSOSTOMVS in fine exponens verba illa: Dominus regnauit exultet terra, lętentur insulæ multæ, ait. Non omnes, sed multæ dixit. Multæ orthodoxorum ecclesiæ sunt, quæ autem expertes sunt rectę fidei, hæreticorum sunt ecclesiæ. Quomodo lætificabunt regem Christum, quem tam varijs modis contumelijs afficiunt? Si quidem, vocare licet eorum conuenticula ecclesias, & non potius vulpium cauernas? Sunt enim vulpes. De his dicit Sapiens, Capite nobis vulpes paruas, quæ demoliuntur vineas. Vulpeculæ sunt hæreticorum discipuli, qui in vinea Christi, vt boni se exhiberent, falsa doctrina subuertunt, corrumpunt enim bonos mores, colloquia praua.

Ho. in Pſ. 96. to. 1.

Cant. 2.

1. Cor. 15.

4 IDEM explicans illa verba: Attendite a falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, inquit. Hi sunt hæretici. Oues enim proprie Christiani dicuntur, vestimentum autem ouile est species Christianitatis. Vides quia de hæreticis Christianis loquatur Christus fugiendis, qui a foris in schemate Christiani videntur, ab intus autem confessionis efficacitate gentiles. Et isti multo periculosiores sunt, quam Iudæi, quia illi quidem reiecti ab Apostolis & notati, extra conuentum Christianorum erratici vagabantur, & furtim quosdam corrũpebant incautos. Isti autem quasi fundati Christiani, & ecclesias suas habentes, palam cum libertate subuertunt, & sic multiplicati sunt. Hi sunt lupi rapaces, de quibus Paulus dixerat. Scio quòd post discessum meum intrabunt in vos lupi rapaces nõ parcentes gregi, & ex vobis ipsis exient peruersa loquentes, vt abducant discipulos post se. [Infra.] Qui colligunt de spinis vuas. Spinæ sunt hæretici, sicut sermo ipse demonstrat superius dicens. Attendite a falsis prophetis: Ergo non possunt spinæ & tribuli, ecclesiasticos fructus proferre. Sed proferunt vulnera, tribulationes, & cætera mala. Quemadmodum spina vel tribulus ex quacumque parte illam conspexeris, habet aculeos, sic isti iniquitatibus pleni sunt. Quomodo proferat bonum fructum, cuius radix diabolus est? Sub arbore bona, & bestiæ, & animalia requiescunt, sub spinis autem nullum animal requiescere potest, nisi serpentes. Sic iuxta fideles, & boni, & mali homines pacem habere ac accipere possunt, iuxta autem infideles homines, nemo potest pacem habere, neque requiescent in eis, nisi tantummodo serpentes, ideſt dæmones qui habent cubilia in pectoribus eorum. Fructus eorum, nulli procedunt ad vsum, vmbra refrigerij non est in eis.

Ho. 19. in c. 7. Matt. t. 2.

Act. 20.

IDEM in expositione capitis 8. Postquam multa disputauit de Ecclesia, quæ dicitur nauis, ait. Ecclesia non est sæculi nauis, sed Dei. Est enim, & alia sæculi nauis, non Dei, ideſt collectio hæreticorum, quæ sibi huius nomem ecclesiæ vendicat. Aduersus quam, die indicij futurũ, Esaias manifeste declarat dicens. Dies, inquit, Domini, aduersus omnem contumeliosum, & superbum. Et post aliquantulum ait, & aduersus omnem nauem maris, ideſt omnem Ecclesiam hæreticorum. De qua alibi idem Esaias retulit, Dirupti sunt, inquit funes tui, quæ non valuit arbor tua, inclinauerunt vela tua. Nauem vero hanc maris esse dixit, quia huius modi Ecclesia, non Dei est, sed sæculi, quæ licet habere in se prædicationem dominicæ crucis videatur, inualidam tamen hanc arborem eius ostendit, quia vbi non est veritas fidei, inualida firma crucis assertio est. Vnde inclinata, & laxata vela eius sunt ostensa, quæ nullo flatu Sancti Spiritus diriguntur. Et ideo huiusmodi nauis, hoc est Ecclesia hæreticorum, amisso veræ fidei gubernaculo, dominantibus aduersis spiritibus, in naufragium mortis æternæ demergitur, quę gubernari a Christo Domino non meretur.

5 *Ho. 23. in perfecti in Matt.*

Eſ. 2.

Eſ. 33.

IDEM vno verbo ait: Tempore Apostolorum, tantummodo seminatæ sunt hæreses, tempore autem regis Christiani germinauerunt, nostris autem temporibus maturauerunt, & prævaluerunt. [Infra.] Destructa turre, filij Noe dispersi sunt, & in tot partes diuisi, & super singulas quasq; gentes præpositi sunt angeli maligni, sola autem gens Iudæa in portione facta est Dei sicut in Deuteronomij cantico scriptum est. Quando diuidebat altissimus gentes, & vsque Iacob funiculus hæreditatis eius, omnes gentes extra portionem erant Domini, Israel autem populus Domini. Quando ergo Ecclesia ex mixtis voluntatibus erat repleta, sicut retia quæ dicuntur in Euangelio, repleta de piscibus mixtis, necesse erat, vt purgaretur Ecclesia, vt boni quidem pisces mitterentur in vasis, mali autem proijcerentur foras. Ideo concessa est diabolo erroris seminandi licentia, & sic dispersæ sunt per plurimas hæreses, vnusquisque secundum propositum suum, remansit autem vna fides tantummodo apud Deum. Vnde sicut tunc cum omnes homines essent vna gens & lingua, diuisi sunt per plurimas gentes, ita, & modo cum esset totus populus Christianus vna Ecclesia, & vna fides, diuisi sunt per multas hæreses. Et sicut tunc omnes gentes factæ sunt sub principatu principum malignorum, vna autem gens sub principatu Michaelis, sic modo omnes hæreses factæ sunt sub dæmonum principatu, vna autem sub principatu Christi remansit, de qua dicit propter Ecclesiam, Vna est columba mea, perfecta mea.

6 *Ho. 48. in perfecti in c. 24. Mat.*

Deut. 31.

IDEM explicans verba illa: Hoc scito quòd in nouissimis temporibus instabunt tempora periculosa, inquit. Si quis nunc indignatur quòd hæretici sint, consideret eos a principijs, atque primordijs fidei eruptisse, diabolo semper veritati mendacium clam inserere moliente. Promiserat initio Deus primis hominibus bona, accessit diabolus promittens itidem bona, & qui rebus, nihili poterat, verbis promittit ingentia, Huiusmodi quippe seductores sunt. Postea fuerunt Moyses, & magi, prophetæ, & pseudoprophetæ, Apostoli, & pseudoapostoli, Christus, & antichristus, Et prius igitur atque ab ipsis incunabulis mundi, & Apostolorum temporibus, ista contigerunt. enim Theodas, & Simon, & Apostoli, & Hermogenes, ac Philetus. Nũ quam igitur fuit quin mendacium veritati se latenter insereret, nõ mirum ergo quod nunc quoque ista sint, cum dixerit Apostolus, quòd in nouissimis temporibus instabunt tempora periculosa.

7 *Hom. 8. in 2. epi. Pauli ad Tim. to. 4.*

HIERONYMVS explicans verba illa: Capitis 15. aquæ Nemrim desertæ erunt, quia aruit herba, defecit germem, viror omnis interijt, Esa. 15. ait. Aquæ Nemrim hoc est doctrina hæreticorum

8 *Lib. 6. in Eſa. 15. 4.*

quæ

quæ pardis, & præuaricatoribus comparatur, deserta erit, & deducetur ad nihili. Pardi sunt quorum in Hieremia varietates, & maculæ non mutantur, & apostatæ de quibus in psalmo legimus, Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ. Omnis quoque herba, & germen, & quidquid in sermone eorum viride videbatur, exaruit. Et secundum magnitudinem peccatorum a Deo visitati sunt, vt quem per beneficia nō senserant per flagella cognoscerent. Denique ducentur ad torrentem salicum; vt nullus in eis fructus remaneat. Hanc enim seminis harum arborum dicunt esse naturam, vt qui illud in poculo hauserit, liberis careat.

Hier. 13. *Ps. 118.*

9 IDEM exponens verba illa: Vade clama sermones istos contra Aquilonem, & dices, Reuertere auersatrix Israel dicit Dominus, sic habet. Verba hæc ad hæreticos dici possunt, qui quotidie per ecclesiasticos viros ad pœnitentiam prouocantur, & quibus proprie aptari potest. Et vocem meam non audistis. Omnis autem hæreticus habitat in aquilone, & calorem fidei perdidit. Et quia se voluptatibus tradidit, recessit a Domino, & dispersit vias suas alienis dogmatibus, & voluptatem secutus est. Nulla enim hæresis, nisi propter gulam ventremque construitur, vt seducat mulierculas oneratas peccatis, semper discentes, & numquam ad scientiam veritatis peruenientes. De quibus vere dicitur, qui deuorant plebem meam velut escam panis, Et quos Christus notat deuorantes domos viduarum. [Infra:] Confusio comedit laborem patrum nostrorum ab adolescētia nostra, greges eorum, & armenta eorum, filios, & filias eorum. Omnes hæreticorum labores de quibus scriptum est. Defecerunt scrutantes scrutinio, ab adolescentia eorum, quos deceperant filios, & filias eorum, qui in hæresi profecerāt, & velut armenta luxuria tenebantur, operiuntur confusione. Vnde subditur. Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra. Hoc loquitur omnis hæreticus, qui suum Dominum non audiuit.

Lib. 1. in c. 3. Hierem. *Ps. 72.* *Mar. 12.* *Psal. 63.*

10 IDEM interpretans verba illa: Non mittebam Prophetas, & ipsi currebant, non loquebar ad eos, & ipsi prophetabant, inquit. Hunc sensum, & Apostolus explicat ad Romanos, & sicut non probauerunt Deum habere in notitia, tradidit eos Deus in reprobum sensum, vt faciant quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione &c. Cum enim Semel se tradiderint falsi doctores mendacijs atque periurijs, & mortibus deceptorum, non pedetentim nec considerato gradu, sed præcipites currunt ad interitum, & suum, & eorum, quos deceperint. Nec loquitur eis Dominus, sed ipsi loquuntur quasi ex ore Domini de quibus & dicitur, Si steterissent in consilio meo, hoc est si meę voluissent acquiescere voluntati, & nota fecissent verba mea populo meo, non blandientes eis, & adulatione perdentes, vt dicerent non habetis peccata, perfectam iustitiam possidetis, & ego non tradissem eos in immunditiam, & ignominiam, vt facerent quę non cōueniunt, & sequerentur cogitationes suas pessimas. Contemplemur hæreticos quomodo semel desperantes salutem, gulæ se tradant & delitijs, vescantur carnibus, frequentes adeant balneas, musco fragrent, vnguētis varijs delibuti, quærant corporum pulchritudinē. Semel enim futura non sperant neque credunt, neque ostendunt operibus. [Infra:] Quid paleis ad triticum dicit Dominus? Quid sibi volunt hæreticorum paleæ ad triticum Ecclesiæ? De quo Ioannes Baptista ait: Et purgabit aream suam, & ventilabro paleas, ventorum flatibus dispergendas vrendasq; ignibus derelinquet, triticum autem condat in horrea. Et pulchre paleis comparatur doctrina peruersa, quæ medullam non habent, nec possunt nutrire credentium populos, sed de inanibus stipulis conteruntur. [Infra:] Isti pseudoprophetæ sunt de quibus dicit Ezechiel, quod blanditijs suis liniant parietem absq; temperamento, qui postea

Lib. 4. in c. 23. Hiere. Rom. 1. *Matt. 3.* *Ezec. 13.*

imbre vehementi, & veritate iudicij subruatur. Et consuant cerulicalia sub omni cubito manus, vt faciat peccatores requiescere, & nequaquā iram Dei lachrymis mitigare. [Infra.] Propterea ecce ego, ad Prophetas dicit Dominus, qui furantur verba mea, vnusquisq; a proximo suo. Hæretici enim assumunt testimonia scripturarum de veteri & nouo testamento, & furantur verba saluatoris, vnusquisque a proximo suo, Prophetis, & Apostolis, & Euangelistis, & assumunt linguas suas vt cordis venenā ore pronuncient, & dormiunt dormitationem, de quibus vere dictum est. Dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt. Hæc verba, dormitant dormitationem, habet editio septuaginta interpretum.

Ps. 75.

12 IDEM exponens verba illa: Leoni gentium assimilatus es, & draconi qui est in mari, & ventilabas cornu in fluminibus tuis, & conturbabas aquas pedibus tuis, & conculcabas flumina, ait. Draco iste diabolus, flumini bus suis quasi cornibus ventilabat plurimas nationes, quæ super Martione, Valentino, Arrio, & Eunomio ceterisque hæresum principibus intelligere possumus, qui imitantur ecclesiasticos dicentes ad Dominum Saluatorem, in te inimicos nostros ventilabimus cornu, & non ventilant ad salutem, vt de terra ad cœlum eleuent, sed vt in profundum abijciant. Et conturbabas aquas pedibus tuis. Non vult enim aquas Siloe bibere, quæ vadunt cum silentio, sed aquas Aegypti turbidas atque cęnosas, quæ antequam pedibus conculcarentur draconis, puræ erant, & suo fluentes ordine. Postquam autem pedibus illius conturbatæ sunt, cursus sui ordinem perdiderunt. Neque enim vtuntur hæretici testimonijs scripturarum sibi cohærentibus, sed conturbant omnia. [Infra:] Dabo carnes tuas super montes, & implebo colles sanie tua, & irrigabo terram putore sanguinis tui. Hæc verba hunc habent sensum, vt volatilia cœli, & bestias terræ, deceptorum populos intelligamus, montes autem, ad principes referamus hæreseon, qualis fuit Valentinus, & Marcion, collesque, successores eorum, qui saturantur sanie draconis. Et irrigabo terram putore sanguinis tui. Hoc significat quod omnis superbia, & arrogans hæreticorum tumor non tam vitali & puro, quam putrido, atque fetenti sanguine compleatur. [Infra:] Luna non dabit lumen suum. Omnia luminaria cœli mœrere faciam super te. Luna quam hæreticorum sentimus Ecclesiam, & quæ a sole iniquitatis lumen putabatur accipere, non dabit lumen suum, nec decipiet credentes, falsi nominis scientia. Omnia quoque luminaria, & quidquid videtur in hæreticis esse doctrinæ, extincto dracone cęcabitur, ita vt ipse Dominus terram hæreticorum operiat tenebris, ignorantia scilicet veritatis, vt cæci cęcos ducant in foueam, & habitatores terræ mittantur in tenebras exteriores.

Lib. 10. in c. 32. Ezec.

13 IDEM explicans verba illa: Væ eis quoniam recesserunt a me, vastabuntur quia præuaricati sunt in me, inquit. Super hæreticis facilis interpretatio est, quod væ habeant sempiternum, quia recesserunt a Deo, & miseri sunt, quia reliquerunt creatorem suum, & ipsi loquuti sunt cōtra eum mendacia, impia falsitatis dogmata componentes, & non clamant in cordibus suis, sed vlulant semper in conciliabulis, quæ pulchre cubilia appellat, & ferarum lustra. Isti volutantur in sordibus libidinum, vacant stupris, & quidquid loquuntur, & putauerint se in laudem Dei dicere, vlulatus luporum, & vaccarum insanientium, sonitus est. Raro hæreticus diligit castitatem, & quicumq; amare pudicitiam, se simulat, vt Manichæus, & Marciō, & Arriùs, venenato ore mella promittūt, at iuxta Apostolū, quæ secrete agunt, turpe est dicere. [Infra:] Facti sunt quasi arcus dolosus. Hoc hæreticis conuenit, qui instructi de scripturis sanctis, aduersum Dominum, Prophetarum, legis, & Euangelij, verba vertunt, & sunt quasi arcus dolosus. Arcus intentus, legunt 70. interpre-

Lib. 2. in c. 6. Osee. 5. *Ephes. 5.*

tes,parati semper ad pugnam, & contentiones in subuersionem audientium,Cadent in gladio principes eorum a furore linguæ suæ. Quia hæresiarchæ,Domini mucrone ferientur propter insaniam linguæ suæ, qua Dominum blasphemauerunt; Hoc idem facientes in falsi nominis Ecclesia,quod faciebant eo tempore,quo in Aegypto sæculi morabantur, hoc est quando Gentiles erant.

14 *Li.8. in c. 1. Amos.* IDEM exponens verba illa: Et plui super ciuitatē vnam, & super ciuitatem alteram non pluit. Pars vna compluta est,& pars vna,super quam non plui, aruit, ait. Pluit Dominus super vnam ciuitatem veræ confessionis Ecclesiam, & super alteram non pluit, quæ in hæreticorum conciliabulis est.Cumque illa imbrem recipiat sempiternum, ista iugi ariditate siccatur, vt qui sitiunt, coacti penuria veniant ad Domini ciuitatem, de qua egreditur fons largissimus, qui irrigat torrentem spinarum.

15 *Li. 1.in c. 1.Michea.* IDEM explicans illa verba: Faciam luctum quasi struthionum,pro quo septuaginta verterunt,& luctum quasi filiæ Sirenarum,ait: Dulcia sunt hæreticorum carmina, & suaui voce populos decipientia. Nec potest eorum cantica præterire, nisi qui obturauerit autem suam,& quasi surdus euaserit.

16 *Li. 1.in c. 2. Habacus* IDEM exponens illa verba: Væ qui pòum dat amico suo,mittens fel suum,& inebrians, vt aspiciat nuditatem eius,inquit: Væ tibi hæreticorum dogma peruersum,qui doctrinis tuis,& potione turbida inebrias populum deceptorum, & subuertis priorem fidem dans eis potionem,non de Siloe,non de Iordane, non de fontibus Israel,sed de flumine Aegypti,de quo Hieremias dicit. Quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam Geon seu turbidam atque cœnosam? Quamuis enim de Paradiso scripturarum flumina Aegypti exire credantur, tamen quia conculcantur pedibus Pharaonis,perdiderunt splendorē suum, & violata luto Aegyptio versa sunt in torrentes,de quibus sanctus, q̄ euasserit,gratulatur, Torrentem pertransiuit anima nostra.

Cap. 2.

Psal. 113.

17 *Li de fide orthodoxa contra Arianos to.4.* AMBROSIVS capite 1. ait: In exordio illius, multas & graues hæreses nouimus a plurimis ebullire, & veneni vice ad intimum pectoris canceris sui virus infundere; Sed vinci illi, vel facile vitari, quorum prima propositione, omne consilium pectoris proditur. At vero hi quibus multa nobiscum paria sunt,facile possunt innoxias mentes, & soli Deo deditas, fraudulēta societate percutere, dum malorum suorum virus,per bona nostra defendunt. Nihil enim periculosius his hæreticis esse potest, quam cui cum integre p omnia decurrant, vno tamen verbo, ac si veneni gutta meram illam ac simplicem fidem dominicæ & exinde apostolicæ traditionis inficiant. Vnde vehementer nobis cauēdum est,ne se vel sensibus,vel auribus nostris, huiusmodi aliquid latenter insinuet. Quia nihil tam cogit in mortem,quam sub obtentu fidei, fidem violare. Vt enim gypsum aqua permixtum,lac,colore mentitur,ita hic per verisimilem confessionem,traditio inimica suggeritur.

18 *Serm. 11. in Psal. 118.to.5. Iud. 15.* IDEM inquit: Samson binas vulpes sibi nexuit, ad quarum candas alligauit faces, & dimisit eas per messes Allophylorum, per hanc figuram significans quòd improbi ac fraudulenti homines,& maxime hæretici, liberam linguam habent ad lattandum, sed exitus impeditos,aut religiosa principia,finem vero,fraudis suæ incendio putatum. Ideoq; & trecentas vulpes dimisit, eo q̄ perfidi,crucis quidem se prædicatione commendare desiderant, sed mysterium eius tenere non possunt,qui hac prædicatione composita,& falsa atque simulata vrere magis fructus conantur alienos,cum vtique vera crux Domini, non exurat aliena merita, sed fecundet. Meritoq; scriptum est in cantico canticorū. Prendite nobis vulpes, pusillas exterminantes vineas, vt vineæ nostræ floreant. Quo ostenditur quòd vel Dominus Iesus,vel Ecclesia,fraudulentorum dolos, a vineis suis exterminandos esse præcipiant,ne paruulis vineis noceant, quia adultis iam vitibus nocere non possunt. Hæreticus enim,imperfectum tentare potest, non potest supplantare perfectum.

Cant. 2.

19 *In c.3.epi. Pauli ad Titum to.5.* IDEM exponens verba illa: Hæreticum hominem post primam correptionem deuita, sciens quòd peruersus est, inquit. Hæretici sunt qui per verba legis legem impugnat. Proprium enim sensum, verbis attribuūt legis, vt prauitatem mentis suæ legis auctoritate commendent. Sciens enim impietas,auctoritatem multum valere,fallaciam sub nomine eius componit,vt quia res mala per semetipsam acceptabilis esse non potest, bono nomine commendetur.

20 *Lib.16.moral.ca.23. to.2.* GREGORIVS exponens verba illa Iob. 24. vim fecerunt deprædantes pupillos,& vulgum pauperem spoliauerunt,inquit. Cum prosperitatem vitę præsentis hæretici non habent, infirmis mentibus verbis blandioribus peruersa persuadent. Si qua vero illis prosperitas temporis præsentis arriserit, etiam violenter trahere quos præualent,non desistunt. Pupillorum itaque nomine designantur, hi qui adhuc sunt teneri intra sanctam Ecclesiam constituti,hos deprædantes hæretici,vim faciunt,quia contra infirmas fidelium mentes, verborum & operum violentia grassantur. Vulgus autem pauper,est populus indoctus,qui si veræ sapientiæ diuitias haberet,vestimentum suæ fidei nequaquam amitteret. Quasi quidam quippe intra sanctam Ecclesiam senatores,sunt viri doctores,qui cum scientiam in corde multiplicant,veris apud se diuitijs abundant. Sed hæretici vulgum pauperem spoliant, quia dum doctis non præualent,indoctos quosq; a velamine fidei,prædicatione pestifera denudant. [Infra.] De ciuitatibus fecerunt viros gemere. Quia ciuitates a conuiuentibus populis appellantur, non immerito ciuitatum nomine, veræ sunt fidei ecclesiæ designatæ, quæ in singulis mundi partibus positæ, vnam catholicam faciunt, in qua fideles omnes, de Deo recta sentientes,concorditer viuunt. [Infra.] Hæretici igitur, quia peruersis sæpe huius mundi potentibus adhærentes,bonorum socialem vitam, atque concordiam perse quuntur, recte nunc dicitur. De ciuitatibus fecerunt viros gemere. Quos recte Iob memorat viros, quia illos magis hæretici estinguere ambiunt, qui perfectis gressibus per viam Dei non fluxe & eneruiter, sed viriliter currunt.

Ser. 65. in Cantica.

Osee 9.

21 *Li.18.moral.ca.11.* IDEM explicans verba illa: Iob 27. Si comportarit sicut terram argentum,& sicut lutum præparauerit vestimenta,præparabit quidem, sed iustus vestietur illis, & argentum innocens diuidet ait. Hæretici sicut lutum præparant vestimenta, quia fluxe & inquinabiliter ea quibus se tueri volunt, scripturæ sacræ contexunt testimonia. Præparabit quidem,sed iustus vestietur illis, quia vir recta fide plenus,ea ipsa scripturæ sacræ,quæ hæreticus affert,testimonia colligit,& erroris eius pertinaciam,inde conuincit. Contra nos namq; dum sacræ legis testimonia apportant secum,nobis afferunt vnde vincantur. Vnde Dauid Goliam superās suo gladio occidit. Quod nos quo quoque agimus, cū superbientes hæreticos, & sacræ scripturæ sententias deferentes,eisdem verbis atque sententijs, quas proferunt,vincimus, quasi elatum Goliam suo gladio detruncamus. Et argentum innocens diuidet. Argentum innocens diuidere, est eloquia Domini minute discreteque exponere, & vnicuique quid digne congruat adaptare. [Infra.] Quamuis hoc argentum quod diuidit innocens, intelligi & aliter potest. Hæretici namque,vt facile valeant peruersa suadere, dictis suis quædam recta permiscent, vt animos audientium ex rectis sensibus, trahant, ex peruersis, feriant. Ergo quia vir catholicus,quæ ab eis recte, vel quæ praue sentiuntur intelligit, argentum innocens diuidit, idest quæ ab eis salubriter, vel quæ pestifere fuerint dicta, discernit. Ædificauit sicut tinea domum suam,& si-

cut

cut custos fecit vmbraculum. Tinea, sibi domum corrumpendo ædificat. Nec meliori potuit comparatione hæreticus demonstrari, qui locum suæ perfidiæ, nō nisi in mentibus, quas corruperit, facit, qui etiā sequaces suos ab æterno igne liberos esse pollicetur. Spondet quippe eis refrigerium quietis: æternæ sed verba eius soliditatem non habent, quia plenitudine veritatis carent. Et sicut custos fecit vmbraculum, vmbraculum namq; custodis nullo fundamento solidatur, sed tempore mox transeunte, destruitur. Et promissa ab hæreticis requies, cum tempore destruitur, quæ post hanc vitam nullatenus inuenitur.

22 *Ser. 65. in Cantica.* BERNARDVS explicans locum Cant. 2. Capite nobis vulpes paruulas, disserit de duplici genere hæreticorum, manifestorum, & occultorum, & ait. Cū Ecclesia semper ab initio sui, vulpes habuerit, cito omnes compertæ, & captæ sunt. Confligebat hæreticus palam. Nam inde hæreticus maxime, quòd palam vincere cupiebat, & succumbebat. Ita ergo facile, illæ capiebantur vulpes. Quid enim si posita in lucem veritate, hæreticus in suæ pertinaciæ tenebris remanens, solus foris religatus aresceret? Nihilominus capta reputabatur vulpes, condemnata impietate, & impio foras misso, ostentui vtique iam victuro, non fructui. *Oseæ 9.* Ex hoc, iuxta prophetam, erant illi vbera arentia, & venter sterilis, quia non repullulat error publice confutatus, & falsitas aperta, non germinat. Quid faciemus his malignissimis vulpibus, vt capi queant, quæ nocere, quam vincere malunt, & ne apparere quidem volunt, sed serpere? Omnibus vna intentio hæreticis semper fuit, captare gloriam de singularitate scientiæ; sola ista malignior cæteris, versutiorque hæresibus, damnis pascitur alienis, propriæ gloriæ negligens. Docta, credo, exemplis veterum, quæ proditæ euadere nō valebant, sed confestim capiebantur; cauta est, nouo maleficij genere operari mysterium iniquitatis eo licentius, quo latentius. Hoc ait, quia multi hæretici sub iuramento custodiendi secreti, virus suum innocentibus propinant, vt priuati spe remedij obtinendi pereant.

Homo in bonam, & in malam partem capitur in sacris litteris, quod nomen multi non merentur. Cap. II.

1 *Hom. 14. in c. 24. Leuitici to. 1.* ORIGENES exponens verba illa: Ecce egressus filius mulieris Israelitidis, quem perpeperat de viro Ægyptio inter filios Israel, iurgatus est in castris cum viro Israelite (vbi Origen. legit, & litigauerunt in castris ille qui erat ex Israelitide muliere, & homo Israelita) & ait. Illum qui de Israelitide matre & de Ægyptio patre natus fuerat, non dixit hominē. Illum vero qui ex vtroque genere Israelita erat, hominem nominauit. Putamus hoc casu adiectum, vt ille non diceretur homo, & hic diceretur? Non sunt ista fortuita, ratio est. Nihil enim in verbis Dei absq; profunda ratione conscriptum est. Ille namq; qui ex parte Ægyptius, ex parte Israelita erat, nondum merebatur homo nominari. Iste vero qui ex integro Israelita erat, hoc est qui mente Deum videbat, iste homo appellatur, ille homo interior qui ad imaginem Dei factus est, & potest videre Deum.

2 *Lib. 1. in Iob.* IDEM explicans verba illa: Homo erat in terra Hus nomine Iob, inquit. Statim in primordio laudem beatissimi Iob demonstrat. Nam cum hominem illū memorat, ostendit protinus quod ille homo fuerit, & non iumentum, neq; bestia. Vnus erat ex omnibus hominibus secundum corpus, secundum corruptionem, sed singularis erat præ omnibus hominibus iuxta spiritus instantiam, & animæ sinceritatem, atque iustitiæ perfectionem. Homo quidam erat, vere homo, vt homo permanens, vt pote ad imaginem Dei creatus, & ad similitudinem iumentorum, ac bestiarum atq; reptilium, non est immutatus, sicut dicitur de liquibus. Homo vanitati similis factus est illis, & adhuc. Homo cum in honore esset &c. Homo quidam erat, patientiæ exemplum, constantiæ testimonium, tolerantiæ, indicium. Homo quidam erat, homo vere, tanquam constanter stans aduersus omnes exercitus diaboli. Homo erat, non erat belua cruenta, non erat serpens, nequitia, non erat equus neq; mulus, luxuria, atq; petulantia, non erat canis, spurcitia, neque vulpes, dolo, atque astutia, non erat scorpius, neq; veneni letalis, vipera, sed homo erat. Nam sicut obscæni atq; impudici, maligni quoque versuti his omnibus comparantur atque horum omnium appellatione nuncupantur, sicut dicitur de huiusmodi, canes improbi animo nescientes saturitatem, & adhuc equi emissarij facti sūt, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Et alibi. Serpentes generatio viperārum, & generatio serpentium volantium, qui veloces sunt in malitia. Et iterum, Capite nobis vulpes pusillas exterminantes vineas, & tamquam vulpes in solitudine facti sunt prophetæ tui Israel. Ite dicite vulpi huic, dicit Dominus de Herode, & alia innumera his similia dicuntur de huiusmodi in scriptura. Sed beatus Iob non erat talis, & his similis, sed homo erat. Homo utpote hoc quod ad imaginem & similitudinem factus Dei est, integrū custodiens. Non erant tales omnes homines, sed vnus erat solus, talis quidem ex omnibus Iob beatissimus.

Psal. 143. *Psal. 48.* 3 *Hier. 5.* *Matt. 3.* *Cant. 9.* *Ezec. 13.* *Matt. 13.*

IDEM exponens verba illa: Homo homo de domo Israel qui posuerit immunditias suas in corde suo &c. sic habet: Omnes homines, nati sumus homines, sed non omnes, homines sumus sicut sæpissime notaui. Id quod in Leuitico scriptum est, homo homo filiorum Israel, aut aduenarum, qui appositi sunt in uobis. Estote homines, homines scilicet, quia non omnes homines homines sunt. Ostendamus de scripturis, quomodo quidam homines non sint homines. Homo in honore positus non intellexit comparatus est iumentis insipientibus. Iste non est homo, homo iumentum. Generatio viperarum quis ostendit vobis fugere a uentura ira? Talis non est homo, homo, sed serpes homo. Et qui in feminas insanientes facti sunt, vnusquisque super vxorem proximi sui innihiebat, & iste non est homo, sed homo equus. Absit igitur a nobis, vt tales simus, qui mereamur audire non esse nos homines, homines, sed aliud quid præter homines. Si enim boni & mansueti sumus, duplicamus hominis nomen, vt sit in nobis, non simpliciter homo, sed homo homo. Considera an inuenire valeamus, quid sit illud, quod nomē hominis duplicet. Quando iste homo qui est exterior, homo fuerit, eo qui est interior homo, serpēte existente, non est in nobis homo homo, sed tantū homo. Quando vero interior homo iuxta imaginem perseuerauerit conditoris, tūc nascitur homo, & fit istiusmodi secundum exteriorem, & interiorem homninem bis homo, homo. Porro si quis in hoc vocatus, vt fiat homo homo, posuerit immunditias in corde suo, ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum.

4 *Homil. 13. circa c. 24. Ezec.* *Ibidem.* *Mat. 3.*

BASILIVS exponens uerba illa: Faciamus hominem, & præsit bestijs terræ, ait: In omnem bestiam decoraris imperio. Plane in teipso circumfers numerosam, & eam apprime turbulentam, beluarum intemperiem. Dictum hoc meum, vt ne arbitretis in tuā detortū contumeliam audi, tibine efferuescentis iræ impetus, bestiola videtur? In corde væsaniens ira cum oblatrarit, quo non cane efferatior est? Dolus quoties in anima, doli, fraudisque concinnatrice sibi delegit domicilium, num ursō quouis in suo spelæo collatebrante, non est implacabilior? Quid? Hypocrisim neges esse beluam? Quisquis ad concinnandam calumniam compositō est, & peracri ingenio, is ne tibi merito uideri debet scorpius? Quisquis ad expetendam

5 *Hom. 16. in Hexamerō to. 1.*

vltionem

vltionem per insidias clam adornatas se comparat,nũ is,quauis vipera censendus est immanior ? Non eum iure dixeris lupum rapacem,qui nullo suo iure,corradit & extorquet aliena? Quæ tandem fera est,quæ nõ in nobis sibi vendicet locum ? Insano captiuus amore cuiuspiã mulierculæ,non talis equus est furiali concitus œstro?Equi,ait,scriptura insani,amatores mulierum facti sunt, vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebant. Si enim quis se ad eius brutæ animantis indolem transformasse dicitur, cui vitiosa imitatione affinem se reddidit,ac familiarem. Da igitur operam istiusmodi bestijs vt imperes. Externarum princeps factus,internas fines impune debacchari nullo cohibitas imperio ? Sane in hoc creatus est princeps,vt imperites istis affectibus,vt domineris bestijs,reptilibus vt præsis,simul & volatilibus, cogitationes ne admittito aeriuagas,& plenas vanitatis.

Hier.5.

6 *Homil.13. in Ps.48.*

IDEM exponens verba illa : Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis, &c. ait:Magnares homo,& pretiosum quid vir misericors ait Salomon. Quid enim eorum quæ in terra conspiciuntur aliud ad imaginem creatoris factum est?Paulominus ab angelis subsedit diminutus, propter hanc ad terrenum corpus connitionem. Attamen in tanto cum esset honore,id non intellexit,sed Dei factus desertor,ac refuga, comparatus est iumentis insipientibus,similis factus est illis. Nunc quidem dum perinde ac equus vsq; ad insaniam deperit feminas, nunc rursus quasi lupus rapax ex insidijs dum appetit aliena, nonnumquam vulpis,malitiosæ astutiæ assimilatur, p dolum aduersus fratrem concinnatum. [Infra.] Sicut oues in inferno positi sunt.Bestijs & iumentis insipiẽtibus comparatos,velut oues intellectu simul, & viribus ad se defendendum carentes,rapiens inimicus in suam ipsius munitionem adduxit,ac morti depascendos tradidit.

7 *Ho. 17. in Ps. 115.*

IDEM explicans verba illa : Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax,sic habet: Homines dicuntur hic,qui totos se adhuc occupant humanis istis affectibus. Nã qui hisce carnis perturbationibus euasit superior,ac per sinceram mentis perfectionem ad angelicæ puritatis conscendit statum, si quando continget de rebus,vt differat quæ humanitus fiunt, nimirũ is intelligi debet ab reliquorum censu exemptus. Mẽdacij enim expers est,qui dixit,Ego dixi dij estis,& filij excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriemini. Etenim & is filius est altissimi, qui studio exercendæ virtutis Deo se familiarem reddit & amicum,neq; hic iam vt homo moritur, cum secum habeat viuentem Deum.

8 *Hom.de patientia Iob to.1.*

CHRYSOSTOMVS explicans verba illa: Vir erat in terra Hus nomine Iob,inquit:Si scire velis qd sit homo,philosophi dicunt,quod est animal rationale mortale,scriptura autem non eosdem dat terminos. Sed quid homo ? Irreprehensibilis,iustus,verax,& recedens ab omni opere malo, sicut de Iob dicitur. Si quis ergo te interrogauerit. Quid est homo ? dic ad eum, Irreprehensibilis, iustus, verax, & recedens ab omni opere malo, adeo vt qui talium perfectorũ officiorum testimonijs non fuerit comprobatus, homo non sit. Etenim talis,quamuis naturæ charactẽrem ferat,hunc tamen,malitiæ propositum deformat. Audi a Propheta. Homo cum in honore esset,&c.

Ps.48.

9 *Ho. 13. in c.5. epist. Pauli ad Timo. to.4*

IDEM ait:Homo dicitur ille,qui est vir iustus,& recedens a malo,de quo scriptum est. Magnum quiddam est homo,& pretiosum,vir misericors. Ceteros vero qui eiusmodi non sunt, quantumlibet rationis participes fuerint disciplinæq; capaces, non noui scriptura appellare homines,sed canes,& equos,& viperas,& serpẽtes,& vulpes,& lupos, &c.si quid ét hisce feris ignobilius est. Si igitur hoc homo est, quod scriptura definiuit,qui in delicias soluitur, homo profecto non est. Quo enim pacto, cum nihil ex eis curæ sit,quæ hominem faciunt ? Moris etiam scripturę est, homines inanimes dicere, cum carnales eos significare vult. Et certe illis non deerat anima, sed mortua illa erat. Quemadmodum enim de his qui virtute clari sunt,licet habeant corpus, dicere tamen solemus totus anima est,ita & de carnalibus, licet illis per vitam non desit anima,dicimus,totus caro est.Sic & Paulus aiebat,his qui carnis opera non perficiebant. Vos autem non estis in carne. Pari profecto ratione, & qui in delicijs viuunt,non in anima,neque in spiritu, sed in carne sunt. Quæ autem inquit in delicijs viuit, viuens mortua est.

Rom.8. *1. Tim.5.*

10 *Lib.4.in c. 14. Ezech. to.4.*

HIERONYMVS exponens verba illa: Homo homo de domo Israel, qui posuerit immunditias in corde suo, & venerit ad Prophetam interrogans eum per me, ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarum suarum,inquit: Verba hæc,homo homo,duplicem in nobis iuxta Apostolum ostendũt hominem,exteriorem,& interiorem. Multi enim habentes hominis faciem corporalem, diuersarum bestiarũ assumunt imagines, quas dissipari Propheta cupiens deprecatur Domine in ciuitate tua, imaginem ipsorũ ad nihilum rediges. Illi de quibus scriptum est, Homo cum in honore esset,&c.non sunt homines homines,sed homines sunt & iumenta. Rursum qui in Euãgelio audiunt,& Serpentes genimina viperarum,quis ostendit vobis fugere a ventura ira,non sunt homines homines,sed homines,& serpentes. Et de quibus scriptum est, Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos,ac de Herode,Ite dicite vulpi illi,non sunt homines homines,sed homines vulpes. Qui vero vtrumq; hominis vocabulum possident, & si errauerint, ideo per supplicia corriguntur,ut intelligant, quòd ipse sit Dominus.

Psal.72. *Ibid.* *Matt.3.* *Matt.23.* *Luc.13.*

11 *Li.4.de anima, & eius origine ad Vincentiũ Victorem.to.7.*

AVGVSTINVS: Quod in Psalmo ait,scriptũ est,Homo cum in honore esset, &c.de illis scriptũ est, qui istam vitam solam deputant vitam,secundum carnem viuentes,& post mortem nihil sperantes, veluti pecora. Homo in honore positus (hæc habet Augustinus to.8.in expositione eiusdem Psalmi)factus ad imaginem,& similitudinem Dei, homo prælatus iumentis. Non enim fecit Deus sic hominem,vt fecit iumenta,sed fecit Deus hominem,cui seruirent iumẽta. Sed qui erat ad similitudinem Dei comparatus est iumentis insensatis. Vnde alibi dicitur. Nolite esse sicut equus,& mulus,quibus non est intellectus.

Psal.31.

12 *In Ps.88. to.8.*

IDEM explicans uerba illa : Quid est homo q̃ memor eius,aut filius hominis,quoniam uisitas eum, inquit. Quid inter hominem & filium hominis differt quæri potest.Si enim nihil distaret, non ita poneretur per disiunctionem homo,aut filius hominis.Hoc sane retinendũ est, qa omnis filius hominis homo, quãuis non omnis homo filius hominis possit intelligi. Alius quippe homo,sed non filius hominis. Vnde qui portant imaginem terreni hominis, qui non est filius hominis,hominum nomine significantur,qui autem portant imaginem cęlestis hominis, filij hominum potius appellantur. Ille enim & vetus homo dicitur,iste autẽ nouus. Sed nouus ex uetere nascitur, quoniam spiritualis regeneratio mutatione vitæ æternæ, atq; sæculis inchoatur, & ideo iste filius hominis nuncupatur. Homo igitur hoc loco dictus est,terrenus,filius autem hominis,cælestis. Et ille longe seiunctus a Deo, hic autem præsens Deo. Et propterea illius memor est tamquam in longinquo positi, hunc vero visitat, quẽ præsens illustrat vultu suo. Longe est enim a peccatoribus solus. Sed alibi scriptum est. Homines & iumẽta saluabis Domine,filij autẽ hominum,in tegmine alarum tuarum sperabunt, inebriabuntur ab vbertate domus tuæ,& torrente voluptatis tuæ potabis eos. Memor est igitur hominis per multiplicationem misericordiæ,sicut iumẽtorum,quia multiplicata misericordia,etiam ad longe positos peruenit.Hunc filium hominis

1.Cor.15. *Ephes.4.* *Psal.35.*

minis ideſt hominem nouum,pœnitentia veteris par turit,cum dolore & gemitu. Iſte cum relabitur ad veterem vitam, cum exprobratione audit, quòd homo ſit,nonne homines eſtis,inquit,Apoſtolus,& ſecundū hominem ambulatis?

13 GREGORIVS exponens verba illa Iob 28. *Lib.18.mo ral.c.28. to.2.* Abſcondita eſt ab oculis omnium viuentium, ait: De beatitudine loquens,inquit Paulus Lucē habitat inacceſſibilem,quam nullus hominum videt, inacceſſibilē *1.Tim.6.* dixit,ſed omni homini,ſed humana ſapienti. Scriptura quippe ſacra omnium carnalium ſectatores,humanitatis nomine notare ſolet. Vnde idem Apoſtolus quibuſdam diſcordantibus dicit. Cum enim ſit inter *1.Cor.3. 2.Cor.12.* vos zelus & contentio,nonne carnales eſtis,& ſecundum hominem ambulatis? Quibus paulo poſt ſubijcit. Nonne homines eſtis? Et cum hoc hominibus dixiſſet abſconditum,ſubdidit. Nobis autem reuelauit Deus per ſpiritum ſuum, ipſum ſe ab hominis vocatione diſcernens, qui raptus ſupra homine, diuina iā ſaperet,Homines vocat,omnes humana ſapientes,qa qui diuina ſapiunt,ſupra homines ſunt. Videbimus igitur Deum, ſi per cæleſtem conuerſationem ſupra homines eſſe mereamur.

14 IDEM exponens verba illa Iob: Reſpiciet homines,& dicet,peccaui.c.33.Iob inquit. Quamuis ſcriptura ſacra aliquando ponere ſoleat homines carnalia ſapientes,ſicut ait Apoſtolus,cum ſint inter vos zelus, & contentio nonne homines eſtis? Nonnumquā tamen homines dicit eos, quos a beſtijs ratio diſtinguit,ideſt quos nō atteri beſtiali paſſionum motu demonſtrat. Quibus per Prophetam Dominus dicit. *Ezec.34.* Vos autem greges paſcuæ meæ homines eſtis,quia illos nimirum Dominus paſcit,quos voluptas carnis iumentorum more non afficit. At contra hi qui carnali affectioni ſuccumbunt,non iam homines, ſed iumenta nominantur,ſicut de quibuſdam qui in peccato ſuo moriuntur per Prophetam dicitur. Computruerunt *Ioel 1.* iumenta in ſtercore ſuo. Iumenta quippe in ſtercore ſuo computreſcere,eſt carnales homines in fœtore luxuriæ vitam finire. Non enim eſſe homines,ſed iumēta declarantur, de quibus per Prophetam dicitur, Vnuſquiſq; ad vxorem proximi ſui hinniebat, & de *Hier.5. Ezec.23.* quibus Propheta alius dicit, Vt carnes aſinorū carnes *Pſal.43.* eorum,& fluxus equorum fluxus eorum. Vnde & per Dauid dicitur, Homo cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus. Cum ergo vocentur homines hi qui iuſtitiæ ratione ſuffulti ſunt, & irrationabilia iumenta nominentur hi, qui carnali delectationi deſeruiunt, recte de hoc pœnitente dicitur. Reſpiciet homines,& dicet peccaui. Ac ſi dicatur, ſanctorum virorum exempla conſpicit, atque eorum comparatione ſe penſans, iniquum ſe eſſe deprehendit.

15 BERNARDVS explicans illa verba: Si ignoras *Ser.35.in Cantica. Pſal.48.* te o pulcherrima inter mulieres egredere, & abi poſt greges ſodalium tuorum,inquit. Egregia creatura nūc in peius miſerabiliter proruens eſt, de qua ſcriptum eſt Homo cum in honore eſſet,non intellexit,comparatus eſt iumentis inſipientibus ſimilis factus eſt illis. Ecce quomodo de grege facta eſt egregia creatura. Puto dicerent iumenta,ſi loqui fas eſſet. Ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis. Cum in honore eſſet,inquit. In quo honore quæris? Habitabat in Paradiſo, & in loco voluptatis conuerſatio eius. Nihil moleſtiæ, nihil indigentiæ ſentiebat,ob inſigne diuinæ ſimilitudinis præcellebat, & erat illi ſocietas cum plebe angelorum. Sed mutauit iſtam gloriam Dei in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum.

In hominis oratione multa Deus Iob ſeruauit myſterijs plena, poſt cuius lapſum, omnes ſunt ad malum propenſi. Cap. III.

DE re hac inferius lib.vlt.c.15. Differentes de virtutis difficultate dicemus de hominis propenſione ad malum poſt lapſum primi hominis. Interim tamen. 1 *Hom.1.in Geneſ.*

ORIGENES explicans verba illa Geneſis 1. Maſculum,& feminam fecit eos, & benedixit eis dicens, Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, inquit. Ad imaginem Dei homo factus, maſculus, & femina eſt. Inferior homo noſter, ex ſpiritu & anima cōſtat. Maſculus ſpiritus dicitur, femina anima poteſt nuncupari. Hæc ſi concordiam inter ſe habeant,& cō ſenſum, conuenientia inter ſe ipſa creſcunt, & multiplicātur,generantq; filios,ſenſus bonos, & intellectus vel cogitationes vtiles, per quæ repleant terram, & dominentur in ea, hoc eſt ſubiectum ſibi ſenſum carnis, ad meliora inſtituta conuertunt, & dominantur eis .ſ. cum in nullo caro contra voluntatem ſpiritus inſoleſcit. Iam vero ſi anima coniuncta ſpiritu,atque eius(vt ita dicam)coniugio copulata,declinet aliquādo ad corporeas voluptates, ſenſumq; ſuum in delectationibus carnalibus inclinet,& aliquando quidem obtemperare videatur ſalutaribus monitis ſpiritus, ali quando vero vitijs carnalibus cedat, talis anima velut adulterio corporis maculata, neque creſcere, neque multiplicari legitime dicitur. Talis enim anima quæ 2 ſpiritus coniunctione deſerta, ſenſui ſe carnis & deſiderijs corporalibus totam proſternit, velut auerſa a Deo impudenter audiet, quia facies meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere, & dominamini piſcibus maris. Et volatilibus cœli,& beſtijs teræ. In piſcibus, & uolatilibus,vel animantibus,& repentibus terræ,ea videntur mihi indicari quæ vel de ſenſu animæ, & cordis cogitatione procedunt, vel quæ ex deſiderijs corporalibus, & carnis motibus proferuntur. Quorū ſancti quique,& benedictionem Dei in ſemetipſis ſeruantes,dominationem exercent,agentes totum hominem ſecundum ſpiritus uoluntatem. Peccatoribus vero,magis ipſa dominantur quæ de carnis vitijs,& corporis uoluptatibus proferuntur. Ecce dedi vobis omnem herbam, vt ſint vobis in eſcam. Hiſtoriæ huius ſententia manifeſte indicat vſum ciborum primitus a Deo ex herbis,& oleribus, & arborum fructibus,eſſe permiſſum. Poſtremo vero cum ad Noe poſt diluuium fieret teſtamentum, facultas veſcendarū carnium hominibus datur.

IDEM exponens verba illa: Veruntamen in imagine pertranſit homo inquit. Scriptura ſancta cū imaginem nominat,interdum quidem dicit cuius ſit imago,interdum autem abſq; vlla diffinitione ponit imaginem. De Saluatore cum dicit,quia eſt imago non ſiluit cuius imago eſſet,ſed addidit dicēs. Qui eſt imago dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ. Et rurſum cum docet nos de diuerſis imaginibus,& quia ſinguli quique aliquam imaginem portent,dicit. Sicut portauimus imaginem terreni, ita portemus imaginem cœleſtis. Cum adiectione vel terreni vel cœleſtis,imaginem nominauit. Alibi autem abſq; vlla diffinitione dicit, ſicut, & hoc loco ait. In imagine pertranſit homo. Sed in imagine cuius? Dei,an imagine terreni,an imagine cæleſtis? Et ſi quidem de iuſtis ſolis diceret,ſine dubio dixiſſet,quaque in imagine cœleſtis ambulet homo. At ſi de peccatoribus tantum diceret, dixiſſet certe, in imagine terreni ambulet homo. Verum quoniam generaliter de vniuerſis mortalibus pronuntiatur, quorum alij imaginem cœleſtis portant,quicumque ſecundum legem Dei viuunt, alij terreni imaginem portat, qui carnaliter viuunt, propterea neceſſario reticuit ſpecialē imaginis deſignationem, 3 *Hom.2.in Pſ.38.to.2 Pſal.38.*

tionem,& generalem ſententiam de omnibus hominibus protulit, quia omnis homo in imagine ambulet. Tuũ eſt iã diſcutere, & exquirere ex vniuſcuiuſq; 4 fide & operibus,ex conuerſatione,& actibus,ex cogitationibus,& verbis,& conſiderare vtrum in imagine cœleſtis ambulet,an in imagine terreni. Si miſericors es,ſicut pater tuus cœleſtis miſericors eſt,ſine dubio in Matt.5. te patris cœleſtis imago eſt. Si non ſolũ amicis tuis benefacis, ſed etiam inimicis reddis bona pro malis, ſicut pater cœleſtis, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos,& malos,& pluit ſuper iuſtos,& iniuſtos,imago in te cœleſtis eſt. Et ſi ſic in omnibus perfectus es ſicut pater tuus cœleſtis perfectus eſt, imago in te cœleſtis eſt. Et rurſum ſi non es imitator Chriſti nec apoſtoli Pauli qui dicit,imitatores mei eſtote,ſicut,& ego 1. Cor.4. Chriſti,ſed imitator es operum diaboli,qui homicida fuit ab initio,& ſi terrena ſapias, & terrena loquaris, & theſaurus tuus,& cor tuum in terra ſit,terreni imaginem portas. Verum quia in his locis inuenti ſumus, in quibus de imagine ſermo motus eſt, neceſſarium videtur etiam pſalmi illius uerſiculum in mediũ producere,in quo de peccatoribus ſcriptum eſt. In ciuitate tua Domine,imaginem ipſorum ad nihilum rediges. Conſtat ergo quia peccatorum imaginem in ciuitate ſua Deus ad nihilum redigit, iuſtorum autem imaginem ſine dubio tuetur, & ſeruat. Hæc eſt ergo imago terreni,ideſt,peccatorum,quam ad nihilum rediget Deus in ciuitate ſua ideſt. Si quis exierit de hoc 5 mundo, & tulerit ſecum imaginem terreni, propter huiuſcemodi imaginem,in ciuitate illa Dei ad nihilũ redigetur, nec conſequetur partem inter ciues cœleſtis illius ciuitatis,qui cœleſtis imaginis non reportat inſignia.[Infra.] Omne quod agitur a nobis per ſingulas horas, vel momenta imaginem aliquam deformat. Et ideo per ſingula ſcrutari debemus actus noſtros & noſmetipſos probare in illo opere, & in illo ſermone, vtrum cœleſtis an terrena imago in anima noſtra depingitur. Perſcruteť ergo nunc ſe vnuſquiſq; veſtrum, & cordis ſui arcana recenſeat, ac diligenter inquirat quas ibi imagines gerat. Si inuentus fueris habere ibi formas diaboli,& imaginem Satanæ,quod tibi erit vitæ refugium? Quis miſerebitur tui, cum de intimo conclaui cordis tui, tyrannica imago proferetur? Ira imago tyrannica eſt,auaritia,dolus,ſuperbia, inuidia gloriæ ſæculares,ebrietates. Quas ſi non citius abieceris de domo tua,& abraſeris a ſenſibus tuis,omnem fucum peſſimæ huius picturæ, & omne figmentum venenati coloris abſterſeris,ipſæ te imagines perire facient. Hæc aduertenda ſunt quia Geneſ.1. Scriptum eſt, quia creauit Deus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam.

BASILIVS exponens uerba illa: Geneſis 1. Pro 6 ducat terra animam viuentem,ſic habet: Iumenta terrea ſunt,& ad ipſam nutantia terram, at planta cœleſtis,eſt homo,quantum figura formaq; corporis ceteris animantibus antecellit,tantum,& dignitate animę præſtat. Qualis namque eſt animantium quadrupedum forma? Caput illis ad humum eſt pronum, ad ventrem ſpectat,uoluptatem uentris,omnibus modis proſequitur. Caput tuum ad ipſum cęlum exurgit, oculi tui res ſupernas conſpiciunt. Quod ſi unquam & tu carnis affectionibus ſuccumbens,te ipſum de honeſtatis,ventri,& ijs quæ ſunt ſub ventre ſeruieris,comparatus es iumentis inſipientibus, & ſimilis factus es illis. Alia te cura decet,ſupernas res,inquam,explorare,ac quærere, vbi Chriſtus eſt, terrenis contemptim tranſmiſſis,cœleſtia mente tranſcendere. Vbi forma te natura inſigniuit,ſic & teipſum, & tuam vitam diſponere velis. In republica cœleſti verſare, vera tibi patria eſt ſuperna illa Hieruſalem, conciues atq; contribules,ipſi primogeniti, qui ſunt conſcripti in cęlis.

CHRYSOSTOMVS inquit: Quouſq; terræ 7 inhæremus,vt vermes atq; luto uerſamur? Corpus nobis finxit Deus ex terra, ut ipſum quoq; ſubuehamus in cœlum,non ut per ipſum, animam detrahamus in terram. Terrenum illud eſt,ſed ſi voluero,cęleſte fit. Vide quanto nos afficit honore, huiuſmodi nobis poteſtate permiſſa. Feci ego,inquit, cœlum & terram, eadem conditionis facultate te dono,vt terram facias cęlum,potes enim. Feci ego inquit corpus pulchrum,do tibi præſtantioris officium, fac tu animam pulchram. Gen.1. Dixi ego,producat terra herbam fœni,& omne fructiferum lignum,dic tu quoque,producat hæc terra fructum ſuum, & prodibit quodcumque operari volueris. Oriri facio ſolem ſuper bonos & malos,imitare illum tu,bonaque tua,bonis maliſque communica. Accendi in cœlo luminaria, accende & tu clariora illis, namque potes his qui in errore ſunt, lucem veritatis accendere.

8 IDEM inquit: Hoc admiror quod Deus corpus noſtrum corruptibile fecit,& in corruptione,propriã virtutem, & ſapientiam demonſtrauit. Quòd enim melioris ipſum materiæ facere poterat, oſtendit ex cęlesti corpore,& ſolari. Qui enim illa fecit talia,& hoc facere tale ſi uoluiſſet,potuiſſet. Non tamen hoc,mirabilem uim creatoris detegit,ſed etiam amplius intendit. Materiæ enim vilitas, magis demonſtrat artis copiam,& facultatem,quoniam in luto, & faulla tantã poſuit harmoniam,& tales ſenſus,tam varios, & omnimodos,& tantũ philoſophari valentes. Itaq; quãto magis ſubſtantiæ tenuitatem accuſas, tanto magis Dei artis magnitudinem admirare. Quoniam,& ſtatuarium admiror,non tam ex auro pulchram facientẽ ſtatuam,quàm ex luto dilabente,mirabilem & inexcogitabilem figmẽti pulchritudinem, artis facultate exhibere valentem. Illic enim fingenti, materia quoque confert, hic uero nuda eſt artis oſtentatio. Tu vero ſi diſcere vis quanta ſit eius,qui nos creauit ſapientia,co 9 gita quid ex luto fiat. Quid autem aliud,quam lateres, & tegulæ? Verumtamen optimus artifex Deus,ex materia unde fit tegula,lateritium opus dumtaxat, oculũ tam pulchrum efficere potuit,vt omnes cernentes cõſternentur,& tantam huic vim inſerete,vt aeris tantã altitudinem ſpectet,& exiguæ pupillæ adiutorio, tot corpora comprehendat,& montes,& ſaltus,& colles, & maria,& cœlum,& quomodo tantam aeris longitudinem percurrens,non laborat, neque fatigatur. Et quid de pupilla videndique facultate dico? Si enim quod omnium viliſſimum videtur eſſe membrorum, oculi palpebras exquiſieris tã tummodo, & in his multam Dei creatoris ſapientiam videbis. Sicut enim inſpicis,ariſtæ tamquam quędam prætenta ſpicula,aues repellunt,non ſinentes fructui inſidere, & ſtipulã infirmiorem diffringere, ſic profectò, & in oculis velut quædam ariſtæ,& ſpicula prætentæ ſunt, palpebrarũ ſetæ,puluerem & feſtucam,& omnia vexantia extrinſecus repellentes ab oculis,nec palpebras infeſtari ſinentes. Videres autem, & alteram ſapientiam in palpebris hac non inferiorem. Quis enim ipſum ſitum non obſtupeſcat, quoniam neque vltra menſurã promiſſæ ſunt,ita ut oculos obtenebrent,neq; vltra quam opus eſt interius reſident,ſed uelut domus tectum, ſic ſuperne eminent,ſudorem capite defluente ſuſcipientes,nec oculos lædere permittentes. Propterea quidẽ, 10 & ſetæ ipſis innatæ ſunt,denſitate defluentia cœrcentes,& multa lucem diligentia,protegentes,& afferentes multam oculis pulchritudinem. Aliud etiam admirari poteſt quis. Qua enim de cauſa dic mihi, capitis quidem capilli creſcunt,& detondentur, ciliorum vero minime? Neque enim hoc nobis temere, & a caſu factum eſt, ſed ne ſe demittentes oculos obtenebrarent,quòd ad profundum deducti ſenium patiuntur. Quid autem poſſet ſapientiam omnem per cerebrum demonſtratam commemorate? Primo quidẽ ipſum molle fecit,quoniam fontes ſenſibus omnibus miniſtrat, poſteane propter propriam lædatur naturam,

ipſum

Hom.15. in 1. epiſt. Pauli ad Tim. to.4.

8 Homil.11. ad pop. Antioch. to.5.

11

12 Epiſt. 28. quæ eſt ad Horontianum to.5.

Apoc.2. 2. Tim.2.

Rom.8.

Hom.9. in Hexamerõ to.1.

ipsum ossibus vndique muniuit, rursũ ne ossium asperitate attritum vexetur, cartilaginem mediam obtendit, nec vnam solam, sed secundam, vnam quidem caluariæ inferius subextendens, alteram vero superne, cerebri carni circumuoluens, & est illa hac durior. Hoc autem fecit tum propter commemoratam causam, tũ vt illatas capiti plagas, non primum excipiat cerebrũ, sed præoccurrentes huiusmodi cartilagines, ictibus, nocumentum omne dissoluant, & illæsum ipsum conseruent. Et quod non continuetur, & vnum sit os ipsũ obtegens, sed multas ex multis partibus habeat futuras, multæ rursum securitatis, ipsi fit materia. Et vaporum enim ibi existẽtium, per futuras illas, exterius fieri potest respiratio, ita ut non suffocetur, & ex plaga q̃ alicunde inferatur, non vbique fit nocumentum. Si. n. continuum os esset, in vnam partem delata plaga, totum læsisset, cum nũc autem in multa diuisum sit; hoc fieri non posset. Et si enim vnam partem vulnerari accidit, os secus illam partem situm læditur solum, reliqua vero cuncta remanent illæsa. Propterea ex multis ipsius tegumen ossibus, Deus composuit, & sicut domum aliquis ædificans, tectum, & tegula super imponit, sic supra caput Deus ossa locauit, & capillos fecit germinare, vt pro quibusdam galeris capiti essent. Hoc ipsum profecto, & in corde fecit. Quoniam enim membrorum, cor nostrorum principalissimum est, & totius vitæ nostræ firmitas est ipsi tradita, & ipso quomodocumque percusso nascitur mors, solidis & asperis ossibus, & hoc vndiq; circummuniuit, pectoris, pminentijs, & tergis ipsum posterius muniens. Et ne continue saliens, & in huiusmodi motibus palpitans, ossium asperitati circunstantium infligens, conterat, & deleat, multas cartilagines subextendit, & pulmonem suppositi, velut molle quoddam stratum ipsius saltibus apponens, vt impune erumpens, ex hoc nihil noxium patiatur. [Infra.] Bruta, corpore gerunt arma, bos cornua, dentes aper, vngues leo. Mihi vero nõ in corporis natura Deus arma reposuit, sed extra corpus, demonstrans quòd animal mite sit homo. In corporis igitur constitutione sapientiam, & prouidentiã Dei admirare. Sapientiam quidem quoniam in tam corruptibili corpore, tantam scit harmoniam exhibere. Prouidentiam vero, quoniam ipsum corruptibile, ad animæ fecit vtilitatem, vt ipsius tumorem comprimat & superbiam deponat.

Hom. 15. in 1. epist. Pauli ad Tim. to. 4.

Gen. 1.

Homil. 11. ad pop. Antioch. to. 5.

AMBROSIVS ait: Decuit hominem postremum creari. Etenim qui conuiuium adornat, vt ille euangelicus diues vtique omnia prius præparat, tauros, & saginata occidit, & tunc amicos ad cenam inuitat. Prius ergo quæ leuiora sunt, parantur, & tunc rogatur honorator. Vnde, & Dominus homini antea animalium ceterorum præparauit escas, tunc ipsum quasi amicum ad suum vocauit conuiuium. Et vere amicum quasi charitatis diuinæ participem, & heredem gloriæ. Præcedentia ergo ministeria sunt, amicusque postremus rogatur. Accipe aliud. Quid est mundus nisi quidam agon plenus certaminum? Vnde, & in Apocalypsi Dominus ait. Vincenti dabo coronam uitæ. Et alibi, Nemo nisi qui legitime certauerit, coronatur. Huius agonis instaurator, vtiq; omnipotens Deus est. Qui igitur agonem suscepit in hoc sæculo, nonne omnia præparat quæ agoni sunt necessaria, & tunc athleras uocat, paratis præmiorum insulis certaturos ad coronam, ne moram patiatur qui vicerit, sed præmio donatus recedat? Præmia ergo hominis, terrarum fructus sunt, & cœli lumina. Ila ad vitæ præsentis usum, hæc ad spem vitæ æternæ. Quasi athleta igitur postremus ingreditur in agonem, erigit ad cœlum oculos, videt quia cœlestis creatura vanitati subiecta est non sponte, sed propter eum qui subiecit eã in spe. Videt quia omnis creatura ingemiscit expectãs redemptionem. Videt quia omnis manet labor, erigit oculos, videt coronas luminum, lunæ, & stellarũ globos considerat. Quoniam iusti qui vicerint, erunt sicut stellæ in cœlo. Et castigat corpus suum, ne sibi aduersetur in certamine, vngit oleo misericordię, exercet diurna virtutis palæstra, currit, non quasi in incertum, ictus dirigit, lacertos excutit, sed non in vacuum, percutit aduersarium, quem non videt, quia illum solum attendit, cui cedunt omnes, etiam qui non videntur, in cuius nomine potestates aereæ diuerberantur. Ille ergo ictum librat, & Christus percutit. Non immerito ergo postremus homo ingressus est stadiũ, cui parabatur corona, vt eum præcederet cœlum, quasi sui præmium. Sed non solum aduersus nequitiæ spiritualia, sed etiam aduersus carnem & sanguinem lucta nobis, lucta aduersus satietatem, lucta cum ipsis frugibus terræ, lucta cum uino, lucta cum feris bestijs, lucta ex uolatilibus cœli, quibus caro saginata non redigitur in seruitutem, lucta cum virgultis arborum, quibus cædebantur apostoli. Vides quãta certamina? Terra ergo, exercitium est hominis, cœlum corona. Aut quasi amicum ergo præcedere debuerunt ministeria, aut quasi athletam, corona, & præmia. Specta aliud, in omnibus rebus præstantiora sunt principia, & finis. Si domum consideres, potiora omnibus fundamenta, & culmina, si agrum, satio, & messis, plantatio, & uindemia. Ita ergo, & cœlum primo est conditum, nouissimus homo, quasi quædam cœlestis in terra creatura. Nam, & si corpore cum bestijs confertur, animo tamẽ cœlestibus annumeratur qui ad imaginem, & similitudinem factus est Dei. Recte ergo in constitutione mũdi, primum cœlum, & nouissimum cœlum, in quo q̃ vltra cœlum est, Deus cœli est. Principium ergo operis mundani, cœlum de mundo, homo supra mundum. Illud enim mundi portio, iste paradisi incola, Christi possessio. Cumque contulisset homini, quod est gratiarum maximum, quasi charissimo, & domestico animauti, concessit ea, quę in hoc mundo sunt omnia, vt nullius indigeret, quod esset necessarium, vel ad vitã, vel ad bonam uitam. Quorum alia ministraret abundantia copiarũ terrestrium ad voluntatis perfunctionem, alia cognitio secretorum cœlestium, quæ mentẽ inflammaret hominis amore, & desiderio disciplinarum, per quas ad sublime illud diuinorum penetraliũ possimus peruenire. Vtrumque igitur præstantissimũ, vt, & subiectas haberet omnes mundi opes, omnia volatilia, terrestria, pisces tamquam rex elementorum, ac sine labore, sine infligentia, ad imitationem ad similitudinem venerandi auctoris abundaret omnibus, atq; in summa degeret copia, & vias sibi aperiret, graduſq; admoueret, per quos ad cœli ascendat regiam. [Infra.] Processit postremus creaturarum omnium homo, specie gratus, mente sublimis, vt omni esset creaturæ, miraculo. [Infra.] Quòd homo nouissimus factus sit, ad eius honorem referendum est. Currus elephantorũ, quibus homo victos assistens cum sit postremus, prior es regit. Sic quoque gubernator nauis in puppi sedet & totam nauem gubernat. Ideo nouissimus venit, tãquam creaturarum gubernator. Recte ergo nouissimus, quasi totius summa operis, quasi causa mundi, propter quem facta omnia, quasi omnium habitator elementorum. Inter feras viuit, cum piscibus natat, super aues volat, conuersatur cum angelis, terram inhabitat, & cœlo militat, sulcat mare, aere pascitur, cultor soli, piscator in fluctibus, in aere anceps, in cœlo hęres, Christi cohęres.

Epist. 28. quæ est ad Horontianum to. 5.

Apoc. 2.

2. Tim. 2.

Rom. 8.

IDEM inquit: Primum quia omnia genera pecorum, bestiarum ac piscium in aluum natura prostrauit, vt alia ventre repant, alia quę pedibus sustinentur, diuersa magis quadrupedo corporis gressu, & velut affixa terris videas esse, quãm libera. Siquidem erigendi se non habent facultatem, de terra uictum requirũt & uentris in quem deflectuntur, solas sequuntur voluptates. Caue o homo pecudum more curuari. Caue ne in aluum te, nõ tam corpore, quã cupiditate deflectas.

Lib. de Hexameron. c. 3. to. 1.

Respice

Respice corporis tui formam, & speciem congruentē celsi vigoris assume. Si sola animalia prona pascuntur, cur te in edendo terrenus, ipse quem natura nō struxit? Cur eo delectaris, in quo naturæ iniuria est? Cur noctes & dies cibo intentus, pecorum more terrena depasceris? Cur intellectum tibi adimis, quem tibi creator attribuit? Cur te iumentis comparas, à quibus te voluit Deus segregari dicens, Nolite fieri sicut equus, & mulus quibus non est intellectus.

16 *Lib. de dignitate humanæ conditionis capite 3.*

IDEM de dignitate hominis disputans, qui ad imaginem Dei factus est, inquit: Sicut Deus creator, q̄ hominem ad similitudinem suam creauit, est charitas est bonus, & iustus, patiens, atq; mitis, mundus, & misericors, & cetera virtutum sanctarum insignia, quæ de eo leguntur; ita homo creatus est, vt charitatē haberet, vt bonus esset, & iustus, vt patiens, atque mitis, mundus, ac misericors fieret. Quas virtutes quanto plus quisq; in seipso habet, tanto propius est Deo, & maiorem sui conditoris gerit similitudinem. Si vero, quod absit, aliquis per deuia vitiorum ab hac nobilissima sui conditoris similitudine degener oberrat, tūc fiet de eo quod scriptum est: Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus. Quis mātor honor homini potuit esse, quàm vt ad similitudinem sui factoris conderetur, & eiusdē virtutum vestimentis ornaretur, quibus & cōditor? De quo legitur: Dominus regnauit, decorem indutus est, ideſt omnium virtutum splendore, & totius bonitatis decore ornatus. Vel quod maius homini potest esse dedecus, aut infelicior miseria, quàm vt hac similitudinis gloria sui conditoris amissa, ad informem, & irrationabilem brutorum delabatur similitudinem? Quapropter dilectissime quisquis diligentius attēdat primæ conditionis suæ excellentiam, honoremq; similitudinis diuinæ, ad quam creatus est, nobilitate morum, exercitio virtutum, dignitate meritorum, habere contendat, vt quando appareat qualis sit, tunc similis ei appareat, qui se mirabiliter ad similitudinem suam in primo Adam condidit, mirabiliusq; in secundo reformauit.

Psal. 48.

Psal. 92.

17 *Lib. 2. confess. ca. 4. & 1.*

AVGVSTINVS docens propensionem hominis ad malum, ait: Ego furtum facere volui, & feci nulla compulsus egestate, nec penuria, sed fastidio iustitiæ, & lagina iniquitatis. Nam id furatus sum qd̄ mihi abundabat, & multo melius. Nec ea re volebam frui, quam furto appetebam, sed ipso furto, & peccato. Arbor erat prius in vicinia vineæ nostræ, pomis onusta, nec forma, nec sapor illecebrosis. Ad hanc excutiendam, atque asportandam, nequissimi adolescentuli prexumus nocte in tempesta, & abstulimus inde onera ingentia, non ad nostras epulas, sed vel proijcienda porcis, etiam si aliquid inde comedimus; dum tamen fieret a nobis, quod eo liberet, quo non liceret. Ecce cor meum Deus meus, ecce cor meum, quod miseratus est in imo abyssi. Dicat tibi nunc, ecce cor meum, quid ibi quærebat, vt essem gratis malus, & malitiæ meæ causa nulla esset, nisi malitia. Fœda erat & amaui eam. Amaui perire, amaui defectum meum, non decore aliquid, sed ipsum dedecus appetiui. [De his differit vsque ad finem libri, & c. 6. ait:] Narrans idem. Pulchra erant poma illa, quæ cum sexdecim essem annorum furatus sum, quia creatura tua erant, sed erat mihi meliorum copia, illa autem decerpi vt furarer. Nā decerpta proieci epulatus, inde solam iniquitatē, qua lætabar fruens. Nam etsi quid illorum pomorum intrauit in os meum, condimentum ibi facinus erat.

18 *Li. 1. de Genesi contra Manichæos*

IDEM ait: Omnium animalium corpora, siue quæ in aqua, terra, & aere viuunt, inclinata sunt ad terram, & non sunt erecta, sicut hominis corpus. Quo significatur etiam animum nostrum in superna, ideſt in æterna spiritualia erectum esse debere. Ita intelligitur per animum maxime, attestante etiā erecta corporis forma homo factus ad imaginē, & similitudinē Dei.

IDEM inquit: Ex illo quod in homine principatum tenet, quod eum disiungit a beluis totus est homo æstimandus. Cetera in eo quamquam in suo genere pulchra sint, tamen cum pecoribus communia sunt ac per hoc in homine parui pendenda. Nisi forte quòd ad intuendum cœlum, figura humani corporis erecta est, valeat aliquid etiam, vt corpus ipsum ad similitudinem Dei factum credatur, vt quemadmodum a patre illa similitudo non auertitur; ita corpus humanū a cœlo non sit auersum, sicut aliorum corporum animalium auersa sunt, quia prona in aluum prosternuntur. 19 *Li. 1. imperfecto de Genesi ad litt. 10. 3.*

IDEM sic habet: Quod autem non sigillatim, vt in ceteris etiam de humana creatura dixit, & vidit Deus quòd esset bonum, sed post hominem factum, datamque illi potestatem, vel dominandi, vel edendi, subintulit de omnibus, & vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. Cur ergo de pecoribus, & bestijs, & reptilibus terræ dictum est, quæ ad eundē sextum diem pertinent, nisi forte & illa sigillatim in suo genere, & cum ceteris vniuersaliter dici bona meruerunt, & homo factus ad imaginem Dei, non nisi cum ceteris hoc dici meruit? Quid ergo dicimus? An quia præsciebat Deus hominem peccaturū, nec in suę imaginis perfectione mansurum, non sigillatim, sed cum ceteris eum dicere voluit bonum, velut intimas quid esset futurum? Peccans ergo homo, bonitatem habet communem cum reliquis creaturis, sed quia eam, quā specialem a Deo habebat in iustitia originali & gratia conditus, per lapsum amissurus erat, de eo Deus, cui futura iam facta sunt, non dixit, vidit Deus hominem quod esset bonum, quod de reliquis creaturis dixerat. 20 *Lib. 3. de Genesi ad litteram.*

IDEM explicans illa verba: Posuit Deus hominē in Paradisum voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum, sic habet: Positus est homo in Paradiso, vt operaretur ipsum Paradisum per agriculturam, non laboriosam, sed voluptuosam, & deliciosam, custodiret autem eundem Paradisum ipsi sibi, ne aliquid admitteret quare inde mereretur expelli. Est alius sensus in his verbis, vt ipsum hominem operaretur Deus, & custodiret. Operaretur Deus, vt iustus esset homo & beatus. Quapropter qua locutione dicitur homo operari terram, quæ iam terra erat, vt ornata, atq; fœcunda sit, ea locutione dicitur Deus operari hominem, qui iam homo erat, vt pius, sapiensq; sit, eumq; custodire, quòd homo tam sua potestate in se, quàm illius supra se delectatus, dominationemq; eius contemnens, tutus esse non possit. 21 *Lib. 8. de Genesi ad litteram.*

IDEM inquit: De homine sanis pedibus tolerabiliter dici potest, velit, nolit, habet possibilitatē ambulandi, confractis vero & si velit, non habet. Vitiata est natura, de qua loquitur, Quid superbit terra, & cinis? Vitiata est, medicum implorat. Saluum me fac Domine, clamat, sana animam meam clamat. Quid intercludit has voces, vt defendendo quasi præsentem possibilitatem, futuram impediat sanitatem? Vnde illa vox, vt non quæ vultis illa faciatis. Vnde etiam illa. Non enim quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum illud facio? Vbi est possibilitas, quæ inseparabiliter insita probatur esse naturæ? Ecce homo quod vult bonum non agit, sed quod non vult malum hoc agit. Velle illi adiacet perficere autem non adiacet. [Infra:] Id quod clamat Paulus, inuenio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, hoc vitium, naturæ humanæ inobedientia voluntatis inflixit. Quid tantum de naturæ possibilitate præsumitur, vulnerata, sauciata, vexata, perdita est, gratia Dei indiget, qua restituatur. 22 *Li. de natura & gratia contra Pelag. to. 7. Eccl. 10. Gal. 5. Rom. 7.*

Homo

Honor præmium est virtutis, quem merito contemnunt sancti, etiamsi aliquando ad officia assumantur inuiti. Cap. IV.

DE honorum contemptu, & grandi appetitu hominum ad honores consequendos, plura diximus lib.1.c.20.lib.5.c.11.lib.7.c.5. quibus hæc pauca superaddenda sunt.

1 BASILIVS explicans verba illa: Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timẽtes autem Dominum glorificat, sic habet: Magno prorsus, ac præstanti animo opus est, & qui in nullam se sinat deflecti partem humanarum rerum, quique virili fortitudine præditus, ad summum iam peruaserit iustitiæ habitum, suum ius vt cuique pro dignitate dispertiatur, ac distribuat, & maligne agentes nouerit ad nihilum deducere, quantolibet magistratu isti polleant, quantislibet referti opibus se venditent, sint licet generis claritudine conspicui & illustres, quemlibet sui nominis splendorem, sustollant ac celebrent, tantum si in his deprehendatur vlla vitæ malignitas, hos inquam ad nihilum deducere, hoc est ne tantilli quidem æstimare, excelsi est prorsus ac præstantis animi. Contra vero, timẽtes Dominum, vt hi paupẽres sint, ignobiles, idiotæ sermone, corpore debiles, hos gloria, laudibus attollere, ac beatos existimare addecet eum, qui spirituali doctrina eruditus, tales didicerit plane esse beatos. Eiusdem namque bene institutæ mentis fuerit, & agentem iniqua, quamuis clarum ac potentem, nihili pendere, & timentem Dominum glorificare, quamuis tenuem, ac pauperis & despicabilis vitę, nec quicquam externorum possidentẽ, quæ nos inuitent ad illius commendationem.

Hom.3. in Ps.14.to.1

2 CHRYSOSTOMVS disputans de inuidia, ait: Cuius gratia proximum inuidendo persequeris? An quia in honore & dignitate viuit? Nõ cogitas igitur quantam honores perniciem ignauis ac indigentibus solent afferre? Extollunt enim ad inanem facile gloriam, in tumorem atque superbiam, & contemptũ aliorum impellunt, desidiam augent, & ad hęc omnia ipsi etiam parua commoti aura, defloresc unt, quodq; acerbius est, malorum præcipitia, in quæ honores detrudunt, perpetua sunt, atque prærupta. Voluptas vero quæ ab eis capitur, vix sensum deliniuit, ac repente vniuersa deuolauit. [Infra:] Dignitates ad multa obscæna hominem inducunt. Quapropter etiã valde magno animo, sublimique opus ingenio est, vt dignitate vti, non abuti possis. Qui enim dignitate, ac potestate floret, ei similis est, qui cum puella formosa cohabitans, legem, atq; præceptum suscepit, ne inique lasciuientibus ipsam oculis videat. Talis quippe res dignitas, atque potestas est. Quocirca multos etiam inuitos ad contumeliandum intrusit, iram plerumq; accendit, linguæ frenum abstulit, & ianuam morti reserauit, quasi magna procellarum vi animum subuertens, & ad profundum malorum omnium nauiculam submergens. Sed ad hæc quæ dicta sunt, tecum illud etiam versa, quot inimicis, quot accusatoribus, quot assentatoribus, qui in dignitatibus est obsideatur. Hęc igitur, respondeq; quæso, beatificatione digna opinaris? Quisnam insanus id diceret? Sed apud populum, inquies, magna de ipso existimatio est. Quidnam hoc sibi vult? Non enim certe populus, sed Deus iudex est, cui vitæ rationes redditurus es. Quare quando populum dicis, caue promontoria, scopulos, atque latentia saxa. Approbatio enim vulgi, quanto clarioré quempiam facit, tanto maioribus curis, sollicitudine, atque periculis vexat. Nec enim respirare, qui domi natui populi seruit, nec in re aliqua firmiter stare, potest. Cur autem nec respirare, nec firmiter stare diximus? Difficile, inquam, huiusmodi homines, etiam si mille virtutibus muniãtur, in regnum Dei perueniẽt.

Ho.41. in Matt.to.2

Li. 1. imperfecto de Genesi ad litt. to.3.

Lib.3.de Genesi ad litteram.

Lib. 8. de Genesi ad litteram.

Li.de natura & gratia contra Pelag.to.7. Eccl.20.

Gal.5. Rom.7.

Nihil enim magis e iugo iustitiæ subducere collum solet, quàm hic inanis conflatus gloriæ, quæ tumidos, remissos adulatores, simulatores homines reddit. Cur autem putas Christum a Pharisæis dæmoniacum nuncupatum? Nonne quia gloriam a multis aucupari cupiebant? Vnde autem vulgus rectius de Christo sentiebat? Nonne quia procul ab huiusmodi ægritudine aberrat? Nihil certe, ita iniquos atq; amentes facit, quemadmodum si ad inanem multorum gloriam inhiare cupiditate cogaris; nihil ita probos, fortes, ac adamantis instar infractos constituit homines, quemadmodum inanis huius gloriæ, ac existimationis multorum, contemptus. Quamobrem excelso quodam robore animi, opus est, vt possimus tot tantosq; vndarum fluctus euadere, tot ventorum flatibus reluctari, atque resistere. Et cum hac passione quispiam victus fuerit, sicut populari aura extolli, regnum cœlorum ducit, ita deprimi gehennam arbitratur. Tali ergo tu homini cum inuideas, ei similis es, qui cum vinctum, afflictumq; viderit, atque cæsum vulneribus, ac flagellis, commotus, ipsi nimium inuidet. Nam certe quot homines in populo sunt, tot vinculis constringit, tot dominis subijcitur, qui vulgi laude gaudet. Inflantur voluptate tales homines ac extolluntur, & in profundum rursum facile demerguntur, semper vexati animo, numquam in tranquillitate viuunt.

4 IDEM explicans verba c.20. in quibus Ioannes, & Iacobus primatum petierunt a Domino, inquit: Opus bonum desiderare, bonum est, primatum autẽ honoris concupiscere, vanitas est. Quoniam bonum opus implere, nostræ voluntatis est, & laboris, & ideo nostra est merces, primatum autem consequi, iudicij Dei est. Propter quod ex primatu honoris, nescio si aliquam mercedem iustitiæ adipisci meremur. Nam desiderium primatus ex iactantia nascitur cordis, qui autem humilis est corde, indigniorem se alijs arbitrat secundum illud præceptum Apostolicum, Superiores inuicem arbitrantes, numquã desiderat superior apparere. Primatus enim, fugientem se desiderat, desiderãtem se odit. [Infra:] Scitis quòd principes gentium dominantur eorum, & qui maiores sunt potestatẽ exercent in eos? Non ita erit inter vos, sed quicumq; voluerit inter vos maior fieri, erit omnium minister, & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. Iam inter seruos Christi non sit de primatu certamẽ, nec festinet vnusquisque eorum quomodo alijs maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur, quoniam non qui maior fuerit in honore, ille est iustior, sed qui iustior fuerit ille est maior. Conuersatio ergo melior est desideranda, non dignior gradus. Primatus in Christo nec ab aliquo appetendus est non habente, nec alteri est inuidendus habenti. Quoniam principes mundi ideò fiunt, vt dominentur minoribus suis, & spolient, & vsque ad mortem abutantur vita eorum ad suas vtilitates, & glorias. Principes autem Ecclesiæ fiunt, vt seruiant minoribus suis, vt suas vtilitates negligant, & illorum procurent, vt si opus fuerit, nec mori recusent pro salute inferiorum suorũ, sicut Apostolus dicit: Ego autem libentissime impendam, & superimpendar ego ipse pro animabus vestris. Si hæc ergo ita se habent, sæcularem quidem primatum desiderare, etsi ratio non est, vel causa est, quia etsi iustum non est, vel vtile est. Primatum autem ecclesiasti cum concupiscere, nec; ratio est, neq; causa, quia neq; iustum est, neq; vtile. Quis enim sapiens vltro se subijcere festinat seruituti, labori, dolori, & quod maius est periculo tali, vt det rationem pro omni Ecclesia apud iustum iudicem, nisi forte qui nec credit iudiciũ Dei, nec timet vti abutens primatu suo sæculariter, cõuertat primatum ecclesiasticum in sæcularem? Denique ipsi honores in Christo, in prima quidem facie videntur honores, reuera autem non sunt honores diuersi, sed sunt diuersa ministeria, vt puta honor oculi videtur,

Homil.35. ex imperfecto in Matthæum.

Rom.12. Phil.2.

2. Cor.12.

tur, quia illuminat corpus, sed ipse honor illuminā di, non est ei honor, sed ministerium eius, ita & cuiusuis sancti honor, non est honor eius, sed actus, & ministerium.

6 *Epist. 1. ad Dama. Papam in c. 6 Esaiæ expositione. Esa. 6.* HIERONYMVS explicans verba, in quibus dicentem Domino, Quem mittam, & quis ibit ad populum iustum, dixit Propheta: Ecce ego mitte me, vbi sic ait: Interrogantis sunt verba Domini, non iubētis quem debeat mittere, & quis iturus sit ad populum. Cui facilis Propheta respondet, Ecce ego mitte me, & post pollicitationem iubetur, vt dicat, Vade & dic populo huic: Aure audietis, & non intelligetis &c. Audiui ego in hoc loco non paruam Hebræi mei disputationē, de Moyse & Esaia quis melius fecerit, vtrumne Moyses, qui cum a Deo mitteretur ad populum, ait, Obsecro Domine non sum dignus, prouide aliū quē mittas, an Esaias, qui cum non fuisset electus, vltro se obtulit dicens: Ecce ego mitte. Qui Moysi assertor est, humilitatem eius prædicat, ac mansuetudinē, qđ se indignum iudicans ministerio Dei, maior effectus sit. Esaias vero quia vltro se obtulit, incipiens prophetare, a maledictis cœpit, aure audietis, & non intelligetis &c. Ob quod multa inde mala perpessus, & ab omni populo pro insano habitus, cum iterum ei vox diuina dixisset, Clama, sciens quid superiori facilitate seipsum offerens pertulisset, non ait: Ecce ego mitte me, se interrogauit, Quid illud esset, quod clamare debebet, & dixit: Quid clamabo? Cui simile est illud in

7 *Hier. 25.* Hieremia: Accipe calicem meri huius dē manu mea, & potionabis omnes gentes, ad quas ego te mittā, & bibent, & uoment, & insanient, & cadent a facie gladij, quem mittam in medio eorum. Quod cum audisset Propheta, non renuit secundum exemplū Moysi, & dixit, prouide alium quem mittas. Et propterea in alio dixit: Seduxisti me Domine & seductus sum, factus sum in derisum tota die, Exiui in subsannationē. Dicere etiam possumus Esaiam Prophetam, non tam sui merito, quam misericordia Dei confisum, postquā a Seraphim audierit, Ecce tetigi labia tua, & purgaui iniquitates tuas, otio noluisse torpere, sed vltro in ministerium Dei, quasi a peccatis liberum, zelo se obtulisse fidei. Moysem vero quia sæcularibus eruditus fuerit disciplinis, & interfecto Ægyptio, conscientia eius aliqua ex parte sorduerat, ideo dixit non sum dignus. Pro quo in Hebræo legitur, Non habeo labia circumcisa. Ex quo manifeste possit intelligi, Esaiam recte post circumcisa labia in Dei se obtulisse ministerium, & Moysen adhuc incircumcisis labijs, tam grande ministerium recusasse.

8 *In c. 2. Danielis 10. 4.* IDEM explicans somnium statuæ, quam Nabuchodonosor rex viderat, quam interpretatus est Daniel, ait: Rex vidit mirabile somnium, & conterritus est spiritus eius, & somnium oblitus est. Vidit rex impius somnium futurorum, vt interpretante sancto qđ viderat, Deus glorificaretur, & captiuorum, Deoq; in captiuitate seruientium, sit grande solatium. Hoc idē in Pharaone legimus, non quòd Pharao, & Nabuchodonosor videre meruerint, sed quòd Ioseph, & Daniel digni extiterint, qui interpretatione eorum omnibus præferrentur, & grandem consequerentur honorem. [Infra:] Tunc rex Danielem in sublime extulit, & constituit eum principem super omnes prouincias Babylonis, & præfectum magistratuum super cunctos sapientes Babylonis. Porphyrius Prophetam reprehendere nititur, qua re non recusarit honorem Babyloniū sed illum susceperit libenter, non cōsiderans ideo regem vidisse somnium, & interpretationis mysteria puerum reuelata, vt Daniel crescret, & in loco captiuitatis, princeps omnium fieret Chaldæorum, & omnipotentia nosceretur. Quod quidem & in Ioseph,

Gen. 41. Esther 8. apud Pharaonem, & Ægyptum factum legimus, & in Mardochæo apud Assuerum, vt in vtraque gentes haberent captiui & peregrinantes Iudæi, solatia, videntes hominem gentis suæ, Ægyptiorum esse principē, vel Chaldæorum.

9 *Hom. 4. super Euangelium missus est.* BERNARDVS inquit: Si me miserū homuncionem, meis decepta simulationibus, ad aliquem vel mediocrem honorem, prouexerit Ecclesia, Deo nimirum hoc vel propter mea, vel propter subditorū peccata, permittente, nonne statim oblitus, qui fuerim, talem me puto, qualis ab hominibus (qui cor nō vidēt) putatus sum? Credo sane, conscientiam non attendo, & reputans non honorem virtutibus, sed virtutes honori, eo sanctiorem, quo superiorem me æstimo. Videas plerosq; in Ecclesia de ignobilibus nobiles, de pauperibus diuites factos, subito intumescere, pristinæ obliuisci abiectionis, genus quoque suum erubescere, & infimos dedignari parentes. Videas & homines pecuniosos, ad honores quosque ecclesiasticos peruolare, moxq; sibi applaudere sanctitatem, vestium duntaxat mutatione, non mentium, & dignos se æstimare dignitate, ad quam ambiendo peruenerunt, quodq; (si audeo dicere) adepti sunt nūnis, attribuere meritis.

10 *In serm. de expos. loci Sapien. 10* IDEM: Iustum deduxit Dominus per vias rectas &c. explicans uerba illa, Honestauit illum in laboribus, in v. timis verbis, ait: Nonne & in ipsis laboribus nostris honestamur? Nonne & hæc villitas, hæc deformitas, hęc semicinctia honorantur, & adorantur a principibus terræ?

11 *Libro 1. de consideratione ad Eugenium Papā.* IDEM sic habet: Noui quibus delicijs, dulcis quietis tuæ, non longe ante hac frūebare, non potes dissuesse tam cito, ita subito non dolere superfabrictas. Plaga recens, dolore non caret. Neq; enim iam occaluit uulnus, nec in tam breui, versum in insensibile est. Quamquam si non dissimules, non deest tibi iugis materia iusti doloris a quotidianis iacturis. Inuitus (ni fallor) auelleris a tuæ Rachelis amplexibus, & quotiens id pati contigerit, toties dolor tuus renouetur, necesse est.

Humilitas a quo fonte ortum habeat, quibusque rationibus conuinci, ac persuaderi possit. Cap. V.

1 *Lib. 3. in c. 3. epist. ad Rom. 10.* DE re hac vltra ea quæ disseruimus lib. 3. c. 9. de propria cognitione latissime.

ORIGENES exponens verba illa: Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, ait: In his verbis non hoc sentire voluit, quia non iustificabitur omnis viuens, sed in conspectu tuo, hoc est Dei, nō iustificabitur. Quamuis enim quis iustus, quamuis sanctus sit, non solū inter homines, sed & in supernis atq; eminentioribus creaturis, ad comparationem Dei, certum est eum iustificari non posse. Denique & in Apocalypsi Ioannis vbi liber signatus offertur in conspectu vetusti dierum, & quæritur ex omni tribu, & lingua, & populis, qui eum possit aperire, nullus inuētus est, nisi solus agnus de tribu Iuda, qui iustificatus est in conspectu Dei. Solus ergo Saluator noster iustificatur in conspectu Patris. Omnis autem creatura ex cōparatione inferiorum iustificatur, Vt si verbi causa dicamus, ad comparationem reliqui populi, iusta fuit Maria soror Moysi. Et rursum ad comparationem Mariæ, iustus erat Aaron. Et iterum ad comparationem Aaron, iustus erat Moyses.

2 *Homil. 12. quæ est de humilitate to. 1.* IDEM sic habet: Aduersus neminem vmquam insolescas, ne vehementer quidem peccatores. Animi modestia & humilitas eum sæpenumero eripit, qui plurimum, & in magnis deliquit. Nolis itaq; te ipsum præ quo quam iustificare, ne quo pacto fiat, vt per tuā ipsius iustificatus, diuina sententia condemneris. Nō iudico meipsum, inquit Paulus, nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Qui enim iudicat me Dominus est. Putas quòd aliquid recte feceris? Gratias age Deo, nec contra hominem te extollas. Me tue similitudinem ruinæ, qua cecidit diabolus, q contra hominem elatus, subijs hominem cecidit, & in

1. Cor. 4.

procul-

proculcationem traditus est ei, quem ipse calcauerat. Talis est & Israelitarum ruina. Elati namque aduersus gentes tamquam immundas, ipsi verè facti sunt immundi, gentes autem purificatæ, & illorum iustitia facta est initar panni menstruatæ mulieris. Ne sis iniquus tui ipsius iudex, si boni quicquam habere te putaueris, illud in numerato tenens, eorum sponte oblitus, neque eorum gratia, quæ hodie recte facis insolescas, eorum quę paulo ante, atque olim male designasti veniam tibi ipsi largitus, sed si quando te præsens benefactum, nonnihil elatum reddit, ad memoriam reuoces, quid olim mali feceris, & cessabit insensata illa animi inflatio. Et si quemquam in præsentiarũ delinquere videris, ne hoc solum in illo spectes, sed cogita simul, quæ recte vel fecerit olim, vel nunc quoq; faciat, & deprehendes sæpenumero talem, si singula inquisieris, te esse meliorem. Ista & similia contra animi superbiã perpetuo nobis ipsi occinamus, nos ipsos deturbantes, vt a Domino exaltemur, imitãtes Dominum, qui ad extremam vsque humilitatem e cœlo descendit, & rursum ex humilitate ad competentem sublimitatem, exaltatus est. Vniuersam namque Domini dispensationem, ad humilitatem nos instruere deprehendimus. Cum infans esset, mox in spelunca, nec lecto, sed præsepi imponitur. Deinde in domicilio fabri & matris pauperculæ enutritur, subditus matri & illius sponso. Subditur Ioanni, & baptismum suscipit a seruo Dominus. Nemini aduersariorum resistit, neque inenarrabilem suam potestatem in quemquam vibrat, sed quasi potentioribus cedit. Principibus sacerdotum in forma rei sistitur, ad præsidem ducitur, & iudicium illius sustinet, & cum posset calumniatores arguere, silentio tolerat illorum calumnias. Conspuitur a seruis, ac vilissimis pueris. Morti traditur, eiq; hominum iudicio turpissimæ, post tantam vero animi humilitatem, tandem & gloriam suam exerit, vna secum glorificans quotquot cum ipso ignominiam tulere, quorum primi sunt beati discipuli, qui pauperes ac nudi orbem percurrerunt, non in sapientia sermonis, non sequacium multitudine suffulti, sed soli, & piscatores, & desolati, terram ac mare peragrantes, flagris cæsi, lapidati, & occisi. Ad horum nos imitationẽ conferamus, vt ex humilitate nobis sempiterna nascatur gloria. Sit tibi & ornatus, & indumentum, & incessus, & cathedra, &c. ad mediocritatem magis, quam ad fastum. Parcito subiectis. Qui namque primus esse cupit, omnium hominum seruum esse iubet Christus. Ama humilitatem & glorificabit te. Agnoscet te Christus tamquam discipulum suum coram angelis, & glorificabit te, si humilitatis ipsius fueris imitator qui dixit: Discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.

IDEM ad Letoium Melitensem Episcopum: Vt vnusquisque semper humilis sit, id animaduertere sẽper debet, vitia virtutibus esse quàm similia, ac subinde dum virtutibus studet, fortassis sub virtutum specie vitia celantur. Vnde ait: Proxima & veluti contiguis ianuis, gẽtiles quoq; aiunt, vitia esse virtutibus. Quælibet denique virtutis ianua, simillimam in vitia ferentem vtrinque speciem aperit, vt qui ad virtutem ingredi nititur, eius primum ianuæ adsistens, dũ hac se pulsare arbitratur, aperta sibi hinc, aut inde altera ex vitiorum ianuis, deceptus maxima similitudine, ingrediatur veluti virtutis domum, deinde cunctis eius errorem irridentibus, ipse quoque & tempore & experimento commonitus, discat non solum ab ea se virtute, cuius aliquando ianuam pulsare videbatur, esse remotissimum, verum ne limina quidem eius vmquam attigisse. Hoc modo denique eos, qui audentes ad virtutem esse cuperent, fallens, temerarios arguit, qui vero temeritatis probra metuerunt, eos timidos ac pusillanimes prodidit. Et qui misericordes esse studerent, ad vitia male molliuit, qui vero misericordes esse renuerent, immites, immanesque declarauit; ita & qui charitatis pulchritudinem sequuntur, eos falso dilectionis nomine, vel ad voluptates corporis, vitamq; cunctis execrabilem deijcit, vel eiusce probra, & opprobria pertimescentes, odisse fratres, & absque vllo boni sensu persistere facit. Non est ergo declinandum ad dexteram, aut sinistram, ne fortassis errore seductus, in aliquam ex vitiorum portis deuoluaris, sed mediam & regiam incedas virtutis viam.

CHRYSOSTOMVS exponẽs verba illa: Formauit Deus hominem puluerẽ de terra, inquit: Quid dicis? Acceptone de terra puluere formauit hominẽ? Etiam, inquit, & non simpliciter nec fortuito terram dicit, sed puluerem, quasi si quis dicat, tenuissimum, & vilissimum, quod est in terra. Hinc si attendere volumus, non parua nobis humilitatis offertur doctrina. Nam cum cogitauerimus, vnde constitutionis suę initium natura nostra susceperit, etiam si sexcenties supercilia surrigamus, ea reprimemus, & humiliabimur, & substantiæ nostræ qualitatem perpendentes, modestiam discemus. Et propterea Deus, cui tanta salutis nostræ cura, ad nostri eruditionem prophetę linguam, sic direxit. Quippe cum superius dixerat diuina Scriptura: Fecit Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, & dedit illi omnium visibilium potestatem, vt ne ignorando quomodo cõstitutus sit, magnus sibi videatur, & præscriptos sibi limites transeat; propterea repetendo docet formationis eius originem, & vnde primus homo productus sit. Plurimum enim ad erudiendum nos, conducit scire vnde substantia nostra primum originem acceperit.

IDEM: Quis sum ego, quòd talem gratiam inuenerim ante faciem tuam, inquit: Videtis quomodo agnoscit se Dauid quis fuerit, quis est, & quid erit? Ibi est ergo plenitudo gratiæ, vt se in omnibus vnusquisque agnoscat.

Primo quia mortalis est. Secundo, quia casibus vita humana plena est. Tertio, quia tribulationes, & dolores in sæculo inuenit. Quarto, vt intendat, quia quanto magnus est, humiliatus si fuerit, & humilitatis vias tenuerit, inueniet gratiam in conspectu Dei. Quinto, quia non est sine peccato, nec infans vnius diei natus super terram. Sexto, quia non tacebimus trino illo clamore dicentes. Sanctus, Sanctus, Sanctus sine cessatione. In his omnibus, qui se agnoscit, viam tenet humilitatis. [Infra:] Ergo quis sum ego Domine mi? Ecce nihil se esse dixit, & seruum se esse non negauit. Quis sum ego Domine mi, quòd talem gratiam inuenerim ante faciem tuam? Nouerat se pastorem esse ouium, & non genere nobilitatum. Sed quando factus est nobilis, agnouit se ex nihilo fuisse subleuatum. Et quia non est oblitus quis natus erat, perseuerauit in culmine Regali. Inuenit gratiam, vt & Regnum perciperet, & inimico persequenti se Sauli, malum pro malo non redderet. Videtis quanta culmina procedunt de radice humilitatis, quam vberem fructum Deo offert? Inde omnes virtutes, inde omnes bonæ actiones, inde cunctæ potentiæ ascendunt, ideft totum posse. Ergo dixit, Domine mi quis sum ego, quòd talem gratiam inuenerim, ante faciem tuam? Ego enim minimus fui in tribu mea. Quàm suaue est, quàm dulce inauditione veræ confessionis, vt diceret se minimum in tribu sua, non erubuit quod erat, vt esset quod non erat.

IDEM inquit: Intellige homo quidnam sis. Homo es, terra, cinis, caro, sanguis, fœnum, fiosculus herbæ, vmbra, fumus, vanitas, & si quid ijs exilius, vilius, atque abiectius. Prophetæ multa dixerunt huiusmodi, non vt genus nostrum vituperarent, notarentque, sed quo furentium hominum insolentiam, & Petulantiam compescerent, atque ablegarent.

9 Hom. 4. super Euangelium missus est.

3

10 In serm. de exposit. Iuci Sapien. 10

11 Libro 1 de considerat. ad Eugenium Papã.

1 Lib. 3. in c. 3. epist. ad Rom. to. 3.

4

2 Homil. 22. quæ est de humilitate to. 1.

1. Cor. 4.

5 Hom. 12. in Genesim to. 1.

6 In hoc tomo de verbis Dauid.

7 Hom. 2. de incõprehensibili Dei natura tomo 5.

rent. Nam si postquam tam copiosè, tam seuere, disputarent, non desunt qui animi fatui elatione, superbiam diaboli superent; quo tandem amentiæ nō proueherentur, si nihil huiusmodi, sanctissimi illi homines apposuissem? Qui ibi appositam gerunt medicinam, tamen adhuc inflantur, & intumescunt, ad quid fastus, stoliditatisq; non demum ruissent, nisi illi tot, atque talia de natura asseruissent humana? Audi quid beatus ille Patriarcha de se referat. Ego sum puluis, & *Gen. 18.* cinis. Deum alloqui meruit, & tamen nihil propterea effertur, quinimo eapropter moderatiorem se exhibere oportere censebat, & humiliorem. [Infra:] Esaias *Cap. 20.* dicit: Omnes gentes in conspectu Dei, quasi stilla situlæ. Ne minus considerate quod dicit, præter eas, sed diligentius attendas, discutias, atque inquiras, rogo.

8 Repete omnes gentes, complectere omnino Cyros, Cilices Cappadoces, Bithynios, Mysos, Phryges, Lycios, Pamphilios, Assyrios, Arabes, Indos, Ægyptios, Æthiopes, Hispanos, Gallos, Germanos, Sarmatas, Pannonios, Sauromatas, Massagetas, Scythas, Albanos, Iberes, Bractianos, Medos, Persas, Parthos, Armenios, Ponti euxini vicinos omnes, & incolas, Thraces, Macedonas, Græcos, omnes, Daciam, Dalmatiam, Italiam, insulas omnes tam interioris maris, quam exterioris, ceterasq; innumerabiles gentes, quarumne nomina quidem nouimus, hæc omnia mortalium genera, instar guttæ labentis de situla coram Deo versari autumat. Accipe accuratius dic quæso, quota eius guttæ particula sis? [Infra:] Si homo nobilior & formosior luto videatur, hoc non diuersitate naturæ, sed ingenio artificis prouenit. Nam materiæ quidem ratione nihil inter lutum, & te interest. Quod si non credis, sepulchra, & monumenta inspice maiorum tuorum, illa suo exemplo facile tibi possunt persuadere, te puluerem esse & lutum.

9 HIERONYMVS explicans verba illa: Hæc *Li. 1. in c. 2* visio similitudinis gloriæ Domini, & vidi, & cecidi in *Ezec. to. 5.* faciem meam, inquit: Non est elatus visionum magnitudine, sed conscientia fragilitatis humanæ, procidit *1. Cor. 12.* in faciem suam. Vnde & Apostolus Paulus post ascensionem cœli, & paradisi, & auditionem verborū ineffabilium, datum sibi dicit angelum Satanæ, qui se colaphizaret, ne extolleretur. Et Abraham cecidit in faciem suam, postquam audiuit sermones Dei. Et tamē quia non peccato, sed humilitate corruerat, a Domino subleuatur, & verba eius iubetur audire.

10 IDEM inquit: Iste Psalmus in Hebraico vnus est *In Ps. 115* cum præcedenti, cuius finis fuit, Placebo Domine in *to. 7.* regione viuorum, & subdit: Credidi, propter quod locutus sum. Credidi quoniam placebo Domino, quoniam ero Angelus, quoniam ero in cęlis, & non fui superbus, sed humiliatus sum nimis. Quoniam ero in regione viuorum, misericordię Domini est. Ego autem noui memetipsum quia terra sum, & cinis. Propterea dico, Ego autem humiliatus sum nimis. Quid autem est terra & cinis? Ego autem dixi in excessu meo omnis homo mendax, in Hebræo sic habetur, Ego dixi in excessu meo omnis homo mendacium. Placebo Domino in regione viuorum dictū est mihi, sed ego scio memetipsum secundum conditionem corporis nihil esse. Non est enim veritas in substantia nostra, sed vmbra est, & quasi mendacium.

11 AVGVSTINVS inquit: Primum nobis persua- *Lib. 4. de* dendum est quantum nos diligat Deus, ne desperatio *Trinitate.* ne non auderemus erigi in eum. Quales autem dilexe- *to. 3.* rit ostendi oportet, ne tamquam de meritis nostris superbientes, magis ab eo resiliremus, & in nostra fortitudine magis deficeremus, ac per hoc egit nobiscum, vt per eius fortitudinem potius proficeremus, atq; ita in infirmitate humilitatis, perficeretur virtus charita- *Ps. 67.* tis. Hoc significat in Psalmo, vbi ait: Pluuiam voluntariam segregabis Deus hereditati tuæ, & infirmata est, tu vero perfecisti eam. Pluuiam quippe voluntariam nonnisi gratiam vult intelligi, non meritis redditam, sed gratis datam. Dedit enim eam non quia digni eramus, sed quia voluit. Hoc cognoscentes, non fidentes in nobis erimus, & hoc est infirmari. Ipse vero *2. Cor. 12.* perficit nos, qui etiam Paulo Apostolo dixit: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Persuadendum ergo erat homini quantum nos dilexerit Deus, & quales d lexerit. Quantum, ne desperaremus, quales, ne superbiremus.

12 IDEM adducit locum Iob c. 42. Ex quo apparet *Lib. 22. de* quid ad hominem humiliandum conducat, ait enim *Ciuit. Dei.* Iob ad Deum. In obauditu auris obaudiebam te prius *c. 29.* nunc autem oculus meus videt te; propterea despexi memetipsum, & debui, & existimaui me terram, & cinerem.

13 IDEM sic habet: Cum perpetuæ continentię pro- *Lib. de sanc-* fessores, se coniugatis comparantes, compererint eos *ta virgini-* infra esse opere, & mercede, & voto, & præmio, statim *tate to. 6.* veniat in mentem, quod scriptum est: Quanto maior *Eccl. 3.* es humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Mensura humilitatis, cuiq; ex mensura ipsius magnitudinis data est, cui est periculosa superbia, quæ amplius, amplioribus insidiatur. Contra superbiam, matrem inuidentiæ, maximè militat vniuersa disciplina christiana. Doctor itaque humilitatis Christus, primo semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus &c. Humiliauit se- *Phil. 2.* metipsum vsque ad mortem. Ipsa vero doctrina eius, quam attente insinuet humilitatem, atque huic percipiendæ vehementer insistat, quis explicare facile possit, atq; in hanc rem demonstrandam testimonia cuncta congerere? Sermo eius quem primum prolixiorē *Matt. 5.* ad discipulos habuit, inde cœpit Matthæus: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Quos sine vlla controuersia, humiles intelligimus. Fi- *Matt. 8.* dem Centurionis ideo præcipue laudauit, nec se inuenisse in Israel tantam fidem dixit, quia ille tam humiliter credidit, vt diceret, non sum dignus, vt sub tectū meum intres. Vnde nec Matthæus ob aliud eum dixit *Cap. 7.* accessisse ad Dominum, cuius apertissime Lucas insinuat, quòd non ad eum ipse venerit, sed amicos suos miserit, nisi quia fidelissima humilitate, magis ipse accessit, quam illi quos misit. Vnde & illud propheticum *Ps. 137.* est: Excelsus Dominus humilia respicit, excelsa autem a longe cognoscit, vtique tanquam non accedentia. *Matt. 15.* Hinc & illi mulieri Chananęæ dicit: O mulier magna est fides tua, fiat tibi sicut vis, quam superius canē appellauerat, nec ei panem filiorum proijciendum esse responderat, quod illa humiliter accipiens, dixerat et 14 Domine, nam & catelli edūt de micis &c. Ac sic quod *Luc. 18.* assiduo clamore non impetrauerat, humili confessione promeruit. Hinc illi duo proponuntur orantes in templo, vnus Pharisæus, alter Publicanus, propter eos qui sibi iusti videntur, & spernunt ceteros, & enumerationi meritorum, præfertur confessio peccatorum, & descendit Publicanus iustificatus, magis quam ille Pharisæus, & causam ostendens cur id iustum sit, ait: Quia omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Quid illud quòd quærentibus discipulis, quis eorū videretur esse maior puerū parulum constituit ante oculos eorum dicens. Nisi effi- *Matt. 4.* ciamini sicut paruuli non intrabitis in regnum cœlorum, nonne humilitatem maxime commendauit, & in ea, meritum magnitudinis posuit? Vel cum filij Zebedæi latera eius in sedium sublimitate concupiscentibus, ita respondit, vt passionis eius calicem bibendū potius cogitarent, in quo se humiliauit vsque ad mortem, mortem autem crucis, quam superbo appetitu præferri ceteris postularent, quid ostendit nisi eis se futurum altitudinis largitorem, qui eum doctorem humilitatis antea sequerentur? Iam vero qui exiturus ad passionem lauit pedes discipulis, monuitque, vt condiscipulis, atque conseruis,

hoc

Eccl. 3. 15
Matt. 11.
Matt. 8. *Luc. 19.* *Luc. 7.* *Matt. 21.*
Rom. 5.
16 *1. Tim. 1.*
Luc. 18. *Apoc. 14.*

hoc facerent, quod eis feciſſet magiſter, & Dominus, quantum commendauit humilitatem, cui commendā dę etiam illud tempus elegit, quo eum proxime moriturum, cum magno deſiderio contuebantur, hoc vtiq; præcipuè memoria retenturi, quod magiſter imitandum, vltimum demonſtraſſet, ait: Hoc facite &c. Cum ergo chriſtianis omnibus cuſtodienda ſit humilitas, quandoquidem a Chriſto chriſtiani appellant, cuius Euangelium nemo diligenter intuetur, qui non eum doctorem humilitatis inueniat, tum maxime virtutis huius ſectatores, & conſeruatores eos eſſe conuenit, qui magno aliquo bono, ceteris eminent, vt magnopere curent illud quod primitus poſui, quanto magnus es humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. [Infra:] Chriſtus dicit: Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde. Cum magnitudinem ſuam ſupra commemoraſſet. Et idipſum volens oſtendere, quantus propter nos quantillus effectus eſt: Cōfiteor, inquit, tibi pater, quoniam abſcondiſti hæc a ſapientibus, & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Ita pater quoniam ſic placitum fuit ante te. Omnia mihi tradita ſunt a Patre meo, & nemo cognoſcit Patrem niſi Filius, & cui voluerit Filius reuelare. Venite ad me omnes qui laboratis &c. Tollite iugum meum ſuper vos, & diſcite a me quia mitis ſum, & humilis corde. Ille cui omnia tradidit pater, & quem nemo agnoſcit, niſi Pater, non dicit, diſcite a me mundum fabricare, aut mortuos ſuſcitare, ſed diſcite a me quia mitis ſum, & humilis corde. O Doctrinam ſalutarem? O magiſtrum Dominumque mortalium? quibus mors poculo ſuperbiæ propinata, atque transfuſa eſt, noluit docere, quod ipſe non eſſet, noluit iubere quod ipſe non faceret. Diſcite a me quia mitis ſum & humilis corde, audio te clamantem. Quid? Vt diſcamus a te venimus ad te? Quoniam mitis ſum, inquit, & humilis corde. Huccine redacti ſunt omnes theſauri ſapientię & ſciētiæ abſconditi in te, vt hoc pro magno diſcamus a te, quoniam mitis es & humilis corde? Itane magnū eſt eſſe paruum, vt niſi a te, qui tam magnus es, fieret, diſci omnino non poſſet? Ita plane. Audiant te, & veniant ad te, & mites atq; humiles eſſe diſcant te, qui miſericordiam & veritatem tuam requirunt, tibi viuēdo, tibi non ſibi. Audiat hoc laborans & oneratus, qui ſarcina premitur, vt oculos ad cœlum leuare non audeat, percutiens pectus ille peccator, & propinquans de longinquo. Audiat Centurio non dignus, cuius tectum ſubires. Audiat Zachæus maior publicanorum, audiat mulier in ciuitate peccatrix. Audiant meretrices & publicani, qui ſcribas, & phariſæos præcedunt in regnum cœlorum. Hi omnes cum conuertuntur ad te facile miteſcunt & humiliantur coram te, memores iniquiſſimæ vitæ ſuæ, & indulgentiſſimæ miſericordiæ tuæ, quia vbi abundauit peccatum, ſuperabundauit & gratia. Sed agmina virginum, & multi in Eccleſia, qui dicere non poſſunt, niſi prius fui blaſphemus, & contumelioſus, ſed miſericordiam conſecutus ſum, immo etiam quod non iuſſiſti, ſed tantummodo volentibus arripiendum propoſuiſti dicens: Qui poteſt capere capiat, arripuerunt, vouerunt, & propter regnum cœlorum ſeipſos, non quia minatus es, ſed quia hortatus es, caſtrauerunt. His inclama, hi te audiant, quoniam tu mitis es, & humilis corde. Te imitentur quem non humilem iniquitas, ſed charitas fecit. Non ibis ad eum qui oculos ad cœlum leuare nō audebat onere iniquitatis, ſed ad eum qui de cęlo deſcendit pondere charitatis. Non ibis ad eam quæ Domini ſui pedes lacrymis rigauit, quærens indulgētiam grauium peccatorum, ſed ibis ad eum qui cum daret indulgentiam omnium peccatorum, lauit pedes ſeruorum ſuorum. Noui dignitatem virginitatis tuæ, nō tibi propono imitandum publicanum humiliter accuſantem delicta ſua, ſed timeo tibi phariſæum ſuperbe iactantem merita ſua. Metuo tibi vehementer, ne cum te agnum quocumque ierit ſecuturum eſſe gloriaris p tumore ſuperbiæ ſequi per angulta nō poſſis. [Infra:] Fidenter dico, facilius ſequuntur agnum, etſi nō quocumque ierit, certe quouſque potuerint, coniugati humiles, quam ſuperbientes virgines. Quomodo enim ſequitur, ad quem non vult accedere? Aut quomodo accedit, ad quem non venit vt diſcat quoniā mitis eſt, & humilis corde? Agnus quocunque ierit, ducit eos, in quibus prius ipſe vbi caput inclinet, inuenerit. Cuidam enim ſuperbo dixerat, vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Arguebat nomine volucrum ventoſam elationem, in quo vbi requieſceret, piam non inueniebat humilitatem. Sequimini agnum quocunque ierit, ſed prius ad eum venite, & diſcite quia mitis eſt, & humilis corde, humiliter ad humilem venite, ſi amatis, & ne diſcedatis ab illo ne cadatis. Qui enim timet ab illo diſcedere rogat, & dicit, non veniat mihi pes ſuperbiæ. Pergite via ſublimitatis, pede humilitatis. Exiſtimate aliquos in occulto ſuperiores, quibus eſtis in manifeſto meliores. Cum aliorum bona forte ignota vobis, benigne creduntur a vobis, veſtra, vobis nota, non comparatione muniuntur, ſed dilectione firmantur. Et quæ forte adhuc deſunt, tanto dantur facilius, quanto deſiderantur humilius.

IDEM ſic habet: Ipſe Dominus per Prophetam in Pſalmo loquens, ait: Sanctis qui ſunt in terra eius, mirificauit omnes voluntates meas in illis. Non merita eorum, ſed voluntates meas. Nam illorum, quid niſi quod ſequitur? Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, ſupra id quod infirmi erant. Ad hoc & lex ſubintrauit vt abundaret delictum. Sed quod adiungit, poſtea acceleraueruṅt multiplicatis infirmitatibus, hoc eſt abundante delicto, alacrius medicum quæſierunt, vt vbi abundauit peccatum, ſuperabundaret, & gratia, quia omnes nos, & omnes erraumus.

IDEM ait: Iob poſt tam magnum de illo iuſtitiæ teſtimonium Dei, quid dicat ipſe videamus. In verita te, inquit, ſcio, quia ita eſt, quemadmodum iuſtus erit homo ante Deum, ſi autem velit contendere cum eo, non poterit obedire ei. Et paulo poſt, inquit: Quis iudicio eius aduerſabitur? Quod ſi fuero iuſtus, os meum impie loquetur. Iterum paulo poſt. Scio, inquit quia impunitum me non dimittit, quia ſum impius, quare non ſum mortuus? Quod ſi purificatus niue, & mundatus fuero, mundis manibus, ſufficienter in ſordibus me tinxiſti. Item in alio ſuo ſermone. Quia cōſcripſiſti, inquit, aduerſum me mala, & induiſti me iuuentutis meæ peccata, & poſuiſti pedem meū in prohibitionem, ſeruaſti omnia opera mea, & in radices pedum meorū conſpexiſti, qui veteraſcunt ſicut vter, vel ſicut veſtimentum a tinea comeſtum. Homo enim natus ex muliere, parui eſt temporis, & plenus iracundia, & ſicut flos cum floruerit, & decidit, deceſſit, ſicut vmbra, non manet. Nonne & huius curam feciſti venire in iudicium tuum? Quis enim erit mundus a ſordibus? Nemo nec ſi vnius diei fuerit vita eius. Et paulo poſt: Dinumeraſti, inquit, neceſſitudines meas, & nihil te latuit de peccatis meis. Signaſti peccata mea in folliculo, & annotaſti ſi quid inuitus commiſi (noſtra lectio in omnibus his locis aliter habet) Ecce & Iob confitetur peccata ſua, & in veritate dicit ſe ſcire, quia non eſt iuſtus quiſquam ante Deum. Proinde ſecundum modum cōuerſationis humanę, perhibet ei Deus tam magnum iuſtitiæ teſtimonium. Ipſe autem ſe metiens ex regula illa iuſtitiæ, quam ſicut poteſt conſpicit apud Deum, in veritate ſcit, quia ita eſt, & adiungit. Quemadmodum enim iuſtus erit homo ante Deum? Si enim velit contendere cum eo, non poterit obedire, ideſt ſi iudicandus oſtendere voluerit non in ſe inueniri poſſe quod damnet, non poterit obe-

2. Cor. 12.
12 Lib. 22. de Ciuit. Dei. c. 29.
13 Lib. de ſancta virginitate to. 6.
Eccl. 3.
15
Matt. 11.
Eccl. 3.
Phil. 2.
Matt. 5.
Matt. 8.
Cap. 7.
Pſ. 137.
Matt. 15.
Matt. 8.
Luc. 19.
Luc. 7.
14 Luc. 18.
Matt. 21.
Rom. 5.
16 1. Tim. 1.
Matt. 4.
Luc. 18.
Apoc. 14.
Matt. 8.
Iob 13.
Iob 14.
17 Lib. 1. de peccatorū meritis, & remiſſione contra Pelagianos.
18 Lib. 2. de peccatorū meritis, & remiß. pro pe fin.
Iob 8.
19

dire ei, amittit enim etiam illam obedientiam, qua obedire possit præcipienti, confitenda esse peccata. Quod si fuero iustus, os meum impie loquetur. Hoc est enim si me iustum dixero cõtra iudicium eius, vbi perfecta illa iustitiæ regula me conuincit iniustum, profecto impie loquetur os meum, quia contra Dei veritatem loquetur. Plenum iracundia dicit hominem. Illa scilicet qua sunt omnes, sicut dicit Apostolus, filij iræ. Ad ipsam iram etiam pertinere mortem hominis consequenter ostendens, cum dixisset parui est temporis, & plenus iracundia addit, & sicut flos cum floruit, & decidit, discessit, sicut vmbra, non manet. [Infra.] Auris auditu audiebam te prius, & nunc ecce oculus meus videt te, ideo vitu peraui me ipsum, & distabui, & æstimaui meipsum terram & cinerem. Quare sibi ita in hoc tam magno intellecto displicuit? Neque enim opus Dei quo erat homo, recti, illi poterat displicere, cum etiam ipsi Deo dicatur, Opera manuum tuarum ne despexeris, sed profecto secundum illam iustitiam, qua se nouerat iniustum, se vituperauit, atque distabuit, æstimauitque se terram & cinerem, mente conspicies Christi iustitiam. Cum ait Deus, Numquid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis in terra, ex hominum qui sunt in terra comparatione, laudatur iustus, qui tanta morum probitate profecerat, vt nullus esset adæquandus sine querela, de cuius vita nullus iuste quæreretur. Verus Dei cultor, quippe etiam suorum peccatorum verax, humilisque confessor. Nihilominus non iustificatur in conspectu Dei omnis viuens.

Iob 42.

Psal. 37.

20 *Lib. de bono perseuerantiæ.*

IDEM inquit: Deus statuit miscere quosdam non perseueraturos, certo numero sanctorum suorum, in quibus non expedit in huius vitæ tentatione, securitas. Multos enim à pernicioſa elatione reprimit, quod ait Apostolus: Qui videtur stare videat ne cadat. Voluntate autem sua cadit, qui cadit, & voluntate Dei stat, qui stat. Potens est enim Deus statuere illum. Non ergo ipse seipsum, sed Deus. Verumtamen bonum est non altum sapere, sed timere. Sicut enim Apostolus ait: Non sumus sufficientes cogitare aliquid a nobis, qua si ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.

1. Cor. 10.

Rom. 11.

2. Cor. 3.

21 *In Ps 98. to. 8.*

IDEM explicans illa verba: Deus tu propitius fuisti eis, vlciscens in omnes adinuentiones eorum, sic habet: Propitius fuerat Deus donando peccata, propitius & vindicando. Et vindicans in omnes affectiones eorum, etiam vindicans propitius fuisti. Quæramus enim has tres personas, Moysen, Aaron, & Samuelem, & quomodo in eis vindicatum sit, quia dixit, Vindicans in omnes affectiones eorum. Vtiq; eas affectiones dicens eorum, quas Dominus nouerat in cordibus eorum, quas homines non nouerant. Et enim sine querela hominum, versabantur in medio plebis Dei. Sed quid dicimus, quia Moyses habuit primam vitam fortassis peccatricem? Nam & percusso homine fugit de Ægypto. Habuit Aaron primam vitam quæ displiceret Deo, nam ipse insanienti populo permisit, vt idolum faceret. Samuel quid fecit infans ad templum datus? Omnes ætates suas inter sancta Dei peregit, ab ineunte ætate famulus Dei. Nihil dictum est ab hominibus de Samuele. Nouerat ibi forte Deus aliquid quod purgaret, quia & quod perfectum iam videtur hominibus, illius perfectioni adhuc imperfectum est. Pleraque faciunt artifices, & ostendunt imperitis, & cum iam iudicauerint imperiti esse perfecta, expoliunt illa artifices, qui nouerunt adhuc quid illis desit, vt mirentur homines tantam expolitionem rebus accidisse, quas iam perfectas annunciauerunt. Fit hoc in ædificijs, & in picturis, & in vestibus, & prope in omni genere artium. Primo iudicant illud iam quasi perfectum esse, vt oculi eorum amplius nihil desiderent. Sed aliud iudicat oculus imperitus, aliud iudicat artificis regula. Sic & illi sancti ante oculos hominum tamquam sine culpa, tamquam perfecti, tamquam Angeli; Nouerat autem quid illis deesset, qui vindicabat in omnes affectiones eorum. Vindicabat autem non irascens, sed propitius ad hoc vindicabat, vt perficeret cœptum, non vt damnaret erectum.

Exod 2.

IDEM exponens verba illa: Ioan. 1. Omnia per ipsum facta sunt, & docens a Deo conditos vermes, muscas, culices, pediculos &c. ait: Propter superbiã instituit Deus istam creaturam minimam, & abiectissimam, vt ipsa nos torqueret, vt cum superbus fuerit homo, & se iactauerit aduersus Deum, & cum sit mortalis, mortalem terruerit, & cum homo sit, proximum hominem non agnouerit, cum se erexerit, pulcibus subdatur. Quid est quod te inflas humana superbia? Homo tibi dixit conuitium, & tumuisti, & iratus es, pulicibus resiste vt dormias. Cognosce quis sis, nam vt noueritis fratres propter superbiam nostram domandam creata ista, quæ molesta nobis essent. Populum Pharaonis superbum, potuit Deus domare de vrsis, de leonibus, de serpentibus, muscas, & ranas illis immisit, vt rebus vilissimis superbia domaretur.

22 *Tract. 1 in Ioannem. to. 9.*

Gen. 9. 26

IDEM explicans verba illa: Discite a me quia mitis sum & humilis corde, inquit: Discite non mundũ fabricare, non cuncta visibilia, & inuisibilia creare, non in ipso mundo mirabilia facere, & mortuos suscitare; sed quoniam mitis sum, & humilis corde. Magnus esse vis, a minimo incipe. Cogitas magnam fabricam construere celsitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis, & quantam quisque vult, & disponit superimponere molem ædificij, quanto erit maius ædificium, tanto altius fodit fundamentum. Fabrica ventura est vsque ad conspectum Dei, fundamentum fode humilitatis.

23 *Ser. 10. de verbis Domini in Euangelium Matthæi. to. 10.*

Act. 10.

IDEM inquit: Illud cogitandum est, nullum esse hominem, qui non possit habere aliquid boni, quod tu nondum habes, etiam si lateat, in quo sine dubio possit te esse superior, quæ cogitatio, ad contuendam, & edomandam superbiam, valet. Non arbitreris, quoniam tua quædam bona eminent & apparẽt, ideo alterum nulla habere quæ lateant, & fortasse maioris ponderis bona, quibus te superat nescientem. Non enim falli nos, aut adulatione potius vti, Apostolus iubet, cum dicit: Nihil per contentionem, neque per inanem gloriam, sed in humilitate mentis alter alterum existimantes superiorem sibi. Vere existimemus posse esse aliquid occultum in alio, quo nobis superior sit, etiam si bonum nostrum quo illo videmur superiores esse, non sit occultum. Iitæ cogitationes deprimentes superbiam, & acuentes charitatem faciunt onera fraterna inuicem non solum æquo animo, sed etiam libentissime sustineri.

24 *Ser. 21. de verbis Apostoli Pauli Phil. 2.*

Ezec. 2. & 3.

GREGORIVS explicans verba illa Iob cap. vigesimoprimo. Numquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus est, & formauit in vulua vnus, inquit: Hæc dicit Iob de seruis suis loquens: Qui vt semper cor in humilitate deprimat, nequaquam in eisdem famulis conspicit, quod sibi status est dispar, sed quod natura communis, & ideo ait: Numquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus est, & formauit in vulua vnus. Potentibus viris, magna est virtus humilitatis considerata æqualitas conditionis. Omnes namque homines, natura æquales sumus, sed accessit dispensatorio ordine, ut quibusdam prælati videamur. Si igitur hoc a mente deprimimus, quod temporaliter accessit, inuenimus citius quod naturaliter sumus. Plerumque.n. se animo accepta potestas objcit, eumq; tumidis cogitationibus fallit. Manu ergo humillimæ cõsiderationis, deprimendus est tumor elationis. Si.n. apud semetipsã més descẽdit de vertice culminis,

25 *Li. 21. Moral. c. 10. to. 2.*

Li 34. Moral. c. 18. Iacob 4. Eccl. 10. Matt. 11.

Is. 14.

culminis, citius planiciem inuenit naturalis æqualitatis. Nam vt præfati sumus, omnes homines, natura æquales genuit, sed variante meritorum ordine, alios alijs, dispensatio occulta postponit. Ipsa autem diuersitas quę accessit ex vitio, recte est diuinis iudicijs ordinata, vt quis omnis homo iter vitæ æque non graditur, alter ab altero regatur. Sancti autem viri cum præsunt non in se potestatem ordinis, sed æqualitatem conditionis attendunt, nec præesse gaudent hominibus, sed prodesse. Vnde cum Noe, Dominus, filijsque eius diceret, Crescite & multiplicamini, & replete terram, subdit: Et terror vester, ac tremor sit super cuncta animalia terræ. Non enim ait, sit super homines qui futuri sunt, sed sit super cuncta animalia terræ. Homo quippe animalibus irrationalibus, non autem ceteris hominibus natura prælatus est, & idcirco ei dicitur, vt ab animalibus & non ab homine timeatur, quia contra naturam superbire est, ab æquali velle timeri. Sed nequaquam præpositi, ex hoc quęsito timore, superbiunt, in quo non suam gloriam, sed subditorum iustitiam quærunt, timeri enim volunt, vt humana saltem formidine peccare metuant. In eo enim quod metum sibi a peruersis viuentibus exigũt, quasi non hominibus, sed brutis animalibus dominantur, quasi videlicet ex qua parte bestiales sunt, subditi, ex ea etiam debeant formidini iacere subiitrati. Cum vero deest vitium, quod corrigatur, non de excellentia potestatis, sed de æqualitate conditionis gaudent. Et non solum ab eis metui, sed etiam pluspquam necesse est honorari refugiunt. Neque enim leue se perpeti damnum humilitatis credunt, si ab eis pro merito fortasse ordinis, pluris æstimentur. Hinc est enim quod primus pastor Ecclesiæ Petrus, cum adorante Cornelio super se sibi honorem videret oblatum, ad æqualitatem conditionis suæ citius recurrit dicẽs: Surge & ipse ego homo sum. Quis enim nesciat, quod conditori suo homo debeat, & non humi prosterni? Quia ergo humiliari sibi pluspquam debuit proximum vidit, ne vltra humanitatis metas intumesceret, esse se hominem recognouit, quatenus illati sibi honoris elationem frangeret, ex considerata æqualitate cõditionis. Hinc Propheta Ezechiel, cum ad videnda sublimia rapitur, filius hominis vocatur, vt ductus ad cœlestia, hominem se esse meminerit. Ac si eum diuina vox verbis apertioribus admoneat dicens: Memento quid sis, ne de his ad quæ raperis, extollaris, sed altitudinem reuelationis, tempera memoria conditionis.

IDEM exponens verba illa Iob c. 41. Vbi loquens de Leuiathan dicit: Ipse est rex super vniuersos filios superbiæ, sic habet: Audiant omnes, Deus superbis resistit; humilibus autem dat gratiam. Audiant omnes, Immundus est apud Deum omnis, qui exaltat cor suum. Audiant omnes, Quid superbis terra & cinis? Audiant omnes Dominum dicentem: Discite a mę quia mitis sum, & humilis corde. Ad hoc namq; vnigenitus Dei filius formam infirmitatis nostræ suscepit, ad hoc inuisibilis, non solum visibilis, sed etiã despectus apparuit, ad hoc contumeliarum ludibria, irrisionum opprobria, passionumque tormenta tolerauit, vt superbum non esse hominem, doceret humilis Deus. Quanta ergo humilitatis virtus est; propter quam solam veraciter edocendam, is qui sine æstimatione magnus est, vsque ad passionem factus est paruus? Quia enim originem perditioni nostræ, superbia præbuit diaboli, instrumentum redemptionis nostræ, inuenta est humilitas Dei. Hostis quippe noster, magnus inter omnia conditus, videri super omnia voluit elatus. Redemptor autem noster, magnus manens super omnia, fieri inter omnia dignatus est paruus. Auctor mortis dicit: In cœlum conscendam, auctor vitę ait: Replera est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit. Ille dicit: Super astra cœli exaltabo solium meum. Iste humano generi a paradisi sedibus expulso, dicit: Ecce venio cito, & habitabo in medio tui. Ille dicit: Sedebo in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. Iste dicit: Ego sum vermis & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Ille dicit: Ascendam super altitudinem nubium, & similis ero Altissimo. Iste cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. [Infra:] Ille nihil aliud mentes sibi subditas docet, quam celsitudinis culmen appetere, cuncta æqualis mentis tumore transcendere, societatem omnium hominum, alta elatione transire, ac sese & contra potentiam conditoris erigere, iste ad sputa, ad palmas, ad colaphos, ad spineã coronam, ad crucem, atque ad mortem veniens, membra sua admonet dicens: Si quis mihi ministrat, me sequatur. Quia igitur Redemptor noster corda regit humilium, & Leuiathan iste, rex dicitur superborũ, aperte cognoscimus, quòd euidentissimum reproborum signum, superbia est, ac contra, humilitas electorum. Cum ergo, quam quisq; habeat cognoscitur, sub quo rege militet, inuenitur. Vnusquisque enim quasi quendam titulum portat operis, quo facile ostendat, sub cuius seruiat potestate rectoris.

IDEM explicans de animabus sanctis verba illa c. 1. Cumq; starent, demittebantur pennæ eorum, ait: Stant sancta animalia, qñ ea quæ Dei sunt, intenta cõtemplatione considerant. Sed eorum pennæ deponuntur, quia dum alta Dei iudicia aspiciunt, suæ eis virtutes vilescunt. Quod aperte exponitur, cum statim subditur, nam cum fieret vox super firmamentum, quod erat super caput eorum, stabant, & submittebant alas suas. [Infra:] Vox supra firmamentum fit, qñ animus hominis, omne quod creatum est transcendens, in solo creatoris sui lumine, fidei oculos figit, quod vbique est, & vbique totus est quod nusquam deest, & tamen ab iniquorum cogitationibus longe est, quod nec ibi deest, vbi longe est, quia vbi non est per gratiam, est per vindictam. Huius naturæ potentiam, cum strictus in ea cogitat animus, vox super firmamentum fit, & tunc stant animalia, & submittunt alas suas, quia sanctorum mentes, dum Creatoris sui potentiam intenta contemplatione considerant, vilescunt eorum animo virtutes quas habent, & tanto sunt apud se humiles, quãto eis illud allatum est, quod super angelos sonat. Deponant ergo alas suas cum vox super firmamentũ fit, idest humilientur in eo quod apprehendunt, cum superna conspiciunt, quę ab eis comprehendi nõ possunt. Sæpe etiam sanctorum cogitationibus ipsa quæ habent bona blandiuntur, vt eorum mentes in aliquã sui fiducia eleuẽt, sed protinus ad occulta Dei iudicia recurrunt. Quomodo alij ex virtutibus ad infernum per elationem corruunt, alij ex vitijs correcti, ad cœlũ per humilitatem leuantur. Vnde nos ad humilitatem reuocans Propheta terret, & admonet dicens: Venite & videte opera Dei, terribilis in consilijs super filios hominum. Quis enim digne considerare valeat quantus super nos terror sit consiliorum Dei, quando alter ex virtutibus, in finem tendit in vitia, & alter ex vitijs in virtutibus concludit finem? Quia iuxta Salomonis sententiam, Sunt iusti, atque sapientes, & opera eorum in manu Dei. Nec tamen scit homo, vtrum amore vel odio dignus sit, sed omnia in futurum reseruantur incerta. Et est via quæ videtur homini recta, & nouissimum eius ducit ad mortem. Hæc itaque occulta iudicia profunde cogitare, quid est aliud quam alas deponere, idest de nulla iam virtute confidere, sed sub magno timore trepidare? Siue enim omnipotentis Dei naturam considerent, siue eius iudicia perpendant, trepidant, & pertimescunt. Eis ergo quasi alas deponere, est virtutes, quas habent humiliare. Sic Abraham alas deposuit, qui quando loqui cum Deo cœpit, puluerem, & cinerem se esse cognouit, dicens: Loquar ad

Dominum meum, cum sim puluis & cinis. Sic Moyses alas deposuit, qui eruditus omni scientia Ægyptiorum, mox vt verba Domini audiuit, verba se non
Exo.4. habere deprehendit dicens: Obsecro Domine non sum eloquens ab heri & nudiustertius. Ex quo enim locutus es ad seruum tuum, impeditoris, & tardioris
Esa. 6. linguæ sum. Sic Esaias, cuius vita Domino ad prædicandum placuerat, cum eundem Dominum contemplatus, carbone de altari in ore tactus est, ait: Væ mihi quia tacui, quia vir pollutus labijs ego sum. Ecce ad superiora subleuatus, sibimetipsi de labiorum pollutione displicuit. Nisi enim cœlestis munditiæ alta conspiceret, esse se iudicabilem non inuenisset. Sic loquente Domino, Hieremias clamat, Aaa Domine Deus nescio loqui, quia puer ego sum. Iuxta enim ea verba quę
Hier.1. audiebat, verba se non habere cognouerat. Sic Daniel
31 sublimem visionem videns, per plurimos dies elan-
Dan.8. guit, & ægrotauit. Quia & hi qui in virtutibus fortes sunt, cum altiora Dei conspiciunt, in sua sibimet æstimatione, infirmi atque imbecilles fiunt. Sic beatus Iob a Domino laudatus, cum verba Dei colloquentis audiret, respondit dicens: Insipienter locutus sum, & q̃ vltra modum excedunt scientiam meã. Et paulo post: Idcirco ego me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla, & cinere. Qui enim quantum ad homines sapienter locutus fuerat, loquentem sibi Deum audiens, insipienter se locutum fuisse reprehendit, quia in contemplatione veræ sapientiæ, sua ei sapientia viluit. Ad vocem ergo desuper venientem, animalia alas deponunt, quia virtutem Dei, siue in natura sua contemplari requiramus, siue in occultis iudicijs inuestigare cogitemus, pro eo quòd eius alta, nobis impenetrabilia sunt, nostra nobis si qua inesse bona credebantur, vile scunt. Et qui in quantulacumque scientia volare credebamur, inuisibilem super nos naturam, & impenetrabilia eius iudicia perpendentes, submissis alis humiliter stamus.

32 IDEM explicans verba illa: Et tu fili hominis sume tibi laterem, inquit: Inquirendum est cur Ezechiel
Ho. 12. in c.4. Ezech. Propheta, vel quoties sublimia conspicit, vel quoties agere aliqua mystica iubetur, prius filius hominis appellatur. Sæpe enim subleuatur ad cœlestia, & occultis ac inuisibilibus rebus mens eius pascitur. Necesse ergo est, vt inter occulta quæ penetrat, filius hominis vocetur, vt semper agnoscat quod est, & numquam extollatur de his, ad quæ ducitur. Quid est enim Prophetæ ad spiritalia subleuato, semper fili hominis dicere, nisi ei infirmitatis propriæ memoriam facere? vt conscius conditionis infirmæ, eleuari in cogitatione non debeat de magnitudine contemplationis suæ.

33 BERNARDVS inquit: Aduenies Saluator reformabit corpus humilitatis nostræ configuratũ corpori claritatis suæ, si tamen prius fuerit cor reformatum, & configuratum humilitati cordis ipsius. Propter quod & dicebat: Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Considera sane in his verbis, quoniã humilitas duplex est, altera cognitionis, altera affectionis, quæ hic dicitur cordis. Priore cognoscimus quòd nihil sumus, & hanc discimus a nobis ipsis, & ab infirmitate propria, posteriore calcamus gloriam mundi, & hanc ab illo discimus, qui exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, qui etiam quæsitus in regnũ, fugit, quæsitus ad tanta probra & ignominiosum supplicium crucis, sponte obtulit semetipsum.

34 IDEM explicans verba illa Canticorum 1. Dum
Homil.42. in Cãtica. esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorẽ suũ, inquit: Bonus humilitatis odor, qui de hac valle plorationis ascendens, perfusis circumquaq; vicinis regionibus, ipsum quoque regium accubitum, grata suauita te respergat. Est nardus, humilis herba, quam & calidę ferunt esse naturæ. Et ideo per hanc videor mihi virtutem humilitatis in hoc loco conuenienter accipere, sed quæ sancti amoris vaporibus flagret. Si tu temetipsum intus ad lumen veritatis, & sine dissimulatione inspicias, & sine palpatione dijudices, non dubito quin humilieris, & tu in oculis tuis, factus vilior tibi ex hac vera cognitione tui, quamuis necdum fortasse id esse patiaris in oculis aliorum. Eris igitur humilis, sed de opere interim veritatis, & minimè adhuc de amoris infusione. Nam si veritatis ipsius, quæ te tibi veraciter atque salubriter demonstrauit, sicut splendore illuminatus, ita affectus amore fuisses, voluisses procul dubio, quod in te est, eandem de te omnes tenere sententiam, quam ipsam apud te veritatem habere cognoscis. Sane quod in te est dixerim, quoniam plerumque non expedit innotescere omnibus, omnia quæ nos scimus de nobis, atque ipsa veritatis charitate vetamur, palam fieri velle quod noceat agno
Iob 5. scenti. Semetipsum exinaniuit Dominus formã serui accipiens, & formam humilitatis tradens. Ipse se
Iob.14. exinaniuit, ipse se humiliauit, non necessitate iudicij, sed nostri charitate. Poterat nimirum vilem se & cõtemptibilem demonstrare, sed plane non reputare, quoniam sciebat seipsum. Voluntarie proinde humilis fuit, & non iudicio, qui talem se obtulit, qualẽ esse
35 nesciuit, magis autem placuit minimum reputari, qui se summum non ignorabat. Denique ait: Discite a me quia mitis sum, & humilis corde. Corde dixit, cordis affectu, ideſt voluntate. Non enim quomodo ego vel tu in veritate inuenimus nos dignos dedecore, & contemptu, dignos omni inferioritate, non inquã ita, & ille. Hæc tamen omnia expertus est, quia voluit tamquam humilis corde. Humilis videlicet illa humilitate, quam cordis suasit affectio, non quam extorsit discussio veritatis. Propterea dixi hanc voluntariæ humilitatis speciem non redargutione veritatis, sed charitatis intra nos infusione creari, quia cordis est, quia uoluntatis. Hanc humilitatem ita charitate calentem, herba humili, & calida, ideſt nardo putauerim designatam. Istam habe, quod fiet si nolis alter apparere foris, quam te inuenis intus. Alioquin ume ne de teipso legas. Quoniam doloſe egit in conspectu *Psal.35.*
eius, vt inueniatur iniquitas eius ad odium. Pondus, *Pron. 20.*
inquit, & pondus, abominatio est apud Deum. Quid 36
enim? Tu te depretiaris in secreto apud teipsum veritatis trutina ponderatus, & foris alterius pretij, mentiens, maiori te pondere vendis nobis, quam ab ipsa accepisti? Time Deum, & noli hanc rem pessimam facere, vt quem humiliat veritas, extollat voluntas, hoc enim est resistere veritati, & contra Deum pugnare. [Infra:] Sponsæ humilitas, tamquam nardus spargit odorem suum. Sponsæ humilitas voluntaria est. Odor
eius nec reprehensione exterminatur, nec laude. Au- *Cant.1.*
dierat, Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis, collum tuum sicut monilia. Acceperat & repromissionem ornatus aurei; & nihilominus tamen cum humilitate respondet, & quãto maiorem se audit, tanto humiliat se in omnibus. Non gloriatur in meritis, nec inter laudes suas humilitatis obliuiscitur, quam & humiliter confitetur sub nardi nomine. Nardus mea dedit odorem suum, est dicere. Placuit humilitas mea, non mea sapientia, non mea nobilitas, non mea pulchritudo, quę nulla erat mihi, sed quæ sola inerat humilitas dedit odorem suum, ideſt solitum, solito placet Deo humilitas, qui humilia respicit.

IDEM sic habet: Vna sane consideratio, quid 37
fueris, & quid sis; nam quis sis factus, altera. Non *Lib. 2. de*
oportet vt ista extundat illam in scrutinio tui. Es enim *consider. ad Eugeniũ Papã.*
adhuc quod eras. Non reiectum hoc, licet aliud sit adiectum. Consideranti quid sis, natura occurit humana, quia homo natus es. Porro percunctanti quis, personę respondebitur nomẽ, quod es Episcopus; qđ quidẽ factus nõ natus es. Quid tibi horum videtur ad purum esse tui, & ad te principalius pertinere, quod factus, an quod natus? Nonne quod natus? Hoc ergo consulo cõsideres. Nec modo quid natus, sed & qualis

natus

natus oportet attendas, si non vis tuæ considerationis fructu, & vtilitate fraudari. Tolle proinde nunc hereditaria hæc perizomata ab initio maledicta, dirumpe velamen foliorum celantium ignominiam non plagâ curantium. Dele fucum fugacis honoris huius, & male coronatæ nitorem gloriæ, vt nude nudum considereS, quia nudus egressus es de vtero matris tuæ. Nũquid infulatus, numquid micans gemmis, aut floridus seri
38 cis, aut coronatus pennis, aut suffarcinatus metallis? Si cuncta hæc veluti nubes quasdam matutinales velociter transeuntes, vt cito pertransituras dissipes, & exsufflES a facie considerationis tuæ, occurret tibi homo nu
Eccl 5. Iob. 14. dus, & pauper, & miser, & miserabilis. Homo dolens quod homo sit, erubescens quòd nudus sit, plorans q natus sit, murmurans quod sit. Homo natus ad laborem, non ad honorem. Homo natus de muliere, & ob hoc cum reatu, breui viuens tempore, ideoq; cum metu, pletus multis miserijs, & propterea cum fletu. Et vere multis, quia corporis & animæ simul. Quid enim calamitate vacat nascenti in peccato, fragili corpore, & mente sterili? Vere ergo repletus, cui infirmi
35 tas corporis, & fatuitas cordis cumulatur, traduce sordis, mortis addictione. Salubris copula, vt cogitans te summum Pontificem, attendas pariter vilissimum cinerem non fuisse, sed esse. Imitetur cogitatio naturam, imitetur & quod dignius est auctorem naturæ, summa imaque consocians. Nonne natura in persona hominis vili limo, vitæ spiraculum colligauit? Nonne auctor naturæ in sui persona. Verbum, limumq; contemperauit? Ita tibi sume formam tam de nostrę concretione originis, quàm de sacramento redemptionis vt altus sedens, non alta sapiens sis, sed humilia de te sentiens, humilibusque consentiens. Proinde si consideras quantus es, cogita etiam qualis, & maxime. Hęc te sane consideratio tenet in te, nec a te auolare finit, nec ambulare in magnis, neque in mirabilibus super te.

Psal. 35. Prou. 29.

Humilitas vera quęrenda est in hominibus, inter quos pauci vere, multi autem ficte humiliantur. Cap. VI.

1 BASILIVS explicans verba illa: Et humiles spi
Hom. 9. in Ps. 33. s 1. ritu saluabit (vel seruabit vt ipse legit) inquit: Qui nihil habet fastus, aut elationis, neque ob vllam rerum humanarum prærogatiuam insolescit, aut sibi placet, hic humilis est spiritu. Est quidem humilis, & qui secus peccati uiam ambulat, quòd peccatum, omnium maximè, humiliare hominem consueuerit, ac vilem reddere. Iuxta quam dicendi formulam dicimus eam esse humiliatam, quæ corrupta est, & florem perdidit virginalis sanctimoniæ. Sic Amnon vi iniecta in Thamar, humiliauit eam, Scriptura teste. Quicumque igitur tumorem, & animi elationem perdiderunt ad terram vsque deiecti, suo huc eos adigente peccato, ac propemodum adæquati solo, perinde atque serpês solet repere, isti ingrediuntur oculis in humum depressis, quod se surrigere & attollere in gradum pristinũ, nulla iam ex parte possint. Tales humiliati quidem sunt, non tamen spiritu. Non enim laudabilis est eorum humilitas. Qui vero per Spiritus sancti gratiam, sese vltronei per humilitatem substernunt, & inferioribus subijciunt, cum Apostolo dictitantes omnium se seruos, omniumque peripsema in hunc vsq; diem, & rursus vt mundi purgamenta facti sumus, qui spirituali vtentes humilitate, cunctorum se faciunt postremos, vt omnium primi in regno cœlorum appareant, hos inter beatos ducit Dominus dicens: Beati pauperes spiritu, hi sunt, humiles spiritu, qui saluantur.

2 CHRYSOSTOMVS explicans verba Pauli
Hom. 3. in 1. epist. Pau c. 1. Qui prius sui blasphemus, & persecutor, & contumeliosus, sed misericordiam consecutus sum, inquit.

Humilitatem animi lucra quidem ferre ingentia cernimus, verum ea non facile inuenitur, sed humilitatem quidem verborum plurimam, & vltra quam satis sit, absque difficultate reperies, animi vero humilitatem difficillime. At vero beatus hic vir, eam ita vbique persequebatur, vt plurimas quoque omnibus in locis occasiones aucuparetur, animum suum huiusmodi frœno comprimere. Quia enim illis maxime laborare opus est, vt veram consequi humilitatem possint, qui magnarum sibi virtutũ conscij sunt, magnam sibi vim inferant necesse est, vt conscientiã rectę factorum, sese semper efferentem, obtundere queant. Vnde quia dixerat Paulus, sibi creditum Euangelium gloriæ Dei, cito semetipsum corripuit, vti ne existimes hoc ipsum ex arrogantiæ tumore dixisse. [Infra:] Qui prius fui blasphemus, & persecutor. Intuere diligentius quanto se deijciat studio, quam non se palpet, vtque humilem possideat mentem. *li ad Tim. 1. 4.*

3 IDEM in fine sic habet: Dicat quilibet nostrum sicut publicanus, Deus propitius esto mihi peccatori. Magis autem non dicamus tantum, sed etiam sic sapiamus, vt si nos sic alter appellet, non indignemur. Audiebat enim ille quia non sum sicut hic publicanus, & non est irritatus, sed magis comeunctus est. Dixit ille vulnus, & quæsiuit iste remedium. Dicamus iterum, Propitius esto mihi peccatori. Veruntamen & si alius dicat non irascamur, si enim nos ipsi, nobis dicamus plurima mala, ab alijs audientes, inæquanimiter feramus, non erit hoc humilitas, neque confessio, sed ostentatio, & vanagloria. Ostentatio quippe est, vocare seipsum peccatorem, humilitatis quippe opinionem voluimus acquirere, apud alios autem, in admiratione esse, laudari enim volumus. Nam si e contrario dicamus nosipsos iustos, contemnimur. Proinde etiam hoc propter gloriam facimus. Quid est autem humilitas? Vt cum ab alio improperium audimus, toleremus, agnoscamus peccatum nostrum, & patienter feramus accusationem. Et neque hoc adhuc humilitatis est, sed & ingenuitatis. Nunc autem nosmetipsos quidem dicimus peccatores, indignos, & cetera plura, si vero alius quisquam nobis vnum horum impingat, sequimus exasperamur. Intueris quia non est hoc confessio, sed ingenuitas? Dixisti temetipsum esse talem, non
4 indigneris etiam cum ab alio audis, & cum redargueris. Aduerte quid dixit beatus Dauid, cum ei malediceret Semei. Sine illum, inquit, Dominus præcepit ei, quatenus agnoscat humilitatem meam, *2. Reg. 16.* & retribuat mihi Dominus bona pro maledictione hac huius diei. Tu autem de te ipso dicens nimietatem malorum, ab alijs autem nisi magnorum iustorum laudes audias, exasperaris. Intueris quoniam laudaris in rebus non laudandis? Etenim laudes cupiditate aliarum laudum repellimus, vt maiores iterum mereamur, vt magis in admiratione simus. Proinde nequaquam desiderio laudum appetamus humilitatem, vt laudes nostræ amplificentur. Omnia enim propter gloriam facimus, nihil propter veritatem, propterea cuncta vacua sunt, cuncta fœnea.

Hom. 27. in epist. ad Hebræos.

HIERONYMVS sic habet: Summa tibi scien
5 tia sit, notitia summa, vitia virtutesque distinguere, *Epist. 1. quæ est Demetriadi t. 4.* quæ quamuis semper contraria sibi sint, aliqua tamen ex eis, tanta iunguntur similitudine, vt dicerni omnino vix possint. Quam multi enim superbiam, libertatis loco ducunt, adulationem pro humilitate suscipiunt, malitiam, prudentiæ amplectuntur vice, & stultitiæ, simplicitatis nomen imponunt, atq; fallaci, ac pessima decepti similitudine, vitijs pro virtutibus gloriantur. Et quamquam hæc omnia subtilissima intelligentia debeas separare, cunctasque virtutes cum suis lineis, insequendo nusquam prorsus abscedere, præcipue tamen fictam humi-

militatem fugiens, illã sectare quæ vera est, quia Christus docuit humilitatẽ, in qua non sit superbia inclusa. Multi.n. huius virtutis vmbram, veritatẽ huius, sequuntur pauci. Perfacile est.n. aliquam vestem habere contemptam, salutare submissius, manus, & genua deo sœculari inclinato in terram capite, deiectisq; oculis, humilitatem ac mansuetudinem polliceri, lenta voce tenuique sermones infringere, suspirare crebrius, & ad
6 omne verbum, peccatorem ac miserum se clamare; Et si vel leui sermone offensus sis, continuo attollere supercilium, leuare ceruicem, & delicatum illum oris sonum, insano repente clamore mutare. Aliam nos humilitatem Christus docuit, qui nos ad exemplũ suum hortatur dicens, Discite a me, quia mitis sum, & humi
Matt. 11. lis corde. Qui cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur. Quam nobis humilitatẽ beatus Petrus insinuat, Misericordes, inquit, & humiles, non reddentes malum pro malo, nec male dictum pro maledicto. Auferantur omnia figmenta verborum, cessent simulati gestus, & ante occasionem sermo placidus. Virum humilem, patientia ostendit iniuriæ. Nihil in te superbum, nihil arrogans, nihil denique fastidiosum sit. Apud Deum non est quidquam humilitate sublimius. Ipse loquitur per Prophetam, Super quem alium requiescam, nisi super humilem, & quietum, & trementem ad sermones meos?

7 IDEM explicãs illa verba: Reddam vobis annos
In c. 2. Ioel 10. 5. quos comedit locusta, & bruchus, & rubigo, & eruca, Fortitudo mea magna, quam misi in vos, inquit. Quærimur cur eruca, fortitudo vel virtus Domini appellata sit, & non solum virtus, sed & virtus magna? Quomodo potentia Dei in Ægyptijs plagis ostensa est per parua animalia, & præcipue cynifes, qui tam parui sunt culices, vt vix cernantur oculis, sic & nunc in paruo, tardoq; vermiculo, qui vix moueri potest, & leni tactu conteritur, Dei potentia, & humana fragilitas demonstratur. Non quo Deus ad nutum suum, & potentiæ maiestatem, nequeat terras subuertere, & operire cuncta diluuio, vel fulmine concremare, sed per parua, & vt ita dicam, puncta corporum, ostendit humanam fragilitatem. Vnde, & illud solemus Marcioni & ceteris respondere hæreticis, qui veteris laniant testamentũ, quod et pulices, & culices, & cimices, & huiusce modi animantia idcirco fecerit Deus, vt fragilitatẽ & imbecillitatem nostræ carnis ostenderet, quæ in tãtum nihil est, vt ab his quæ parua sunt, vulneretur. Si autem eruca paruusq; vermiculus, fortior homine est, quid gloriatur terra & cinis, & elata per superbiam (cum ex humo sit a quo homo appellatur) humana contemnit?

8 AVGVSTINVS ait: Duo nobis necessaria sũt,
Li. de spiritu, & anima 10. 3. vt nos cognoscamus, videlicet quales simus ad malũ, & quales ad bonum. Proni sumus ad malum, & si misericordia Dei non teneret nos, in omne vitiũ possemus cadere, nec inde surgere, nisi misericordia Dei subsequeretur, quæ nos subleuaret. Hoc bene cognoscebat Propheta cum dicebat, Dñe misericordia tua ante oculos meos est, q̃ me custodiat, & misericordia tua subsequetur me, quæ me erigat. Inualidi sumus, ad bonum, nec sine Dei gratia bonum facere, vel in aliquo bono perseuerare, possumus. Hanc geminam cognitionem sui habuit Abraham, cum dixit. Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis. Re vera puluis est homo. Sicut enim puluis ex quacumq; parte venti impellitur, & in aliam aream deijcitur, & ibi remanet, sic homo in omne vitium cadere potest, nec adijciet vt resurgat, nisi misericordia Dei ei subueniat. Cinis etiam est homo, quia sicut cinis nec profert germẽ ex se, nec susceptum semen germinat, sic homo nec bonum facere, nec in aliquo bono perseuerare, sine gratia Dei potest. Quicquid mali non fecimus, eo miserante nõ fecimus. Quisquis in veritate se ita cognoscit, humilis
Psal. 25. Psal. 22. Gen. 18. est coram Deo & hominibus, nullum iudicat, nullum accusat, non seruat iram, non mouet rixas, non seminat discordias, non odit arguentes se, nulli detrahit, nulli nocet, nullum odit, sed omnes diligit.

IDEM explicans verba illa: Quia respexit humili 9
tatẽ ancillæ suæ, ecce.n. ex hoc beatam me dicent omnes generationes, sic habet. In pressuris & angustijs nequaquam possent iusti subsistere, & quod his maius est gaudere, nisi veraciter in conspectu Dei & hominum, humiles essent. Quibus Dñs ait: Discite a me quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiẽ animabus vestris. Hinc iterum dicit, Beati mites, quoniã ipsi possidebunt terrã. Hinc ẽt hæc virgo gloriosa, beatam se dici ab omnibus generationibus manifestat, eo quòd eius humilitatem Deus respexit. O vere beata humilitas, quæ Deum hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, cœlos innouauit, mundum purificauit, Paradisum aperuit, & hominum animas ab inferis liberauit. Facta est Mariæ humilitas, scala cœlestis per quam descendit Deus ad terras. Quia respexit, inquit, humilitatem ancillæ suæ, ecce.n. ex hoc beatam me dicent oẽs generationes. Et quid est dicere respexit nisi comprobauit, placuit ei humilitas mea? Vnde per prophetam Dñs dixit, Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum, & humilẽ, & trementẽ sermones meos? Hinc Dauid Domino dicit, Quia respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animam meam. Multi quidem videntur in conspectu hominum humiles esse, vt ab eis beatificẽtur, sed eorum humilitas a Domino non respicitur, quia falso & non vere de humilitate gloriantur. Si enim veraciter humiles essent, Deũ ab omnibus, & non se vellent laudari. Non in hoc mundo eorum spiritus exultaret, sed in Deo salutari suo. Humilitatem suam non ab hominibus conspici, sed a Deo optarent.

10 BERNARDVS explicans verba illa: Ecce an-
Serm 4. super missus est. Iac. 4. cilla Domini, fiat mihi secundũ verbum tuũ, ait. Semper solet esse gratiæ diuinæ familiaris virtus, humilitas. Deus.n. superbis resistit, humilibus aũt dat gratiã. Humiliter ergo respondet, vt sedes gratiæ præparetur. Ecce inquit ancilla Dñi. Quæ est hæc tam sublimis humilitas, quæ cedere non nouit honoribus, insolescere gloria nescit? Mater Dei eligitur, & ancillam se nominat. Non mediocris reuera humilitatis insigne (nec oblata tanta gloria) obliuiscì humilitatem. Non magnum est esse humilem in abiectione, magna prorsus & rara virtus, humilitas honorata. Si me miserum homuncionem, meis decepta simulationibus ad aliquẽ, vel mediocrem honorem prouexerit Ecclesia, Deo nimirum hoc, vel propter mea, vel propter subditorum peccata permittente, nonne statim oblitus qui fuerim talem me puto, qualis ab hominibus (qui cor non vident) putatus sum? Credo sane, conscientiam non attendo, & reputans non honorem virtutibus, sed virtutes honori, eo sanctiorem, quo superiorẽ me æstimo. Videas plerosq; in Ecclesia de ignobilibus nobiles, de pauperibus diuites factos, subito intumescere, pristinę obliuiscì abiectionis, genus quoque suum erubescere, & infimos dedignari parentes. Videas & homines pecuniosos, ad honores quosque ecclesiasticos peruolare, moxque sibi applaudere sanctitatem, vestium dumtaxat mutatione non mentium, & dignos se æstimare dignitate, ad quam ambiendo peruenerunt, quodque (si audeo dicere) adepti sunt nummis, at- 11
Hier. 5. Hier. 52. tribuere meritis. Omitto autem de his, quos excæcat ambitio, & honor ipse, superbiendi eis materia est. Sed video, quod magis doleo, post spretam sæculi pompam, nonnullos in schola humilitatis, superbiam magis addiscere, ac sub alis mitis humilisq; magistri, grauius insolescere, & impatientes amplius fieri in claustro, quàm fuissent in sæculo. Quodque magis peruersum est, plerique in domo Dei non patiuntur haberi contemptiui, qui in sua non nisi contemptibiles esse potuerunt, vt quia videlicet,

vbi

vbi a pluribus honores appetuntur, ipsi locum habere non potuerunt, nec meruerunt, saltem ibi honorabiles habeantur, vbi ab omnibus honores contemnuntur. Ita mundum sibi, & se mundo crucifixerunt, & qui antea vix in suo vico vel oppido cogniti fuerant, modo circumeuntes prouincias, & curias frequentantes, regum notitias, principumque familiaritates assecuti sint. Quid de ipsos habitu dicam, in quo iam non calor, sed color requiritur, magisque cultui vestiũ, quàm virtutum insistitur. Nec aliunde hæc omnia mala contingunt, nisi quod illam (qua sæculum deseruimus) deserentes humilitatem, dum per hoc cogimur inepta de nuo sectari studia sæcularium, canes efficimur reuertétes ad vomitum.

12 *Ser. de uer bis Domini Luc. 18.* IDEM: Omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur, inquit: Quantos videmus humiliatos, sed non humiles, curatos quidem a Domino, sed nec ipsa curatione sanatos. Hi sunt qui sub sentibus esse delicias computant, dissimulantes peccata quę actitant, lubricum, in quo titubant, tenebras quibus caligant, laqueos inter quos ambulant, locum afflictionis quem inhabitant, corpus mortis quod gestant, iugum graue quod tolerant, grauiorum conscientiam quam occultant, grauissimam sententiam, quam expectant. *Esa. 66.* *Psal. 30.* Talis ille erat, cui Ioannes in Apocalypsi scribere iubebatur. *Apoc. 3.* Dicis quia dives sum, & nullius egeo, & nescis quia tu es pauper, & miser, & miserabilis, & cæcus, & nudus. Nec mirum si sit vana & mendax exaltatio filiorum hominum, siquidem vani sunt & mendaces. Humiliat eos veritas, exaltat vanitas. Et dilexerunt magis tenebras quàm lucem, amplectentes exaltantem se vanitatem, & quærentes mendacium. Porro contra veritatem, quæ se humiliat votis, & studijs, quibus possunt dissimulationibus, & conatibus friuolis recalcitrantes. Fecimus ne aliquid? Puto quia inuenimus etiam, quando humiliat homo seipsum. Dico autem vt adhæreat humilianti se veritati, nec dissimulet, sed cooperetur ei deuotio pietatis affectu. Ero vir videns paupertatem meã in virga indignationis eius, ne veniat anima mea in consortio eorum, de quibus ait Dominus. Percussi eos, & non doluerunt. Et item. Curauimus Babylonẽ, & non est sanata. *Hier. 5.* *Hier. 52.* Grauis curatio humiliatio hæc, sed grauior morbus superbia est, quæ vtinam sic curetur, vt sanetur hac cura.

13 *Ser m. 16. in Cant.* IDEM sic habet: Appetere de humilitate laudem humilitatis, est non virtus sed subuersio. Verus humilis, vilis vult reputari, non humilis prædicari. Gaudet contemptu sui, hoc solo sane superbus, q laudes contemnit. Quid peruersius, quidue indignius, quàm vt humilitatis custos, confessio, superbiæ militet, & inde velis videri melior, vnde videris deterior? Mirabile iactantiæ genus, vt non possis putari sanctus, si non appareas sceleratus. At talis confessio, speciem habens humilitatis non virtutem, non solum veniam non meretur, sed & prouocat iram. Numquid profuit Saul, quod se ad increpationem Samuelis peccasse confessus est? Omnino non poterat non placari, si quæ in ore sonuit humilitas, in corde radiasset, nec humilem contemneret confessionem, humilitatis magister, & cui humilibus dare gratiam, ingenitum est.

14 *Serm. 34. in Cant.* *Ps. 118.* IDEM inquit: Merito aiebat Dauid. Bonum mihi Domine quòd humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Vides quia humilitas iustificat nos? Humilitas dixi, & non humiliatio. Quanti humiliantur, & humiles non sunt. Alij cum rancore humiliantur, alij patienter, & alij libenter. Qui dicere potest, bonum mihi quod humiliasti me, is vere humilis est. Non potest hoc dicere qui inuitus tolerat, minus qui murmurat. Est autem humilis, qui humiliationem conuertit in humilitatem, & ipse dicit Deo, Bonum mihi quod humiliasti me. Ei autem qui coacte sed tamen patienter humiliatur, non congruit illud scripturę, Glorietur humilis in exaltatione sua, quoniam, non iponte humiliatur neque libenter. Vis autem videre humilem rectè gloriantem, & vere dignum gloria? Libenter inquit gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Non dicit patienter se ferre infirmitates suas, sed & gloriari, & libenter gloriari in illis, probans, sibi bonum esse quod humiliatur. Generalem vero hic audi regulam. Omnis qui se humiliat, ait, exaltabitur. Significat profecto non omnem exaltandam esse humilitatem, sed eam tantũ quæ de voluntate venit, non ex tristitia, nec ex necessitate. Nec enim per contrarium, omnis qui exaltatur humiliandus erit, sed tantum qui se exaltat humiliabitur, nimirum ob voluntariam vanitatem. Ita ergo non qui humiliatur, sed qui sponte se humiliat, exaltabitur, vtique ob meritum voluntatis. Esto enim quod humilitatis materia per alium ministratur, verbi gratia probra, damna, supplicia, non tamen idcirco recte ab alio quam a semetipso humiliatus ille dicetur, qui illa omnia, tacita, & læta conscientia, causa Dei subeunda decreuerit. *2. Cor. 12.* *Luc. 14.*

15 *In epi. 87. quæ est ad Ogeriũ canonicũ regularem.* IDEM inquit: Humiliatio, via est ad humilitatem sicut patientia ad pacem, sicut lectio ad scientiam. Si virtutem appetis humilitatis, viam non refugias humiliationis. Nam si non poteris humiliari, non poteris ad humilitatem prouehi. Prodest itaq; mihi meam insipientiam sciri, & a scientibus iure confundi, cui sæpe contigit a nescientibus iniuste laudari. Terret me Apostolus qui & ipse territus dicit: Parco autem ne quis me existimet supra id quod videt in me, aut audit aliquid ex me. Quàm pulchre dixit, parco. Non parcit sibi, arrogans, non parcit sibi superbus, non cupidus, vanæ gloriæ, & iactator actum suorum, qui vel sibi arrogat quod est, vel mentitur de se quod non est. Solus qui vere humilis est, parcit animæ suæ qui ne putetur quod non est, semper quantum in se est, vult nesciri q est. Grande re vera periculum, audire quemquam de se supra quam sentit in se. Quis dabit mihi apud homines tantum de veris digne humiliari, quantum vel de falsis datum est indigne exaltari? Illam mihi vocem propheticam iure assumerem, exaltatus autem humiliatus sum; & conturbatus. Et illud. Ludam, & vilior fiam. Ludam, scilicet, vt illudar. Bonus ludus, quo Michol irascitur, & Deus delectatur. Bonus ludus, qui hominibus quidem ridiculum, sed angelis pulcherrimũ spectaculum præbet. Bonus inquam ludus, quo efficimur opprobrium abundantibus, & despectio superbis. Nam reuera quid aliud sæcularibus, quàm ludere videmur, cum quod ipsi appetunt in hoc sæculo, nos per contrarium fugimus, & quod ipsi fugiunt, nos appetimus? Ludus iucundus, honestus, grauis, quo ludebat qui dicebat, spectaculum facti sumus angelis, & hominibus. Hoc ludo, & nos interim ludamus, vt illudamur, confundamur, humiliemur, donec veniat qui potentes deponit, & exaltat humiles, qui nos lætificet, & in æternum exaltet. *Psal. 87.* *2. Reg. 6.* *1. Cor. 3.*

Ad humilitatem sancti (qui vere sunt humiles) quibus gradibus ascendant. Cap. VII.

1 *Ho. 70. in Euang. Io. to. 3.* CHRYSOSTOMVS explicans verba illa Ioannis 13. De lotione pedum, exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis, ita & vos faciatis inquit. Nõ est idem, si frater, sui fratris lauet pedes, ipse enim erat Dominus, & magister, vos inuicem conserui. Quid ergo signat hæc particula, ita? Secundum possibilitatem. Propterea enim a maioribus rebus accipit exempla, vt saltem minus faciamus. Etenim magistri pueris litteras quam pulcherrimas scribunt, vt vel in deterius imitentur. Vbi nunc qui conseruos despiciunt? Vbi qui bonores expetunt? Proditoris pedes Dominus lauauit, sacrilegi furis, & ipso proditionis tempore, cum nulla esset speranda emendatio, mensam communem posuit, & tu elatis supercilijs intumescis. Pedes inuicem lauemus, inquit, nunquid, & seruorũ?

Et

Et quid mirum si seruorum? Si quidem inter nos seruus & liber, differunt verbo tenus, differunt illic re ipsa. Ipse enim natura Dominus erat, nos serui, neque id recusauit, nobis autem satis videtur si liberis vt seruis & emptis mancipijs, nõ vtimur. Qui sedet super Cherubim, proditoris pedes lauit, tu homo terra & puluis effereris, & intumescis? Et quo hoc dignum supplicio? Quòd si veram elationem concupiscis, hic ego te viam docebo, non enim nostri, qui præsentibus rebus & magnis inhiat, is vilis est, & abiecti animi. Itaq; numquã humilitas est sine magnitudine animi, neque superbia sine pusillanimitate. Quemadmodum pueri, vilium rerum spectacula admirantur & obstupescunt, pilis, trochis, & talibus inhiant, magnas autem res, ne cognitione quidem capere possunt, ita & hic, sapiens non reputat præsentia, ergo neque ea optabit ab alio accipere, qui sapiens non est, contra afficietur, ad araneas, & vmbras, & somnia, & his viliora conuertetur.

2 IDEM explicans quòd Paulus & Barnabas Iconij adorari noluerint a gentibus, & quòd sciſſis tunicis clamauerunt, quid facitis, quia & nos homines sumus similes vobis mortales, inquit: Nihil conferendum humilitatis virtuti. Ipsa enim mater est acradix, & alumna, & fulcimentum, & vinculum bonorum. Sine illa abominabiles, & sceleſti, & immũdi sumus. Esto enim quis mortuos suscitet, ac claudos sanet, &c. Cum superbia nihil est contaminatius, nihil tui ipsius esse puta. Industria vales, & docendi gratia, ne propterea putes quòd plus alijs habeas. Idcirco maxime humiliari, & modestia vti debes, quia plura assequutus es dona. Igitur humilitate & modestia opus est, quod alijs præteritis, te respexit Dominus.

Hom. 30. in acta Apost.

3 IDEM sic habet: Nullus tantas non dico occasiones, sed prorsus necessitates habuit arrogantiæ, vt Paulus, neq; tamen vllus alter ita se munde ab omni iactãtia subduxit. Hæc animo attentiore considera. Scientia inflat, inquit, & hoc omnes cum Apostolo pariter dixerimus. Et tanta certe in illo erat scientia, quanta in vllo vnquam fuerit, neq; tamen se extulit insolenter, qui se in hoc ipso humiliat, ac deijcit dicens, ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, & non me arbitror comprehendisse. Et si quis existimat se scire aliquid, nondum cognouit, quemadmodum eum oportet scire. Ieiunium rursus inflat, idque fecit Pharisæus ille manifestum, qui ait. Ieiunio bis in sabbato. Sed Paulus nõ modo ieiunans, sed famem propter Christum patiens, se etiam abortiuum vocabat. Et quid de scientia dico, atq; ieiunio, quando etiam tanta cum Deo habens tã crebra colloquia, quanta nec prophetarum, nec Apostolorũ vllus habuit, per ea ipsa humilior reddebatur?

Hom. 5. de laudibus Pauli.

1. Cor. 8.

1. Cor. 13.

Ibid. 8.

Luc. 18.

4 IDEM inquit: Nihil tam admirabilem Christianum, quàm humilitas efficit. Audi Abraham. Ego autem sum puluis, & cinis. Audi Deum quid de Moyse loquatur, quod mansuetissimus erat omnium hominum, nemo illo humilior, qui tanti populi dux, & rege, & innumero Aegyptiorum exercitu, muscarũ more demersis, tanta in Aegypto, tanta in rubro mari, & in deserto operatus, tanto de se testimonio, talem se gerebat, ac si vnus esset e multitudine, & socero humilior, cuius accepta sententia, nunquam id ægre tulit, neque quippiam tale locutus est quale solent, tu ne nobis consilium des? Qui, & si quispiam recte eis consuluerit, personæ tamen humilitatem contemnunt. Verum non ille huiusmodi, sed humilitate sua, omnia recte operatus est. Ille regias aulas neglexit, quod profecto immensæ est humilitatis argumentum. Veram enim animi magnitudinem, atque præstantiam, humilitas facit. Quantæ putas magnanimitatis esse, & regias & regiam mensam despicere? Si quidem tamquam dij apud Aegyptios reges venerantur, & diuitijs, & thesauris fruuntur innumeris, omnibus tamen neglectis, & Aegypti regno contempto, captiuis tamen, & calamitosis in luto & argilla absumptis, quos serui abominabantur, auxilium præstitit, & dominis eos prætulit, ex quo satis constat, propter humilitatem suam, sublimis & magnanimis euasisse. Stultitia namque ex animi imbecillitate, mansuetudo autem ex magnanimitate atque præstantia, proficiscitur, Dic quæso, fuit ne quisquam animi, quàm Abraham præstantioris? Veruntamen is est, qui inquit. Ego sum puluis, & cinis. Et rursum. Ne quæso sit iurgium inter me, & te. Atque hic adeo humilis persicas prædas, & barbara trophęa contempsit. Quod incredibili animi magnitudine faciebat. Ille enim magnanimus est, qui vere est humilis, nullius adulator, nullius contemptor, alterum enim magnanimitatis, alterum stultitiæ est argumentum. Qui lutum lutum esse arbitratur, & tamquam lutum contemnit, is magnanimus est, qui autem lutum tamquam aurum admiratur, is abiectus est. Eadem ratione hoc in loco considera, q̃ qui se puluerem, & cinerem appellat magni animi est, quod ex humilitate proficiscitur. Qui autem neque terram se, neq; cinerem intelligit, sed intumescis, & maximam de se concipit opinionem, nonne hic omnium est vtilissimus, cum minima magna esse sibi persuadeat? Ex quo patet, magnanimitate incredibili locutum esse Patriarcham, non stultitia, cum dixit, ego sum puluis, & cinis. Comparemus igitur nobis per humilitatem animi, magnitudinem. Consideremus humanarum rerum naturam. Si quidem nemo alia ratione humilis effici potest, nisi diuinarum rerum amore, & præsentium contemptu.

Hom. 1. in 1. epi. Pauli ad Cor. 10. 4.

Gen. 18.

Num. 12.

Ibid.

Ibid. 13.

6 IDEM inquit: Quantumlibet nos humiliauerimus, magna ipsius virtutis pars adhuc reliqua est. Audi & exhorresce etiam, numquam de humilitate eleueris. Extollit humilitas, nisi vera & germana fuerit. Est ea ars profecto diabolica, vt sicut plures eo q̃ inanem gloriam vicerunt, gloriantur inanius, ita, & quia se humiliauerunt, extolluntur? Verbi gratia venit quispiam frater, aut etiam seruus? suscepisti eum, lauisti pedes eius, fecisti quod nemo, humilitatem consecutus es. Ea te cogitatio extollit, immo ex alto deijcit. Vnde igitur possit quis solide in humilitate persistere? Si præceptum Domini semper animo verset, quo ait. Cum feceritis quæ præcepta sunt vobis dicite serui inutiles sumus. Ille solus humilitatem animi vere consecutus est, qui sibiipsi persuasit quantumlibet peregerit nihil se magnum gessisse, qui nec ad finem peruenisse arbitratur. Complures ex humilitate in superbiam elati sunt, sed nos ne obsecro id patiamur. Fecisti aliquid humile, noli magnum sapere, alioquin omnia perdidisti. Eiusmodi fuit Pharisæus ille elatus, intumuit, quòd pauperibus decimas daret, & omnia amisit. Non sic publicanus ille, qui quoniam se humiliter agnoscebat, iustificari præ illo meruit. Audi rursum Paulum dicentem. Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Vides quam se non extulerit, sed modis omnibus deiecerit, atque humilior euaserit, idque cum ad supremũ virtutis culmen peruenisset. Tres etiam pueris ignibus iniecti, quid in media fornace dicebant? Peccauimus cum patribus nostris, iniquitatem fecimus, sed in corde contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur. Ita & cum in fornacem incidissent, humiliores quàm antea fuerant, claruerunt. Nam postquam miraculum illud circa se patratum viderunt, seipsos salute indignos arbitrantes, ad humilitatem protinus conuersi sunt. Audi quid & Dauid dixerit. Quod si dixerit mihi, nolo te, ecce ego faciat mihi, quod acceptum est coram se. Poterat certe sua plurima recte facta, proferre, sed humilia sentire, & dicere maluit. Heli quoque Dominus, inquit, est, quod gratum est coram se faciat. [Infra:] Si humiles sumus, vt decet, si mites, ac mansueti vt oportet, non sit nobis ea humilitas elationis occasio. Humilis es, & cũctis abiectior, noli idcirco inflari, ideo enim te humilias, vt arrogantiam fugias. Quòd si per hanc arrogantiam corruas, melius fuerat, non humiliari. Quoties tibi surrepit elata cogitatio, q̃ quasi humilitatis cul-

Hom. 2. in epi. Pauli ad Philem.

Luc. 17.

1. Cor. 4. 7

Dan. 3.

2. Reg.

2. Reg. 3.

tus culmen occupaueris, considera vbinam, vnde descē derit Dominus tuus, & tunc de pones teipsum admirari, & laudare. Immo te & tua omnia ridere cogeris, cum ex collatione Dominicæ humilitatis, nihil te omnino profecisse cognoueris, debitorem te semper existiman. [Infra.] Si ipsius Domini gratia humiliari renuimus, pressuræ nos & clades, potentiorumq; metus, vel inuitos humiliabunt.

IDEM sic habet: Si magna vis reddere merita tua, ea ne magna esse putes, & magna tunc erunt. Sic & Centurio dicebat. Non sum dignus vt intres sub tectū meum, & propterea dignus factus est, & admirationi super omnes Iudæos habitus. Sic & Paulus dicens, Non sum dignus vocari Apostolus, & propter hoc omnium primus factus est. Itidem & Ioannes. Non sum dignus soluere corrigam calceamenti eius, & ideo amicus quoque fuit sponsi, & manum quam esse calceamento dixit indignam, hanc super caput suum Christus attraxit. Sic & Petrus dicebat, exi a me, quia homo peccator sum Domine, & idcirco factus est Ecclesiæ fundamentum. Nihil enim Deo tam gratum, quàm cū extremis peccatoribus semetipsum connumerare. Hoc est totius sapientiæ principium. Sic enim humiliatus, & contritus non inani gloria ventilabitur, non irascetur, non inuidebit proximo. Nec enim contritam manum, licet millies contendamus, in altitudinem tollere poterimus. Si igitur & animam itidem conteramus, licet innumeri tumefacientes morbi eam extollant, neque tantillum eleuari poterit, post multa concludit magno cum studio omnium matrem virtutum, humilitatem dico in animabus nostris plantemus, sic enim & hoc vitæ pelagus absque fluctibus transire poterimus, & in tranquillum cœlestem illum nauigare portum.

HIERONYMVS sic habet: Ego vt autem iam scripsi, Christi vestem in Romana vrbe suscipiens, nūc barbaro Syriæ limite teneor. Et ne putes alterius hanc de me fuisse sententiam, quid mererer ipse constitui. Verum vt ait gentilis poeta, Cœlum non animum mutat, qui trans mare currit. Ita me incessabilis inimicus post tergum secutus est, vt maiora in solitudine bella nunc patiar.

IDEM inquit: Esaias plorat, & dicit: Vę mihi quia tacui, quia immunda habens labia, vidi Dominum Sabaoth oculis meis. Ille virtutum merito Dei fruebatur aspectu, & conscientia peccatorum, labia sua fatebatur immunda. [Infra.] Fumus immundi non pauci, sed omnes, quasi pannus menstruatæ, vniuersæ iustitiæ nostræ. Ad Hierusalem in Ezechiel loquitur Deus. Perfecta eras in decore meo. Et est sensus, non in tuis operibus, non in tua conscientia, cordisque iactantia, sed in meo decore, quo te clementia mea libertate donauerat. Denique in consequentibus loquitur ad eam, quā do saluatur non suo merito, sed eius misericordia. Recordabor pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuę, & suscitabo tibi pactum sempiternum, & recordaberis viarum tuarum, & confunderis. Et iterum. Suscitabo pactum meum tecum, vt scias quia ego Dominus, & recorderis, & confundaris, & non sit tibi vltra aperire os præ confusione tua, cum fuero placatus tibi in omnibus quæ fecisti, ait Dominus Deus. Ecce aperte diuino sermone monstratur, quid in alio loco dixerit, & mundanas te non faciet innocentem, quod iusti quoque, & post peccatum in statum pristinum restituti, os aperire non audeant, sed cum Apostolo dicant. Qui non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei. Denique, & in alio loco per eū dem Prophetam ad eos qui illius misericordiam consecuti sunt, loquitur Deus. Et recordamini viarum vestrarum, & omnium scelerum vestrorum, quibus polluti eratis, & displicebit vobis in conspectu vestro, in cunctis malitijs quas fecistis, & scietis, quia ego Dominus cum benefecero vobis propter nomen meum, nō secū dū vias vestras malas, neque ſm scelera vestra pessima-

IDEM explicans quomodo rex Ezechias circundata Hierusalem scidit vestimēta sua, & obuolutus est sacco, & misit seniores de sacerdotibus opertos saccis ad Esaiam &c. Si quomodo audiat Dominus Deus tuus, inquit: In his, regis consideranda est humilitas. Ipse pergit ad templum, & seniores sacerdotium non sto lis sacerdotalibus, sed cilicijs opertos, misit ad Esaiam. Dixeruntq; ad eum. Hæc dicit Ezechias, non rex, non tumens nomine imperij. Si quomodo audiat Dominus Deus tuus verba Rapsacis, non enim audemus Dominum, omnium nostrum Dominum dicere, quo ira scente tantum perpetimur, sed tuum dicimus Dominum. Cumq; venissent serui regis Ezechiæ ad Esaiam, nomen Prophetæ tacuit, vt cęptam seruaret humilitatem Propheta, cum diceret, misit ad Esaiā filiū Amos Prophetæ. [Infra.] Supra Ezechias sacco indutus intrauerat in templum Domini, & rursus modo pergit ad templum, & epistolas Prophetæ expandit coram Domino. Prius tacuerat, non enim audebat Domini timore perterritus, in templo ora reserare, nec liberas ad Deum preces fundere. Nunc autem quia iam audierat Esaiam dicentem, ne timeas a facie verborum quæ audisti, audacter Dominum deprecatur. [Infra.] Protegam ciuitatem istam, & saluabo eam propter me, & propter Dauid seruum meum. Dicit, Liberandam ciuitatem obsidione præsenti, & ad extremum infert. Propter me, & propter Dauid seruum meum. In quo illud significat quod non merito suo, sed Dei clementia conuersentur, immo patris eorum Dauid memoria.

GREGORIVS exponens verba illa Iob 28. & aquas apendit mensura, sic habet: Quia sancti ipsi, qui sancto subleuante spiritu, ad summo rapiuntur, quamdiu in hac vita sunt, ne aliqua elatione superbiant, qui busdam tentationibus reprimuntur, & ne extollantur superbia, fit in eis ipsarum quædam mensura virtutū. Hinc est enim quod Elias, dum tot virtutibus in alta profecisset, quadam mensura suspensus est, dum Iezabel postmodum quamuis reginam, tamen mulierculā fugit. Perpendo quippe hunc magnæ virtutis virum, ignem de cęlo trahere, verbo cęlos a pluuijs claudere, verbo cęlos ad pluuias aperire, suscitantem mortuos, ventura præuidentem, & ecce rursus animo occurrit, quo pauore ante unam mulierculam fugerit. Sufficit mihi Domine, tolle animam meam. Vnde ergo sic potens, vt omnes illas virtutes faciat? Vnde sic infirmus, vt ita fæminam pertimescat, nisi quia aquæ appendun tur mensura, vt ipsi sancti Dei homines, & multum valeant per potentiam Dei, & rursus quadam mensura moderati sint per infirmitatem suam? In illis virtutibus Elias, quid de Deo acceperat, in istis infirmitatibus, quid de se esse poterat, agnoscebat. Illa potentia, virtus fuit, ista infirmitas, custos virtutis. In illis virtutibus ostēdebat quid acceperat, in istis infirmitatibus, hoc quod acceperat custodiebat. In miraculis monstrabatur Elias, in infirmitatibus seruabatur. Sic Paulum video fluminum & latronum, ciuitatis ac solitudinis maris ac terræ pericula sustinētem, frenantem ieiunijs ac vigilijs corpus, sustinentem frigoris & nuditatis, ærumnam, ad tertium cælum raptum, rursumque eum in Paradisum raptum, & audisse arcana uerba, quæ nō licet homini loqui, & tamen Satanæ angelo ad tentandum conceditur. Orat vt eximi debeat, & non exauditur. Per murum in sporta dimissus effugit manus hominum. O Paule in cœlo iam Iesum conspicis, & in terra adhuc hominem fugis? In Paradisum duceris, secreta Dei uerba agnoscis, & adhuc a Satanæ angelo tentaris? Vnde sic fortis, vt ad cœlestia rapiaris, unde sic infirmus vt in terra hominem fugias, nisi quia ipse qui te subleuat, rursum subtilissima te mensura moderatur, vt & in miraculis tuis uobis prædices virtutem Dei, & rursum in timore tuo, reminiscī nos facias infirmitatis nostræ? Dumque Dominus Paulo dicit, quia virtus in infirmitate perficitur, aperte ostendit, quia

custos

5 Ibid.
Ibid. 13.
8 Ho. 38. ad pop. Antioche. 1.5. Matt. 8. 1. Cor. 15. Matt. 3. Mar. 1. Luc. 5.
6 Hom. 2. in epi. Pauli ad Philem.
9 Epist. 2. ad Damasum Papā. 10. 2
Luc. 17.
10 Lib. 2. aduersus Pelagianos. Esa. 6. Esa. 64. Ezec. 16.
1. Cor. 4. 7
Ibid.
Dan. 3.
Ibid.
2. Reg.
2. Reg. 3.
11 Lib. 11. in c. 37. Esa. 10. 4.
12 Li. 19. Moral. c. 5. 1. 2
3. Reg. 19.
13 2. Cor. 12.

custos est virtutis, infirmitas. Spiritus leuat ne iaceamus in infirmis, caro aggrauat, ne extollamur ex sum-
mis. Sic quæ magno ordine, cognoscimus in interiori profectu quid accepimus, in exteriori defectu, quid sumus.

14 IDEM exponens verba illa: Iob 33. cap. & omnia
Lib. 23. mo. val. c. 16. ossa eius marcescere facit, inquit. Ossa in scriptura sacra virtutes accipimus, sicut scriptum est, Dominus cu-
Psal. 33. stodit omnia ossa eorum, vnum ex his non conteretur, quod de ossibus dicit mentis. Cum ergo increpat per dolorem in lectulo, ossa omnia marcescere facit, quia cum in ea requie, quam nobis ab hoc sæculo præparamus, flagello tentationis afficimur, qui fortasse de virtutibus nostris inflari potuimus, cognitæ infirmitatis nostræ tædio, extenuamur. Vnde nobiscum superna dispensatione agitur, vt infirmitatem nostram, quâ proficientes obliuiscimur, tentati recolamus, & in profectu nostro, quid de diuino munere, & in tentatione cognoscamus quid de proprijs viribus sumus. Quæ nos profecto tentatio ad plenum raperet, nisi protectio superna seruaret. Sed pulsat nec frangit, impellit nec mouet, quatit nec deijcit, vt de nostra infirmitate sentiamus esse quod quatimur, & de diuino munere esse quod stamus. Et quia sæpe anima, alicuius boni sibi conscia, cum virtutes suas sibi ad memoriam reuocat, quadam delectatione pascitur, & quasi gratulatione propriæ plenitudinis impinguatur, bene dicitur quòd tentatione pulsante marcescunt ossa, quia dum propria infirmitas tentatione interrogante cognoscitur, omnis illa nostrarum virium, velut pinguis, viridisque gratulatio, subito anxietatis mœrore siccatur, & qui nos alicuius esse momenti bona nostra pensando credidimus, pulsati paulo amplius perituros nos iam iam que formidamus. Tunc iniquos nos esse deprehendimus, qui sanctos paulo ante credebamus.

15 IDEM inquit: Quia origo virtutis humilitas est, illa
Li. 23. Mo. val. c. 27. in nobis virtus veraciter pullulat, quæ in radice propria, id est in humilitate perdurat. Vnde Eliu dixit: Nõ audebunt contemplari omnes, qui sibi videntur esse sapientes. In quibus verbis, occulta cordis elatio reprobatur. Intueri libet quanta virtutum munera Dauid perceperat, atque in his omnibus quam forti se humilitate seruabat. Quem enim non extolleret, ora leonum frangere, vi forum brachia dissipare, despectis prioribus fratribus, eligi, reprobato rege, ad regni gubernacula iungi, timendum cunctis, vno lapide Goliam sternere, promissum tandem regnum percipere? Et tamen cum arcam Dei in Hierusalem reuocat, quasi oblitus prælatũ se omnibus, admixtus populis ante arcam saltat. Ecce quem Dominus cunctis singulariter prætulit, sese sub Domino, & exæquando minimis, & abiecta exhibendo, contempsit. Non potestas regni ad memoriam reducitur, non subiectorum oculis saltãdo vilescere metuit ante eius arcam, qui honorem dederat, recognoscit. Coram Deo egit vilia, vel extrema, vt illa ex humilitate solidaret, quæ coram hominibus gesserat fortia. Quem Michol filia Saul adiuit, ex tumore regij generis insana,
2. Reg. 6. cum humilitatem despiceret dicens: Quam gloriosus fuit hodie rex Israel discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi si nudetur vnus de scurris, protinus audiuit. Viuit Dominus, quia ludam ante Dominum qui elegit me, potius quam patrẽ tuum. Ac paulo post ait. Ludam & vilior fiam plusquã factus sum, eroque humilis in oculi meis. Ac si aperte dicat, Vilescere coram hominibus appeto, quia seruare me coram Domino ingenuum, per humilitatem quæro. Sunt vero nonnulli qui de semetipsis humilia sentiunt, quia in honoribus positi nihil se esse, nisi puluerem, fauillamq; perpendunt; sed tamen coram hominibus despecti apparere refugiunt, & cõtra hoc quod de se interius cogitant, quasi rigida exterius venustate palliantur. Et sunt nonnulli qui viles videri ab hominibus appetunt, atq; omne quod sunt, deiectos se exhibendo contemnunt, sed tamen apud se introrsus quasi ex ipso merito ostensæ vilitatis intumescunt, & tanto magis in corde elati sunt, quanto amplius in specie elationem premunt. Quæ vtraque vnius elationis bella, magna Dauid circumspectione deprehendit, mira virtute superauit. Quia enim de semetipso intus humilia sentiens, honorem exterius non quærit, insinuat dicẽs: Ludam & vilior fiam. Et quia per hoc quod vilem se exterius præbuit, nequaquam interius intumescit, adiungit. Ero q; humilias in oculis meis. Ac si dicat, qualẽ me exterius despiciens exhibeo, talem me, & interius attendo. Bene ergo per Eliu dicitur, ideo timebunt eũ viri, & non audebunt contemplari omnes, qui sibi videntur esse sapientes. Contemplari enim Dei sapientiam non possunt, qui sibi sapientes videntur, quia tãto ab eius luce longe sunt, quanto apud semetipsos humiles non sunt. Quia in eorum mentibus dum tumor elationis crescit, aciem contemplationis claudit. Et vnde se lucere præ ceteris æstimant, inde se lumine veritatis priuant. Si igitur veraciter sapientes esse, atque ipsam sapientiam contemplari appetimus, stultos nos humiliter cognoscamus. Hinc quippe scriptum est: Si
1. Cor. 1. quis videtur inter vos sapiens esse in hoc sæculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Hinc Zachæus pusillus, Sycomorum (quæ ficus fatua dicitur) ascendit, & Dominum vi-
Luc. 9. dit, quia qui mundi stultitiam humiliter eligunt, ipsi Dei sapientiam subtiliter contemplantur.

17 IDEM vt explicet verba illa Domini ad Iob: Quis
Li. 18. mo. val. c. 1. est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis &c. inquit: Post damna rerum, post funera pignorum, post
Iob 38. vulnera corporis, post verba male suadentis vxoris, post contumeliosa dicta consolantium, post suscepta fortiter iacula tot dolorum, de tanta virtute constantię laudandus a iudice Beatus Iob fuerat, si iam de presenti sæculo esset euocandus. At posi quam hic adhuc duplicia recepturus est, ne per elationis gladium, ipsa illum sua victoria sternat, debet omnipotens Deus, increpare eum quem seruat ad vitam. Quid enim pejus plerumque animam, quam conscia virtus interficit? Humiliandus ergo erat iste, qui prostratus vlceribus, sic virtutibus stabat. Humiliandus erat, ne tam robustum pectus, elationis tela confoderent, quod illata vulnera non vicissent.

18 IDEM in exordio, sic habet: Sancti viri, quo apud
Li. 32. mo. val. c. 1. Deum altius virtutum dignitate proficiunt, eo subtilius indignos se esse deprehendunt. Quia dum proximi luci fiunt, quicquid eos in seipsis latebat, inueniunt. Et tanto magis foris sibi deformes apparet, quanto minus pulchrum est, quod intus vident. Et illa quæ leuia paulo ante credidit, mox vt grauia, ac morifera perhorrescit. Vnde Salomon ait: Dixi sapiens efficiar,
Eccl. 7. & ipsa longius recessit a me. Quæ sita enim sapientia longe recedere dicitur, quia appropinquanti altior videtur. Vnde Iob mira lucis claritate perfusus, seipsum cognoscens ait. Qui leuiter locutus sum, respondere quid possum &c.

19 IDEM sic habet: Psalmista ait, Montes sicut cera
Li. 33. mo. val. c. 1. fluxerunt a facie Domini, quia multi qui prius altã rigiditate tumuerant, magno sunt per pœnitentiam tumore liquefacti. Et sicut idem Propheta iterum dicit,
Ps. 36. ascendunt montes, & descendũt campi. Plerique enim persecutores Domini, superbi contra eum veniunt, sed
Ps. 103. ab eo humiles reuertuntur. Qui montes, ascendunt per timorem potentiæ, sed campi descendunt, plani videlicet facti, per cognitionem culpæ. Sed quia nonnulli in elationis suæ altitudine remanent, & ad diuina obsequia flecti humiliter dedignantur, eo quod iuxta desiderium antiqui hostis praua cogitare ac perpetrare nõ desinunt, recte hoc loco de Behemoth dicitur. Huic
Iob 40. montes ferunt herbas. Elati namque sæculi, huic Behemoth herbas ferunt, quia ex eo illum reficiunt, quod nequiter operantur. Quibus nimirum herbis iste Behemoth pascitur, quia in eis pœnam æternę mortis esuriens,

riens, eorum perditis moribus satiatur.

20 BERNARDVS explicans verba illa: Si ignoras te, Pulchra inter mulieres, egredere, & abi post greges sodalium tuorum, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorum, inquit. Olim sanctus Moyses quoniam multum præsumebat de familiaritate, quam inuenerat apud Deum, aspirabat ad quandam visionem magnam, ita vt diceret Deo, Si inueni gratiam in oculis tuis, ostende mihi te ipsum. Accepit autem pro ea, visionem longe inferiorem, ex qua tameu ad ipsam quam volebat posset aliquando peruenire. Filij quoque Zebedæi, in simplicitate cordis sui ambulantes, magnum aliquid, & ipsi ausi sunt, sed ad gradum nihilominus sunt reducti, per quem fuerat ascendendum. Ita, & modo sponsa, quoniam rem grandem postulare videtur, reprimitur sane austeriori responsione, sed plane vtili, & fideli. Oportet namque humiliter sentire de se nitentem ad altiora, ne dum supra se attollitur, cadat a se, nisi in se firmiter per veram humilitatem fuerit solidatus. Et quia nisi humilitatis merito, maxima minime obtinentur, propterea qui promouendus est, correptione humiliatur, humilitate meretur. Tu ergo cum te humiliari videris, habeto id signum in bonum, omnino argumentum gratiæ propinquantis. Nam sicut ante ruinam exaltatur cor, ita ante exaltationem humiliatur. Sane vtrumque legis, Deum scilicet, & superbis resistere, & humilibus dare gratiam. Nonne denique seruum suum Iob cum post insignem triumphum, tantam & tam probatam ipsius patientiam larga remunerandam benedictione censeret, prius in multis, & districtis percunctationibus humiliare curauit, & sic parare viam benedictioni? At parum est cum per se ipsum humiliat nos Deus, si tunc libenter accipimus, nisi quando & per alium hoc facit, sapiamus similiter. Quamobrem accipite huius rei mirabile documentū de sancto Dauid. Aliquando maledictum est illi, & a seruo. At ille nec cumulatam iniuriam sensit, quia præsensit gratiam. Quid mihi, & vobis, ait filij Saruiæ? O vere hominem secundum cor Dei, qui se vlciscenti, potius, quàm exprobranti, succensendum putauit: Vetuit ergo prohiberi maledicum cōuitiantem, quæstum ęsti mans maledictum. Et addit. Dominus misit illum ad maledicendum Dauid. Prorsus secundum cor Dei, qui de corde Dei ferebat sententiam. Sæuiebat lingua maledica, & ille intendebat, quid in occulto ageret Deus, qui blasphemo vtebatur, ad humiliandum Dauid.

Serm. 34. in Cātica. Exo. 33.

Matt. 20.

1. Cor. 1.

Luc. 9.

21

17 Li. 18. moral. c. 1. Iob 38.

Iacob. 4.

2. Reg. 16.

18 Li. 32. moral. c. 1.

Humilitas virtutum præstantissima est, quam maxime commendant sancti. Cap. VIII.

1 BASILIVS sic ait: De patientia iste Psalmus plurimum pertractat, per quam, animæ iracundia & perturbatio, contrahit se ac reprimit. Porro eliminata omni superbia, rite quis virtutem humlitatis assequetur. Impossibile enim sit, eum qui non sibi persuasit, se omnium opera indigere, omniumque esse se nouissimum, posse aliquando, aut dum incessitur quopiam cōuitio, peruincere iram, aut per longanimen patientiam euincere tentationes, in afflictione positum. Quos enim, ad summum vsque peruasit veræ humilitatis, dū maledicitur, per hoc quod prius sibi probe conscius fuit propriæ vilitatis, non iam animo commouebitur, probrosis verbis ignominiæ lacessitus. Quin potius si audierit paupertatem sibi probro dari, is pauperem se mox agnoscet, omniumque se esse indignum, immo Domino suppeditante inopem esse quotidiani viatici. Si ignobilem dici se perceperit, & ex obscuræ familiæ viro prognatum, iam anteuerit cordi vt persuaderet se ex suo esse luto genitum. Vnde supra In Psal. 38. enarrans peccatoris aduersus se conspirationem, ac propriam in tolerando constantiam, ait: Dum consiste re peccator aduersum me, obmutui, & humiliatus sum, & silui a bonis. Deinde in processu ait, Verumtamen vniuersa vanitas omnis homo viuens.

Hom. 15. in Ps. 61. n. 1.

Eccl. 7.

19 Li. 23. moral. c. 1. Ps. 36.

Ps. 103.

Iob 40.

CHRYSOSTOMVS: Quis sum ego quod talem gratiam inuenerim ante faciem tuam, sic habet. Imitatores Christi lineas tenent humilitatis, & sola est quæ charitatem acquirit, pacem inuenit sereno corde, totum intendit humilitas, non habet vnde cadat. Vnde ait Prophetas. Quis sum ego Domine mi, quòd talem, gratiam inuenerim ante faciem tuam? Ego enim minimus fui in tribu mea, & elegisti me ex ouibus, & assumpsisti me. Videtis quomodo agnoscit se quis fuerit, quis est, & quid erit? [Infra.] Sancti, & humiles corde in ęternum cō solabuntur. Peccatores dicturi sunt. Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? Ecce dicturi sunt, hi sunt, humiles scilicet, quos aliquando habuimus in derisum, & quorum vitam æstimabamus insaniam, quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est?

2 Homil. de verbis Dauid. to. 1. 2. Reg. 7.

Sap. 5.

IDEM inquit: Ex peccatoribus iustos humilitas facit, cum tamen non sit illud humilitas, sed vera confessio. Si igitur tantum valet in peccatore confessio, considera quantum humilitas possit in iusto. [Infra.] Non in superbiam intumescamus, sed dicamus nosmetipsos inutiles, vt in partem vtilium transeamus. Si enim inutilem te esse fatearis, factus es vtilis, etiam si fueris ante culpabilis. Propter quod, necessaria nobis est præteritarum obliuio virtutum. Quia sicut aurum vestemque pretiosam cum in publico ponimus, plurimos ad insidias prouocamus, si vero ea recondamus ac recludamus domi, in tuto cuncta seruabimus, sic sunt etiam diuitiæ virtutum, si eas in memoria quasi venales assidue portemus, armamus hostem, irritamus inimicum, & dolosum inuitamus ad furtum. Sin vero nemo alter id scierit, nisi quem nulla occulta latere possunt, tutissimo in loco pretiosa consistent. [Infra.] Vocat humilitatem matrem bonorum.

3 Hom. 3. in c. 1. Matt. to. 2.

IDEM exponens verba illa: Reges gentium dominantur eorum &c. ait: Qui sibi nihil arrogat, is vere humilis est, qui vero humilis est, is ad veræ sublimitatis cacumen volauit, quæ non appellatione solum ac nomine, sed re ipsa sublimitas est. Et externa quidem celsitudo necessitatis atq; timoris est, hæc vero interior atque nostra, celsitudini diuinæ similis esse cognoscitur. Quare qui apud nos magnus est, etiam si nemo ipsum huiusmodi esse dicat, vere tamen magnus est, sicut e contra superbus, quem omnes admirantur, & colunt, omnium vero humillimus reperitur. Et ille quidem honor cum a coactis tribuatur, facile disperit, hic vero quoniam ex honorantium animo proficiscitur, stabilis permanet. Hac ratione sanctos viros maxime admiramur, quia quo ceteris erant excellentiores, eo humiliores seipsos ducebant, qui ad hunc vsque diem in sublimitate sua perseuerant, cum nec mors quidem ipsa magnitudinem eorum deprimere potuerit. Attende, & videbis nihil esse humilitate altius, nihil arrogantia depressus. Nam arrogans quidem atque superbus, maiorem se ceteris arbitratur, & neminem se esse dignū affirmat. Nec ita magno poterit quisquam honore ipsum afficere, quin cupiditate maiori agitatus, parum sibi collatum arbitretur. Cumque laudem ab hominibus quęrat, spernit eos atque contemnit. Quæres adeo expers rationis est, vt ænigmati simillima sit. Quos enim despicit, ab his hominibus gloriam quasi debitā flagitat. Perspicis quomodo qui se altius recipit, is humi affixus iacet. Nam quod abiectos ceteros homines esse putet, idque in seipso cogitet, a vocabulo ipso manifestum est. Hoc enim arrogantiam atque insolentiā dicimus. Si ergo ceteros spernis, cur adulationibus laudem ab illis aucuparis? Cur tantam tecum turbam hominum circumducis? Vidisti re ipsa humilem homunculum atque supinum, caducis omnino rebus subnixum, age iam e contrario, qualis vere sublimis sit consideremus. Hic certe nō ignorat, quantum & quid homo sit,

4 Hom. 66. in cap. 20. Mat.

5

mo sit, hic recte intellexit magnum eum esse hominẽ, qui cum omnium minimus sit, minimum quoque se putat. Quocirca quãtumcumq; sibi honoris tribueris, maximum arbitratur. Constans est atque sibi ipsi conueniens, nec modo hoc modo illud sequitur, sed quos excelsos putat, ab his etiam si parum honoris nanciscatur, summopere propter celsitudinem illorum honorari se putat. Insolens autem, pusillos eos arbitratur, qui eum honorant, sed laudari se ab illis, singularem omnino rem arbitratur. Humilis rursum, a nulla ægritudine capitur, non perturbatur ira, nulla cupiditate gloriæ vexatur, non vincitur liuore. Quid igitur sublimius animo harum perturbationum experti? At vero arrogans atque insolens, ceu vermis in stercore, sic in his passionibus semper inuoluitur. Nam & inuidia, & ira, & inanis gloria, vehementer animum illius exagitant. Vter igitur excelsus atque sublimis est, qui his passionibus seruiliter pressus, quasi ei dominentur expauescit, an qui sic superior est, vt nullo modo ab his capi posse videatur? 5 Quamnam auem altius tu volare opinaris? Vtrum eam, quæ cum per aera feratur, arundines aucupis, atque retia non formidat, an eam quæ vel sine arundine ac visco, quoniam humi serpat, potius quàm volet, manibus facile capitur? Huiusmodi certe, animus insolens est, qui cum humi serpat, in omnem laqueum incidit. Præterea quemnam deiectum atque infimum putauimus, vtrum eum cui Deus patrocinatus, an eum quem Deus impugnat? Audias quid de vtroque scriptura clamitat. Superbis, inquit, Deus resistit, humilibus autem dat gratiam. Illud etiam abs te libenter quæram, quemnam arbitraris sublimiorem, sacrum ne virum a quo grata Deo quotidie sacrificia offeruntur, an eum, qui nullam apud eum fiduciam habet? Et quas inquies, hostias humilis offert? Dauid illum de hoc audias. Sacrificium, inquit Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Vidisti quam mundus humilis sit, videas, & insolentis impurissimas sorde. Impurus, inquit, apud Deum est omnis immundus corde. Ad hæc, in altero Deus ipse requiescit. Super quem enim respiciam ait nisi super humilem, & mitem, & trementem sermones meos? Alter autem cum diabolo humi trahitur, inflatus enim, diaboli supplicia sustinet. Ne forte inflatus, Paulus inquit, in iudicium incidat diaboli. Quodque mirabile est, cõtrarium semper quam optat, eum persequitur. Nam cũ ceteros contemnat, vt maiori dignus honore videatur, maxime omnium ipse despicitur. Ridiculi enim, & omnium inimici sunt. Humilibus vero quid iucundius? quid beatus? qui cum Deo gratissimi sint, non paruam etiam ab hominibus, quam non quærunt, gloriam reperire solent. Nempe ab hominibus quasi parentes coluntur, quasi fratres amantur, quasi propria membra fouentur. Amplectamur igitur humilitatem, si sublimes fieri desideramus, præsertim cum videamus ab insolentia deijci homines. Hæc enim ad humilitatis barathrũ Pharaonem detrusit, nescire namque Dominum dicebat, & soricibus ac ranis, & muscis deterior factus est, postremo cum ipsis armis & equis submersus fuit. Abraham uero e contrario, ego sum terra & cinis prædicabat, propterea, & multa Barbarorum millia uicit, & cum in medium Aegyptiorum incidisset, maiori cũ triumpho euasit, cui virtuti semper inhærens, sublimior indies reddebatur, immo vero sublimior quotidie fit, cum eius laudes vbique decantentur. Pharao autem, & terra & cinis, & si quid humilius excogitari potest, factis cognoscitur. Nihil certe magis Deus quã arrogantiam auersatur. Quid enim non fecit, ut hanc passionem destruat? Hac enim de causa mortales facti, in dolore ac luctu viuimus. Ideo in continuo labore, atque sudore, & affligenti operatione constituti sumus. Arrogantia quippe, primus homo, cum æqualitatẽ Dei sperasset, deliquit, & ita non solum quo optauerat non ascendit, verum etiam a sublimitate propria decidit. Hoc nempe superbię opus est, vt non modo nihil boni nobis afferat, sed etiam quæ habemus, corrumpat. E contra uero humilitas facit. Nam & ea quæ nobis adsunt bona conseruat, & quæ nõ habemus facile adijcit.

Isa. 4.

Esa. 50.

Esa. 66. 7

1. Tim. 3.

Exod. 5.

Gen. 18.

Gen. 3.

IDEM inquit: Nihil humilitati comparandum est. Hinc Christus beatitudini principium fecit, tamquam enim quoddam immensi ędificij fundamentum, humilitatem primum iecit, sine qua nemo salutem consequitur, sed siue quis ieiunauerit, siue orauerit, siue suas pauperibus erogauerit facultates, sine humilitate, hæc, & huiusmodi omnia nihil asserunt vtilitatis, contra, ipsius condimento, gratiora omnia iucundiora redduntur. Humiles ergo & mansuetos nos exhibeamus fratres. Ita haud difficile est bene operari. Quid stulte superbis? Non intelligis humanæ naturæ imbecillitatem, & inanes spes nostras. 8 *Ho. 32. in c. 4. Ioã. 3.*

IDEM sic habet: Arrogantia, licet iustitiæ societur, & ieiunijs, & decimarum solutioni, posterior fit. Humilitas autem licet peccato iungatur, præcurrit. Quid enim publicano deterius? Tamen nihilominus, quoniam animam suam contriuit, & peccatorem confessus est, præoccupauit pharisæum, & ieiunia, ut dicitur habentem, & decimas dantem, atque malis omnibus liberatum. Quare nam hoc? Quia tametsi ab auaritia & rapina fuerit alienus, matrem tamen malorum omnium arrogantiam, habuit in anima profundius radicatam. Ille enim in medium prorumpit omnium, qui in toto orbe accusatur, & omnibus se hominibus meliorem dicit. Non fuisset tolerabiles si se decem tantum, vel quinque, vel duobus, vel vni prætulisset. Nunc autem non solum paucis, sed & toti orbi se præposuit. Vnde non mirum, quod cursu posterior fuit. Et ficut nauis quæ multos fluctus transit, multasque tempestates effugit, in ipso autem portu tandem in scopulum impingit, iacturam totius in se reconditi thesauri, facit: ita & Pharisæus ille postquam sustinuit labores ieiunij, aliasq; virtutes omnes, arrogantia sua, in ipso portu naufragium fecit. Proinde dilecti cum hæc sciamus, omnium nos postremos existimemus, etiamsi in ipsum virtutis culmen, conscenderimus. Scimus quoque quòd arrogantia ex ipsis cœlis superbiẽtem deducere, & humilitas ex abysso peccatorum modeste agentem in altum reducere potest. Arrogantia, incorporeas virtutes e cœlo deturbauit, humilitas & propriorum peccatorum agnitio, Latronem ante Apostolos in paradisum induxit. Igitur qui multorum bonorum conscij, animas suas humiliant, quantas non coronas assequuntur? Si enim humilitas peccatis sociata tam expedite currit, vt iustitiæ ipsam recte iungas, quãdo eam iustitiæ coniunxeris, quo non peruenies? quos non transibit cœlos? Contra si cum iustitia copulata fuerit arrogantia, immodica sua grauitate, etiam illius fiduciam detrahet, peccato iuncta, in quam gehennæ profunditatem non præcipitabit? Fundamentum philosophiæ nostræ, humilitas est. Esto multum ædifices, habeas eleemosynas, preces, ieiunia, virtutesque omnes, hac non præiecta frustra & in vanum erunt omnia, facileque ruet super arenam extructum ædificium. Nihil est in omnibus nostris bonis operibus, quòd hac non ægeat, nihil est quòd sine hac possit stare. Etiamsi dicas continentiam, virginitatem, contemptum diuitiarum, & quæcumque libet, omnia impura sunt absque humilitate. Cum hac igitur ædificemus, hanc in verbis, in operibus, in cogitationibus, in omnibus præstemus. 9 *Hom. 2. in epist. ad Thi. cuius titulus est de profectu euang. i. 4.* 10

IDEM explicans illa verba: Quod autem ascendit, quid est, nisi quia & descendit primum in inferiores partes terræ, qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cœlos, inquit. Quanto seipsum quis humiliauerit, tanto magis exaltabitur. Quemadmodum enim in aqua fit, quæ tanto altius ascendit, quanto illam quisquam ad ima deduxerit, ita habet, & animi humilitas. 11 *Ser. 11. in cap. 4. epist. Pauli ad Ephes.*

HIE-

12 *Lib. 2. in c. 3. lamentationũ Hieremiæ. to. 4 Gen. 18. cap. 24.*

13 *Lib. 2. in c. 19. Prouerbiorũ to. 7.*

14 *Exposit. in Psal 50.*

15 *Lib. 2. in c. 3. epist. Pauli ad Ephesios to. 6.*

16 *Epist. 56. ad Dioscorum. to. 2.*

17 *Li. 2. de doctrina christiana. to 3 2. Cor. 8.*

12 HIERONYMVS explicans verba illa: Ponit in puluere os suum, si forte sit spes, sic habet. Ille in puluere ponit os suum, qui humiliter sentiens, fragilem se cognoscit, & de puluere se factum, iterum in puluerem reuersurum fatetur dicens cum Abraham, Loquar ad Dominum meum, cum sim puluis, & cinis, cui & spes erit futuræ resurrectionis. Hinc est q; beatus Iob, sapientes Domini sententias audiens, se cognoscendo non esse sapientem semetipsum reprehendit dicens. Ideo insipienter locutus sum, & quæ vltra modum excedũt scientiam meam. Sed quia nulla est cognitio reprehensionis, si non sequitur & lamentatio pœnitudinis eorum quæ fecit, post reprehensionem subditur. Et ago pœnitentiam in fauilla & cinere. In fauilla enim & cinere pœnitentiã agere, est contemplata summa essentia, nihil aliud quam fauillam cineremq; se cognoscere. Ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Ac si aperte dicat. De nullo auctoris dono superbio, quia sumptus ex puluere, per illatæ mortis sententiam, ad puluerem me redire cognosco.

Lib. 2. in c. 3. Lamentationũ Hieremiæ. to. 4
Gen. 18.
cap. 24.
Ho. 32. in c. 4. Ioã. 3.
Homil. in epiſto. ad Thi. cuius titulus eſt de profectu euang. i. 4.

13 IDEM exponens verba illa: Homo indigens, misericors est, sic ait. Indigentem dicit humilem, qui se perpetuis bonis egere sine cessatione recolit, talis namque vt misericordiam consequatur a Domino, numquam proximo misereri recusat. Et melior est pauper quàm vir mendax. Melior est namque humilis corde, qui nihil sidit suis operibus, quam qui se præ excellentia virtutum, viri nomine dignum ducens, fallitur nescius, dũ superbiendo perdit bona quæ gesit.

Lib. 2. in c. 19. Proverbiorũ to. 7.

14 IDEM exponens verba illa: Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, sic habet: Sicut hyssopus terrenus, curandis pulmonibus aptus est, vt auertat inflationem, ita cælesti quis respersus hyssopo, idest humilitate cordis, ab omni superbiæ malignitate mundatur.

Expoſit. in Pſal. 50.

15 IDEM explicans verba illa: Mihi infimo omnium sanctorum (vel minimo vt nostra habet lectio) data est gratia hæc, in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, inquit. Omnibus qui se propter Christum in fimos esse cupiebant, Apostolus Paulus infimior erat, & idcirco maior. Omnibus enim inquit, illis plus laboraui, non autem ego, sed gratia Dei mecũ. Propter quàm humilitatem, dum omnium sanctorum est infimus, data est ei gratia hæc in gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi.

Lib. 2. in c. 3. epiſ. Pauli ad Epheſios to. 6.

16 AVGVSTINVS inquit: Humilitas est, quam cura summa, curare debemus. Vnica via est humilitas, secunda humilitas, tertia humilitas, & quoties interrogares, hoc dicerem, non quòd alia non sint præcepta, quę dicantur, sed nisi humilitas, omnia quæcumque benefacimus, & præcesserit, & comitetur, & consecuta fuerit, & proposita quam intueamur, & apposita cui adhęreamus, & imposita qua reprimamur, iam nobis de aliquo bonofacto gaudentibus, totum extorquet de manu, superbia. Itaque sicut rhetor ille nobilissimus, cum interrogatus esset, quid ei primũ videretur in eloquentiæ præceptis obseruari debere, pronunciationem dicitur respondisse, cum quæreretur quid secundo, eandé pronunciationem, quid tertio, nihil aliud quàm pronunciationem dixisse. Si interrogares, & quoties interrogares de præceptis Christianæ religionis, nihil me aliud respondere, nisi humilitatem liberet, & si forte alia dicere, necessitas cogeret. Huic humilitati saluberrimæ, quam Dominus noster Iesus Christus vt doceret humiliatus est, maxime aduersatur quædam, vt ita dicam imperitissima scientia, dum nos scire gaudemus, quid Anaximenes, quid Anaxagoras, quid Pytha goras, quid Democritus, & ceteri huiusmodi senserint, vt docti eruditique videamur.

Epiſ. 56. ad Dioſcorum to. 2.

17 IDEM sic habet: Cum ad scripturas perscrutandas homo accesserit, illud Apostolicum cogitare non cessat. Scientia inflat, charitas autem ædificat. Ita enim sentiet, quamuis de Aegypto diues exeat, tamen nisi pascha egerit, saluum se esse non posse. Pascha autem nostrum immolatus est Christus; nihilque magis immolatio Christi nos docet, quàm illud quod ipse clamat, tamquam ad eos quos in Aegypto sub Pharaone videt laborare. Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris, iugum enim meum suaue est. Quibus nisi mitibus & humilibus corde, quos non inflat scientia, sed charitas ædificat? Meminerint ergo eorum, qui paschа illo tempore per vmbrarum imaginaria celebrabãt, cum signari postes sanguine agni iuberentur, hyssopo fuisse signator. Hæc herba mitis, & humilis est, nihil fortius, & penetrabilius eius radicibus, vt in charitate radicati & fundati possimus comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit longitudo, & latitudo, sublimitas & profundũ, idest crucem Domini. Est etiam in hyssopo vis purgatoria, ne inflante scientia de diuitijs ab Aegypto ablatis, superbe aliquid pulmo timidus anhelet, Asperges me, inquit, hyssopo, & mundabor, lauabis me, & super niuem dealbabor. Deinde vt ostendat purgationem a superbia, significari in hyssopo, subdit & exultabunt ossa humiliata.

Matt. 11.
Exod. 12.
Epheſ. 3.
Pſal. 50.

18 IDEM explicãs illa verba: Datus est mihi angelus Satanæ, qui me colaphizet, &c. Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Quæ virtus, ait, nisi ad quam pertinet non extolli? Itaque virtutis nomine, humilitatem intelligit propter sui excellentiam.

Lib. 3 contra duas epiſt. Pelagianorũ ad Bonifaciũ comitẽ to. 7

19 IDEM exponens verba illa: Asperges me Domine hyssopo, & mundabor, inquit. Hyssopum herbã nouimus humilem, sed medicinalem, saxo hærere radicibus dicitur. Inde in mysterio mundandi cordis similitudo assumpta est. Esto humilis in humili Deo tuo, vt sis excelsus in glorificato Domino Deo tuo. Aspergeris hyssopo, humilitas Christi te mundabit. Noli herbam contemnere, vim medicamenti attende. Dicunt etiam medici hyssopum purgandis pulmonibus aptum esse. In pulmone solet notari superbia, illic enim inflatio illic anhelitus. Audi ergo hic humiliatum, quia hyssopo purgatum. Asperges me hyssopo, & mundabor, mundabis me, & super niuem dealbabor, quia si fuerint peccata vestra vt coccinum, vt nix dealbabuntur. De talibus sibi exhibet Christus vestem sine macula, & ruga.

2. Cor. 12.
Expoſitione in Pſal. 50. to. 7.
Eſai. 1.

20 IDEM in fine sic ait. Ad superbum non accedit Deus, certe altus est, non eum attingit elatus. Omnia sublimia vt contingamus, attollimus nos, & si attingere nõ possumus, machinamenta aliqua vel scalas quærimus, vt sublimati sublimia contingamus. Contra Deus, & altus est, & ab humilibus contingitur. Scriptũ est. Prope est Dominus his qui obtriuerunt cor. Tritura cordis pietas, humilitas. Ergo inuocatus Deus venit, ad superbum, non venit. Audi aliud testimonium. Excelsus Dominus, humilia respicit, & alta a longe cognoscit. Et ne forte cum dictum esset, quia humilia respicit, superbi de impunitate gauderent, quasi eos superbientes non agnoscat, qui in excelsis habitat, territi sunt, & dictum est eis. Videt vos, & cognoscit vos, sed a longe. Vos o superbi, non eritis impunitia, quia cognoscit, non eritis beati, quia a longe cognoscit. Videte quid agatis, quia sic agnoscit.

Expoſit. in Pſal. 74.
Pſal. 33.
Pſ. 137.

21 IDEM explicans verba illa: Inclinate aurem vestram in verba oris mei, inquit: Ille pie attendit legem Dei, cuius aurem inclinat humilitas, non cuius erigit cernicem superbia. Quod enim infunditur, concauo humilitatis excipitur, eminentia tumoris expellitur.

In Pſ. 76.

22 IDEM exponens verba illa: Qui emittes fontes in conuallibus, sic habet: Cõualles depressa loca sunt terrarum, quibus colles & montes opponuntur. Conualles humilitates sunt terrarum, montes tumores terrarum sunt. Noli contemnere humilitates, inde fluunt fontes, emittit fontes inconuallibus. Audi montem, dicit Apostolus. Plus illis omnibus laboraui, magnitudo quæ-

In Pſ. 10.
1. Cor. 15.

quædam commendatur, statim tamen vt profluant aquæ, conuallem se fecit. Non ego autem, sed gratia Dei mecum. Non repugnat vt qui sunt montes, sint & conualles. Sicut enim montes dicuntur propter spiritalem magnitudinem, ita & conualles propter sui spiritus humilitatem. Non ego inquit, sed gratia Dei mecum. Ergo conuallis est, & gratia Dei fons est, de qua Dominus dicit. Si quis sitit veniat ad me & bibat. Videamus si conualles sunt, vt emittantur fontes in conuallibus, audi prophetam. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & tremen tem verba mea? Quid est super quem requiescit spiritus meus super humilem, & quietum, nisi qui habebit fontem meum, conuallis.

Ioan. 7.

Esa. 66.

23 IDEM explicans verba illa: Vanum est vobis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis, inquit: Vis esse excelsus, esto humilis, vbi ille humilis fuit [. Infra.] Et quãdo surgimus? Cum fuerimus humiliati. Surgite postquam sederitis. Surrectio, exaltationem significat, sessio, humilitatem. Vnde alibi dicitur, Domine tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam, id est humilitatem meam, & exaltationem meam. Ante lucem surgere volebant filij Zebedæi, & sedere ad dexteram, & ad sinistram exaltari, antequam humiliarentur. Vanum est vobis sic ante lucem surgere. Dominus vester qui est lux vestra, humiliatus est, vt exaltaretur. Humiliauit semetipsum Dominus noster, hæc est sessio, propter quod, & Deus exaltauit illum, ecce resurrectio. Et vos vt habeatis nomen, & exaltemini festinate, & surgite, sed postea quam sederitis. Surgere vultis, sed primo sedete, & surgens ab humilitate peruenis ad regnum Potestis, inquit, bibere calicem, quẽ ego bibiturus sum? Et illi. Possumus. Et ille Calicem quidem meum bibetis, sedere autem ad dexteram meam, non est meum dare vobis, alijs paratum est a Patre meo. Quid est, non est meum dare vobis? Non est meum dare superbis, hoc enim adhuc erant. Sed si vultis illud accipere, nolite esse quod estis. Alijs paratum est, & vos alij estote, & vobis paratum est. Quid est alij estote, Prius humiliamini qui iam vultis exaltari. Ergo, & nos hoc audiamus, quia hoc dicit psalmus iste. Surgite postquam sederitis. Ascensiones in corde eius disposuit Deus, humiliemur in sæculo vt ascendamus. Ascendamus sed a conualle plorationis. Si enim in conualle plorationis manducas panem doloris, & dicis, factæ sunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est Deus tuus, bene surgis quia sedisti. Surges autem cum dederit dilectis suis somnum Deus. Hoc est post mortem exaltatio est, sicut Christus exaltatus est, in hac autem vita, sessio & humiliatio.

in Psal. 126.

Psal. 138.

Phil. 2.

Psal. 38.

24 IDEM ait: Quia humilitas cordis nostri sacrificiũ est, dicitur in alio Psalmo. Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem vtiq; holocaustis non delectaberis. Holocaustis non delectatur Deus, & nihilominus sine sacrificio non placatur. Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum Deus non despicies. Si ergo humiliatum cor sacrificium Deo est, sacrificium Deo obtulit qui dixit, Domine, non est exaltatum cor meum, Vide alio loco sic offerentem, dicit Deo. Vide humilitatẽ meam, & laborem meum, & dimitte omnia peccata mea. Neque elati sunt oculi mei, neq; ambulaui in magnis, neq; in mirabilibus super me. Idest non fui superbus, nolui quasi in mirabilibus innotescere hominibus, nec quæsiui aliquid supra vires meas, vnde me apud imperitos iactarem.

in Psal. 130. Domine nõ est exaltatũ cor meũ in ultimis verbis.

Psal. 50.

Psal. 130.

25 IDEM ait: Vbi superbia fuerit, ibi discordia, & contumelia dominabitur. Cauete ne superbia inflemi ni, scientes quod superba, ex angelis dæmones fecit, sed humilitas, homines similes angelis constituit, & ad cœlos ascendere fecit infirmitatem humanam. Cum superbia vos tentat fratres, dicite. Ego autem sum vermis & non homo, opprobrium hominum, & abiectio plebis. Et cum publicano dicite, quibuscumque virtutibus sitis ornati, Deus propitius esto mihi peccatori. O monache quanto maior es humilia te in omnibus, & inuenies gratiam coram Deo, & hominibus. O sancta venerabilisque humilitas, tu Filium Dei de sinu Patris descendere fecisti in vterum sanctæ Mariæ Virginis. Tu eum fecisti, inuolui vilibus pannis, vt nos indueret virtutum ornamenti. O sancta humilitas quam dissimilis es superbiæ. Nam ipsa superbia luciferum de cęlo deiecit, sed humilitas Dei Filium incarnauit. Ipsa superbia, Adam de Paradiso expulit, sed humilitas Latronem in Paradisum introduxit. Superbia, gigantium linguas confundit, & diuisit, sed humilitas cunctas cõgregauit dispersas. Superbia, Nabuchodonosor in bestiam transmutauit, sed humilitas, Ioseph principem Israel constituit. Superbia, Pharaonem submersit, sed humilitas exaltauit Moysem. Hæc est illa sancta humilitas quæ fecit solitarios, & philosophos tradidit in reprobum sensum, excæcauit Iudæos, suffocauit Paganos, inflammat Christianos. Superbia est illa feruens olla, quam Hieremias vidit, in qua decoquuntur oẽs principes, & sectatores bonorum temporalium, qui primas cathedras appetunt in synagogis, & salutari in foro, & vocari rabbi. Hanc ollam succendit diabolus, corda inflammans ad altiora. Isti sunt quattuor venti, qui totum orbem perflant, arrogantia, sibi ascribens, quod non habet, insolentia, sibi approprians, quod alteri debetur, superbia multa de se credens, vltra quam verum sit, contumacia, se erigens in prælatum. Isti sunt quattuor fabri, qui totum mundum concutiunt, corda fillorum Dei dissipant.

Ser. 12. ad fratres in eremo, qui est de superbia, & humilitate to. 2.

Psal. 21.

Gen. 11. Act. 2. 26

Hier. 1.

GREGORIVS explicans verba illa Iob cap. 5. Qui ponit humiles in sublimi, & mærentes erigit sospitate, inquit: In sublimi humiles ponuntur, quia cum se ex humilitate substernunt, altæ mentis iudicio, cuncta temporalia transeunt, cumq; se indignos in omnibus æstimant, rectæ cogitationis examine, huius mundi gloriam transcendentes calcant.

27 *Lib. 6. moral. c. 10. 2.*

IDEM vno verbo ait: Iustus de magnis humiliter sentit, peccator de minimis se inaniter erigit. Quid inter hæc, nisi hoc solerter est intuendum, quod, & ascẽsuri, in imo se esse considerant, & casuri semper in prę cipiti stant? Salomone attestante qui ait: Ante ruinam exaltatur cor, & ante gloriam humiliatur.

28 *Li. 3. moral. c. 5.*

Prou. 18.

IDEM explicans verba illa Iob 40. Simul & facies eorum demerge in foueam, ait: Bene de superbis dicitur, q⁹ eorum facies in foueam demerguntur, quia ima petunt, dum superbiendo, altiora appetunt, & quo magis extollendo se erigunt, eo magis ruendo inferius tẽdunt. Vnde miro, & diuerso modo res agitur, vt humiles cęlum petãt, dum se inferius deijciunt, superbi infima appetant, dum despiciendo cęteros, quasi in altioribus extolluntur. Isti se dum despiciunt, cælestibus iunguntur, illi dum se erigunt, a superioribus diuiduntur, atque, vt ita dixerim illi se eleuantes, deprimunt, isti deprimentes, eleuant. Et bene de superbientibus per Psalmistam dicitur. Humiliat autẽ peccatores vsque ad terram. Quia ea quæ infra sunt ambientes, dũ extollendo se erigunt, amisso cœlo quid aliud quam terram petunt? Quibus hoc ipsum iam in imis cecidisse est, relictis superioribus ima quæsisse.

29 *Li. 31. moral. cap. 7.*

Psal. 146.

IDEM explicans verba illa: Septem graduum erat ascensus eius, & vestibulum ante eam, ait: Septem gradibus ad portam ascenditur, quia per sancti Spiritus septiformem gratiam aditus nobis regni cælestis aperitur. [Infra.] Bene autem dicitur, quia vestibulum erat ante eam, quia nisi quis prius humilitatem habuerit, ad hos gradus septem donorum Spiritus sancti non ascendit. Sicut scriptum est. Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos? De quo per Psalmistam dicitur. Ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum. Conuallis quippe, humilis locus est. Et peccator

30 *Hom. 19. in Exec. lo. 2.*

Psal. 6. Psal. 83.

quis-

quisque dum se in lachrymis humiliter affligit in corde, per ascensum virtutum proficit. Qui rursus ait: Qui emittit fontes in conualibus, quia omnipotens Deus dona spiritalis gratiæ humilibus præstat.

31 BERNARDVS ait: Vt charitas seu castitas detur, humilitas meretur, quoniam humilibus Deus dat gratiam. Seruat acceptas, quia non requiescit spiritus Domini, nisi super quietum, & humilem. Seruatas consummat, nam virtus in infirmitate perficitur, hoc est in humilitate. Inimicam omnis gratiæ, omnisque initium peccati, debellat superbiam. Si quidem cum ex alijs quibusque bonis virium magis suarum capere soleat incrementum superbia, sola hæc omnium propugnaculum quoddam, turrisq; virtutum eius fortiter resistit malitiæ, obuiat præsumptioni. Sola denisq; est, de qua omnium plena virtutum Maria, gloriandum esse putauit. Audito quippe ab Angelo, Aue gratia plena, quasi solam ex ipsa plenitudine humilitatem in se recognosceret, solam rependisse, ac respondisse memoratur in gratiam, respexit, inquiens humilitatem ancillæ suæ. Quid deinde auctor, & dator virtutum Christus, in quo omnes thesauri sapientiæ & scientiæ sunt absconditi, in quo omnis plenitudo quoque diuinitatis habitat corporaliter. Nonne tamen & ipse de humilitate tamquam summa suæ doctrinæ, suarumque virtutum gloriatus est? Discite, ait, a me, non quod prudens, aut castus, aut sobrius sint, sed quia mitis sum, & humilis corde. Inuiderunt mihi altitudinem, quam habeo apud patrem angelus, & femina. Illæ, potentiæ, illa, scientiæ. Vos autem æmulamini charismata meliora, discentes a me quia mitis sum & humilis corde.

32 IDEM: Sponsus inquit, loquitur Ecclesiæ, & ait: Ego flos campi, & lilium conuallium. Idest ergo sum sanctitas, bonitas, & iustitia eorum qui cum humilitate in me confidunt, quia nullus eorum poterit esse bonus sine me, quia sine me nihil potestis facere. Ego flos campi, & lilium conuallium, quia illis hominibus amplius meam gratiam dono, qui non in sua bonitate, nec in suis meritis confidunt, sed in me.

Hypocrisis, præterquam quod est malum grande, stultitiæ plenum est, sicut plerumque hominibus velle placere. Cap. IX.

1 DE re hac plura dicenda erunt inferius lib. 18. cap. 1. Quoniam in re hac frequentes sunt sancti.

Hom. 1. in Ps. 37. t. 2. ORIGENES explicans verba illa: Et multiplicati sunt qui oderunt me inique, ait. Impossibile est in hac vita positum, odio nō haberi. Christus Iesus, odio habitus est. Et quid dico in hac vita positum impossibile esse odio non haberi? Deus ipse qui in hanc vitam non venit, odio habetur ab aliquibus. Alioquin propheta non diceret. Nonne odientes te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam. Cum ergo Deus odio habeatur, & Christus Iesus vsq; in hodiernum diem a Iudæis anathema fiat, tu vis odio non haberi, sed ab omnibus diligi, & benedici? Vide ne te inueniat illa sententia. Væ cum benedixerint nobis omnes homines. Quin potius illud tantummodo obseruemus, vt dicamus, multiplicati sunt, qui oderunt me inique. Opto cum odio habear, vt sciat conscientia mea, quoniam iniuste odium patior. Odio habiti sunt etiam prophetæ, sed iniuste, odio habitus est Christus, sed gratis. Si autem pro peccato meo odio habeor, non possum dicere, quoniam multiplicati sunt, qui oderunt me iniuste. Iuste enim odio habeor propter inhonestos actus meos, non possum dicere, quia oderunt me gratis.

Ps. 145.

2 IDEM explicans verba illa: Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui emundatis, quod foris est calicis, & paropsidis, intus autem pleni estis rapina, sic ait: Hic sermo nos instruit, vt festinemus esse iusti, nō apparere. Qui enim studet, vt appareat iustus, quæ a foris sunt, mundat, & quę videntur curat, cor autem suum, & conscientiam negligit, non considerans quoniam qui studet ea quæ intus sunt, & cogitationes suas studet mundare, consequens est, vt etiam ea quę a foris sunt, studeat facere munda. Si quis autem ea quæ videntur studet, negligit autem interiora animæ suæ, necesse est, vt huiusmodi homo impleatur ab intus auaritia, lasciuia, malignitate, ceterisq; plurimis malis. Quoniam omnis quis de salute sua sollicitus est quod est ab intus, & de opinione sollicitus est, quod est a foris; non autem omnis qui de opinione sollicitus est a foris, etiam de salute sollicitus est ab intus. Qui facit eleemosynas, vt gloriam ab hominibus consequatur, mundare quidem videtur quod a foris est calicis, faciens eleemosynas coram hominibus, ab intus autem plenus est cupiditate gloriæ. Et quidquid boni fecerit homo, non ex conscientia munda propter Deum, a foris quidem mundus videtur, ab intus autem plenus est malis. [Infra.] Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, quæ a foris quidem parent speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia, sic & vos a foris quidem paretis hominibus iusti, ab intus autem pleni estis hypocrisi, & iniquitate. Sicut enim superius pleni sunt ab intus rapina, & intemperantia, similiter, & hic pleni sunt hypocrisi & iniquitate, quæ comparantur ossibus mortuorum, immunditię vniuersæ. Hypocrisis enim cum sit aliqua simulatio boni, nihil quidem habet vitale ex eo bono quod simulat. Ossum autem, vt sic dicam, virtutis illius quam simulat, mortua iustitia est. Sicut homo mortuus, videtur quidem homo, sed non est homo, sic & mortua castitas, nec castitas est. Mortua autem, quæ non propter Deum, sed in simulatione propter homines fit. Et quemdamodum est in mimis, qui personas suscipiunt aliquorum, & non sunt ipsi, quos simulant, sed videntur, sic qui iustitiam simulat, simulata iustitia eius, non est iustitia, sed videtur. Propter quod bene assimilantur huiusmodi homines sepulchris dealbatis. A foris videntur iusti in conspectu eorum qui nesciunt interiora considerare, ab intus autem pleni sunt ossibus mortuorum. Tanta sunt ossa in eis, & immunditiæ, quanta opera simulantur bona ex malo affectu. Et malum quidem esset, vel vnum ossium mortui habere intus in se, vel immunditiam aliquam vnam. Nunc autem vide exaggerationem scripturæ de malitia hypocritarum; sicut enim sepulchra plena sunt ossibus, & immunditia omni, sic & illi pleni sunt hypocrisi, non in vna aliqua re simulantes, neq; in conspectu vnius, in omni vita sua, vel duobus, vel tribus, quamuis & hoc esset pessimum malum, sed omnibus diebus vitæ suæ, in simulationibus viuunt, & aliud quidem sunt, aliud autem esse putantur. Sunt lasciui ab intus, a foris autem castos se esse ostendunt simulatores castitatis, virginitatis fictores, ostentationem virtutum habentes, vere autem sunt inimici virtutum, quas simulant.

3 IDEM explicās verba illa: Vnusquisq; vestrū proximo suo placeat, inquit. Sicut primo est diligere Dominum Deum, & secundo proximū, ita & primo placere Deo, secundo ēt proximis. Sed fortasse dicat aliquis Paulum contraria dicere in eo quod iubet nos proximis placere, quia in alijs dixerat. Ego si hominibus placerem Christi seruus non essem. Et vtiq; huic sentētiæ videtur etiam contrarium, vt vnusquisq; proximo suo placeat, quod in alijs dicit, sicut & ego per omnia hominibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed qđ multis vt salui fiant. Dicendū ergo est ad hæc, quia aliud est studium habere placendi hominibus, vt laudē ab eis quærant, & aliud habere placendi studiū hominibus, in eo vt vita sua irreprehensibilis sit apud omnes, & proficiant ex eo omnes, qui vel vident talē, vel audiunt. Ibi ergo non est placendum hominibus, vbi cōtra Deum, contra honestatem, contra religionē

est,in quo placeatur; & ideo dicit, qui si hominibus placerem, hoc est incredulis, & infidelibus Iudæis, Christi seruus non essem. Vnde hic ait: Vnusquisque vestrum proximo suo placeat ad ædificationem. Non enim gloriam ab hominibus quærendam monet, sed ædificationem de actu & sermone nostro proximis dandam, vt glorificetur Deus cum lucet lux vestra coram hominibus.

6 *Ho. 24. ex variis, quę est ad adolescentes ejus ex gentilium doct. proficiant, to. 1.*

BASILIVS sic habet: Qui verbo tenus sunt philosophati, nec vita, sermonem suum commutati, vmbris comparandi, & simile aliquid pictoribus, præ se ferentes existunt, qui hominis pulchritudinem in tabulis imitantes, tales effingunt, qualis ille vere reperitur. Quoniam magnifice quidem virtutem laudare, & in medium longos de hac sermones facere, priuatim vero voluptatem temperantiæ præferre, & rem male partam, iustitiæ potiorem habere, similem ego dixerim histrionibus, qui in scena fabula agunt, & vt reges, ac principes sæpenumero ingrediuntur, cum nec reges, neq; principes, & forsan omnino ne liberi quidē existant. Et musicus vt populo canat, lyram discordem non facile sumet, nec chori princeps, officium suum peraget, nisi ex æquo respondentem chorū habeat, & hoc pacto quisq; a seipso dissidebit, dum sermoni, vitā non adhibet consonam, sed linguam quidem virtuti consonam, mentem vero adfert disparem, vt secūdum Euripidem dicat, Cupio bonus videri magis quam esse. Sed hic est extremus iniustitiæ terminus, si quid credendum est Platoni, iustum videri eum, quid non sit iustus.

7 *Ho. 21. in c. 6. Matt. to. 2.*

CHRYSOSTOMVS exponens verba illa: Cū ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes, inquit: Virtutum simulatores, hypocritas vocans, non solum rem ipsam esse ridiculam damnosamq; verum etiam imposituram diuturnam, esse monstrauit, per quod certe auditorem a maligna hac concupiscentia prorsus abducit. Tamdiu enim hypocrita clarus apparet, quādiu assistit spectantium multitudo; immo nec tunc quidem, tunc coram omnibus clarus est. Norunt enim videntium plurimi, qui sit, quem non esse se simulet. Verumtamen theatro illo subito dissoluto, qualis sit manifestissime omnibus reuelatur. Hoc igitur gloriæ cupidos pati, prorsus necesse est. Nam hinc eis omnino manifesti sunt, quia non hoc sint quod videtur, sed tantūmodo sub hac studeant latere persona, multo autē magis capiendi sunt in futuro, cum nuda omnia apparuerint, atq; perspicua. Sed aliunde quoque eos ab hypocritis prorsus abducit, dum videlicet ostendit facile hoc esse præceptum. Neque enim extendens dierum continuatione ieiunium, longius illud fieri iubet, sed admonet ne ipsius ieiunij corona depereat. Itaque qđ solum videtur onerosum, hypocritis, nobisque, commune est. Nam & illi vtique ieiunant, quod vero est leuissimū, ne. s. laborantes mercede priuemur, hoc nobis Dominus imperauit; laboribus quidem nostris addens nihil; mercedem vero nobis cum omni congregās cautione, neq; incoronatos sicut hypocritas abire permittens. Maximam etiam iniuriam ipsi virtuti facis, si eam non propter ipsam, sed propter ærarios, funarios, & reliquum platearum vulgus, sequaris.

8 *Ho. 45. imperfecti in Matth.*

IDEM exponens verba illa c. 23: Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui similes estis sepulchris dealbatis, sic ait: Sicut sepulchrum quamdiu quidem clausum est, pulchrū videtur a foris, si verò fuerit apertum, horribile est, sic & simulatores bonorum, quamdiu quidem non cognoscuntur laudabiles sunt, cum autem cogniti fuerint, inueniuntur abominabiles. Dicito mihi hypocrita, si bonum est esse bonum, vt quid non vis esse, quod vis apparere? Si vero malum est, esse malum, vt quid vis esse, quod non vis apparere? Nam quod turpe est apparere, turpius est esse, quod autem formosum est apparere, formosius est esse. Ergo aut esto quod appares, aut apparē quod es.

HIERONYMVS inquit: Certum est hominibus non esse placendum, sed Christo, nec humanam laudem quæri debere, sed diuinam. Quid nobis prodest, si illi nos laudent, quibus placere peccatum est? Quidue obest, si vituperent hi, quibus non plus vituperatio prodest, quam obest laudatio? Audiamus magis quid Paulus dicat, & quod nos ne hominibus placere vellemus, hortetur exemplo. Si hominibus, inquit, placere vellem, Christi seruus non essem. Vnde nulli dubium est, eos Christo seruire non posse, qui hominibus optant, potius quàm Christo placere. Contenti ergo interim sumus hominibus displicere, tantū vt Christo placeamus. Nec eorum laudibus delectemur, qui non alios quam sibi similes laudant. Nos potius laudent Prophetæ, & Apostoli, laudet in Euangelio suo Christus. Tunc erimus vere felices, si a talibus laudari digni erimus. Omnium enim horum voce laudabimur, si quæcumque Dominus per Apostolos, & Prophetas videtur præcepisse, seruauerimus. [Infra:] Seruandum præ omnibus, ne alterius laudem velimus seruare, quam Christi, vt nos cum Propheta possimus dicere: Apud te laus mihi in Ecclesia magna. Et iterū, maledicent illi, & tu benedices. Qui insurgunt in me confundantur, seruus autem tuus lætabitur in te. 9 *Epi. ad Oceanum de ferendis opprobriis to. 9.* *Gal. 1.*

IDEM explicans illa verba: Decalùabit Dominus verticem filiarum Sion, & crinem earum nudabit, inquit: Hoc & nobis accidet, quorum peccata celantur, cum impletum fuerit illud quod scriptum est, Nihil occultum quod non reueletur. Quandiu enim protegimur crine, & veste ignorantiæ, & homines nos putant sepulchra dealbata, qui intus pleni sumus ossibus mortuorum. Videmur aliquid habere munditiæ, cum autem patuerit quod occultum est, auferetur vniuersa cęsaries, & fœda caluities omnibus apparebit. 10 *Lib. 2. in c. 3. Esa. to. 4.*

IDEM exponens verba illa: Et nunc locutus est Dominus dicens, In tribus annis, quasi annis mercenarij auferetur gloria Moab, sic habet: Quod ait quasi anni mercenarij, hoc ostendit, quòd falsa doctrina, pro lucro cuncta faciat. Quamobrem puto aduenam & mercenarium, de sanctis non comedere, nec seruos, sanctorum esse participes, non enim ob dilectionem Domini, sed ob mercedem cuncta faciunt. Si præbeo eleemosynam, vt glorificer ab hominibus, recepi mercedem meam, & mercenarius appellandus sum. Si castum esse me simulo, & aliud est in conscientia mea, habeo nō gloriam mercenarij, sed supplicia peccatoris. 11 *Li. 6. in c. 16. Es.*

IDEM Est hæc sententia, difficile, immo impossibile est placere omnibus, nec tanta vultuum, quanta sententiarum diuersitas est. 12 *In prologo lib. 11. Es. qui est ad Eustoch.*

IDEM exponens illa verba: Facta est quasi nauis institoris de longe portans panem suum, ait: Anima sancta facta est quasi nauis institoris, quę de longe portat panem suum, quia in cunctis quæ temporaliter bona agit, æternam solummodo rertributionem expectat. At contra de proximo panem suum recipit, & nō hunc de longe trans maria portat, qui in eo quòd iuste uiuere videtur, humani tantum fauoris præmia expetit, neque ullo uitæ permanētis intuitu ea quæ in imis labuntur, superare & calcare satagit. De quibus ipse Dominus terribiliter tonat. Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. 13 *Lib. 3. in c. 31. Prou. to. 7.* *Matt. 6.*

IDEM explicans verba illa: Modo.n. hoīb. suadeo, an Deo, aut quæro hominibus placere? Si adhuc hoīb. placerē Christi seruus non essem, inquit: Nō putemus ab Apostolo nos doceri, vt exemplo suo, hominum iudicia contemnamus, qui in alio loco dixerit: Sciētes ergo timorem Domini hominib. suademus, Deo autem manifesti sumus. Et illud sine offensioue estote Iudęis, & gentibus, & Ecclesiæ Dei, sicut & ergo omnib. per omnia placeo, non quærēs quod mihi utile est, sed qđ multis vt salui fiāt. Sed si fieri potest, vt pariter & Deo & hominibus placeamus, placendum hominibus. Sin autem aliter non placemus hominibus, nisi Deo displi- 14 *Exposit. in cap. 1. epi. Pauli ad Gal. to. 6.* *2. Cor. 5.* *1. Cor. 10.*

displiceamus, Deo magis, quàm hominibus placere debemus.

15 AVGVSTINVS inquit: Nudati quærunt folia exemplo primorum parentum, illi qui nudati, atque apertis oculis conscientiæ, ad videndum quam inhonesti, atque indecori remanserunt, tamquam folia dulcium fructuum, sed sine ipsis fructibus, hoc est sine fructu boni operis, bona verba contexunt, vt male viuentes quasi bene loquendo, contegant turpitudinem suam.

Lib. 12. de Trin. to. 3

16 IDEM inquit: Pertinet ad oculum mundum, non intueri in recte faciendo laudes hominum, & ad eas referre quod recte facis, ideſt propterea recte facere aliquid, vt hominibus placeas, sic enim etiam simulare bonum libebit, si non attenditur nisi vt homo laudet, qui quoniam videre cor non potest, potest etiam falsa laudare. Quod qui faciunt, ideſt qui bonitatem simulant, duplici corde sunt. Non ergo habet simplex cor, ideſt mundum cor, nisi qui transcendit humanis laudes, & illum solum intuetur cum recte viuit, & ei placere nititur, qui conscientiæ solus inspector est, de cuius conscientiæ puritate quidquid procedit, tanto est laudabilius, quanto humanas laudes minus desiderat. [Infra:] Non prohibet Dominus vt bona fiant coram hominibus, sed ne ob id fiant, vt iudicemur ab eis, & ibi finem nostri propositi collocemur. Nam & Apostolus dicit: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Cum alio loco dicat: Placete omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo. Quod qui non intelligunt contrarium putant, cum ille se dixerit non placere hominibus, quia non ideo recte faciebat, vt placeret hominibus, sed vt Deo, ad cuius amorem corda hominum volebat conuertere, eo ipso quo placebat hominibus. Itaque & non se placere hominibus recte dicebat, quia in eo ipso, vt Deo placeret intuebatur, & placendum esse hominibus recte præcipiebat, nō vt hoc appeteretur tamquam merces recte factorum, sed quia Deo placere non posset, qui non se ijs quos saluos fieri vellet, præbuerit imitandum; imitari autem illum qui sibi non placuerit, nullo pacto quisquam potest. Sicut non absurde loqueretur, qui diceret, in hac opera qua nauem quæro, non nauē quæro, sed patriam. Sic Apostolus conuenienter diceret. In hac opera qua hominibus placeo, non hominibus, sed Deo placeo, quia ad id refero, vt me imitentur quos saluos fieri volo.

Lib. 2. de ser. Domini in monte to. 4.

Gal. 1.

17 GREGORIVS explicans verba illa Iob capite 8. Numquid viuere potest scirpus absque humore, aut crescere carectum sine aqua, inquit: Scirpi vel carecti nomine, hypocritæ vitam signat, quæ speciem quidē viriditatis habet, sed ad humanos vsus fructum vtilitatis non habet, quæ sterilitate operis arida permanens, solo sanctitatis colore virideſcit. Sed neque sine humore scirpus, neque sine aqua carectum proficit, quia hypocritarum vita, ad bona opera, infusionem quidem superni muneris percipit, sed in cunctis quæ agit, exteriores laudes appetens, a fructu perceptæ infusionis inaneſcit. Sed fiet eis amplitudo muneris, incrementum damnationis, quia irrigati, fructum non ferunt, sed sub viriditatis colore, vacui in altum crescunt. [Infra:] Cum adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas areſcit. Ante omnes herbas arescere scirpus dicitur, quia iustis in bono suo permanentibus, a viriditate assumptæ rectitudinis, hypocritarū vita siccatur. Areſcunt herbæ etiam reliquæ, quia iusto rum opera, cum carnis vita deficiunt. Sed herbarum ariditatem, scirpus præuenit, quia priusquam de carne hypocrita transeat, ea quæ in se ostenderat virtutum facta, derelinquit. De quibus bene per Psalmistam dicitur: Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquam euellatur, exaruit. Fœnum quippe ędificij in alto nascitur, sed nequaquam pingui radice solidatur, quia & hypocrita summa quidem agere cernitur, sed non in eis ex cordis puritate roboratur. Quod nimirum fœnum & non euulsum citius areſcit, quia hypocrita, & in præsenti adhuc vita subsistit, & iam sanctitatis opera, quasi viriditatis speciem amittit, quia sine radice, & intentione rectæ cogitationis, floruit. Sic viæ omnium qui obliuiscuntur Deum, & spes hypocritæ perabit. Quid enim in cunctis suis operibus hypocrita sperat, nisi honoris reuerentiam, gloriam laudis, sanctus ab omnibus vocari? Sed permanere spes hypocritæ non valet, quia æternitatem non quęrens, fugit quod tenet, & cum transitorijs fauoribus inhiat, perdit quod laborat, veritate attestante quæ ait: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.

Lib. 8. Moral. cap. 24

Matt. 6.

19 IDEM explicans illa verba Iob cap. 8. Et sicut tela aranearum fiducia eius, inquit: Bene hypocritarum fiducia, aranearum telis similis dicitur, quia omne quod ob obtinendam gloriam exundat, ventus vitæ mortalis dissipat. Nam quoniam æterna non quærūt, bona temporalia, cum tempore amittunt. Aranearum tela studiose texitur, sed subito uenti flatu dissipatur. Quia quicquid hypocrita cum labore peragit, aura humani fauoris tollit, & dum in appetitu laudis opus deficit, quasi in ventum labor euaneſcit. Plerumque se hypocritæ mira abstinentia affligunt, omne robur corporis atterunt, & quasi carnis vitam funditus in carne viuentes extinguunt, sicque per abstinentiam morti appropiant, vt pene quotidie morientes viuant. Sed ad hæc humanos oculos quærunt, admirationis gloriam expetunt, veritate attestante quæ ait: Exterminant facies suas, vt appareant hominibus ieiunantes. Nam hora palleſcunt, corpus debilitate quatitur, pectus interrumpentibus suspirijs vrgetur. Sed inter hæc, ab ore proximorum sermo admirationis quæritur, nihilque tanto labore aliud nisi æstimatio humana cogitatur. Quos nimirum bene Simon ille significat, qui dominicæ passionis tempore, in angaria crucem portabat post Iesum. Quod enim per angariam agimus, non hoc ex studio amoris operamur. Crucem ergo Iesu in angaria portare, est afflictionem abstinentiæ, pro alia quam necesse est intentione tolerare. Vnde & Simon idem crucem portat, sed nequaquam moritur, quia omnis hypocrita corpus quidem per abstinentiam afficit, sed tamen per amorem gloriæ, mundo uiuit. Quo contra per Paulum bene de electis dicitur: Qui autem sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentis. Cum vitijs quippe & concupiscentij carnem crucifigimus, si sic gulam restringimus, vt iam de mundi gloria nihil quæramus. Nam qui corpus macerat, sed honoribus anhelat, crucem carni intulit, sed mundo per concupiscentiam peius viuit. Bene ergo dicitur, Sicut aranearum tela, fiducia eius, quia apparente cordis teste, præterit omne quod exterius de humano fauore confidit.

Li. 8. c. 26.

Matt. 6.

20 *Matt. 27.*

Gal. 5.

IDEM explicans illa uerba Iob cap. 8. Humectus videtur scirpus antequam ueniat Sol sic habet: Sol Christus Dominus dicitur, Malachiæ 4. Vobis timentibus nomen meum, orietur sol iustitiæ. Ante solem igitur scirpus humidus cernitur, quia priusquam diuina districtio in iudicio candeat, omnis hypocrita, infusum se sanctitatis gratia ostentat, quasi virens aspicitur, quia iustus æstimatur, honoris locum obtinet, de gloria sanctitatis pollet, a cunctis veneratio defertur, opinio laudis extenditur. Itaque scriptus iste in nocte humidus est, sole autem veniente siccatur, quia nimirum hypocrita in tenebris vitæ præsentis, sanctus ab omnibus creditur, sed cum districtus iudex venerit, quàm sit iniquus apparebit. Virentem se nunc humanis oculis exhibet, sed in calore tunc diuini iudicij areſcet. Et in ortu suo, germen eius egreditur. Scirpus cum flore suo nascitur, quia hypocrita mox vt in bono opere nascitur, præsentis mundi recipere gloriam conatur. Qui pro

21 *Li. 8. c. 28.*

eo quòd bene vluere incipit, quęrit statim vt a cunctis honoretur. Germen itaque in ortu, est remuneratio in inchoatione.

22 IDEM explicans illa verba: Super aceruum petrarum radices eius densabuntur, & inter lapides commorabitur, inquit: Scirpus iste qui inter lapides commoratur, super aceruum petrarum radices densat, qa omnis hypocrita cogitationes suas in exquirenda hominum admiratione multiplicat. Per omne enim quod hypocritæ faciunt, quia occultis cogitationibus, laudes hominum requirunt, quasi radices scirpi in aceruum petrarum mittunt. Operaturi quippe, laudes suas cogitant, laudati autem, has secum taciti in cogitationibus versant. Vnde & factis suis arbitros inquirunt. Si vero eorum operi, testes deesse contingant, narrant ipsi quæ gesserint. Cũque efferri fauoribus cœperint, sæpe eisdem suis operibus, quæ egisse se referunt, mentiendo aliquid adiungunt. Cum vero & vera dicunt, hæc dicẽdo aliena faciunt, quia quæsitis remunerati fauoribus, ab eorum intima retributione vacuantur. In eo enim quòd bona sua patefaciunt, ostendunt malignis spiritibus, quasi insidiantibus hostibus, quæ prædentur. Quorum profecto vitam, illa cunctis notissima Ezechiæ culpa figurauit, quòd postquam vna prece, & sub vnius noctis spatio centum octoginta quinque millia hostiũ angelo feriente prostrauit, postquam oscasui proximum, ad altiora cœli spatia solem reduxit, postquam vitam propinquante iam termino coarctatam, in tempora longiora protelauit, susceptis Babylonici regis nuncijs, bona omnia quæ possidebat, ostendit, sed prophetæ voce protinus audiuit: Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ in domo tua sunt in Babylonem, non relinquetur quicquam dicit Dominus: sic sic nimirum hypocritæ, postquam magnis virtutibus excrescunt, quia cauere malignorum spirituum insidias negligunt, & celari in eisdem virtutibus nolunt, bona sua ostendendo hostibus, amittunt. Hinc per Psalmistam dicitur: Tradidit in captiuitatem virtutes eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici. Virtus quippe & pulchritudo arrogantium, inimici manibus traditur; quia omne bonum quod per concupiscentiam laudis ostenditur, occulti aduersarij iuri mancipatur. Hostes namque ad rapinam prouocat, qui suas eorum notitiæ diuitias denudat. Qui ergo in itinere deprædari formidat, abscondat necesse est bona, quæ portat. O miseri qui affectantes laudes hominum insemetipsis, dissipant fructus laborum; Cumque se ostendere alienis oculis appetunt, damnant quod agunt, & eorũ opera, inimici captiuantes denudant. Vnde sub cuius fidam gentis specie, antiquorum hostium malitiam signans, per Prophetam veritas dicit: Posuit vineam meam in desertum, decorticauit ficum meam, nudans expoliauit eam, albi facti sunt rami eius. Insidiantibus quippe spiritibus, Dei vinea in desertum ponitur, cũ plena fructibus anima, humanæ laudis cupiditate dissipatur. Ficum Dei gens ista decorticat, quia seductam mentem, in fauoris appetitum rapiens, quo hanc ad ostentationem pertrahit, tegimen ei humilitatis tollit, eamque nudans spoliat, quia quousque in bonis suis absconditur, quasi proprij tegminis cortice vestitur. Cum vero mens hoc quod egerit, videri ab alijs concupiscit, quasi spoliata ficus, eum qui se texerat corticem, amisit. Albi facti sunt rami eius, quia ostensa humanis oculis eius opera, candescunt. De sanctitate nomen sumitur, cum recta actio diuulgatur. Sed quoniam subducto cortice, rami fici huius arescunt, solerter intuendum est, quia facta arrogantium, humanis oculis ostensa, vnde placere appetunt, inde siccantur. Mens itaque quæ per iactantiam proditur decorticata, recte ficus vocatur, quia & candida est per hoc quod cernitur, & siccitati proxima, per hoc quod tegmine corticis nudatur. [Infra:] Si absorbuerit eum de loco suo, negabit eum, & dicet: Non noui te. De loco suo hypocrita absorbetur, cum a præsentis vitæ fauoribus, morte interueniente separatur. Sed hunc absorptum interitus arbiter negat, seque eum nescire denunciat, quia simulatoris vitam, iuste reprobando veritas ignorat, nec recognoscit eius bona quæ egit, quia hæc ex recta intentione non protulit. Vnde audient: Amen dico vobis, nescio vos. *Matt. 25.*

IDEM explicans verba illa Iob c. 20. Si ascenderit 25
vsque ad cęlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur, sic ait: Superbia hypocritæ vsq; ad cęlum ascendere dicitur, quando eius elatio, cœlestem agere vitam videtur. Cuius etiam caput, quasi nubes tangit, quando principalis pars, videlicet intellectus illius, sanctorum præcedẽtium coæquari meritis creditur. Sed quasi sterquilinium in fine perdetur, quia in morte sua cum ad tormenta ducitur, stercoribus vitiorum plenus, a malignis spiritibus conculcatur. Dicatur igitur, si ascenderit vsque ad cælum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur. Qui etsi cęlestem vitam se agere simulat, etsi intellectum suum esse similem veris prædicatoribus ostentat, quasi sterquilinium tamẽ in fine perdetur, quia mens illius pro vitiorum suorum fœtore damnabitur. Et qui eum viderant, dicent: Vbi est, quia plerumque hypocritarum vita, etiam ab omnibus reprobata, in fine cognoscitur, vt signis iam apertioribus qui fuerint, ostendantur. *Lib. 5. mo ral. c. 3.*

IDEM exponens verba illa Iob ca. 20. Velut somnium auolans, non inuenietur, transiet sicut visio noctura, inquit: Quid est vita hypocritæ, nisi quædã visio phantasmatis, quæ hoc ostendit in imagine, quod non habet ex veritate? Vnde recte quoq; somnio comparatur, quia ab eo omnis laus & gloria, quasi dũ tenetur, amittitur. Sæpe namq; in nocturna visione nonnulli pauperes, factos se diuites admirantur, deferri sibi honores aspiciunt, diuitiarum moles, obsequentium multitudinem, pulchritudinem vestium, abundantiam ciborum sibimet adesse considerant. Sed repente cum euigilant, inueniunt quàm falsum fuerit, quod gaudebant, eosque euigilasse pœnitet, quia vigilantes, inopia vera tenet. Sic hypocritarum mentes, dum aliud est quod agunt, atque aliud quod hominibus ostendunt, laudes de ipsa sanctitatis ostentatione recipiunt, in æstimatione hominum multis melioribus præferuntur, & cum intus apud se tacita cogitatione superbiãt, foris se humiles demonstrant. Cum ab hominibus immoderate laudantur, tales se esse quoque apud Deum existimant, quales se gaudent hominibus innotuisse. Sed inter hæc occulta, vocationis hora surrepit, & cũ carnis oculos claudunt, mentis aperiunt, moxque vt supplicia æterna receperint, ibi vident, quia virtutum æstimatione, diuites in somnis fuerunt. Vnde recte de hoc hypocrita dicitur: Transiet velut visio nocturna. Quia hoc quod se ad momentũ diuitem humanis ęstimationibus videt, de ostensione est phantasmatis, non de soliditate virtutis, quia fauores circa se hominum, dormiens uidebat. *Eod. li. c. 4.* *Simile.*

IDEM exponens verba illa: Ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormiens, ait: Adolescentia huius hypocritæ, inchoatio est prauitatis. Et tunc adolescentiam hypocrita habet, cum appetere & amplecti libidinem gloriæ cœperit. Quam in eo dum adulantium blanda fomenta multiplicant, robustiorem reddunt, & quasi in ossa conuertunt. Quæ nimirũ ossa cum eo in puluere dormient, quia cousque in illo iniquæ consuetudines perdurant, quo hunc ad mortis puluerem perducant, & nonnisi cũ eius vita finiũtur. Vel aliter, eius ossa cũ eo in puluere dormient, quia sicut puluis est omnis simulatio illa quam agit; ita & in illo si quid habet validum, omni soliditate vacuatur, vt per virtutibus arrogantiam hoc quoque perdat, quod in eo potuit esse virtutis. Cum enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub 27 *Eod. li. c. 5*

lingua

lingua sua. In ore hypocritæ, malum dulce est, quia ei est iniquitas suauis in mente. Sed hoc malum quod in ore hypocritæ dulce est, sub lingua eius absconditur, quia asperitas malitiæ quæ latet in mente, sub tegmine blandæ locutionis operitur. Malum namque in lingua, & non sub lingua esset, si loquens hypocrita, malitiam suæ prauitatis aperiret.

28 IDEM explicans verba illa Iob cap. 27. Quæ enim spes est hypocritæ, si auare rapiat, & non liberet Deus animam eius? sic habet: Hypocrita, latina lingua dicitur simulator, iustus esse non appetit, sed videri. Et idcirco auarus raptor est, quia dum inique agens desiderat de sanctitate venerari, laudem vitæ rapit alienæ. Studium vero esse hypocritarum solet, vt & quod sunt, supprimiant, & hoc quod non sunt, esse se hominibus innotescant, quatenus mensuram suam per æstimationem transeant, & præire se ceteros, actionis nomine ostendant. Refugiunt videri quod sunt, & ante oculos hominum, super ducta quadam innocentiæ honestate se vestiunt. Vnde recte de talibus Dominus dicit: Væ vobis hypocritæ, quia similes facti estis sepulchris dealbatis, quæ foris quidem apparent hominibus speciosa, intus vero sunt plena ossibus mortuorũ, & omni spurcitia. Ita & vos foris quidem apparetis hominibus iusti, intus vero pleni estis auaritia, & iniquitate. [Infra:] Sanctus vir, hypocritas intuens, nequaquam gloriam futuram appetere, sed cupere præsentem tenere, ait: Quæ enim spes est hypocritæ? Quia dum præsentia diligit, futura minime sperat. Quia quod alibi quærendũ fuerat, hic se tenere gloriatur. Nũquid clamorem eius audiet Deus, quando venerit super illum angustia? Quia nimirum omnis hypocrita, tũc remedium de clamore non inuenit, qui nunc tempus congruum clamoris perdit.

29 IDEM explicans verba illa Iob c. 30. Penna struthionis similis est pennis herodij, & accipitis, inquit: Quis herodium & accipitrem nesciat, aues reliquas quanto volatus sui velocitate transcendant? Struthio vero, pennæ eorum similitudinem habet, sed volatus eorum celeritatem, non habet. A terra quippe eleuari non valet, & alias quasi ad volatum specie tenus erigit, sed tamen numquam se a terra volando suspendit. Ita sunt nimirum omnes hypocritæ, qui dum bonorum vitam simulant, imitationem sanctæ conuersationis habent, sed veritatem sanctæ actionis non habent. Habẽt quippe volandi pennas, per speciem, sed in terra repũt, per actionem, quia alas per figuram sanctitatis extendunt, sed curarum sæcularium pondere prægrauati, nullatenus a terra subleuantur. Speciem namque Pharisæorum reprobans Dominus, quasi struthionis pennam redarguit quæ in opere aliud exercuit, & in colore aliud ostendit dicens: Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ, quia similes estis sepulchris dealbatis, quę foris appa rent quidem hominibus speciosa, intus ve ro sunt plena ossibus mortuorum. Ita & vos foris appa retis hominibus iusti, intus vero pleni estis auaritia & iniquitate. Ac si diceret, subleuare vos videtur species pennæ, sed in infimis vos deprimit, põdus vitæ. Huius struthionis conuersurum se hypocrisim, Dominus pol licetur, cum per Prophetam dicit: Glorificabunt me bestiæ agri, dracones & struthiones. Quid enim draco num nomine, nisi in aperto malitiosæ mentes exprimuntur, quæ per terram semper in infimis cogitationi bus repunt? Quid vero per struthionum vocabulum, nisi hi qui se bonos simulant, designantur, qui sanctitatis vitam, quasi volatus pennam, per speciem retinẽt, sed per opera non exercent; Glorificari itaque se Dominus a dracone vel struthione asserit, quia & aperte malos, & ficte bonos, plerumque ad sua obsequia ex intima cogitatione conuertit.

30 BERNARDVS inquit: Sunt quædam arbores in fructuosæ, quæ fructum non faciunt, vt quercus, & vlmus. Tales sunt filij huius sæculi voluptatibus vacantes, ad quarum radices, securis posita iam videtur. Alię sunt arbores, quæ fructum faciunt, sed non suum. Hæ arbores, hypocritæ sunt, cum Simone Cirenæo crucem portantes, non suam, qui religiosa intentione carentes, angariantur, & quæ non amant, amore gloriæ quam desiderant, facere compelluntur.

31 IDEM exponens verba illa: Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis, sic habet: Si videris hominem nullis hominem nullis honestijs studijs intendentem, sed carnis illecebris irretitum, ventri, & luxuria deditum, quales sunt illi; quorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt, quid istum? Nonne ex vtraque parte fœdissimum iudicabis, in cuius vtique intentione, & res, & causa reproba inuenitur? Ergo intendere non in Deum, sed in sæculum, sæcularis animæ est, nec vllam prorsus genarum speciem habentis. Intendere autem quasi in Deum, sed non propter Deum, hyprocritæ plane animæ est, cuius & si vna facies decora videtur, quòd in Deum qualicumque intentione respiciat, ipsa tamen simulatio omne decorum in ea exterminat, & magis per totum ingerit fœditatem. Ergo solum inquirere Deum propter ipsum solum, hoc plane est, vtramque bipertitæ intentionis faciem habere pulcherrimam, atque id propriũ, ac speciale sponsæ, cui merito singulari prærogatiua audire conueniat; Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis. Si ergo animam tuam facis sponsam Dei, studeam bas speciosas habere has genas tuæ intentionis, vt imitator castissimæ volucris, sedeas secũdum Prophetam solitarius, quoniam leuasti te, supra te. In Sermone 66. explicat de hypocritis. Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoliuntur vineas.

Finis Libri Octaui.

EPITOME SANCTORVM, PER LOCOS COMMVNES AD CONCIONES CONFICIENDAS,

LIBER NONVS.

AVCTORE R. D. IOANNE LOPEZ

Episcopo Monopolitano Ord. Prædicatorum.

Ieiunium vt DEO *sit gratum, comitetur mutatio vitæ, & de Quadragesimæ ieiunio. Cap. I.*

1 *Hom.4. in c.6. Matt. to.3.*

ORIGENES exponens Euangeliũ feriæ quartæ Cinerum, explicans verba illa; Tu autem cum ieiunas vnge caput tuum, inquit: Tu Deum timens, tu fidem seruans, tu religiositatem adimplens, tu ergo cum ieiunas, quod sumpturus eras, distribue pauperibus. Cum ieiunas, frange esurienti panem tuũ, pauperem & sine tecto induc in domum tuam, si videris nudum operi eum, & domesticos seminis tui ne despicias. Tunc quando sic ieiunas, erumpet quasi mane *Isaiæ 58.* lumen tuum. Quando enim ieiunas, depone omnem malitiam, omnem zelum, omnem furorem, omnem iniquitatem, omnem iracundiam, omnem superbiam, omne maledictum. Cum ieiunas, non manducabis carnem (hoc est, non manducabis carnem humanam) impie agendo. Non bibas vinum, non bibas sanguinem per crudelitatem. Non spires siceram, hoc est, non spires adulationem, nec bilinguis sis in perditionem animæ. Cum ieiunas, sicut marcescit venter tuus, sic efficiatur os tuum, sed plus marceat tunc cor tuum. Anima tua sit ab omni mala cogitatione sepositа. Attende ne concipias dolores concupiscentiæ. Sed omnia hæc mala deponens, omnia indigna excellens, sic sanctum & Deo placens ieiunium ieiunabis, hilari animo & limpido corde ieiuna, & non tristi vultu. Vnge caput tuum. Caput tuum Christus est. Hoc ergo caput tuum vnge, & hoc decora omni tempore, & maxime in tempore ieiunij. Vnge per singularem charitatem, vnge & compone per pauperum miserationem. Sed & faciem tuã laua. Aspectum cordis tui laua, munda ab omni contaminatione, ab omni caligine, ab omni erroris obscuritate. Ablue cor tuum Hierusalem, vt salua sis, vt quidam: *Isa.1.* Lauamini, mundi estote, auferte iniquitates ab animabus vestris a conspectu oculorum meorum.

2 *Hom.8. in Hexameron t.1.*

BASILIVS: Quid prodest quęso corpore ieiunare, animam vero mille vitijs, mille malis esse refertam?

3 *Hom.1. inter 29. nouiss. Isa.58.*

IDEM differens de laudibus ieiunij sic habet; postquam multa in laudem ieiunij docuit: Caue ne ieiunij vtilitatem, sola escarum abstinentia, metiaris. Verum enim ieiunium est ab omnibus vitijs esse alienum. Solue omne vinculum iniquitatis, condona proximo, si quid dolet animo, remitte illi debita. Nolite ad contentiones ac lites ieiunare. Carnes non edis? sed comedis fratrem tuum. A vino abstines, sed ab iniurijs tibi non temperas. Expectas vesperam vt cibum capias, sed diem totum absumis apud tribunalia. Væ his, qui ebrij sunt, & non a vino. Ira, mentis est temulentia, eamque a sobrietate excutit, haud aliter quàm vinum. Quin & dolor, temulentia est, sensum hominis obruẽs ac demergẽs. Rursus alia temulentia metus est, quoties ad ea fertur ad quę nõ oportet. In summa quiuis affectus dimouẽs animum a statu suo, merito dr ebrietas. *Ioel 2.*

4 *In li. cuius titulus est, Admonitio ad filiũ spirituale to.2.*

IDEM: Caueto hoc fili, ne per ciborum abstinẽtiã mergaris in superbiam, ne qñ uidearis escis carnalibus abstinere, & uitijs pectus tuũ replere. Grandis nãque est confusio aiæ, quæ cum sibi subiecerit carnẽ, ipsa fit subiecta uitijs. Quid prodest uentrẽ ab escis uacare, & animã passionibus obruere? uel carnis amorẽ uincere, & in corde liuoris stimulos machinari? Verus. n. continens, tã a corporis, q̃ animę se passionibus abstinet, q̃a in utrisque substãtijs homo cõstare uidet. Nulla est. n. perfe-

Ioan 3. *Tom 3.* 7

perfectio, in vna parte esse sublimem, in alia esse prostratũ; in vna parte fulgere, & in alia vitiorũ caligine occupari. Ciuitas si fuerit forti cõpage solidata in se, ex alia vero destructa, aditum ad se hosti præbebit. Et nauis si fuerit forti cõpage solidata, & vna in se tabulã habuerit perforatã, replera aquarũ fluctibus, mergetur in profundũ. Verus. n. continens, cuncta quæ vana sunt spernit, furorẽ iracũdiæ reprimit, potius sustinet detrimentum; quàm dissoluat vinculum charitatis. Non detrahit cito proximo, nec libenter audit detrahentem. Luxit semper declinare a vitijs, & ad virtutes animæ semetipsum instigat. Talem te & tu exhibe fili, cum vetis exercere ieiunium, & cum te abstinueris, abstine & linguam tuam ab illicitis verbis.

5 *Hom. 3. ad populũ Antiochenum. to. 4.*

CHRYSOSTOMVS: Absurdarum vndas concupiscentiarum reprime, repelle improbarũ hyemem cogitationũ, salua scapham. Horum omniũ nobis mater ieiuniũ, & magister est. Ieiunium aũt dico, nõ hoc vulgare, sed accuratum ieiunium; non tantum ciborũ abstinentia, sed & peccatorum. Non. n. ieiuni natura, peccata eripere potest, nisi congrua cũ lege fiat. Ne igitur inter ieiunij laborem a ieiunij corona excidamus, discamus qualiter & qũo huiusmodi negotiũ celebrare debeamus. Quoniam & Pharisęus ille ieiunauit, sed post ieiunium illud, descendit inanis, & ieiunij fructibus cassus. Publicanus non ieiunauit, & Phariſæũ ieiunante præcessit non ieiunans, vt discas q̃ ieiunij vtilitas nulla, nisi & reliqua omnia consequatur. Ieiunauerunt Niniuitæ, & Dei misericordiam elicuerunt; ieiunauerũt & Iudæi, & nihil plus egerũt, sed culpati abierunt. Quoniam igitur tantũ ieiunij periculum est, nescientibus qũo ieiunare oportet, ieiunij leges discamus, ne in incertum curramus, ne aerẽ verberemus, neque pugnantes, cum vmbra dimicemus. Medicina est ieiuniũ, sed medicina, licet milliẽs vtilis sit, per vtentis imperitiã, inutilis sępe fit. Etenim & nosse oportet tẽpus, quo ipsam imponere opus sit, & ipsius medicamenti quantitatẽ, & corporis temperiẽ susciptentẽ, & regionis naturam, & anni tempus, & congruum victum, & multa alia; quorum si quodlibet prætermissum fuerit, reliquis omnibus nocebit. Si aũt vbi corpori mederi oportet, tanta nobis opus est diligentia, multo magis cũ animã curemus, omnia scrutari necesse est. Videamus igitur qũo Niniuitæ ieiunauerunt, & qũo ab illa liberati sunt ira. Homines & iumenta, & pecudes, & oues ne pascantur inquit. Quid dicit? Et bruta ieiunãt, & equi, & muli sacco vestiuntur? Etiã inquit. Sicut. n. diuite aliquo mortuo, non seruos solos & ancillas, sed & equos, necessarij sacco amicentes & agasonibus tradentes, ad sepulchrũ sequi iubent, calamitatis magnitudinẽ ostentantes, & omnes ad misericordiã allicientes; sic & in ciuitate illa mori periclitante, & brutã naturam sacco circumtexiunt, & ieiunij iugo subiecere. Non licet brutis, sermone, Dei irã discere, discãt fame quod a Deo infligitur plaga. Etenim si diruereturr, inquit, ciuitas, horũ vna esset cõmunis sepultura. Pœnæ igitur partẽ habere debentia, & ieiunij partẽ capiant. Propterea & hodie Ioel dicẽtem audistis: Egrediatur spõsus de cubili suo, & spõsa de thalamo suo, infantes suggentes vbera. Qua de causa dic mihi, immaturã ętatẽ ad supplicationẽ vocat? Nonne certũ est, q̃ propter eandẽ causam? Quoniam. n. omnes viri ætate perfecti exacerbauerunt Deũ, & ad iracundiã concitauerunt, ætas, inquit, peccatorũ expers, irato supplicet. Sed q̃d dicebant, videamus, quid tandẽ sit q̃d ineuitabilẽ illã irã soluerit, num ieiunium solum & saccus? Non est dicendũ, sed totius vitæ mutatio. Vnde hoc manifestũ? Ab ipsis propheticis verbis. De Dei enim ira locutus, & illorum ieiunio, idem conciliationis causam dicẽs, Sic inquit; & vidit Deus opera ipsorũ. Qualia opera? quod ieiunauerunt? quod saccum induerunt? Nihil horũ, sed hæc omnia tacens, inquit; quoniã conuersus est quisque a vijs suis malis, pœnituit mali quod dixerat facere ipsis Dominus. Cernis, q̃ non ieiuniũ periculo eripuit, sed vitæ mutatio, Deũ barbaris placatum & benuolum reddidit? Hæc dixi non vt ieiuniũ contemnamus, sed vt ieiunium honoremus: honor. n. ieiunij nõ ciborum abstinentia, sed peccatorum fuga. Itaque ciborum abstinentia tantum, ieiuniũ definiens, hic est q̃ maxime ipsum vituperat. Ieiunas? Demonstra mihi p̃ ipsa opera. Qualia inquis opera? Si pauperem videris, miserere, si inimicum videris, conciliare, si mulierẽ videris speciosam, transcẽde. Non. n. os tantum ieiunet, sed & oculus, & auditus, & pedes, & manus, & omnia membra. Ieiunent manus a rapina & auaritia mundi, ieiunent pedes ab illicitis spectaculi cursum reprimentes, ieiunent oculi, discentes numq̃ formosis obtutibus insilire, nec alienas curiose pulchritudines spectare. Cibus. n. oculorũ spectatio, sed si illegitima sit, & p̃hibita, ieiunio nocet, & omnẽ animæ salutem subuertit, si vero legitima & concessa, ornat ieiuniũ. Etenim absurdissimũ esset, cibis, & concessa abstinere esca per ieiunium, oculorum vero prohibitam, attingere. Non comedis carnem? neque lasciuiã per oculos haurias. Ieiunet & auris, aurium aũt ieiunium, detractiones & calũnias non susciperе. Ieiunet quoq; os a verbis turpib. & conuicio. Quæ. n. vtilitas cũ auibus quidem & piscibus abstineamus, fratres vero mordeamus & comedamus? Detrahẽs, fraternas carnes comedit, proximi carnem momordit, propterea & Paulus terruit dicens: Si aũt vos inuicẽ mordetis, & comeditis, uidete ne ab inuicẽ cõsumamini. Nõ infixisti dentes carni, sed aĩæ maledictũ, improbã suspicionẽ infixisti, vulnerasti, innumeris affecisti malis. Infra: Eliminemus oẽm ex ore nostro detractionẽ scientes quod & si cinerem comedamus, nulla nobis asperæ vitæ huius vtilitas proderit, nisi detractione abstineamus.

Luc. 18.

Gal. 5.

IDEM inq̃t: Nõ solã nobis inediã ad vesperã vsq;, ad salutẽ satis esse putemus. Nã cũ ingratis Iudæis, misericors p̃ Prophetã dixerit Dñs: Ecce anni septuagintа, nũquid ieiuniũ ieiunasti mihi? Et cũ comedistis & bibistis, nũquid nõ vobis comedistis, & vobismetipsis bibistis? hæc aĩt Dñs exercituũ. Iudiciũ iustũ iudicate, & misericordiã & miserationẽ facite vnusquisq; cum proximo suo. Et uiduã, & pupillũ, & aduenã, & paupere nolite calũniari. Et malũ vir fratri suo nõ cogitet in corde suo. Cũ igit illis adhuc in vmbra sedentib. nulla de solo ieiunio fieret utilitas, nisi reliqua corrigerent, q̃ nos habebimus excusationẽ, a q̃bus exigũtur maiora? Infra: Ieiuniũ cũ fide nõ modicã inducit fortitudinẽ, multam affert disciplinam, & angelum ex homine reddit, sed non per se, opus enim est & oratione.

8 *Ho. 71. ad populum.*

Zach. 7.

HIERONYMVS: Caue ne si ieiunare aut abstinere cœperis, te putes esse iam sanctam. Hęc. n. uirtus adiumentũ est non perfectio sanctitatis. Magisque id prouidendum est, ne tibi hoc, cũ licita contemnas, securitatem quandam illicitorum faciat. Quid prodest tenuari abstinentia corpus, si animus intumescat superbia? Quam laudem merebimur de pallore ieiunij, si inuidia liuidi simus? Quid virtutis habet vinum non bibere, & ira atque odio inebriari? Tunc inquam, præclara est abstinentia, tunc pulchra atque magnifica castigatio corporis, cum est animus ieiunus a vitijs. Immo qui probabiliter ac scienter abstinentiæ virtutem tenent, eo affligunt carnem suam, quo animæ frangant superbiam, vt quasi de quodam fastidio contemptus sui, atque arrogantiæ, descendant ad implendam Domini voluntatem, quæ maxime in humilitate perficitur. Idcirco a varijs ciborum desiderijs mentem retrahunt, vt totam eius vim occupent in cupiditate virtutum. Iamque minus ieiuniorum & abstinentiæ laborem caro sentit, anima esuriente iustitiam. Nam & vas electionis Paulus, dum corpus castigat, & in seruitutem redigit, non ad solam hoc facie castitatem, non enim huic tantummodo, sed omnibus omnino virtutibus abstinentia opitulatur.

9 *Epi. 14. ad Celanciam matronam to. 1.*

Isa. 1.

2 *Hom. 8. in Hexameron t. 1.*

3 *Hom. 1. inter 29. varias.*

Isa. 58.

Ioel 2.

4 *In li. cuius titulus est, Admonitio ad filiũ spiritualẽ to. 2.*

Ionæ 3.

7

10 IDEM: Vbi nostra lectio habet Kalẽdas vestras,& solemnitates vestras odiuit anima mea, septuaginta interpretes verterunt ieiunium & ocium. Vbi possumus dicere illud ieiunium recipi a Deo, quod otium bonorum operum non habet, sed bona opera comitantur ipsum.

Lib. 1. in c. 1. Isa. to. 5.

11 IDEM: Conquæritur populus Iudæorum,& dicit Domino,quære ieiunauimus,& non aspexisti? humiliauimus animas nostras, & nescisti? Iniuste arguunt Dominum,quòd bona opera non respiciat, solamque ventris esuriem absque opere virtutum ingerunt Deo, non comedentes eos cibos quos creauit Deus fidelibus,vt sumant eos cum gratiarum actione,sed illos,de quibus scriptum est in Prouerbijs: Hi enim aluntur cibis impietatis,& vino iniquitatis inebriantur. Huiusce modi epulis saturatus Pharisæus, inter cœtera verba superbię, ieiunare bis in sabbato se iactabat, qui non bibebat vinum de vinea Soret, sed de vinea Sodomorum, cuius vinum furor draconum est, & vua fellis. Quos Deus arguit per Prophetam: Quare tacuistis impietatem eorum,& iniquitates vindemiastis,& comedistis frumentum mendacij? Quia igitur proposuerant quæstionem Deo, scire cupientes quare ieiunauerint & humiliauerint animas suas,& Deus non respexerit, obliti veteris historiæ, cur non respexerit ad munera Cain,qui recte quidem offerebat;sed non recte diuidebat cum fratre, dicente Domino: Diliges Dominum Deum tuum, & proximum tuum sicut teipsum. Propterea respondit Deus,quòd non ieiunia reprobet sed opera,quæ in ieiunijs fiunt,dicens: In diebus ieiuniorum vestrorum inueniuntur voluntates vestræ, vt non Dei,sed vestras faciatis voluntates. Et omnes debitores vestros repetitis, repetendo pauperem quod soluere non potest, & pallium, quod loco pignoris tuleris, egenti non reddere debitori, ne clamor eius perueniat ad Deum. Dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes. Quid enim prodest ieiunijs orapallere & ad lites & ad iurgia ieiunare, dicente Scriptura: Qui amat peccata,gaudet iurgijs Seruum autem Domini non oportet litigare,sed esse mansuetum. Ieiunatis, inquit & percutitis pugno impie. Huiuscemodi ieiunia in exordio huius prophetæ Dominus arguit,dicens: Ieiuniũ & otiũ & neomenias,& sabbata,& alias solẽnitates vestras odiuit anima mea. Vnde præcipitur per Ioel: Sãctificate ieiuniũ,prædicate curationẽ, vt à vitijs ieiunemus,& bonis operibus, curatisque peccatis,fiant sancta ieiunia. Denique sequitur: Egrediatur sponsus de cubili suo,& sponsa de thalamo suo, vt tẽpore ieiunij vacemus orationi, & interior homo noster, non vescatur draconis carnibus qui datus est in escam populis Aethiopum. Et hæc dicimus non quo ieiunia reprobemus; per quæ Daniel vir desideriorũ, futura cognouit,& Niniuitæ iram placauerunt Dei,& Helias ac Moyses quadraginta dierũ esurie, Dei familiaritate saturati sunt, & ipse Dominus totidem diebus in solitudine ieiunauit, vt nobis solemnes ieiuniorum dies relinqueret,sed quo non prosit vacuum portare ventrem,& alia facere quæ Deo displicent, atque vt cœtera prętermittam,exterminare facies suas vt appareant hominibus ieiunare. Nolite ieiunare sicut vsq; ad hãc diem,vt audiatur in excelso clamor vester, &c. Ne videatur reprobare ieiuniũ,quod ipse præceperat, docet qũo ieiunandũ sit,immo antea instruit, quid debeant declinare. Vt audiatur,inquit, in excelso clamor vester, ne eleuetis vocẽ in excelsum, & cum pharisæo qui Domini iudicio condẽnatur,vestra ieiunia,& opera prædicetis. Non.n. quærit Deus afflictionem solam & humiliationẽ animę per iniuriam corporis,vt instar circuli torqueat corpus,ac colla submittat & tristis incedat, iuxta illud, quod in psalmis dicitur: Afflictus sum & incuruatus sum vsque in finem, tota die contristatus ingrediebar. Nec vt sacco quis vestiatur,& in cinere dormiat, quod de Dauid & de Achab legimus, sed vt cum istis hæc faciat quæ sequuntur. Nonne hoc magis ieiunium quod elegi? Dissolue colligationes impietatis,solue fasciculos deprimentes. Dimitte eos qui confracti sunt liberos,& omne onus disrumpe, frange esurienti panẽ tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam. Postquã docuit,quale ieiunium reprobet, ostendit,quale libenter accipiat. Præcipit,vt dissoluantur iniquæ cautiones, vbi opprimuntur pauperes calũnia. Dimitte eos qui confracti sunt liberos, hoc est, qui paupertate sunt fracti, quos afflixit inopia, ne liberos sinas mendicare. Si non habes debitores,frange esurienti panem tuum. Non plures panes, ne de paupertate causeris,sed vnum panem. Nec ipsum totum,sed partẽ panis,quam si non ieiunares, comesurus eras, vt ieiunium tuum non sit lucrum marsupij,sed saturitas animæ. Pulchreque addidit, tuum, ne de rapina facias eleemosynam,redemptio animæ viri,propriæ diuitię. Qui ergo ieiunat,ab omnibus malis, & vult suum ieiunium respici, non solum declinet a malo, sed & faciat bonum,vt soluat omne vinculum iniquitatis. Tunc erũpet quasi manè lumẽ tuum,& sanitas tua cito orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te,dum ea quæ diximus feceris, tunc acceptabile erit tuum ieiunium, & erumpet matutinum lumen tuum sol iustitiæ.

Luc. 18. Hiere. 2. Deut. 32. Osiæ 4. Gen. 4. Isa 58. 2. Tim. 2. Ioel. 2. Ps. 37. Dan. 9. Ionæ 3. Matt. 4. Is. 58. Ps. 37. Prou. 23.

14 *2. Reg. 3. 3. Reg. 21. Isa. 58. Prou. 13.*

15 IDEM: Si omne ieiunium placeret Deo, numquã diceret: Sanctificate ieiunium,& non talę ieiunium elegi,dicit Dñs. Et in Euangelio condemnatur,qui exterminant facies, suas vt videantur hominibus ieiunare. Et in diebus, inquit, ieiuniorum vestrorum percutitis pugni,,impie,& opprimitis pauperẽ,idcirco nunc dicit;sanctificate ieiunium. Vnde infra c. 2. eadem repetens verba,sanctificate ieiunium,subintulit: Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo,vt sic sanctum purumque ieiunium, pudica explicat pœnitentia. Cumque sanctificauerint ieiunium,audient; Zelatus est Dominus terram suam, & pepercit populo suo, &c.

In c. 1. Ioel. explicans verba illa, Sanctificate ieiuniũ, to. 5. Ioel 2.

16 IDEM exponens verba illa: Et factum est verbum Domini exercituum ad me dicens: Loquere ad omnẽ populum terræ,& ad sacerdotes,dicens: Cum ieiunaretis & plangeretis, numquid ieiunium ieiunastis mihi? & cum comedistis, & cum bibistis,numquid non vobis,comedistis,& vobismetipsis bibistis? sic ait: Cõsiderandum hic quòd fletus,atque ieiunium sanctificatio dicitur. Vnde & in Ioel, Sacerdotibus præceptum est,vt sanctificarent ieiunium,& prædicarent curationem. Curat enim vulnera delinquentis abstinentia & ieiunio,& curatos quosque sanctificat. Postquam interrogauerant Persarum Duces, per eos quos miserant, & ad sacerdotes atque prophetas sciscitantium fuerat expleta legatio, fit sermo Domini ad prophetam imperans vt loquatur ad vulgum, & ad sacerdotes quid legatis debeant respondere. Quando ieiunabatis & plangebatis in quinto mense (Iulij scilicet) captiuitatis Hierusalem, per annos septuaginta desolationis templi, & subuersionis Hierusalem, numquid mihi proderat quod ieiunabatis? Et econtrario, si quando manducatis & bibitis, numquid non vobis & comeditis & potatis? Neque enim his rebus placatur Deus, sed bonis operibus, & si illius præcepta faciamus, quia esca nos non commendat Deo. Neque si non manducauerimus deficiemus, neque si manducauerimus abundabimus. Numquid non hæc sunt verba mea adhuc stante Hierusalem, & vrbibus Iuda, quæ loquebar ad vos in manibus prophetarum meorum, cum adhuc staret Hierusalem, & vrbes Iuda rebus omnibus abundarent. Hæc autem erant verba Domini, quæ sequens scripturæ testatur, velle se verum iudicium, & misericordiam in proximos, & viduam, pupillum & aduenam, & pauperem non calumniari, & malum non cogitare in corde suo. Hæc, inquit, noluerunt facere, & surdis

Lib. 2. in c. 7. Zach. Ioel 1.

17 *Ser. 33. de Quadrag. tempore ieunij luxuriandũ non esse to. 5.*

18

19 *Ser. 34. de Quadrag.*

dis auribus mea imperia contempserunt. Quamobrē venit indignatio magna super Hierusalem. Et quomodo illi me audire noluerunt, sic & ego nō exaudiui eos & nunc tanta scrupulositate quærunt, qñ debeant ieiunare, & plangere, cum ante dixerim per Isaiam: Nō tale ieiunium elegi, dicit Dñs, neq; vt humiliet homo animam suam, sed solue omne vinculum iniquitatis, dissolde obligationes violentarum cautionum, esurienti da panem tuum, si videris nudum operi eum, tunc erumpet temporanea lux tua, & sanctitates tuę citius orientur.

Isa. 58.

17 *Ser. 33. de Quadrag. tempore ieiunij luxuriandū non esse. 5.*

AMBROSIVS: Inspicere debemus, quæ sit huius forma ieiunij, vt respiciamus quanta sit eius vtilitas. Est.n. interdum inutile & inane ieiunium. Quod licet ventrem & omnia viscera succo saturitatis exhauerit, non tñ acceptum est Deo; quia mentem & intimos sēsus, minimè vinculo iniquitatis euacuat. Quid .n. prodest ieiunare visceribus, & luxuriare? abstinere cibis, & errare? castigare corpus inedia, & mentem exercere nequitia? vinum forte non bibere, & ebriū cogitatione malignitatis incedere? nisi quod facilior est causa saturi siue temulenti, quam iniqui pariter, & ieiuni? Vnde inutile & inane est tale ieiuniū quod inedia membra debilitat, & animā a perditione non liberat. De quo ieiunio dicit sanctus Propheta ex persona Domini: Vt quid mihi ieiunastis? Non tale ieiunium elegi, dicit Dñs. An putatis illum ieiunare fratres, qui primo diluculo non ad ecclesiam vigilat? non beatorum Martyrum loca sancta perquirit, sed surgēs congregat seruulos, disponit retia, canes producit, saltus, siluasq; perlustrat? Tota die venatibus immorat, nunc clamorem immoderatum effert, nunc silentium latenter indicit, lætus si aliquid cœperit, iratus si id quod non habebat, amiserit, & tāto studio gerit, quasi ideo indictum ieiunium fuerit, vt venetur. In his ergo luxurijs fratres dicite, Quis cultus sit Dei, quæ mētis possit esse deuotio, qui propterea ieiunat, non vt Deo & orationibus vacet, sed vt tota die otiosus, & liber proprias exerceat voluptates? Hæc voluntas est Domini, vt ieiunemus a cibis pariter & peccatis. Abstinentiam indimus corpori, vt a vitijs magis animam abstinere possimus. Frœnum.n. quoddam est luxuriātis animæ, corpus exhaustum. Quisquis.n. ieiunat, & peccat, lucrum escarum fecisse vr̄, non salutis, & parcendo copijs replesse cellarium, non mentem saginasse virtutibus. Scire igitur debemus fratres hoc acceptum Deo esse ieiunium, non solum vt abstinentia castigemus corpora, sed etiam humilitate animas induamus. Simus ad seruos mites, blandi ad extraneos, misericordes ad pauperes. Surgentes primo diluculo, ad Ecclesiam festinemus, referamus Deo gratias, veniam peccatis postulemus, cautelam futuris. Tota die sit nobis vel oratio, vel lectio. Qui litteras nescit, sanctum virū perquirens, confabulatione pascatur, nulli actus sæculi actus diuinitatis impediant, non ludus tabulæ mentem auocet, non voluptas canum sensus abducat, non negotij compendium animā auiditate peruertat. Quidquid.n. aliud præter mandatū Dei feceris, quāuis abstineas, non ieiunas. Illud etiam fratres ad perfectionem ieiunij tacendum non est, vt qui abstinemus & minimè prandemus, hoc tempore prandia nostra pauperibus prorogemus. Hæc.n. est vera iustitia, si te esuriente, de cibo tuo alius satietur, & in prędictis tuis ieiunijs Dñm roges, & ille pro te satiatus exoret. Vtrumq; tibi proficiens, & tua fames, & saturitas mēdicorum. Cœterum qui sic abstinet, vt nihil pauperibus de suis epulis largiatur, videtur quæstum sibi, suū fecisse ieiunium.

Prou. 13.

15 *In c. 1. Ioel. explicans verba illa, Sanctificate ieiunium. to. 5.*

Isa. 58.

18 *Ioel 2.*

16 *Lib. 2. in c. 7. Zach.*

Ioel 1.

19 *Ser. 34. de Quadrag.*

IDEM, bonum est cunctis temporibus ieiunare, sed melius Quadragesimam ieiunare cū Christo. Hāc .n. Quadragesimam nobis Dñs suo ieiunio consecrauit. Quisquis ergo Christianus consecratam ieiunando non impleuerit Quadragesimam, pręuaricationis & contumaciæ reus tenebitur, q̄ legem diuinitus pro salute sua datam, prandendo ipsam rescindit. Qualis Christianus es cum Dño ieiunante, tu prandes? Qualis Christianus es, cum Christo esuriente, tu reficeris? Ille pro salute tua famem sustinet, tu pro peccatis tuis ieiunare formidas? Infra: Pudet dicere, senes & anicula Quadragesimam faciunt, iuuenes & iuuenculę non faciunt. Omni igitur sollicitudine tempus sacratissimum celebremus, non prætereat nos dies absq; ieiunio. Ille.n. facit Quadragesimam, qui ieiunando, & vigilando ascendit ad Pascha. Sed videamus iste quadraginta dierum sacratissimus numerus, vnde habere cępit exordium. Legimus primum in veteri testamento Noe temporibus, cum omne genus humanum scelerata iniquitas occupasset, tot dierum numero patefactis caractis cœli, aquarum pluuias defluxisse, & mysterio quodam Quadragesimę, inundatione orbi terrarum facta, non tam diluuium quàm baptismum contigisse. Baptismum plane fuit, per quod in peccatoribus iniquitas sublata est, Noe iustitia conseruata. Ita ergo modo nobis Dominus illius temporis Quadragesimam dedit, vt constituto dierum numero, patefactis cœlis, pluuia nos misericordię cęlestis irroret, & inundatione facta per baptismum lauacri Saluatoris nos imber illuminet. Et sicut tunc factum est, aquarum fluctibus extinguatur in nobis delictorum iniquitas, virtutum iustitia conseruetur. Ipsa enim quæ sub Noe, & modo vertitur ratio. Quisquis enim in hac deuotione Quadragesimæ, Dominica mandata seruauerit, necabit in eo diabolica impietas, & succedens quodammodo sibi moritur ex parte, qua peccator est, viuificatur ex illa parte, qua iustus est. Legimus etiam, quod sanctus Moyses in eremo quadraginta annorum curriculo filios Israel cœlesti manna nutrierit. Bonus ergo numerus, qui semper cœlum aperit. Vnde & nos obseruemus hunc numerum, vt aperiantur nobis cœli, quatenus & nos pluuia gratiæ spiritualis irroret, & spiritualium Sacramentorum manna reficiat. Instar enim patrum nostrorum, hac obseruatione Quadragesimæ & iustificamur & pascimur. Sed dicet aliqs filios Israel in eremo, quando manna saturati sunt, minimè ieiunasse. Ego autem dico illos non nisi abstinentię tūc vacasse, atque ideo cœlestis alimoniæ gratiam meruisse; primum quia anxietas solitudinis, concupiscentiā repellit escarum: deinde in eremo vnde accuratę epulæ? Vnde vina pretiosa? Intelligimus ergo ieiunasse filios Israel, quia cognoscimus illis escarum copiam defuisse, & tunc sumpsisse cibum quādo largienti Domino placuisset; vsq; adeo vero abstinentia filiorum Israel in eremo placuit Saluatori, vt quorundam etiā inter ipsos intemperātia notaretur, ita vt quisquis auidior duplum mannæ cibū sibi collegerat, hic hac iniuria feriretur, vt non tam cibum sibi inueniretur seruasse quam vermes, scilicet, vt quia supra moderatam refectionem concupierant, velut stimulis quibusdā conscientiæ, in morem vermium, vrgeretur. Igitur & nos fratres obseruantes Quadragesimæ quotidiana & moderata ieiunia, & tanquam in eremo constituti, nihil delitiarum secularium cogitemus, nulla nos cupiditatum corporalium dulcedo sollicitet, simus sobrij, simus casti, habentes quidem conuersationem in vrbibus, possideamus mente desertum.

Gen. 7.

20

21 *Ser. 36. de Quadrag.*

IDEM inquit: Videamus quo tempore hanc obseruantiam nobis indixerit Dominus, si non velut per istam deuotionem cuncta elementa voluerit habere profectum. Ecce enim in dicta Quadragesima, cōstructa hyemalis terra resoluitur, & aquarum fluenta meatus suos, glacie liquefacta recipiunt, sic quoq; corporum nostrorum hoc eodem tempore contracta sceleribus peccata soluuntur, & vitæ nostræ purior cursus liquefacto rigore Diaboli, meatum suum pristinum recognoscit. Terra induta Quadragesima, asperitatem deponit hyemis, ego in dicta Quadragesima asperita-

tem

tem reijcio delictorum. Illa terra aratu scinditur, vt mundanis sit congrua frugibus, mea terra ieiunijs exaratur, vt cœlestibus sit apta seminibus. Ecce abstinentiæ tempore, herba segetum reuiuiscit in messem, surculus arboris conatur in fruticem, palmes vineæ pubescit in gemmam, & omnia de inferioribus ad altiora se subregunt, ita hoc eodem tempore, hominum spes intermortua reuiuiscit in posterum, temporalis vita proficit in æternam, & omne genus humanum ad altiora consurgit. Modo ferrum gestans agricola sarmenta deputat vinearum. Ita & nunc Euangelium tractans Episcopus sordes amputat populorum, & isto quadragenario curriculo vniuersæ hoc agunt creaturæ, quatenus depositis superfluis, ornatæ in Pascha procedant. Modo omnia sunt in partu, vt tunc reperiantur in fructu. Tunc spina profert rosam, calamus fragrat lilium, suauitatem arida virgulta depromunt, & ita cuncta floribus adornantur, vt festiuitatem diei magni, creatura ipsa nitore sui, celebrare credatur. Igitur & nos hoc eodem ieiuniorum tempore, producamus de spinis nostris rosas, hoc est de peccatis iustitiam, de seueritate misericordiam, de auaritia largitatem. Producit ieiunando, libido castimoniam, superbia humilitatem, sobrietas parcitatem. Hoc autem quadragenario numero se ipse Dominus Christus exercuit, non vt profectum ipse caperet, sed vt profectum salutis nobis ostenderet.

22 IDEM sic ait: Sanctam Quadragesimam abstinendo ipse Dominus consecrauit, & tot dierum noctiumque curriculo cibum omnino non capiens, vnũ ac solidum ieiunij corpus effecit, quod in totum non obseruare sacrilegum est, ex parte violare peccatũ est. Hoc enim fecit causa salutis nostræ, vt rem vtilem nõ solum doceret verbis, sed etiam exemplis instrueret, vt ijsdem vestigijs quibus ad fidem currimus, ad abstinentiam graderemur. Sed videamus quæ causa fuerit, vt ieiunia Saluator indiceret, & ipse sibi primum, vt bonus humani generis medicus ieiunaret. Bonus enim medicus, poculum quod ægro daturus est, prior gustat, vt peritiam artis suæ ante in se ipse demõstret, & experimentum æger accipiens, securus sit de poculo, securior de salute. Arbitror autem hanc esse ieiunij causam, vt quia primus Adam in Paradiso constitutus, per intemperantiam gulæ gloriam immortalitatis amiserat, eandem immortalitatem secundus Adam Christus per abstinentiam repararet. Et quia contra mandatum Dei gustans, de interdicta arbore peccatum mortis inciderat, nunc secundum mandatum Domini ieiunans, vitæ iustitiam mereretur. Hoc enim agit Saluator, vt eisdem vestigijs, quibus admissa fuerunt delicta purgentur. Hoc est, vt quia homo manducando deliquerat, corrigat abstinendo: vel quia epulando mulierem cognouerat, nunc eandem ieiunando despiciat. Adam enim Euam non nisi intemperantia prouocante cognouit. Quandiu autem mansit in illis intemerata parcitas, mansit & impolluta virginitas, & quandiu ieiunauerunt ab interdictis epulis, tandiu & a pudendis ieiunauere peccatis. Fames enim amica virginitatis est, inimica lasciuiæ. Saturitas castitatem prodigit, nutrit illecebram. [Infra:] In deserto quodammodo videtur habitare, qui Quadragesimæ tempore, ieiunus, & castus est. Desertum plane quoddam, ipsum corpus est Christiani, cum non repletur cibis, non poculis irrigatur, sed arentis inediæ squalore negligitur. Tunc Christus Dominus habitat desertum pectoris nostri, cum nostram terram fame squalidam, ac siti aridam esse reperit, secundum quod ait Propheta. Sicut in terra deserta, inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi. Aliter enim sicut in sancto ei apparere non possumus, nisi terra corporis nostri fuerit deserta mundanis delitijs, inuia diabolicis concupiscentijs, & inaquosa libidinosis illecebris.

Ser. 37. in Quadrag.

23

Psal. 62.

IDEM sic habet: Sunt nonnulli inter vos fratres, quorum licet vultus in Ecclesia videamus, cor tamen in agris esse cognoscimus, & præsentiam quidem eorum consideramus in plebe, sed conuersationem eorum inuenimus in rure, de terra enim semper cogitant, de terra tractant, quæ terrena sunt sapiunt. His conuenit diuina illa sententia. Quia terra es, & in terram ibis. Qui ideo aliquando ad Ecclesiam veniunt, non quia ex fide Christiani sunt, sed ne Christiani ab hominibus non putentur, quibus cum ieiunium indicitur, de intemperie se temporis semper excusant. Dicunt enim æstiuis mensibus: dies longa est, sol torrentior est, sitim ferre non possumus, poculis nos refrigerare debemus; hyemis vero tempore: graue frigus est, rigores sunt pessimi, algorem tolerare nequimus, escis calefieri nos oportet. Ita homines quorum animus semper est in prandio, prandendi sibi causas inquirunt, & dum se a ieiunijs excusant, tempus Creatoris accusant. Dic mihi, ò delicate Christiane, qui æstum solis ieiunando ferre non potes, nunquid æstus quem sustentaturus es, torrentior est gehenna? Nunquid hyems cui retrudendus es, horridior est tenebris? In exteriores enim tenebras abijcientur peccatores, ibi erit fletus, & stridor dentium. Stridor inquam dentium instar hyberni temporis erit in illis tenebris. Ita miser peccator dum hic hyberni rigorem metuit, ibi tenebrarum frigus incurrit. Dum hic æstum solis euitat, ibi gehennæ sustinebit ardorem.

24 *Ser. 39. in Quadrag.*

Gen. 3.

AVGVSTINVS ait: Quadragenarius numerus nobis in ieiunio commendatur. Ieiunium autem magnum, & generale est, abstinere ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus sæculi, quod est perfectum ieiunium, vt abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, sobrie, & iuste, & pie viuamus in hoc sæculo. Huic ieiunio quam mercedem addit Apostolus? sequitur. Expectantes beatam spem, & aduentum gloriæ magni Dei. In hoc ergo sæculo quasi quadragesimam abstinentiæ celebramus cum bene viuimus, cũ ab iniquitatibus, & illicitis voluptatibus abstinemus. Sed quia hęc abstinentia sine mercede non erit, expectamus beatam illam spem, & reuelationem gloriæ magni Dei. Vnde cum labore celebramus Quadragesimam ante Pascha, cum lætitia verò, tanquam accepta mercede, quinquagesimam post Pascha. Significauit hoc, & ipse Dominus Iesus multò apertius. quando post Resurrectionem suam, quadraginta diebus conuersatus est in terra cum discipulis, quadragesimo autem die cum ascendisset in cœlum, peractis decem diebus, misit mercedem Spiritus Sancti.

25 *In c. 5. Io. Tractat. 17. to. 9. ad Tit. 2.*

IDEM inquit: Tempus Quadragesimæ venit fratres, vt dies istos sanctè ac spiritaliter celebremus, vt obseruatio sanctæ Quadragesimæ non nobis iudiciũ pariat, sed profectum. Si enim negligenter agimus, si castitatem seruare nolumus, si ieiunijs, & orationibus & vigilijs non insistimus, si Scripturas Diuinas, aut ipsi non legimus, aut legentes alios non libenter audimus, ipsa nobis medicamenta conuertuntur in vulnera, & inde habebimus iudicium, vnde potuimus habere remedium. Et ideo fratres ad vigilias surgite maturius, ad tertiam, ad sextam, ad nonam conuenite. Nullus se a sancto opere subtrahat, nisi quem infirmitas, aut publica vtilitas, aut forte certa & grandis necessitas, tenuerit occupatum. Nec solum vobis sufficiat, quod in Ecclesia diuinas lectiones auditis, sed etiam in domibus vestris, aut ipsi legite, aut alios legentes requirite, & libenter audite. [Infra:] Ideo fratres in istis quadraginta diebus quasi totius anni cibaria animæ nostræ ieiunando, legendo, vel orando prouidere debemus. Nam licet per totum annum (Deo propitio) lectiones frequenter, & fideliter audiatis,

26 *Ser. 55. de tempore. to. 10.*

diatis,in istis tũ diebus de fluctibus, & pelago huius mundi quasi ad portam. Quadragesimæ confugientes debemus requiescere,& lectiones diuinas in excepto rio cordis nostri cum silẽtio,& pace suscipere,vt Deo propitio quicquid in naui cula animæ nostræ per totũ annum multis tempestatibus,idest peccatorum fluctibus,aut fractum,aut dissolutum aliquid,aut corruptũ, aut perditum est,omni solicitudine in istis diebus reparare studeamus atque componere. Vnde iterum rogo,vt occupationis sæculi huius in istis diebus sanctę Quadragesimæ,si non potestis abscindere, studeatis, vel ex parte aliqua temperare, vt præciso damno, & pretiosissimo fructu,hoc sæculum fugientes,subtrahatis aliquas horas occupationi terrenæ in quibus Deo vacare possitis. Calca mundum,vt calcato eo gradũ tibi facias per quem in sublime conscendas.

24 *Ser. 39. in Quadrag.*

Gen. 3.

27 *Ser. 64. de tempore.*

IDEM sic habet: Omne vitæ nostræ tempus stadium quoddam debemus putare virtutum,& ad cœleste brauium tota virtute cotendere: Sed hoc præcipuæ in Quadragesimę diebus implendum est,qui abstinẽtia,& ieiunijs dedicati,tantum nobis ad virtutem animi conferunt,quantum & de corpore voluptatem decerpunt. In his præcipuè diebus,ad implendam Domini voluntatem accendimur, quando maximè per abstinentiam voluptas carnis extinguitur. Sed & illa est in Quadragesimæ diebus grandis vtilitas, q̃ dum etiã a licitis abstinemus, magis ac magis admonemur illicita vitare. Qui enim abstinemus nos a carnibus, quibus alijs diebus vti licet, qui nos abstinemus a vino,quo moderatè vti licet,qui ergo ista vitamus, quæ aliquando licent,in primis peccata vitemus, quæ omnino nunquam licent. Itaque volumus bene ieiunare a cibis? ante omnia ieiunemus,& a vitijs. Quid enim prodest vacuare corpus ab escis, & animam replere peccatis? Quid prodest pallidum esse ieiunijs,si odio & inuidia liuescas? Quid prodest vinum non bibere, & iracundiæ veneno inebriari? Quid prodest abstinere a carnibus, & malignis obtrectationibus, fratrum membra lacerare? Sic ergo ieiunemus a cibis, vt multò magis ieiunemus a vitijs, vt Sanctorum morũ vbertate saturemur.

25 *In c. 5. Io. Tractatu. 17. to. 9. ad Tit. 2.*

28 *Serm. 69.*

IDEM ait: Hos Sanctæ Quadragesimæ dies debemus omni cum veneratione suscipere, nec longiorem numerum huius temporis fastidire, quia quanto plures dies sunt ieiunij,tanto maior est causa remedij: quanto prolixior abstinentiæ cursus, redemptio copiosior est salutis: quanto austerior cura vulnerũ,tanto medicina est salubrior peccatorum. Quadraginta dierum ieiunijs, quæuis iniquitas peccatoris exorari potest,& quãtauis seueritas iudicis mitigari. His diebus solito amplius, & diuinitas misereturr, & iustitia promeretur. Patent enim omnia,& cœli ad indulgentiam; & peccatores ad confitendum,& lingua ad postulandum. Salutaris quadragenarius numerus. Nam primum cum mundi faciem iniquitas hominum possideret,tot dierum curriculo, Deus effusis de cęlo imbribus,vniuersam terram diluuio superfudit. Et sicut tunc quadraginta diebus pluit ad purgandum mundum,ita & nunc quadraginta diebus miseretur ad hominem purificandum.

26 *Ser. 55. de tempore. to. 10.*

29 *Serm. 1. in capite ieiunij.*

BERNARDVS: Hodie Sacrum Quadragesimæ tempus,ingredimur, tempus militiæ Christianæ. Non nobis singularis est hæc obseruatio,vna omnium est,quicumq; in eandem fidei conueniunt vnitatem. Quid in caput suum membra sequantur? Si bona suscepimus ab hoc capite, mala autem quare non sustineamus? An respuere tristia volumus,& communicare iucundis? Non est magnum si ieiunet cum Christo,qui sessurus est ad mensam Patris cum ipso?

30 *Serm. 3 de ieiunio quadragesimæ.*

IDEM inquit: Hactenus vsque ad nonam ieiunauimus soli,nunc vsque ad vesperam ieiunabunt nobiscum pariter vniuersi,Reges,& Principes, Clerus, & Populus,nobiles, & ignobiles, simul in vnũ dies, & pauper. Sed quid de his loquor, quos habemus in hac ieiunij obseruatione consortes, quasi non multo excellentiores habeamus in ea Duces,immò & consecratores? Quanta deuotione suscipiendum est nobis, quod a Sancto Moyse tanquam hæreditario iure traditur? Quanto feruore amplectendum est,quod Helias ille commendat,igneo curru raptus in Cœlum? Iam verò si commendant ieiunium prę ens,Moyses,& Helias,quamuis magni,tamen conserui nostri, quantum commendat illud Iesus,qui & ipse diebus totidem ieiunauit? Tanto deuotius imitandum nobis est Christi ieiunantis exemplum, quanto certius est propter nos eum ieiunasse,non propter se ipsum. Ieiunemus ergo charissimi,& deuotè ieiunemus,sancto hoc Quadragesimæ tempore,ita sanè, vt nouerimus Quadragesimam nostram,non solum Quadraginta dies habere. Continuanda est nobis quadragesima,cunctis diebus miseræ huius vitæ. Quærite Dominum, ait Propheta,non solum Quadraginta diebus,sed dum inueniri potest,inuocate eum dum prope est. Verùm præsenti quadragesima,maiore nobis est feruore quęrendus. Propterea si fortè diebus cæteris studia vestra aliquatenus intepuerant,dignum est,vt nunc in feruore spiritus recalescant. Quod si gula sola peccauit,sola quoq; ieiunet,& sufficit. Si verò peccauerunt & mẽbra cætera,cur non ieiunent,& ipsa? Ieiunet ergo oculus,qui deprædatus est animam,ieiunet auris, ieiunet lingua,ieiunet manus,ieiunet etiam anima ipsa. Ieiunet oculus a curiosis aspectibus, & omni petulantia, vt benè humiliatus coerceatur in pœnitentia,qui malè liberè vagatur in culpa. Ieiunet auris nequiter pruriens a fabulis & rumoribus,& quęcunq; ociosa sunt, & ad salutem minimè pertinentia. Ieiunet lingua a detractione,& murmuratione,ab inutilibus vanis atque scurrilibus verbis. Ieiunet manus ab ociosis signis & ab operibus omnibus quæcumque non sunt imperata. Sed multò magis anima ipsa ieiunet a vitijs, & propria voluntate sua. Etenim sine ieiunio hoc,cętera a Domino reprobantur,sicut scriptum est. Quia in diebus ieiuniorum vestrorum voluntates vestræ inueniuntur.

Isa. 55. 31

Isa. 58.

32 *Ser. 4. de ieiunio, & oratione.*

IDEM ait: Ieiunium & oratio sic sociantur, vt frater adiuuans fratrem ambo consolentur. Oratio virtutem impetrat ieiunandi, & ieiunium gratiam promeretur orandi. Ieiunium orationẽ roborat, oratio sanctificat ieiunium,& Domino representat. Quid enim ieiunium nobis proderit si relinquatur in terra? Subleuetur ergo ieiunium penna quadam orationis. Verùm huic ne fortè minus sufficiat, alteram quoque necesse est sociari. Sint ergo ieiunio nostro, vt facilè cœlos penetrent alæ duæ,orationis scilicet atq; iustitiæ. Sanctificate ieiunium,ait Propheta,vocate cœtum. Quid est enim cœtum vocare? Vnitatem seruare,diligere pacem,fraternitatem amare. Superbus ille Pharisæus ieiunium habuit, qui nimirum & ieiunauit bis in sabbato,& gratias egit Deo. Sed non vocauit cœtum dicens. Non sum sicut cæteri hominũ, ideoq; ala vna nitens, ieiunium eius non peruenit in cœlum. Vos ergo charissimi leuate manus vestras in sanguine peccatoris,& omnino soliciti estote, vt alas duas habeat ieiunium vestrum, sanctimoniam scilicet & pacem,sine qua nemo videbit Deum. Sanctificate ieiunium,vt pura intentio,& deuota oratio,diuinę illud offerat Maiestati,Vocate cœtum,vt congruat vnitati. Laudate Dominum in tympano,& choro,vt concors sit mortificatio carnis.

Ioel 2.

Luc. 18.

33 *Ser. 7. quadrag. de Peregrinomorituo, & crucifixo.*

IDEM sic habet: Hoc sancto Quadragesimę tẽpore,in omni obsecro puritate conuersari studeamus vbi,& certus,& breuis dierum numerus positus est, Ne desperet humana fragilitas. Nam si dicitur nobis in omni tempore,soliciti estote,omnino ad custodiẽdam puritate vestrę conuersationis,quis nõ desperet? Nunc autem monemur breui dierum numero,omnes

aliorum

aliorum temporum negligentias emendare, vt vel sic gustemus dulcedinẽ perfectæ puritatis,& omni deinceps tempore in conuersatione nostra sanctæ huius Quadragesimę vestigia clara resplendeant. Conemur ergo fratres,sanctum hoc tempus, tota deuotione suscipere, & nunc magis arma spiritualia reparare. Nũc enim generali quodam totius orbis exercitu contra Diabolum Saluator congreditur. Beati qui sub tali Duce strenuè militarunt. Toto si quidem anno,domestica Regis familia militat,& assidua est in bellorũ procinctu,semel autem,& certo tempore vniuersum Imperium,generali congregatur exercitu. Fœlices vos qui domestici meruistis esse. Quid igitur facturi sunt, qui toto anno pugnam susceperunt, quando, & ipsi rudes,& vacantes prius, spiritualia arma arripiunt? Vtique solito amplius,solitæ opus est insistere pugnę, vt magna quædam victoria, Regi nostro ad gloriam, nobis proueniat ad salutem. Reliqua ad ieiuniũ pertinentia requirenda sunt,lib.1.c.1.

Indumentorum abusus, fœminarumque ornatus, & luxus acriter à Sanctis taxantur. Cap. 11.

1 *Matt.c.6. To.3. Ho. 4.*

ORIGINES explicans verba illa,exterminãt enim facies suas,inquit: Bene dicit, quòd exterminant,hoc est immaculatas maculant, incoinquinatas coinquinant,mundas sordidant. Propterea digna illos exterminatio in hoc seculo expectat. Tales sunt aliquæ mulieres,quæ album,& nigrum, & rubicundũ super facies suas inducunt, quasi sapientiores plasmatore suo,tanquam non bene illum fecerit vultum tanquam non prudenter istam faciem constituerit,Huius creantis opus volunt emendare,& componere nõ erubescunt,& post fabricatores,manus super addere non verentur. Mortuis coloribus, viuentes suas facies liniunt,& de viuentibus in mortem transmutant; ideo vt imprudentium faciant euolare corda,vt minus cautorum subuertant animas,vt multam perditionem sibimet parent. Ista ergo omnia, religiosæ, & credentes animæ fugere & abominare debent.

2 *To.1. Ho. 38.in Gen.*

CHRYSOSTOMVS explicans illa verba; & fecit Dominus Deus Adæ, & vxori illius vestes pelliceas,& induit illos,inquit: Iussit eos togis pelliceis vestiri,in perpetuam memoriam,quòd inobedientes fuerimus Domino. Audiant opulenti, & qui luxuriãt in vermium operibus, & vestiuntur sericis, discantque quomodo ab initio humanam naturã misericors Dominus docuerit. Quia propter transgressionem,pœnæ mortis reus erat factus protoplastus,opusque erat veste, quæ confusionem tegeret, pelliceas fecit vestes. Quo docuit nos,vt mollem & dissolutum vitã fugiamus,austeram atque amplexemur. Sed fortè grauatim ferentes hæc diuites dicent: Igitur pellibus vestiri nos iubes? Non hoc didixerim. Nam neque illi perpetuo vsi fuerunt his vestibus. Nam postquam sese corporalibus necessitatibus obnoxios fecere,& ab immortalitate illa,& angelica vita exciderũt, dispensauit Deus, vt ex ouium velleribus indumenta sibi pararent; non alia de causa,quam vt tegumentum habeant, & ne rationale animal hoc,similiter nudum, & inhonestum, inter bruta illa versaretur. Itaq; vestium amictus continuum nobis sit monimentum, quo memores simus quantis bonis exciderimus, & discamus quanto supplicio humanum genus ob inobedientiam sit affectũ. Dicant igitur nobis,qui tanto vtuntur apparatu, vt iã vsum lanæ prorsus audire nolint,sed serico vestiũtur, eoque insaniæ peruenere,vt aurum vestibus in texãt; In primis autem mulieres huic mollitiei deditę sunt: Quare,dic obsecro,corpus ita ornas,& gaudes eiuscemodi amictu? Non cogitas quòd pro magno supplicio,propter transgressionem, tegmen hoc excogitatũ est? Et quare non audis Paulum dicentem: habentes

2. *Tim.6.* victum,& quibus tegamur his contenti simus? Vides quòd vnius duntaxat rei habenda sit hic cura, videlicet,ne corpus nudum sit,sed vt tegatur. Num adhuc de varietate vestium oportet esse solicitum?

3 *Ho.37. in Gen.*

IDEM inquit: Quali venia dignandi sunt,qui & in vestimentis multam vanitatem ostentant,& vt vermium texturas gestent,soliciti sunt, & quod grauissimum,in his superbiunt. Oportebat tremere & se abscondere,& vereri præ confusione,quòd ipsi quidem ob nullam vtilitatem, neq; necessarij vsus gratia, sed tantum ob vanitatem,& inanem gloriam,& vt vulgo, ac forensibus admirationi sint,talibus induantur: obambulat autem eiusdem naturæ consors, nudus, qui nec plena veste amicire se potest, & neque natura ad compassionem ducuntur, sed quasi lapideum cor habentes,ita se putant,ob vestium cultus,etiam alijs hominibus superiores esse, non perpendentes secum, quantis malis se ipsos reos constituant, qui concredita sibi a Domino male dispẽsant,& grauiorem gehennæ ignem sibi præparant. Nam si omnia,quæ intus reposita habent,indigentibus diuites distribuerent, neque sic supplicium effugerent eorum peccatorũ, quæ in delicijs,& vestium,& conuiuiorum admittũt. Quo enim supplicio non sunt digni, qui modis omnibus dant operam,vt sericis,& auro intertextis induantur, & post se pompam trahunt in foro, Christum autem despicere nudum, & neq; cibum necessarium impetrantem? Maximè autem sermo iste aduersus mulieres congruerit. Maiorem enim apud eas inuenimus ornandi cupiditatem, & intemperantiam cum auratis vestibus,& auro in capite,in ceruice,& in alijs corporis partibus ornantur,& intus quoque superbiunt. Quot pauperum ventres poterant inde pasci, & quot corpora nude agentium contegi, ex his quæ a solo collo & humeris pendent, nullius alterius vsus gratia, quam in damnum,& nocumentum animæ? Propter hoc,& Paulus cum dixisset;habentes victum & amictum,vertit ad mulieres sermonem, & dicit: Non in tortis crinibus,vel auro,vel margaritis, vel veste sumptuosa ornent se. Vides quomodo non vult eas talibus ornari,neque auro circundari, neque margaritis, neque veste preciosa, sed verum ornatum in animam inducere,& per bonorum operum actionem, & pulchritudinem animæ,lucere,& quòd ab illa,quæ in talia respicit, contemnatur sordida, squalida, pannosa, famelica,geluq; rigescens? Hoc enim studium in ornando corpore, internam indicat deformitatem, & huius vestium sumptus,illius indicat nuditatem. Impossibile enim est aliquam agere curam animæ, & tanti facere corporis pulchritudinem, & ornatum; sicut & impossibile in externo illo cultu tantopere occupatum,illius agere curam. Nam quot inde nascantur mala,non possum nunc sermone complecti, sed satis est, vt relinquam conscientiæ eorum, qui in ijs occupati sunt,quantas inde quotidianas molestias experiunt. Etenim, si quid deciderit ex aureo illo cultu, magna tẽpestas, magnusq; tumultus oboritur in tota domo; vel famulus surripuit,& omnes flagellantur,& in carcerem conijciuntur;vel inuidi quidam insidiati sunt, & subito spoliarunt,quantus tunc, & quam intolerabilis mœror? Vel rerum difficultas ingruens,in extremam inopiam redegit,& grauiorem morte, vitam eis attulit. Et in summa nunquam inuenies animã istiusmodi occupatam,a turbationibus alienam: sed sicut maris fluctus,neq; numerari,neq; terminari, queunt, semper nouis succrescentibus:ita & turbationes inde orientes,nemo dinumerarit.

1. *Tim.2.* 4 1. *Tim.2.*

5 *To.2. Homil.50. in Matth.*

IDEM acriter inuehit in eos, qui calceis sericis vtuntur,& ait: Quod minus peccatum inueniri poterit,inquies,quam ornatos,& quasi splendentes habere calceos,ac pedibus ita inhærentes,vt ruga nulla cõficiatur? Quod nec peccati quidem appellatione notandum est. Age igitur diligentiori vsi examine, quale malum hoc sit videamus. Quantum nobis dedecus

esse

esse putatis, cum serica licia calceamentis vestris, quæ nec vestibus quidem vir probus vnquam subtexerit, diligenter inseritis? quantis hoc dignum cachinnis arbitramur? Quod si huic nostræ sententiæ nõ acquiescitis, audiatis Paulum quanta hęc cum acrimonia re
1. Tim. 2. prehendat. Quid igitur hac de re Paulus scribit? Nõ implicationibus, inquit, auri, aut margaritarum, nec vestimenti precioſi. Quam igitur veniam habere poteris, cum neq; vxori tuæ iubente Paulo preciosæ vestes permittantur, tu calceos luxuriosissimè polias, ac ita construas, vt nimium attentus ad ridiculosa dedecora, esse videaris? Non ne vides naues fabricari, eligi remiges, veladari ventis, maria nauigari, ac mercatores patria ac liberis relictis, ac vita contempta, ac fluctibus commissa ad extremas Barbarorum partes mille periculis peruenire propter serica hæc licia, vt tu scilicet calceis tuis ipsa inferas, quibus te ornatiorem esse putes? Non erant veterum certe huiusmodi, sed virorum calcei, curialitatem quandam ostendebant. Illud autem molestius differendum est, quòd iuuenum parentes, cum indifferentem hanc rem censeant, non increpent. Vultis vt afferam, quod grauissimum mihi
6 videtur? In quo dedecore vos pecunijs abutimini? Cum inedia multi laborent, tamen esuriens Christus, & nudus in medio vestri versetur, catenis etiam vinctus, nonnunquam vos sericum calceis inseritis. Ipse cum discipulos suos legibus instituebat, nullos illis calceos permittebat, nos autem non dico nudis pedibus, sed viriliter calceatis, deambulare non patimur. Quanta turpitudine, atque risu, quid peius fiet? Magnam enim animi molliciem hoc ostendit, magnam leuitatẽ vna cum curiositate temeraria. Nam quando rebus poterit, qui tantis defluit luxurijs, diligenter vacare? Quando animę suæ curam habebit? Virtutis penitus expers est, qui studium suum ad hæc contulit vniuersum. Nã qui gloriam serici, qui florem coloris, qui ad aureos intextus curiosè perspicit, quando in cœlum suspiciet? quando illam pulchritudinem admirabitur, qui tinctu-
1. Tim. 2. 4 ras istas respiciens, & ad terram flexus, altius se non potest erigere? Tu verò ad terrena, quasi porcus, Diaboli artibus persuasus, deuolueris. Deus qui cœlũ tibi offert, a Diabolo serica tibi licia offerente superatur. Quid facis homo? Animam hac luxuria in cœnum conieci sti, eam in terra negligis detineri, & calceamentorum tanto mœrore angeris? discas vsum ipsorum, & tanti ea facere pudebit: adinuenta enim certe sunt, vt lutum, & omnes terræ sordes audacter conculcemus. Quod si tu ab huiusmodi labe munda cupis calceamenta seruare, ceruicibus tuis, aut capiti connecte. Ridetis hoc audientes, mihi autem lachrymandum potius videtur, cum studia in his rebus vestra, & vesaniam considero. Ita pusillanimes ac penitus molles hinc iuuenes efficiuntur, erunt etiam auidi nõ minus. Nam qui vestibus, calceis, cæteris q; huiusmodi
7 valde inhiare soliciti sunt, cum multa in his rebus cõsumant, magno indigent pecunię cumulo. Quod si acciderit auarum habere patrem, cogitur ad alia peiora confugere, vt sibi pecuniam ad impendia ista perquirat. Hac ratione multi ex adolescentibus, ætatis florẽ perdiderunt, & parasiti diuitum constituti, vt huiusmodi cupiditatem, atque animum suum expleant, turpia nimium ministeria subierunt. Crudelis etiam huiusmodi est, quia cum viderit pauperem, tanta sui ornatus cura detinetur, vt nec aspexisse quidem videatur, sed auro quidem atque serico seipsum ornat, pauperem autem fame deperire finit. Et post alia, quamuis non ignorem plurimos adolescentum tanta huius passionis temulẽtia capi, vt nullam verbis meis attentionem prębuerint, non fuit tamen consilium silentio hæc præterire. Nam patres eorum nisi mente capti sint, vel inuitos filios ad meliorem cogent vitã transire. Qui filios ornamentorum contemptores reddit, in magnis probatiores inueniet.

IDEM explicans verba illa c. 3. de Ioanne, ipse au 8
tem Ioannes habuit vestimẽta de pilis cameli, inquit: *Hom. 3. ex imperfecto in Matth.*
Non de lana cameli habuit vestimentum, ne ipsa mollicies vestimenti, delicata faceret membra, sed de asperis setis cameli, vt ipsa asperitas ad virtutem patiẽtiæ animum exerceret. Nam omne vestimentum ad tres pertinet causas, aut ad speciem visionis & vanam gloriam, aut ad delectationem corporis, aut ad tegumentum nuditatis. Ad speciem visionis habere vestimentum seruis Dei non conuenit, similiter ad delectationem corporis, Deo seruientibus non est aptum, sed tantum ad tegumentum nuditatis. Tale ergo Ioannes habebat vestimentum, vt de virtute animæ eius, ipse habitus corporis loqueretur.

IDEM ait: Primi Christiani, semel vt in certamẽ 9
ingressi sunt, vestes exuerunt, nos autem insanientes *To. 3. Ser. 7. in Act. Apostol.*
cum vestibus certare volumus. Idem facimus quemadmodum si quis athletam, puluere aspersum, nigrũ, nudum, & oleo, sudore, ac luto simul deformatum viderit, ipse vnguentum olens, acceptis sericis, & aureis vestibus, & stola vsque ad corrigias calcei demissa, & aureo ornatu in capite, ingressus se immittat. Qui natalis est non impedietur solum, sed omnem curam habet, ne inquinetur, & disrumpatur vestis: vnde & primo aggressu cadet, & id quod timuit, statim patietur cum plagis, & damno accepto. Tempus adest certaminis, tu autem sericis indueris, tempus est exercitationis, tempus stadij, tu autem quasi ad pompam te ipsum ornas, & quomodo vinces? Oro ne videas ad externa, sed ad interna. Horum enim curis, quasi vinculis grauibus vbique anima colligata est, manũ non sinens extollere, neque extendere contra hostem, nolles faciens ac delicatos.

IDEM sic habet: Persequamur gloriam fratres, 10
qua nihil dignius, nihil reuerentius est, relinquamus *Hom. 2. in primam epist. Pauli ad Tim. 2.*
illam qua nihil abiectius. In amictu, inquit, vestium ne glorieris. Tineę huius te gloriæ voluptate priuabunt. Gloriantur in re quam vermes, & gignunt, & perdũt. Feruntur enim quidam ex india vermiculi, huiusmodi facere vestes. Si vestem possidere cupis superne intextam, amictum omnino mirabilem atq; clarissimũ, indumentum penitus aureum acquirere studе. Nempe illud aurum non metallum est, cuiusmodi damnatorum effoderunt manus, verum ex virtute generatur. Induamus nos stola illa, quam non homines inopes, aut serui conficiunt, sed ipse Dominus, se diligentibus præparat. Quid oro vestimento huic insertũ est, quod 11
te facit illustrem? Aurum scilicet. Et hoc quid ad rẽ? Opificem enim mirantur omnes, non eum, qui fuerit amictus. Sed quænam huius vestis vtilitas? quis vsus est? Vt scilicet excutiatur, ne corrodatur a tineis. Quã tæ igitur amentia est, quam irrationabilis fatuitatis, pro nihilo, tantum præferre studium, & cuncta moliri, & despicere esurientem Christum? Quid memorẽ præciosorum aromatum, quæ ex India, ex Arabia, & ex Perside conuehuntur? Arida simul, & liquida vnguentorum, atque odorum minus delicatum vsum, quæ omnia sumptum afferunt inutilem prorsus atq; superfluum? Quid vnguentis, o mulier corpus vngis, quod intrinsecus immunditia plenum est? Quid putredine peruium corpus, preciosis aromatibus cõdis? veluti si quis vnguentum injiciat cęno, aut molli lateri balsamum? Sunt si vis vnguenta preciosa, sunt pleni cœlestis fragrantiæ odores, quæ non ex Arabia, nec ex Perside, sed ex ipso conuehuntur cœlo, emunturq; non auro, sed voluntatis præstantissimo instituto, et fide non ficta. Illa igitur aromata circumferamus, hæc enim nobis, & lasciuiæ opinionem inferunt, & nocent plurimum, illa verò fortitudinis atq; miraculi nos admiratione concelebrant, ingentemq; nobis fiduciam præstant. Huiusmodi aromata non germinat tellus, sed virtus inclita gignit.

IDEM: Illa glorificat Deum in anima, & in corpore,

12 pore, quæ exteriorem non quærit ornatum, quæ vn-
Hom. 4. in epist. 1. ad Timoth. guentis delibuta non pergit, quæ faciem nequaquam fucis atque coloribus pingit, quæ Dei contenta opificio, nihil ex se addere, quasi arte molitur. Quid enim studium tuum? quid artem consummato a Deo opificio admouere præsumis? Non tibi sufficit diuina formatio? An verò veluti excellentior opifex, diuinum opificem corrigere impia moliris audacia? Atque ad authoris iniuriam ornaris, vt post te greges iuuenum trahas? Et quid inquies ipsa facere possum? Neq; .n. ego hæc volo, sed viri gratia facere ista compellor. Adamari non potest, quæ non vult. Pulchram te condidit Deus, vt in hoc ipse laudetur, admirationiq; sit opificium suum, non vt iniurias patiatur. Noli ipsi, huiusmodi referre vicem, verum pudicitia, atq; verecundia te ipsam ornare contende? Pulchram idcirco te creauit Deus, vt virtutis tibi adderet præmia; neq; .n. idem est speciosam & quæ a plurimis adamari possit, studere pudicitiæ, & quæ huiusmodi careat, nulliq; sit expetenda, castitatem seruare. Speciosam te creauit Deus, quid igitur te ipsam deformem facis? Velut .n. si quis aureæ statuæ illiniat lutum, ita sunt quæ fucis vtuntur, terram tibi illinis, partem candidam, partim
13 rubicundam. At, inquies hoc merito faciunt, quę deformes sunt. Cuius rei gratia? Vt scilicet deformitatem occultent. At profectò in cassum laborant. Qñ enim id, quod naturale est, cuiusuis opificis studio atque arte superatur? Cur autem deformitas ipsa mærori sit, si probro careat? Audi sapientis cuiusdam viri
Eccl. 11. sententiam; Ne vituperes, inquit, virum in aspectu suo, neq; item laudaueris virum in specie sua. Deum igitur admirare solum opificem optimum, non illius opus, neque enim pulchrum ipse se fecit. Quid enim lucri, decor eiusmodi parit? Nihil profectò, verum certamina magis intendit, maioresq; calumnias, atq; pericula, suspicionesq; quamplures. Ea deniq; quam nō huiusmodi decor illustrat, suspicione carebit, quæ verò formosa est, etsi magno studio, & nimia vtatur continentia, atque honestate, opinioni protinus pessimæ locum dabit, virque ipse, eiusmodi semper zelo mordetur. Quo quid dici grauius potest? Neq; enim tantum ex aspectu ipso, voluptatis habet, quantum ex suspicione, mœroris. Ecce quibus incommodis pulchritudo subiecta est. Porrò eam, quæ decore caruerit, impedimentis plurimis eam liberam facilè inueniemus, neque enim illi infesti sunt, eiusmodi pulchritudinis aucupes, sed veluti agnus simplex in silentio, atque in quiete pascitur. Infra: Non erudiamus viros, solas intendere facies. Nam si huiusmodi ornatus deseruiat studio, citò vir tuus huiusmodi amare facié consuetus, vultu meretricio capietur. Quòd si illum docueris amare in vxore mores, venustamq; dignitatem, non facilè conuolabit ad scorta, neq; enim hęc in meretrice reperiet, sed contraria penitus. Noli docere virum risus suaui tate decipi, neque fracto solutoq; incessu capi, ne aduersus te ipsam illi arma ministres, instrue illum castitate gaudere. Poteris autem id, cū huiusmodi habitum portes. Nam si leuis, inconstans, ac lubrica fueris, quomodo verbū honestum, & graue proferre poteris? Quis te non rideat, atq; subsannet?

14 IDEM exponens verba illa c. 2. Cum verecūdia,
Hom. 8. in eandē epist. ad Timot. & pudicitia in habitu ornato se ipsas ornare, non in tortis crinibus, aut auro, & margaritis, sed quod decet mulieres pollicentes pietatem per opera bona, ait: Habitum profectò tunicam, vndiq; honestam, compositam significare voluit. Ornatum non exquisitum intelligas, sed moderatum. Quid dicis? Deum precatura pergis, & ornamenta aurea circumfers, flauosq; crines, & ipsos auro compositos? An verò saltatura ad Ecclesiam pergis? Numquid hic nuptias, & lasciuiæ oblectamenta conquiris? Num vt tui spectaculū præbeas aduenisti? Num tibi nunc instruendus est thalamus? Illic nempè monilia, illic ornamenta aurea, illic ornatus crinium, illic pretiosa vestis locum aliquando fortasse habeat. At nunc accessisti, vt Deum pro sceleribus tuis cum lachrymis deprecaris, quid te ipsam ornari improbo atque intempestiuo studio contēdis? Non iste, supplicis habitus. Quo enim pacto ingemi scere potes, ac lachrymas fundere, & intensissime, vt decet orare, quæ huiusmodi ornatu compta procedis? Nam etsi lachrymas fuderis, risum cernentibus, huiusmodi lachrymæ mouebunt. Neque enim auro amicta debet incedere, quæ lachrymas pro peccatis profundere intendit. Est enim potius scena quædam atque simulatio, si ex eodem animo ex quo tanta sumptus magnificentia, tantaq; ambitio prodijt, inde etiā profundi lachrymas viderint. Cum verecundia, inquit, & pudicitia. Noli igitur eas imitari, quæ meretricio feruntur incessu. Namque illæ per exteriorem cul- 15
tum atq; habitum, plurimos post se trahunt amatorū greges, atque hinc plurimæ, pessima sæpius suspicione non carent, nihilq; prorsus eiusmodi lucrantur ornatu, imò & plurimis, ex ea opinione nocuerunt. Verum quid agam inquies, si alius de me pessime suspicetur? Tu huic suspicioni per habitum, per incessum, atq; aspectum, fomenta ministras. Quocirca & Paulo ingens cura est, huiusmodi superfluum ornatum, ad honestiorem modum componendi, ac tuendo pudori, plurimum studij impendit. Quod si ea, quæ opum tantum indicia sunt, tanto studio circuncidit, aurum scilicet margaritas, & vestimenta pretiosa, quāto magis ea, quę in modico studio, & arte, quęrunt cuiusmodi sunt, purpurisso vultus inficere, & stibio oculos pingere, lasciuum obtutum, & qui libidinis iaculetur incendia, superfluam palij, ac tunicæ iactationem, cingulum exquisita arte, studioque confectum, stridentes soccos, & cætera irritamenta lasciuiæ? Hæc enim omnia vno verbo signauit cum diceret, In habitu ornato, & cum verecundia ornare se. Ista quippe, & a verecundia remotissima sunt, & plena dedecoris, turpitudinisque censentur. Sed si his, quæ sub viro sunt, quę in delicijs viuunt, quæ diuitijs circumfluunt, interdicit, quanto magis eis quæ virginitatem professę sunt? Et quæ nam inquies, virgo monilia aurea, tortumq; crinem circumfert? Atqui tanta est reliqui habitus cura, tamque exquisita diligentia, vt omnem illū aureū cultum facilè transcendere videatur. Licet enim etiā vilibus pannis, eiusdem compositionis opinione notari, nec minus quàm si aureas amiciretur vestes. Quid item cum faciem fucis quidem ornare non pergis, sed etiam nimio studio, diligentiaque circumluis, atq; superne a fronte, velum facie candidus, suspendis, ac demum pallium imponis, vt sub nigro colore, facies decentior videatur, & gratior? Quid item oculorum illos innumeros iactus? Quid item de collo, quod nunc quidem operitur, nunc autem de industria denudatur? Quid memorem tractam humi tunicam, in- 16
cessumque infractum, & huiusmodi cætera studia, q- Isa. 16.
bus longe magis, quàm auri monilibus, intuentes capi solent? Timeamus dilectissimi ne nos quoq; eadem audiamus quæ Propheta Hebræis mulieribus huiusmodi ornatu exteriori gloriantibus, comminatur dicens: Pro zona, funiculo cingeris, & pro ornamento capitis tui, caluitium habitura es. Adeo autem plus ista quàm aurum ad lasciuiæ illecebram valent, vt etiā scorta plurima, ad hoc omni studio intendant, vt per aspectum sui, capiant intuentes. Christum habes spōsum, quid amatores post te homines trahis? Merito te ille adulterij damnat, quòd ornatum sibi gratum, tibi conquirere negligis, verecundiam scilicet, honestatē, habitumque ornatum, hic nempe habitus adulter est, atque adeo fœdus, vt meretrices ac virgines fere discernere nequeamus. Huiusmodi exterior ornatus, ornamenta intima demolitur. Is enim, qui eiusmodi fuerit studiosus, interioris ornatus negligens sit necesse est, quemadmodum & is, qui exteriore aspernatur,

studium

ſtudium omne ad componenda ſua intima transfert. Nec velim dicas, me miſeram, attritum pallium fero, abiectoſq; calceolos, nullius pretij tunicam cuiuſmodi hic ornatus eſt? Noli te ipſam fallere, licet, vt dixi etiam per huiuſmodi vilia magis ornari, quàm per aurea illa monilia & exquiſitiſſimas veſtes. Quippe per attritum pallium corpori decenter aſtrictum, impudentiam præfers magis, ac pulchritudinis gloriã aucuparis. Pugnare hic congruit, non ornari, luctari conuenit, non in mollitiem ſolui. Non aſpicis pugiles atque luctatores, vt illis ne quaquam cura ſit inceſſus & habitus, verum his omnibus omiſſis, ad vnam tantum rem intenti ſint, quo pacto ſcilicet, & aduerſarios feriant, & ipſi illorum ictus eludant. Stat ecce diabolus, dentibus ſtridens, ac modis omnibus te proſternere cupiens, dum tu circa huiuſmodi diabolicũ prorſus ornatum verſaris attonita.

15

17 IDEM inquit: Tale ſit hominis veſtimentum, vt tantummodo contegatur. Propterea enim nobis iſta tribuit Deus, vt operiamus nuditatem, hoc aũt quale-cunque veſtimentum valet efficere, quod parui ſit pretij. [Infra:] Quid enim opus eſt plurimis aureamẽtis? Eis enim, qui in ſcena ſunt, iſta conueniunt. Hæc illarum ſunt indumenta mulierum, hoc eſt, meretricum, quæ omnia ad hoc faciunt, vt libenter ſpectent. Quæ autem pietatem confitetur, non ita ſe debet ornare. Habes namque ornatum ſatis illo maiorem, habes tu ſpectaculum, ad illud te ſpectaculum compone, illo te ornatu circundato. Quod ergo tibi eſt ſpectaculum? Cœlum, Angelorum innumera multitudo. Talibus circundato veſtimentis, vt illos exhilares. Si te aureis ornamẽtis, & pretioſiſſimis indumentis volueris decorari & ingrediaris ſpectaculum cœli, confeſtim te ſpectatores abijciunt. Illic enim non eſt opus aureis indumẽtis, ſed illis de quibus dixit Propheta, In fimbrijs aureis circundata varietate, non vt candidũ corpus efficias & ſplendores adijcias, ſed vt animã tuam aureis reddas virtutibus decoratam. Ipſa quippe eſt, quæ in illo ſpectaculo certamen aggreditur; omnis quippe gloria filiæ regis ab intus. His indue te, & laboribus te plurimis liberabis. Nam & virum tuum cura exoneras, venerabilis viro, cum rebus nõ egueris plurimis. [Infra:] In Eccleſia ita ornatam procedere

Ho. 28. in c. 12. epiſt. Pauli ad Hebræos.

Pſ. 44.

18 fœminam, valde ridiculum eſt. Nonne audiunt vt ſe ipſas ornent, non auro, non margaritis, nõ veſtibus pretioſi? Cur ergo ingreſieris, o mulier, niſi velut repugnans Paulo, & oſtendens, quoniam etiam ſi milies hoc dicat, tu minus audieris? Dic mihi, ſi quiſpiã paganus audiat cum legitur locus iſte in quo hęc beatus præcipit Paulus, quid de nobis exiſtimet? Aut ſi quiſquam paganus habens mulierem fidelem, cognoſcat, quoniam multam curam gerit componendi ſe & ornandi, & circundandi aureis veſtimentis, pergat autem ad Eccleſiam, & aduertat Paulum commonentẽ, neque auro, neque margaritis, neque veſte pretioſa debere mulierem ornari, nonne ſtatim dicit ad ſe ipſum, quid intus mulier ornatur in thalamo? quid comitur? quid auro textis induitur? Quonam ambulare diſponit? Num ad Eccleſiam? Quare? vt audiat ſe debere veſtibus ornari pretioſis? Nonne ridebit? Nõne Chriſtianorum religionem, deceptionem eſſe iudicabit? Propterea obſecro, vt auro textas veſtes, aureaque ornamenta, pompæ relinquatis, & ſcenis. Honeſta mulier, honeſtate decoretur. [Infra:] Vis apparere pulchra, ego etiam hoc cupio, ſed pulchritudinem volo quam Deus inquirit, & concupiſcit. Quem habere deſideras amatorem, Deum an homines? Si ſecundum illam pulchritudinem pulchra ſis, Deus tuã pulchritudinem concupiſcit, ſi verò ſecundum illam, ille quidem te horrebit, amabunt autem homines ſceleroſi.

1. Tim. 2. 16 *Iſa. 16.*

19 IDEM ait: Quæ nam communio molliciei cum animi virilitate? Ornamento corporali, cum Philoſophia? Animus, terrenis iſtis circundatus, circunſpicit quis videat quis non videat, faſtu plenus, curis detentus, & innumeris alijs paſſionibus alligatus. Quid pecatorum catenas connectis? Quando tu quidem aurum geſtas, alius verò interea perit, quando tu quidẽ tantumauri inſumis, vt vanam aſſequaris gloriã, alius verò nihil interea habet quod edat, an non peccata connectis? Chriſtum indue, non aurum. Chriſtus induitur ab eo qui carnis curam non facit in concupiſcentijs. Vis pulchra, & honeſta videri? Contenta ſis Creatoris tui figmento. Quid aurea ornamenta inducis, tanquam figmentum Dei correctura? [Infra:] Qñ vehementer ornaris, o mulier, tunc nuda quauis, turpior facta es. Decorum exuiſti. Erat, & Eua nuda, ſed cum induta eſſet, tunc turpior erat. Cum enim nuda eſſet, gloria Dei ornabatur. Mox verò atq; peccati veſtem induit, turpis facta eſt. Et tu quando ſuperbiæ veſtimentum induis, tunc turpior appares. Dic mihi, ſi quis tibi regalem dediſſet veſtem, tu verò ſupra illam, ſeruile quoddam nacta indumentum ſuperindueres, an non, præterquam quòd dedecus cõmitteres, pœnas quoq; merito dares? Cœli & Angelorũ Dominũ induta es, & terrenis adhuc immoraris. Hoc dixi, etiam ſi ſtudium illud ornandi ſe, tuto & citra periculum poſſet fieri, & nullum malum ex eo naſceret. Quid enim ornaris dic quæſo? vt viro placeas? Igitur domi hoc facias. Hic vero contrarium fit. Si enim propterea placere vis viro, alijs ne cura vt placeas. Si verò alijs placere vis, non potes placere tuo. Oportebat itaque forum ingredientem, aut ad Eccleſiam procedentem, cunctum deponere ornatum. Filiolam habes? Vide ne damni quicquam capiat. Solent enim filiolæ ad rationẽ educationis componi, & mores imitari maternos. Eſto filiolæ tuæ, caſtitatis, & modeſtiæ exemplar.

Ho. 10. in epiſt. Pauli ad Coloſſ.

Rom. 13.

20 HIERONYMVS inquit: Propheticus hic ſermo nequaquam proferatur a vobis, filiæ eorum compoſitæ circumornatæ ut ſimilitudo templi, & deambulatæ ad extra, vt monumenta quæ extra auro relucent, intus autem ſunt turpiſſima, & immunda. Huiuſmodi non filiæ regis Chriſti, ſed Tyri. Hæ ſemper in muneribus, hæ vultus impudicitia, per diuites plebis capiuntur, & capiunt. Imperfectiſſimus mulierum affectus. Semper in veſtibus, ſemper in auro, lapidibus pretioſis, & ornamentis extrinſecis gloriam ponunt. Non ſufficit eis libido innata naturæ, ſed occaſiones quærunt explendæ libidinis. Affectant proculdubio, vt oculi virorum, aurum contemplantes & gemmas, tandem figantur in faciem vt oculorum ſuorum nutibus facilius incitent, ad libidinoſum incendiũ. Quid meretrix cõmunis, gloriaris in margaritis & gemmis? Quid ad te attinet argentum, & aurum? Quid exaltaris in pulchritudine panni? Non eſt omnis caro cinis & fœnum, maſſa putredinis, cibus vermium, & fœtidiſſimum ſtercus? Quid in te mirandum, quid laudãdum puerorum ſpectaculum? Nonne etſi laudetur gemmarum & metallorum pretioſitas, quam ſibi natura tradidit, ſemper tamen cognoſceris cinis, fœnum, & ſtercus immundum, ex immundo productũ ſemine. O ſi te velles intueri viliſſima mulierum, quam verecundareris de corpore, quod tanto cultu excolis? Cap. 29. Propterea vos chariſſimæ, quæ eſtis ſponſę & filiæ regis æterni, ſit ab intus omnis gloria veſtra. Sedete ad dexteram ſponſi in veſtitu non exteriori, ſed interiori, deaurato auro charitatis, ſit vndique veſtis circundata varietatibus, vt iam nihil in ornamentis desit. Sint myrrha, & gutta, & caſſia, a veſtimentis, vt in odorem virtutum & vitæ, cæteræ ad ſanctitatem veſtram adoleſcentulæ currant de ſæculo. Hunc veſtrum decorem concupiſcet rex veſter, & ſponſus. Sic decoratæ adducemini in Templum Regis. Sic ſecum manebitis in thalamo, in lætitia & exultatione.

In Regula Monacharũ ad Euſtochium c. 28. to. 9. Pſ. 143.

IDEM

21 Li.2. in c. 3. Isa.to.4.

IDEM exponens verba illa. Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion &c. sic habet: Nunc ad mulieres propheticus sermo cõuertitur, ne se alienas arbitrentur a crimine ob quarum delicias, & luxuriam depasti sunt exactores vineam Domini. Præmiserat enim, pro eo quòd eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, & pedibus suis composito gradu incedebant. decaluabit Dominus verticem filiarũ Sion &c. Vtendum est hoc testimonio aduersum Ecclesiæ fœminas, quæ ambulant collo extento, & nutibus loquũtur oculorum, & plaudunt tam manibus, quam pedibus. Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & crinem earum nudabit, & pro ornamento erit ignominia &c. Et erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispãti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium. Quandiu protegimur crine, homines nos putant sepulchra dealbata. Cum autem patuerit quod occultum est, auferetur vniuersa cęsaries, & fœtida caluities omnibus apparebit.

22 In c.2. Ep. Pauli ad Tit. to.8.

IDEM explicans verba illa; anus similiter in habitu sancto, ait: Solent hæ ætates circuire domos, ociosæ, verbosæ, & curiosæ, suntq; plurimæ, quæ nec canos suos erubescunt, & ante gregem nepotum, trementes virgunculæ, componuntur.

23 Li 1. de virginib. to.5.

AMBROSIVS sic habet: Quanta hæc amentia, effigiem mutare naturæ, picturam quærere, & dũ verentur maritale iudicium, prodere suum. Quęsitis coloribus ora depingunt, dum viris displicere formidant, & de adulterio vultus, meditantur adulteriũ castitatis. Dum alij studet placere, prius sibi ipsa displicet. Quem iudicem mulier veriorem requirimus deformitatis tuę, quam te ipsam, quæ videri times? Si pulchra es, quid absconderis? Si deformis, curte formosam esse mentiris, nec tuæ conscientiæ, nec alieni erroris, gratiam habitura? Ille enim alteram diligit, tu alteri vis placere, & irasceris si amet aliam, qui adulterare in te docetur. Male magistra es iniuriæ tuæ. Ac licet vilis mulier, non alteri tamen, sed sibi peccat, tolerabiliora q; propemodum in adultero crimina sunt. Ibi enim pudicitia, hic natura adulteratur. Iam quãto pretio opus est, ne etiam pulchra displiceat? Hinc pretiosa collo dependent monilia, inde per humum vestis trahitur deaurata. Quid quod etiam, odorum variæ adhibentur illecebræ, gemmis onerantur aures, oculis color alter infunditur? Quid ibi remanet suũ, vbi tam multa mutantur? [Infra:] cernis, vt pomparum ferculis similis incedat quæ se componit, vt placeat, omnium in se vultus & ora conuertens, eo ipso quo studet placere, deformior. Prius enim populo displicet, quam placeat viro. At in vobis, reiecta decoris cura, plus placet & hoc ipsum quod vos non ornatis, ornatus est. Certè lacerare vulneribus aures, & depressæ onera miseræ cervices, non sunt alleuamenta pœnarum, sed discrimina metallorum. Hinc collum catena constringit, inde pedem compes includit. Nihil refert, auro corpus oneretur an ferro. Si ceruix pręmitur, si grauatur incessus, nil pretium iuuat, nisi quod vos mulieres ne pereat vobis pœna trepidatis. Hinc vos etiam miserabiliores, quã qui publico iure damnantur, quod illi optant exui, vos ligari.

24 Epi. 15. ad Irenæum. to.5. Deut. 22.

IDEM, causa reddetis cur lex prohibuerit mulieres vti veste virili, atq; viros indui stola muliebri. ait; Sic scriptum est: Non erit res viri super mulierẽ, neq; induetur vir stolam muliebrem, quia immundus est domino omnis qui fecerit hoc. Et si vere discutias incongruum est quod ipsa abhorret natura. Cur enim homo non vis videri esse, quod natus es? Cur alienã tibi assumis speciem? [Infra:] Quam deforme est, virum facere opera muliebria. Ergo & pariant, ergo parturiant, qui crispant comam sicut fœminæ. Et tamen illæ velantur, isti belligerantur. Verum habeant excusationem, qui patrios vsus sequuntur, sed tamen Barbaros, vt Persę, vt Gothi, vt Armenij. Quid de alijs dicimus, qui hoc ad luxuriam deriuandum putant?

25 Li.6. Exameron c.8. to.3.

IDEM ostendens, quomodo homo sit ad imaginem Dei, ait: Pictus es homo a Domino Deo tuo, bonum habes artificem atq; pictorem, noli bonam delere picturam, non fuco, sed veritate fulgentem, non cera, sed gratia. Deles picturam mulier, si vultum tuum materiali candore obliuias, si acquisito rubore perfundas, illa pictura, vicij non decoris est, fraudis nõ simplicitatis, illa pictura fallit, vt neq; illi placeas cui placere desideras, qui intelligit non tuum sed alienũ esse, quod placeas, & tuo displices authori, qui videt opus suum esse deletum. Dic mihi, si supra artificẽ aliquẽ, inducas alterum, qui opus illius superioris, nouis operibus obducat, nonne indignatur ille qui opus suum adulteratum esse cognouerit? Noli tollere picturam Dei, & picturam meretricis assumere, quia scriptũ est, Tollam ergo membra Christi, & faciam membra meretricis? Absit. Graue est enim crimen, vt putes, quòd melius te homo, quam Deus pingat. Graue est, vt dicat de te Deus, non agnosco colores meos, non agnosco imaginem meam, non agnosco vultum quem ipse formaui, reijcio ego, quod meum non est, illum quære, qui te pinxit, cum illo habeto consortium. Quid respondebis? 1. Cor.6.

26 Li. de Nabuthe Israelita c.5.

IDEM diserens de diuitum auaritia, & crudelitate in pauperes, inquit: Sed fortasse redeas domum, cũ vxore conferas, illa te hortetur, vt redimas venundatum, immò magis hortabitur, vt mundum muliebrẽ conferas. Illa tibi imponit sumptuum necessitatem, vt gemma bibat, in ostro dormiat, in argentea sponda, recumbat, auro oneret manus, ceruicem monilibus. Delectantur, & compedibus mulieres, dummodo auro ligentur: non putant onera esse si pretiosa sint, non putant vincula esse, si in his thesauri corruscent: delectant & vulnera, vt aurum auribus inseratur, & margaritæ dependeant. Habent & gemmæ pondera sua, habent & vestimenta frigora sua. Sudatur in gemmis, algetur in sericis, tamen prætia iuuant, & quæ naturæ auersatur, commendat auaritia. Smaragdos, & hyacinthos, berillum, topazion, amethistum &c. summo quę runt sudore, vel si dimidium patrimonij petatur, non parcunt dispendio, dum indulgent cupiditati.

27 Inc.2. Ep. 1. Pauli ad Timo.to.3

IDEM explicans verba illa: Similiter, & mulieres in habitu ornato cum verecundia ornantes se, non in tortis crinibus, aut auro, & margaritis, aut veste pretiosa, ait. humili habitu mulieres orare debere, non in iactantia. Qui enim vult audiri, inclinare se debet amota a se pompa, vt misericordiam Dei prouocat. Habitus enim superbus, nec impetrat nec recta de se facit credi. Quis enim prudentium, iactanter ornatã mulierem non horreat? Quanto magis author Deus, qui corpus a se liberum, factum metallis videt? Nam humilis habitus bonæ professioni congruit, vt possit non aliud æstimari quam cernitur. Quæ autem in domo Dei cum pompa se mauult videri, non vtiq; propter Deum, sed propter homines, consequitur quod vult, vt glorioſa videatur, nihil consecutura a Deo nisi maculam. Quanto enim hominibus splendida videtur, tanto magis despicitur a Deo. 1. Cor. 11. 1. Cor. 6.

28 Epi.73.ad Possidonium to.2.

AVGVSTINVS ait: Nolo de ornamẽtis auri, vel vestis pręproperam habeas in prohibendo sententiam. Illi enim cogitant quæ sunt mundi, quomodo placeant vel viri vxoribus, vel mulieres maritis, nisi quòd capillos nudare fœminas, quas etiam caput velare Apost. iubet, nec maritatas decet. Fucari autem pigmentis, quo vel rubicundior vel cãdidior appareat, adulterina fallacia est, qua non dubito et ipsos maritos se nolle decipi, quibus solis permittendę sũt fœminæ ornari secundum veniam, non secundũ imperium. Nã verus ornatus, maximè christianorum & christianarum, non tantum nullus fucus mendax, vetũ ne auri quidẽ vestisq; pompa, sed mores boni sũt.

IDEM:

29 IDEM: Duo adduxit testimonia contra fucū mulierum vnum Cypriani in Epist. de habitu virginum, vbi post alia ait: Quòd ornari te putas, quòd putas comi, impugnatio est ista diuini operis, præuaricatio est veritatis. Vox est Apostoli: Expurgate vetus fermentum &c. Itaq; festa celebremus in azymis sinceritatis & veritatis. Num sinceritas perseuerat, & veritas, qñ, quæ sincera sunt polluuntur, & colorum adulterinis medicaminum fucis, in mendacium vera mutantur? Dñs tuus dicit, non potes capillum vnum album facere aut nigrum, & tu ad vincendam Dñi tui vocem, vis te esse potiorem, audaci conatu & sacrilego contemptu? Crines tuos inficis; malo præsagio futurorum, capillos iam tibi flammeos auspicaris, quales in inferno sunt futuri. Testimonium Ambrosij lib. 1. de virginibus adducit, quod nos retulimus iam.

Li. 4 de doctrina Christiana c. 3. *2. Cor. 5.*

30 IDEM inquit: Qui immoderato cultu corporis atq; vestitu, vel cæterarum rerum nitore præfulget, facile conuincitur rebus ipsis, pomparum sæculi esse spectator. Qui aũt in professione christianitatis inusitato squallore ac sordibus, intentos in se oculos hominum facit, cæteris eius operibus põt conijci, vtrũ hoc contemptu superfluj cultus, an ambitione aliqua faciat, qa & sub ouina pelle cauendos lupos dñs præcepit, sed ex fructibus, inquit, eorum cognoscetis eos. Sed non propterea ornatu superfluo, debet aspectus hominum mulcere, christianus, quia illum parcum habitum, ac necessarium, etiã simulatores sæpius vsurpant, vt incautos decipiant. Quia & illæ oues non debent pelles suas deponere, si aliquando eis lupi se contegant.

Li. 2. de seruone Domini in monte. c. 4. *1. Cor. 6.*

31 IDEM sic habet: Habitus impudicus corporis, nuncius est adulterini cordis, impudicus autem habitus corporis sui in viris, superflua & inordinata capillatura, vestimentorumq; mulierum affectata similitudo, calceamentorum quoq; metas necessitatis excedens. In mulieribus facies fucata, capillorũ natiui coloris adulteratio. Hic habitus in vtroq; sexu adulterinus est, & a conspectu tanti sponsi prorsus amouendus. Nec silentio præterire hoc debent amici spõsi diligentes decorem domus Dei. Qui.n. formam, quam omnipotens & prudentissimus plasmator finxit, in aliam transfigurare contendit, nonne euidenter dicere ei vr, qui se finxit, cur me fecisti sic? Improba temeritas, conditoris plasmata vilificare, vt formã, quantum in se est, in aliud trãsfiguret. Nec ista dicimus à nobis. Habemus patres nostros doctores egregios, qui irrefragabili authoritate ista damnauerunt. Audiuimus Paulum de superflua capillatura dicentem. Vir si comam nutriat, ignominia est illi. Audiamus Cypriani de adulterino habitu disputantem; ait. n. Opus Dei & factura eius, nullo modo adulterari debet in habitu flauo colore, vel nigro, vel quolibet, deniq; lineamenta naturæ corrumpente medicamine, dicit. Deus: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & audet quisquam mutare & conuertere, quod

Ser. 247. de tempore. c. 10. *2. Cor. 11.*

32 fecit Deus? Manus Deum offendunt, qñ id quod ille formauit, reformare & transfigurare contendũt, sciens quod opus Dei est omne quod nascitur, diaboli, quodcumq; mutatur. Et in sequentibus: Non metuis, ne cum resurrectionis dies venerit, artifex tuus nõ te recognoscat, & ad sua præmia & promissa venientẽ, remoueat, & excludat dicens, opus hoc meũ non est, nec imago hæc nostra est, cũ te flauo medicamine polluisti, cum formam quam dederam tibi mendacio deformasti. Facies corrupta est, membra aliena sunt, Deũ videre non poteris, qm̃ oculi tibi non sunt quos Deus feci, sed quos diabolus fecit. Manet in vobis facies incorrupta forma sincera, a calciamẽtis superfluis pedes liberi, crines nullo colore fuscati, oculi, conspiciẽdo Deum, digni. Sicut portauimus imaginem terreni, sic portemus imaginem cœlestis. Empti estis prætio magno, glorificate & portate Deum in corpore vestro, Deum enim in corpore nostro portamus, cum imaginem eius, per immundas, & prophanas adinuẽtiones non deformamus, & sic imaginem suam in nobis recognoscet.

1. Cor. 15. *1. Cor. 6.*

Inferni, ac Purgatorij pœnæ describuntur, quas consideraue vtilissimum est.
Cap. III.

ORIGENES sic habet: Si peccator sum, nunquid eadem mihi erit pœna si semel peccaui, q̃ si secundo, & tertio, & si frequentius peccemus? Nõ ita erit: sed pro modo, & numero, & mensura peccati, etiam pœnæ quantitas metienda est. Deus enim dabit nobis panem lachrymarum, & potabit nos in lachrymis, sed in mensura: mensura autem hæc erit, quam sibi vnusquisque vel minus, vel amplius peccando quæsierit. 1

Hom. 8. in lib Num. c. 1. *Psa. 79.*

IDEM inquit: Tempus belli nobis est in hoc mũdo, pugna aduersus Madianitas est, siue aduersum vitia carnis nostræ, siue aduersus contrarias potestates: Spectat nos Angelorum chorus, quomodo de hoc prælio reuertamur. Quid vnusquisq; nostrũ reportet solli citius perscrutantur, quis nostrum auri hinc amplius ferat, quis etiam argenti illud põdus exhibeat, quisue lapides deferat pretiosos. Requirunt etiam si quis æs deferat, aut ferrum, aut plumbum, sed & vas ligneum. In magna enim domo non solum sunt vasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia. Requiritur ergo diligenter, cum abierimus illuc, quid vnusquisq; nostrum deferat, & secundum ea, quæ detulerit, etiam mansionis ei meritum deputabitur. Probantur tamen omnia hæc. Vniuscuiusque enim opus quale sit, ignis probabit, propterea ergo ait. Hæc est iustificatio legis quam constituit Dominus Moysi: præter aurum, & argentum, & æra mentum, & ferrum, & plumbum, & stannum, & omnis res quæ transit per ignẽ, & mundabitur. Omnia quæcunque non trameunt per ignem, transibunt per aquam, & lauabatis vestimẽta vestra de septima, & mundi eritis; & post hæc introibitis in castra. Vides quomodo purificatione indiget omnis qui exierit de prælio vitæ huius. Considerat enim diligenter, quid indicet historiæ textus. Exierunt isti pugnare pro filijs Israel, interfecerunt Madianitas, interficientes autem eos, quatum ad historiæ ordinem spectat, placuerunt Deo, voluntatem eius implentes, tamen hoc ipso, quòd interfecerunt aduersarios, immundi dicuntur effecti, & propterea dicitur ad eos, Et lauabitis vestimenta vestra die septima, & mundi eritis, & post hęc intrabitis in castra. Ego hi qui pugnant, pro eo ipso quòd contigerũt hostes immundos, & habuerint cum eis certamen, polluti sunt. Et ego ergo etiam si vincere potuero Diabolum, etiã si cogitationes immundas, quas cordi meo suggerit, calcare potuero, hoc ipso tamen pollui me, & ero quidem beatus, quod eum superare potui, immundus tamen sum & pollutus, qui pollutum contigi, & ob hoc purificatione egeo. Omnes ergo purificatione indigemus, immò purificationibus, vt homo purificatus, & mundus possit ingredi Sanctam Ciuitatem. 2

Num. 31.

BASILIVS explicans verba illa, vox Domini intercidentis flammam ignis, inquit: Quamquam indiuisibilis, & insecabilis humanis sensibus videatur ignis, verumtamen ad præceptum Domini interciditur, ac diuiditur. Existimo autem, quòd ignis ad supplicium diabolo, & angelis eius paratus, Domini voce interciditur. Quoniam duo sunt in igne potissima, vitiua vis, & illustratoria, comburere, & lucere. Vis prior ignis, accerrima quidem ad pœnas irrogandas reposita est his qui vitione sunt digni: altera, nempe splendiflui sui luminis diffusiua, velut sortito succedet ijs, qui claritate perfruituri sunt gaudij perennis. Vox itaque Domini intercidentis flammam ignis, ac 3

Hom 5. in Psal. 28. 4

diuidentis, ita vt obscurus quidē sit ignis supplicij, vi verò combutendi careat, lux illa refocillationis quæ est in cœlis.

5 CHRYSOSTOMVS inquit: Nō ignoro multos, ēt nunc in Pharaonis impietate viuere, qui nō in rubro mari demergent, sed in ignis fluuium, atq; pelagus intrudentur, pelagus impertransibile, atq; magnitudine acerbissimū, in quo ignei fluctus montium instar eriguntur, ignei dico, nō huius ignis, sed ignis certè multò quā hic horribilioris, cuius flamma maximā conficit abyssum, ita vt vndiq; ignis, immanissimæ similis feræ, transcurrere videatur. Quod si sēsibilis iste atq; materialis, eos qui extra fornacē erant absorpsit, quid iste ignis faciet peccatoribus? Et audi, quid Prophetæ de illo die præcinuerunt. Dies Dñi incurabilis, furore, ac ira plenus. Nullus.n.erit, qui iuuare possit, nunquam iucundam & tranquillam Christi faciē per spicere poteris. Verum quemadmodum qui ad metalla destinantur, acerbis ita traduntur hominibus, vt nullos amicorum postea, sed solos eos qui præsunt videāt simile quid tunc ēt erit. Imò verò asperius, atq; truculentius. Nam hic quidem accedere nonnunquam ad Principes atq; rogare pro condemnatis possumus, ibi aūt non amplius licet, sed perseuerabunt in tanto dolore atq; molestia, quantum nec dicere homini possibile est. Nā si accerrimos, quos iste ignis, & hæc flamma dolores infert, oratione assequi non possumus, q̄d de illo dicemus? Præsertim cum hic vno tpis momento in ignem positus homo expiret, ibi aūt crematur quidem ac dolet, sed nequaquam quod crematur consumitur. Putas aūt consolationem tibi inde futuram, si vna cum diabolo puniaris? Minimè certè. Quid porrò Ægyptij? Nonne magistratus ēt suos, & singulas principum domos, eisdem vlceribus vexari videbant? An igitur putas ea de re illo, respirasse? Nequaquam. Friuola.n. atq; facilis hæc ratio, ne credas si cum alijs puniaris, consolari te posse. Podagricos tibi ante oculos pone, qui q̄n acutis compunguntur dolorū stimulis, etsi mille offerres vehementius dolentes, ne respicere quidem dignantur. Non.n. patitur intensus dolor, vt quasi ocioſi de cæteris cogitent, ac inde consolentur. Minimè igitur nos huiusmodi spes alat: nam consolatio quæ a malis aliorum originē trahit, in mediocri afflictione locum habet. Q̄n aūt magnus est cruciatus, & anima vexata nimium, adeo fluctuatur, vt se ipsam quoq; ignorare videatur, vnde fructum consolationis excerpere poterit? Quid erit in cruciatu pœnarum, quē stridor dentium ingeret? Ideo molestus forsan vobis sum, & dolorem his verbis infero, sed quid faciam? Vellem itaq; mihi & vobis, conscius esse virtutis, vt hæc dicenda non viderentur. Oro atq; obsecro, vt q̄n de gehenna quicquam audimus compungamur. Nihil.n. certè hoc sermone iucūdius est, nihil his rebus amarius. Et quomodo inquies, de gehenna audire quicquam ac dicere iucundum esse asseris? Quippe q̄n res tristis est, idcirco qui ab ea re procul se amouent, sermones suauissimi sunt. Præterea hæc audiendo, anima ad se conuertit, & cautior facta efferē altius & volat sublimius, malignæ cupiditatis expulsat tyrannidem. Ita hæc de gehenna verba, ne in gehennam venias efficiunt.

Ho. 44. in c. 12. Matt.

Isa. 13.

6

7 IDEM: De gehenna diserens ait: Nam paruā esse putas pœnam, in choro Sanctorum nō constitui, inefabilē gloriā non assequi? Ab illo cœtu, & ineffabilibus bonis procul abijci? Q̄n aūt, & tenebræ erunt, & stridor dentium, & vincula insolubilia, & vermis immortalis, & ignis inextinguibilis, & tribulatio, & angustia, & linguæ q̄ cruciantur, sicut illa diuitis, & ploramus, & nullus audit, & ingemiscimus, & rigamur a doloribus, & nullus attendit, & in omnia loca respicimus, & nusquā adest qui consoleē, quid animabus illis miserius? quid itē miserabilius? Nā siquidē ingressi in carcerem, & videntes alios pallidos, alios vero vinctos, & esurientes, alios verò in tenebris cōclusos cōcutimur, horrescimus, & omnia ne illuc incidamus facimus, q̄n adducti trahemur in gehennę carcerē, quales futuri erimus? Non.n. vincula illa ex ferro, sed ex igne sunt numquā extinguibili, neq; qui præsunt nobis eiusdē dignitatis sunt, quos vnquā demulcere poterimus, sed angeli, in quos neq; respicere licet, valde iracundi, p pea q̄ dñm tanta cōtumelia afficimus. Nō est sicut hic videre ingredientes alios qui afferant, vel pecuniā, vel cibos, vel sermones cōsolatione plenos, vt consolationē assequamur, sed oīa illic veniā negāt, ēt si Daniel, Iob, & Noe affuerint, & suos viderint puniri, nō audent patrocinari. Futurum.n. tunc est, vt & naturalis cōpassio tollatur, & illos contra sua viscera, cū Dño suo indignari. Proinde nullus speret acceptu-

8 rum se aliquid boni, si nulla bona fecerit, ēt si sexcētos habeat progenitores iustos. Audiamus igitur & nos, ēt si ignem concupiscentiæ habueris, oppone aliū ignē, & hic statim extinctus euanescit; etsi volueris q̄d absurdum loqui, cogita stridorem dentiū, & frenum erit tibi, timor; etsi rapere volueris, audi iudicē præcipien-

Matt. 22. tem, ac dicentem: Ligatis manibus & pedibus proijcite illum in tenebras exteriores, & sic ēt hanc concupiscentiā eijcies; etsi ebrietati, ac crapulæ vacas, audi di-

Luc. 16. uitem dicentē: Mitte Lazarū, vt extremo digiti ī aquā missō refrigeret linguam meā, qui crucior in hac flamma, & liberaberis non vulgari passione: si aūt amaueris voluptatem, cogita quanta illic tribulatio, & angu-

Matt. 25. stia, & hanc non cogitabis: si aūt crudelis & immiseri cors es, memor esto virginum, quæ extinctis lampadibus sic a thalamo exclusæ sunt, & statim eris misericors; Sed arrodit te desiderium facultatū diuitis, cogi-

Isa. 66. ta vermē immortalē, & facilè ēt hūc morbū deponēs, oīaq; alia rectè facies. Nihil.n. molestū, neq; graue imperatū est. Itaq; hæc omnia cogitantes, ne admiremur eos q̄ in delicijs agūt, sed cogitemus q̄s illorū finis, ne admiremur raptores, sed cogitemus quis illorū finis.

9 HIERONYMVS exponens verba illa; Detracta est ad inferos superbia tua, concidit cadauer tuum subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes, ait: Hęc requies est diaboli, iste lectus tentatoris. Putredo, & tinea, & operimentum vermiū, pœnæ intelliguntur ęternę, quas propria gignit conscientia, vel suppliciorum materia, quę ex proprijs peccatis nascitur. Sicut enim quandiu cadaueris materia est, & aliquis humor in cadauere, vermes nascuntur ex putredine, sic ex ipsa materia peccatorū, supplicia gignuntur.

Lib. 6. in c. 1. Isa. 9. 4.

10 IDEM exponens verba illa, qui immolat in hortis, & sacrificant super lateres, ait: Lectio septuaginta interpretum sic habet: Adorant incensum super laterem, dęmonibus qui non sunt. Dicunturq; dæmonia non subsistere, quia iam a Deo qui verè est, exciderūt. Vnde & Hester loquitur ad Dñm; Ne tradas hæreditatem tuam his qui non sunt. Et sanctus precatur in Psalmo: Remitte mihi, vt refrigerer priusquā abeam, & amplius non ero. Qui.n. dum in hoc viuit corpore, veniam peccatorum non fuerit consecutus, & sic de vita excesserit, Deo perit, & illi esse desistit, licet sibi subsistat in pœnis. Infra: Isti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die. Cuius testimonij sēsus est, quòd ignis Dei atq; vindicta, semper ardeat peccatoribus, & eos vsq; ad inferos persequatur. Qualis erat dies ille purpuratus, qui requiescente Lazaro in sinu Abrahæ, æternus torquebatur ardoribus. De quo igne & in Deuteronomio subditur; Ignis succensus est in furore meo &c. deuorabitq; terram cū germine suo, & montium fundamenta comburet, & sagittæ meæ consument eos. Terram, ideſt carnem nostram, eadem flamma comburet, & fundamenta montium quæ se eleuant contra scientiam Dei. Ipsos quoque montes, Dei iacula disperdent, & humiliati in pœnis, montes esse desistent.

Lib. 18. in c. 65. Isa. *Cap. 14.* *Psal. 38.* *Luc. 16.* *Deut. 32.*

11 IDEM explicans verba illa, plorans plo-

rauit

Li.1.in c.1 Lam.Hie. rauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius, non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius, inquit: Decepta anima diabolica suggestione, in noctem veniet futuræ perditionis. Vbi gemitum dabit perpetuum sine vlla consolatione. Ipsi enim spiritus maligni, qui eam ante per illecebras voluptatum in diuersa trahebant, tandem in tenebris exterioribus constitutam, perpetuis cruciatibus punire nō cessant. [Infra:] Recordata est Hierusalem afflictionis suæ, & præuaricationis omnium desiderabilium suorū, quæ haberat a diebus antiquis. Maximo dolore torquetur anima, cum in pœnis constitutam tam sero dolet, se tunc negligentem fuisse, quando per bona opera potuit sibi subuenire. In inferno cum dæmonibus cruciata, infructuose peccata præterita deplorat, iuxta illud quod scriptura teste impij in inferno dicturi sunt. Ergo errauimus a via veritatis, & sol iustitiæ non est ortus nobis, lassati sumus in via iniquitatis, & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus: Quid nobis profuit superbia? & diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? Transierunt illa omnia, tanquam vmbra mortis, in malignitate autem nostra consumpti sumus. Tunc & ipsi spiritus maligni deridebunt ocium, quod negligentes inutiliter duxerunt per præsentis vitæ spacium. Vnde & nunc per Prophetam dicitur: Viderunt eam hostes, & deriserunt sabbata eius.

Tren.1. Sap.5. Matt.11. Luc.16. Tren.1. Matt.25.

12 AVGVSTINVS refert reuelationem mirabilem, qua ingentes Purgatorij pœnæ conuincuntur, quam retulimus supra lib.4.c.1. Tomo 3. lib. de spiritu, & anima, de cruciatu malorum in inferno disputans ait: miseris mors est sine morte, & finis sine fine, defectus sine defectu. Quia & mors semper viuet, & finis sēper incipiet, & defectus deficere nesciet, mors perimet & non extinguet, dolor cruciabit, & pauorē non fugabit, flamma comburet, sed tenebras non discutiet. Erit enim in igne obscuritas, in obscuritate pauor, in combustione dolor. Ita reprobi ignibus inferni traditi, in supplicijs dolorem sentient, & in doloris angustia pauore ferientur, & semper tolerabunt, & semper timebunt, quia sine fine semper cruciati viuent, sine spe veniæ, & misericordiæ, quod est miseria super miseriam. Si enim post tot millia annorū, quot capillos habuerunt omnes quicumq; fuerunt & erūt, pœnas suas finiri sperarent, multò leuius eas sustinerent. Sed quia spem non habent, nec habebunt, desperatione deficient, & ad tormenta non sufficient. De his per Isaiam scriptum est. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, quia nec ipsi consumentur. Vermis cōscientiam corrodet, ignis carnem comburet, quatenus qui authori suo corde & corpore deliquerunt, corde simul & corpore puniantur, cum anima a beata vita separata erit, & corpus æternis supplicijs subiacebit. Ibi erit metus, & mæror, luctus, & dolor. Tunc verè nihil lugere erit nisi flere, quia pœnitere tunc nulli poterit valere, ibi erit tortor cædens, vermis corrodens, ignis consumens. Peccata detegentur, rei punientur, & hoc totum perenne. Dolor combustionis eos foris cruciabit, pœna cęcitatis intus obscurabit. Videbunt autem illa terrima monstra dæmoniorum, & laruales facies eorum. Videbūt etiam tormenta inferni, & in tormentis sequaces suos quos inordinato amore contra Dei præcepta amauerunt, quatenus illorum interitus eos in augmēto damnationis suæ affligat: Deum autem non videbūt, quod est omnium miseriarum miserius. Quis enim dicere potest, quanta pœna erit non videre Creatorem, & plasmatorem omnium, Redemptorem, & Saluatorē fidelium, per quem sumus, & sapimus? Idcirco necesse est, vt nos vndiq; circunspiciamus, & vbique custodiamus. Quisquis meminit illicita se commisisse, studeat a licitis abstinere, & qui prohibita committit, si-

Tom.3.li. de spiritu & anima. Isa.66. Lib.6.inc. 1.Isa.30.4. Isa.66. Lib.18.in c.65.Isa. Cap.14. Psal.88. Luc.16. Deut.32.

bimet abscindat concessa, & reprehendat se in minimis, qui meminit se deliquisse in maximis.

13

IDEM explicans verba illa Mat.13. Primū colligite zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum, ait: Ligate fasciculos, hoc est rapaces cū rapacib. adulteros cum adulteris, fornicatores cū fornicatoribus, homicidas cū homicidis, auaros cum auaris, iracundos cū iracundis, falsos testes cum falsis testibus, fures cum furibus, derisores cum derisoribus, similes cum similibus. Hi sunt fasciculi ad comburendū. Fratres expaueſcere, & timere debemus, de tam breui saturitate, de tam longa fame, de tam longis tenebris, de tam breui luce. [Infra] Ser.40. Væ illis hominibus, qui habebunt mansionē cum Diabolo, ex qua ascendet fumus tormentorū in sæcula, quorū vermes non morientur, & ignis non extinguetur: in qua nulla vox nisi gemitus, nulla requies, sed semper inquietudo: in qua nullum habebunt refrigerium, sed semper flammam, vbi lux nunquam videbitur nisi tenebræ, & non venient vnquam in memoriam ante Deum: quorum cibus est cruciatus, & mansio eorum cum Diabolo, & nulla visitationibus pœna.

14 Ser.39. de Sanctis. to.10.

15 Ser. 41. de Sāctis qui est de Purgatorio.

IDEM postquam de Purgatorio explicuit locum Pauli 1.ad Cor.3. Si quis ædificat super fundamentū hoc, lignum, fœnum, & stipulam &c. si cuius opus arserit detrimentum patietur, ipse aūt saluus erit, sic tñ quasi per ignē, addit: Ipsi in illo purgatorio igne tandiu moras habebimus, quandiu supradicta peccata minuta, lignum, fœnum, stipula consumantur. Sed dicet aliquis, non pertinet ad me quandiu moras habeā, si tñ ad vitam æternam perrexero. Nemo hoc dicat fratres charissimi, quia ille purgatorius ignis durior erit, quam quidquid pōt in hoc sæculo pœnarum videri, aut cogitari, aut sentiri. Et cum de die iudicij scriptū sit, q̄ erit dies vnus tanquam mille anni, & mille anni tanquam dies vnus, vnde scit vnusquisq; vtrū diebus an mensibus, an fortè etiā & annis per illū ignem sit transiturus? Et qui modo nec vnum digitum suum in igne vult mittere, timeat necesse est, vel tūc paruo tēpore cruciari. Et ideo totis viribus vnusquisq; laboret, vt capitalia crimina possit euadere, & minuta peccata ita operibus bonis redimere, vt de ipsis nihil videatur remanere, quod ille ignis possit absumere.

Isa.89.

16 In lib.15. moral.c.8. to.1.

GREGORIVS exponens illa verba Iob 20.c. Affligetur relictus in tabernaculo suo inquit: Iniqui tabernaculū, caro est, quia ipsam lætus inhabitat, & si fit possibile optat, vt eam nunquā relinquat. Quam vi delicet carnem cū in resurrectione receperit, cum ea gehennæ igni traditus ardebit; tunc ab ea educi appetit, tunc eius tormenta euadere, si valeat, quærit, tunc incipit velle vitare, quod amauit. Sed quia eandē carnem Deo præposuit, iudicante Deo agit, vt ex ea amplius in igne crucietur. Hic itaq; eā relinquere nō vult, & tñ ab ea abstrahitur, illic eam relinquere appetit, & tamen in ea propter supplicia seruatur. Ad augmentū itaq; tormenti, & hic de corpore nolens educitur, & illic in corpore tenetur inuitus: & propterea de talibus dicitur: Affligetur relictus in tabernaculo suo.

17 Li.9.Mor. ral.c.38. Iob 10.

IDEM explicans verba illa Iob: Antequam vadam, & reuertar ad terrā tenebrosam, & opertā mortis caligine, sic habet: Quid terræ tenebrosæ nomine, nisi terræ tartari claustra signantur, quæ æternæ mortis caligo operit, quia damnatos quosque in perpetuum a uitæ luce disiungit. Nec immerito infernus terra dicitur, quia quicumque ab eo capti fuerint stabiliter tenentur. Rectè igitur inferni claustra tenebrosa terra nominantur, quia quos puniendos accipiunt, nequaquam pœna transitoria vel phantastica imaginatione cruciant, sed vltione solida perpetuæ damnationis seruant. Quæ aliquando etiam laci appellatione signantur, propheta attestante, qui ait: Portauerunt ignominiam suam cum his qui descen-

Ezec. 16.

dunt in lacum. Infernus ergo & terra nominatur, quia susceptos stabiliter tenet, & lacus dicitur, quia hos quos semel cœperit, semper fluctuantes, & trepidos, tormentis circunfluentibus absorbet. Loca autem illa, dicuntur miseriæ & tenebrarum. Miseria ad dolorem pertinet, tenebræ ad cæcitatem, quia foris dolor cruciat, quos diuisos a vero lumine intus cæcitas obscurat, vbi vmbra mortis & nullus ordo, vmbra mortis est obscuritas diuisionis, quia damnatus quisque, cum æterno igne succenditur, ab interno lumine tenebratur. Natura ignis est, vt ex seipso & luce exhibeat, & concremationem. Sed vltrix illa flamma vi
18 tiorum, concremationem habet, & lumen non habet.
Matt. 22. Vnde tenebræ exteriores vocantur. Vnde Psalmista
Psal. 57. ait: Super eos cecidit ignis & non viderunt solē. Ignis enim super impios cadit, sed sol igne cadente nō cernitur, quia illos quos gehennæ flamma deuorat, a visione veri luminis cæcat, vt & foris eos dolor combustionis cruciet, & intus pœna cæcitatis obscuret, vt simul corde & corpore puniantur, & vtrobique pœnas sentiant, qui dum hic viuerent, prauis suis delectationibus, ex vtroque seruiebant. Vnde bene per prophe
Ezec. 32. tam dicitur: Descenderunt in infernum cum armis suis. Arma quippe peccatorum sunt membra corporis, quibus perversa desideria quæ concipiunt exequuntur. Cum armis ergo ad infernum descendere, est cum ipsis quoque membris, quibus desideria voluptatis expleuerunt, æterni iudicij tormēta tolerare.

19 IDEM explicans verba illa, vbi nullus ordo, sed
Iob 10. sempiternus horror inhabitat, postquam ostendit in inferno esse ordinata tormenta pro qualitate delictorum, quia potentes potenter tormenta patientur, &
Sap. 6. fortioribus fortior instat cruciatio: & in Babylonis damnatione dicitur, quantum exaltauit se, & in delitijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum; quapropter Dominus iussit colligere zizania, & ligare ea
Apoc. 18. in fasciculos ad comburendum, quia pares paribus sociantur, asserit: quòd ipsa quoque supplicia, quæ ordinata per iustitiam veniunt, ordinata procul dubio in corde morientium non sunt. Quia, vt superius diximus, dum damnatur quisque, foris flamma succenditur, intus cæcitatis igne deuoratur, atq; in dolore positus, interius, exteriusque confunditur vt sua deterius confusione crucietur. Et sempiternus horror inhabitat. In huius vitæ tormentis timor dolorem habet, dolor timorem non habet, quia nequaquam mentem metus cruciat cum pati iam cœperit quod metuebat. Infernum vero, & vmbra mortis obscurat, & sempiternus horror inhabitat. Quia eius ignibus traditi, & in supplicijs dolorem sentiunt, & in doloris angustia pullante se, semper pauore feriuntur, vt & quod timent tolerent, & rursum quod tolerant sine cessatione pertimescant. De his enim scriptum est: Vermis
Isa. 66. eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Hic flamma quæ succendit illuminat, illic ignis qui cruciat obscurat. Hic metus amittitur cum tolerari iam cœperit, quod timebatur, illic & dolor dilaniat, & pauor angustiat. [Infra:] Fit ergo miseris
20 mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu, quia & mors viuit, & finis semper incipit, & deficere defectus nescit. Supplicia, in se dementos, & vltra vires cruciant, & in eis vitæ subsidium extinguendo seruant, qui & ad finem per tormenta properat, & sine fine deficiens durat, mors perimit, & non extinguit, dolor excruciat, sed nullatenus pauorem fugat, flamma comburit, sed nequaquam tenebras discutit. Quānis illic ignis, & ad consolationem non lucet: & tamē vt magis torqueat ad aliquid lucet. Nam sequaces quoque suos secum in tormento reprobi, flamma illustrante, visuri sunt, quorum amore deliquerunt in aug
Luc. 16. mentum suæ damnationis. Vnde purpuratus dives ad doloris sui cumulum, propinquorum absentiū memorinit. Vnde constat, quia eos ad augmentum supplicij, paulo post potuit etiam præsentes videre. Tres Dan. 3.
puero in camino proiecti sunt, ligatis manibus & pedibus, quos rex illęsos deambulantes vidit, ignis & vestimenta non attigit, & vincula incendit, sanctisque viris ad inferendum tormentum flamma fugit, & ad solutionem vinculorum exarsit. Sicut ergo electis, ignis ardere nouit ad solatium, & tamen ardere ad supplicium nescit, ita e diuerso gehennæ flamma reprobis, & nequaquam lucet ad consolationis gratiam, & tamen lucet ad pœnam, vt damnatorum oculis, ignis supplicij, & nulla claritate candeat, & ad doloris cumulum, dilecti qualiter crucientur ostendat.

BERNARDVS inquit: A cella in cœlum sæ- 21
pe ascenditur, vix autem vmquam a cella in infernum descenditur, nisi sicut dicit psalmista: Descendant in infernum viuentes, videlicet, ne descendant morientes. Hoc enim modo sæpe cellarum incolæ in infernū descendunt. Sicut enim assiduè contemplando, reuisere amant gaudia cælestia, vt ardentius ea appetant, sic & dolores inferni, vt horreant & fugiant. Et hoc est, quòd imprecantur inimicis suis orantes, vt descendant in infernum viuentes.
In libro de vita solitaria ad fratres de monte Dei. Psal. 14.

Iniurians proximum seipsum lædit, non alterum, vnde remittere iniurias conuenientissimum est.
Cap. IIII.

IN re hac frequentissimi sunt sancti, de quibus mul 1
ta diximus supra lib. 1. cap. 12. & 13. quę omnia huic proposito accommodantur vltra ea, quæ ibi adnotauimus.

ORIGENES explicans ea omnia, quæ in taber- Hom. 9. in
naculo statuenda docuit Dominus vbi iussit colum- Exo. to. 1.
nas facere argenteas, ait: Tabernaculi in seipso vnusquisque formam potest explere. Columnæ autem argenteæ sunt patientia rationabilis. Nam & qui non sentit iniuriam, & propterea non reddit, patiens videtur, sed non est rationabilis ista patientia. Iste ergo, habet quidem columnas, sed non sunt argenteæ: qui vero propter verbum Dei patitur, & fortiter fert, iste columnis argenteis decoratus est, & munitus.

IDEM vbi explicat parabolam illius, qui debebat 2
decem millia talenta, inquit: Propositum parabolæ Hom. 7. in
vult docere, faciles nos esse debere ad indulgendum c. 18 Matt.
eis qui nocuerint nobis, maxime, si postquam nocue- ibæi. in fi-
rint, satisfaciant nocitis nobis, & deprecentur dari fi- ne. to. 3.
bi veniam eorum quæ offenderunt. Illud quoq; nos instruit, quòd etiam eorum peccatorum, quæ iam nobis a Deo indulta sunt, reuocationem faciet Deus, nisi indulserimus offendentibus nos, ita ex corde, vt nec modicam aliquam memoriam offensionum earum apud nos reseruemus.

IDEM explicans verba illa; Nulli malum pro ma 3
lo reddentes ait: Malum inferre, peccatum est, redde- Li. 9. in
re autem malum, grauius peccatum est. Nam ille, qui 12 epistola
malum prior intulit, non sentit malum esse quod fe- Pauli ad
cit. Qui autem reddit malum, eo ipso, quo ad vlci- Romanos.
scendum est motus, confessus est sensisse malum esse, eod. to.
quod reddidit. Et ideo respiciendum est semper ad eum, qui dixit; Mihi vindictam, & ego retribuam. [Infra:] Non vos vindicantes charissimi, sed date locū Rom. 12.
iræ. Scriptum est enim: Mihi vindictam, & ego retribuam dicit Dominus. Hi, qui se ipsos non vindicant, quomodo iræ locum dent dupliciter potest intelligi. Nam & hoc ipso, quòd (verbi causa) manum manu non referunt, aut conuitio conuitium non reddunt, iræ illius, qui fecit iniuriam, pertranseundi, & euanescendi locum dederunt. Nemo enim ita rabidus inuenietur, qui illa iniuria, si vecem non recipiat, iterum sæuiat, sed quasi effuso ac digesto furore, necessario mitescet. Est ergo & grande

lucrum

fuerum vbi & peccantis multitudo compescit peccatorũ,& iniuriæ passio,patiẽtia,,pbabilis sit apud Deũ. Est autem & hoc modo iræ locum dare, quando pro his quæ inferuntur iniurijs, qui peccant, secundum ipsius Pauli sententiam, iram sibi thesaurizant in die iræ,tunc cum reddet Deus vnicuique secundum opera sua. Si ergo nosmetipsos vindicemus, non est magnum,quod pro iniuria susceptа reddimus. Verbi causa,aut palmam pro palma,aut saxum pro saxo,aut pro contumelia sermonis nihilominus contumeliam. Si vero seruemus ea vindictæ Dei,in eo qui læsit,nos locũ damus iræ. Ille sine dubio multo grauiores,quàm nos inferre possumus,exiget pœnas. Si inimicus tuus esurierit,ciba illum,si sitierit,potum da illi; hoc enim faciens, carbones ignis congeres super caput eius. Quamuis in propatulo sit intellectus iste, quo secundum ea,quæ diximus,inquantum inimicis & lædentibus non solum vicem non reddimus, sed & bona præstamus; intantum pœnas eorum in Dei iudicio cumulamus. Est enim verè iusta damnatio, si arguatur ante Dominum, his intulisse mala,a quibus perceperunt bona. Tamen videmus ne aliquid dignius,mandati huius contineat intellectus. Fortassis isti carbones ignis qui congregantur super caput inimici, in adiutorium ipsius congregantur. Potest enim fieri, vt amens ferus,& barbarus inimicus,si sentiat beneficium nostrum,si humanitatem,si affectum,si pietatem compunctionem cordis capiat, commissi pœnitudinem gerat,& ex hoc ignis quidam in eo succendatur, qui eum pro commisso conscientiæ torqueat, & adurat,& isti erunt carbones ignis, qui super caput eius ex nostro pietatis opere congerantur. Noli vinci a malo,sed vince in bono malum; vincitur a malo,qui malis prouocatus reddit malum: in bono autem vincit malum,qui accepit malis,restituit bona.

4 Dan.3.

Rom. 12.

Hom.9.in Exo.to.1.

5 CHRYSOSTOMVS sic habet: Si autem discere volueris,quoniam non malefacere, hoc fortiores fecit,sed inferentes mala tolerare, respice Iacob, quomodo quantumcunque a Laban iniuriatur. Quis ergo fortior erat,qui eum in manus acceperat, nõ audiens tangere,sed timens;aut qui sic absque armis, & exercitibus,mille regibus sibi terribilior factus? Nonne hic? Quemadmodum enim calcans ignem, semetipsum excoquit,& adamantem percutiens, se ipsum lędit,& qui contra stimulum calcitrat, se ipsum vulnerat,sic qui offendere cogitat,se ipsum offendit, omnique luto fit infirmior. Excidit quandoq; patria, & sanctus Dauid,atque de libertate & vita periclitabatur, & exercitum aduersus impudentem adolescentem tyrannum illum & patricidam parans,Semei homo qui dam malus, sese exposuit virum sanguinum eum appellans,& impium,milleq; malis infectum, neque sic irritatus est; Quinimmo Imperatorem exercitus rogantem,vt descendere permitteret, & illius truncare caput. Non modo non permisit,sed & insuper ira cõcitus dixit,Quid mihi,& tibi, fili Saruiæ? Dimitte eũ vt maledicat, si forte aspiciat Dominus afflictionem meam,& reddat mihi bonum pro maledictione hac? Vides quomodo nouit iustus,quoniam generoso animo perferre maledicta,occasio maioris sit meriti?

Hom.5. de patientia Iob to.1. Gen.31.

1.Reg.15.

2.Reg.16.

6 IDEM inquit: Calumniator,& insidiator non aliter se ipsum prius interfecit, quàm qui accendit ignẽ prius concalescit,vt qui duros silices manu cędit,ipse non lapides vapulat,qui ad stimulos calcitrat,seipsum ferit. Contra vero,qui magno animo iniuriã perfert, seu silex,ignis,& stimulus,aduersarium vlciscitur,præsertim cum nullas vires iniuriantes habeant. Nõ ergo iniuriam pati,sed iniuriam facere,aut nescire pati, malum est. Quot quantasq; iniurias ferebat Dauid? quod quantasq; faciebat Saul? Vter enim istorum fortior ac beatior fuit,& vter miserior ac miserabilior? Nonne q. iniuriose faciebat? Cum in manibus habuerit Dauid Saulem,ac pepercerit,vter miserior ac imbecillior,aut beatior,atq; fortior? Nonne ille, qui nec iustè quidẽ inimicum animaduertit? Merito,inquam, ille fortior. Nam Saul armatus erat, constipatus militibus,Dauid autem iustitia muniebatur, quæ multis exercitibus robustior est, idcirco iniuria vexatus, nec iustè quidem perimere inimicum voluit,admonens nequaquã nos inferendo iniuriam,sed æquo animo patiendo fortiores fieri. Quid porro Iacob? Nonne a Laban iniuriam accepit? Vter igitur fortior,atque robustior,qui cum alterum in manu habuerit, nec tangere vnquam ausus fuerit,sed semper eum timuerit,an qui sine turba militum,omni exercitus ductori illi terribilior fuerit? Verum,vt nobis confirmatior hæc oratio fiat, in ipso rursum Dauid in contrariam partem, verso sermone,rem considerabimus. Nam qui cum magno animo ferebat iniurias,inuictus erat,is postea iniurijs, imbecillis factus est. Nam ordo ille tunc permutatus fuerat cum Vriæ iniuriam intulit,& imbecillitas quidem iniuriantis,robur autem iniuriam perpesso conjungebatur, quippe Vrias vel mortuus, domum illius vniuersam depopulabatur, ita vt Dauid quamuis, & rex esset,& viueret,nihil tamen posset. Ille autem gregarius miles,& occisus, omnia illius intus foris q; contudit. Sunt iniuriantes viliores cæteris, animam suam impugnantes.

7 Gen. 31.

2.Reg.10.

8 IDEM sic habet: Nemo potest iniuriam tibi inferre præter te ipsum. Quare si iniuriatos tibi persequi cupis,te ipsum primò inuadas,nullus enim prohibet. Nam si alium aggrediaris,maiori iniuria pressus iacebis. Quas vero iniurias alterius aduersum te dicere poteris, quia tibi scilicet alius conuiciatus est, aliud te percussit,alius tua rapuit,alius in pericula iniecit? Sed non est hoc iniuriam pati,verum si vigilanter inspicimus,non paruo emolumento iuuari, non enim qui passus est, sed qui fecit, iniuriam patitur. Omnium certe malorum hæc causa est, quia nec intelligimus quidem quis facit,& quis patitur iniuriam. Nam si rectè intelligeremus, non iniurijs nos ipsos vexaremus aduersus aliũ orantes, cum certiores essemus, neminem in terris posse nobis afficere iniuria. Non enim tua rapi,sed aliena te rapere, tibi malum est. Illum quippe,tam homines quàm diuinæ literæ miserantur,te autem,qui patienter iniuriam pertulisti,& coronã donant. & æternis prœconijs laudant. Quemadmodum enim,si quis febricitans, aqua frigidissima plenum vas rapuerit ab aliquo, & cum pestiferam bibendi cupiditatem expleuerit, morti se ipsum tradiderit, non eum,vnde aqua rapta est,sed eum, qui rapuit accusamus,& sibi ipsi iniuriatum censemus. Sic certè de rapacibus,& auaris cogitare debemus. Si quis quis etiam furore concitus, gladio a latere cuiuspiam rapto seipsũ occiderit,nonne qui rapuit,sibi ipsi iniuriam intulit,cum is a quo ensis raptus fuit,nulla sit vexatus iniuria? ita &c.

Ho. 52. in Matth.

9 IDEM explicans verba illa; ego autem dico vobis non resistere malo,ait: Homines crudeles peccare se non arbitrantur,si reddiderint mala pro malis, non considerantes,quæ dicuntur in Psalmo: Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis. Quæcunque enim ille dinumerat,meritò se pati debere,si reddiderit retribuentibus sibi mala. sciant Christiani,omnia illa meritò se esse passuros; si reddiderint retribuentibus sibi mala. Nam & casuri sunt ab inimicis suis inanes, & persecuturus est inimicus animas eorum,& comprehensurus & conculcaturus in terra vitam eorum,& gloriam eorum in puluerem deducturus. [Infra:] Si quis te percusserit in vnam maxillam,præbe ei & alteram. Non.n.diabolus tantum de vulnere humani corporis gaudet,sed & magis in vulnere animæ delectatur. Ideo.n.excitat aliquẽ qui te percutiat, vt dum tu excitatus repercutis eum, pecces, & vno ictu vulneret ambos. Ideoque si repercusseris eum, in prima quidem facie illum vicisse videris,

Ho. 12.ex imperfecto Chrysostomi in c.5. Matt. i fi. Psal. 7.

Matth. 5.

videris,re vera autem a diabolo victus es. Et putas, quia te satiasti de illo, & re vera diabolum satiasti de te. Si autem non repercusseris eum, ab homine quidem victus videri,diabolum autem vicisti. Hæc se-
10 cundum iustitiam Dei. Videamus autem secundum vtilitatem carnalem. Numquid si repercusseris eum, compescuisti eum, vt iam non te percutiat? Sed magis excitas eum,vt adhuc te percutiat. Nam iracundia per iracundiam non compescitur, sed amplius irritatur. Quemadmodum si ignem cum igne coniungas, maior flamma succenditur, si autem non repercusseris eum,ille iam stabit, siquidem sapit confusus, & compunctus corde pœnitet. Attamen & si sic insanus, vt nec patientiam tuam intelligat,nec confundatur in facto suo,numquid potes tu te amplius vindicare,quam Deus te erat vindicaturus? Ideoq; si repercusseris eum, perdidisti vindictam, quia te ipsum vindicasti, & liberasti eum de manibus Dei. Si ergo fortiter iraseris, patientia, age, vt melius vindiceris, scilicet per Deum. [Infra:] Et qui vult tecum in
Gen. 39. iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Sicut Ioseph dimisit pallium in manu meretricis,& fugit cum meliore pallio castitatis;sic & tu proijce pallium in manus calumniatoris,& fuge cũ meliore velamento iustitiæ,ne forte dum vis vindicare vestem corporis, pretiosissimum animæ vestimentum perdas. Non solum ergo propter læsionem animarum nostrarum percutientem sustinere debemus, sed etiam propter demonstrationem indubitabilium Christi promissionum, vt ille, qui viderit te iniurias proprias negligentem,intelligat, quia vere est certissima spes Christianorum in cœlis.

11 IDEM ait:Frater tuus iniuria te affecit,lachryma
Hom.8.in epist. Pauli ad Roma. to.4. re non ob tuam iniuriam, sed ob illius exitium, sicut Christus Dominus Iudam lachrymatus est,non quando ipse crucifigebatur,sed quando ille prodebat. Iniuria te & conuicio affecit. Deum obsecra,vt statim propitius illi fiat: iram fræna, quoniam quidem lætalem ille accepit plagam, quoniam ipsum vulnerauit diabolus. Ne igitur & tu præterea ferias, ne te ipsum vnà cum illo deijcias: nam tantisper dum supersedes,potes ipse & illum seruare, qui si iniuriam iniuria referens te ipse quoque deieceris quis tandem vos humi iacentes tollet? Certè haudquam poterit humi prostratus, an tu qui vnà cum illo collapsus es? Qui tibi ipse manum porrigere nequisti,alteri poteris? Sta igitur generoso pectore,ac scuto oppositò, & mortuum illum è pugna (frater tuus est) per lenitatem trahito? Vulnerauit illum ira,ne vulnaueris & tu,sed prior iaculum abijcito. Nam si ita inter nos vixerimus,è vestigio sani omnes erimus, sinautem arma innoxiæ inuicem sumpserimus,ne diabolo quidem opus erit ad nostri inter necionem. [Infra:] Tu iniuriã prior passus es? Verum,non quod passus fueris,sed quod feceris,
Gen. 4. hoc ipsum est iniuriam passum esse. Trucidauit Cain Abel fratrem suum. Vter igitur mortuus erat? Is,qui post mortem clamabat(vox enim inquit, sanguinis fratris tui clamat ad me de terra) an qui dum viueret,timidus,trepidusque erat? Hic enim,hic quouis mortuo miserabilior erat. Vidisti,vt melius,præstantiusque sit iniuria affici, etiam si ad cædem vsque quis processerit, disce vt iniuria afficere deterius sit. Verum hic coronabatur,ille contra puniebatur. Sublatus trucidatusque est iniuste Abel; sed tamen hic quidem moriens accusabat damnabat, ille autem viuens obmutescebat,& pudore suffundebatur, & reus peragebatur. Vter igitur est reus peractus,qui supplicium affert, an qui supplicium patitur? Qui tantum a Deo
12 honorem consequitur,an qui nouo cuidam & inspera
Ho. 16.in 1.epist. Pauli ad Corinthios. to supplicio addicitur?

IDEM sic habet:Si toleras iniuriam, victor euadis. Et quòd hoc sit verum,dic quæso,vter vicit; ille, qui super fimo rebus omnibus spoliatus sedet Iob,an qui omnia abstulit diabolus? Clarum est, quòd omnibus destitutus, qui vero omnia abstulit, succubuit. Vtrum igitur tanquam victorem admiramur diabolum percutientem, an percussum Iob? Sane perspicuum est, quòd Iob. Si malum fuisset & iniuriam accipere, nunquam id nobis Deus præcepisset. Deus enim mala non præcipit, an ignoratis, quòd ipse est Deus gloriæ, neque dedecore vos, neque risu, neque detrimento complecti voluit,sed cõtraria afferre? Idcirco mandat vt iniuriam accipiamus, & persuadet, quid gloria sit, quid ignominia, quid damnum, quid lucrum. Qui iniustè operatus est,cum pecunijs abijt, sed conscientia mala: qui autem iniuriam accepit,pecunijs priuatus,fiduciam in Deo habet, possessionem innumeris thesauris pretiosiorem. Inquis, perdidi mea omnia,& tacere præcipis, calumnia sum grauatus,& me æquo animo ferre admones? & quanam ratione potero? Facile quidem si cœlum suspexeris, & eius videris pulchritudinem, & quid tibi polliceatur Deus te accepturum, si iniurias generose pertuleris ita facias, & intelliges, quòd sedenti super cherubim factus est similis. Etenim ille contumelijs affectus est, verberibus cæsus est,neque vicem reddidit,sed innumeris beneficijs prosecutus est eos qui eiusmodi iniurias in eum machinati fuerant. Intellige, quòd nudus egressus es de vtero matris tuæ, & nudus hinc migrabis, & tu, & ille qui tibi iniuriatus est, sed is longe magis innumeris cum vlceribus, & vermibus scaturientibus. Vides apud aliquem,pauperis domum,lachrymare, non eum qui suis rebus spoliatus est, sed qui spoliauit. Non enim intulit, sed accepit malum, illum namq; rebus priuauit præsentibus,se ipsum autem ineffabilibus bonis.

13 IDEM probare contendens, quòd nemo lædi-
Hom.9.ex 16.varij. to 5. tur,nisi a se ipso sic habet: Multi dicunt quotidie videmus lædi quamplurimos, & affligi, & opprimi cũ omni iniuria, humiles & infirmos a potentibus, & pauperiores a ditioribus inuadi, & sicut non est possibile numerare fluctus maris, ita nec hi qui affliguntur & iniuriam patiuntur, possunt numero comprehendi. Et in tantum, labes mali huius, augetur, vt nonnulli infœlices & stulti in id insaniæ proruperint vt etiam diuinam pro his prouidentiam culpent. Cũ ergo huiusmodi apud plurimorum mentes feratur opinio,necessario contra hæc hic noster introducitur sermo. [Infra:] Omne,quod est in rebus, habet aliquid quo corrumpi possit,ac lædi. Verbi gratia,ferrum rubigo lædit,lanam tinea, ouem lupus, dulcedinem mellis,amaritudo,grandò vineam lædit, virgulta locustæ, morbi animalium corpora. Requiramus ergo nunc,quid illud sit,quo virtus quoque animi lædatur ac vitietur humani. Alij putant, quòd noceat homini paupertas,alij damna,aut calumniæ,alij mors & in his esse cunctas hominum miserias iugiter deflent. Flent pauperes,captiuos, exules, ægrotantes, &c. Hi vero,qui malè agunt,& nequiter viuunt,a nullo penitus flentur, sed laudantur,& beati dicuntur, q̃ omnium malorum causa est. Ostendamus quo modo nihil horum nocere prudenti viro potest. Quid enim est, qui facultates amisit, huiusmodi damna læserunt in animi virtute? Quæ est hominis virtus? Non sunt diuitiæ,ne timeas paupertatem, nec sanitas corporis,ne languorem metuas, nec fama & existimatio humana,ne te hominum maledicta terreant, nec vita hæc communis,ne timeas mortem,nec libertas, ne ser-
14 uitutem perhorrescas. Sed quæ est virtus animi? Rectè sentire de Deo, & rectè inter homines agere. Illa n.omnia, quæ supra diximus auferri ab homine possunt,et si nolit,hęc vero si habeat,auferre ab eo nullus omnino, nec ipse diabolus potest,nisi ipse ea qui possidet perdat. Percussit diabolus Iob, vt male de Deo loqueretur, aut sentiret. Sed in tam multis malis, non solum nihil læditur Iob, verum & clarior per

hæc

hęcae magnificentior redditur. Cum enim euactis eum facultatibus, atque ipsius sanitate corporis spoliasset, immensas ei virtutum diuitias per patientiam congregauit. Quod si iste, qui tanta perpessus est, & ab eo perpessus, qui omnes homines nequitias & crudelitate pręcellit, lædi in animi virtute non potuit, qs erit iam cuius videatur iusta excusatio, cum dicit; ille me læsit, ille offendit, ille nocuit? Si enim diabolus, qui omni malitia repletus, commotis vniuersis viribus suis, atq; omnibus telis & armis, iustum lædere non potuit, sed magis eum glorioſum reddidit, quomodo dignè quis vllum hominem culpabit, quod ab eo lædi quiuerit, aut noceri? Hominem non diabolus, sed propria ignauia lædit cum peccat. Sed dices, quid ergo? Qui calumnijs circumuentus proscribitur, & amittit vniuersam substantiam, non est læsus, cum paternis nudatus bonis vltima egestate cruciatur? Non, immo vero non solum læsus non est, sed & lucri aliquid capiet si vigilauerit. Quid enim Apostolos penuria rerum temporalium læsit? Nonne in fame, & siti, & nuditate degebant, & pro his clari magis & magnifici habebantur? Quid autem Lazarum? Quid vero Ioseph? Nonne quod opprobrijs domi, & peregrè repletus est, in admiratione est omnibus apud homines, & in magna gloria apud Deum? Mors ipsa, dic mihi, quid nocuit iustissimo Abel? Non ne ob hoc in omni orbe terrarum canitur, & celebratur? Vides quo modo non solum nullus lædatur ab alio, sed quòd & lucra maxima capiant sancti homines in his quibus videntur affligi. Sed tamen quamuis sancti clariores effecti sint per tolerantiam, non tamè, qui iniurias intulerunt, eximuntur scelere, per propositi sui malitiã.

15 Meritò igitur a iusto iudice Deo illis quidẽ, qui constanter philosophati sunt, & ad palmam victoriæ perueuerunt, regnum paratur, alijs autem gehenna. [Infra.] Cum ergo hæc mala inferuntur iniustè, tu non consideres eorum qui inferunt iniuriam, sed eorum quæ pro his retribuentur perpende gloriam. Cum ergo neque facultatum damna, neq; calumnię, neq; opprobria, nec exilia, nec ægritudines, & cruciatus, neque ipsa mors, quæ videtur omnibus his esse grauior, lædat homines, quinimmo & iuuet, & clariores reddat, vnde iam probabis lædi aliquem posse, cum ex his omnibus non lædatur? Verum ego & amplius adhuc quid affligare tentabo, quia illi soli læduntur, qui lædunt, & nulli alij nocet noxa, quam cæteris inferũt, nisi ipsis, qui inferunt. Claret ergo non solum neminẽ lædi ab his, qui iniurias inferunt, sed illos tantummodo lædi, a quibus irrogantur iniuriæ, quoniam qui dẽ neque diuitiæ, neque libertas, neque sanitas, aut alia huiusmodi, propria hominis bona sunt, sed sola animi virtus. Et ideo cum erga ea, quæ extrinsecus sunt, damnum, aut amissio, aut afflictio vlla superuenit, nõ læditur homo, quia omne bonum eius in animi virtute consistit. Si autem in virtute homo lædatur, nõ ab alio læditur, sed a seipso. Si quando verberatus ab alio vel facultatibus spoliatus, &c. blasphemum & impiũ ex ore suo protulerit verbum, læsus in hoc valde est, non tamen ab alio, sed a seipso per impatientiã suam. [Infra:] Vis autem videre quantum mali habeat vindictæ cupiditas? Misericordiam Dei aufert ab homine, & concessam iam gratiã infringit, ac reuocat. Scriptum est enim in Euangelio, quòd is qui multorum talentorum debitor fuerat, & veniam precatus a Domino impetrauerat, cum conuersus ad conseruum suũ, qui parum ei pecuniæ debebat, hoc est, qui in eum parum peccauerat, exigere eum cœpit, vindictam scilicet sumere. Et ob quod immitis fuit erga indulgentiã conserui, ipse de se sententiam tulit, vt nõ solum iam concessa non frueretur indulgentia, sed & tortoribus traderetur, atque vniuersam debiti summam cum supplicijs, pœnaq; persolueret, & ita pro vindictæ desiderio, munus diuinæ perdidit indulgentiæ.

Matt. 18.

IDEM sic ait: In inimicorum insidijs & calumnijs, nos iniuriam non patimur, sed illi qui faciunt. Aut enim, Anima quæ peccauerit ipsa morietur. Peccauit autem, non qui malè passus est, sed qui male fecit. Non ergo mortuum oportet vlcisci, sed orare pro eo vt eruatur a morte. Nonne videtis apem quemadmodum immoritur aculeo? Per illud nos animal, docet Deus, ne proximos afficiamus tristitia, ipsi namque prius mortem excipimus. Et illos quidem fortè paululum lædimus, non autem non amplius viuemus quemadmodum nec illud animal. Ferarum est verè sæuissimarum, nemine quempiam lædente, iniuriam incipere, immo vero neque ferarum. Ille namque si permittas in deserto se pascere, neque coangustans in necessitatem redegeris, numquam lædent, numquam mordebunt, sed propriam transibunt viam. Tu verò cum sis homo rationalis, iniuria fratrem afficis & deuoras, & vnde poteris excusari? Non Paulum audis dicentem: Quare non magis iniuriam patimini? at vos iniuriam facitis, & hæc fratribus. Vides, quòd male pati, in male faciendo est, bene verò pati in male patiendo. Imagines lapidibus impetens, quem lapidat, nonne semetipsum? Postmodum regis quidẽ terrem lapidans imaginem se lapidibus obruit, Christi vero temerans imaginem (homo enim, Dei imago) nonne seipsum lædit? 16 *Hom. 68. ad populũ* 1. *Cor. 6.*

AVGVSTINVS exponens verba illa; Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum, vt decipiant pauperem & inopem, vt trucidẽt rectos corde, gladius eorum intret in corda ipsorum sic habet: Facile est, vt gladius eius perueniat ad corpus tuum, sicut peruenit gladius persecutorũ ad corpora martyrum, sed percusso corpore cor mansit illæsum. Illius autem cor, qui gladium eduxit in corpus iusti, non plane mansit illęsum. Hoc Psalmus iste testatur. Framea eorum non dixit, intret in corpus eorum, sed framea eorum intret in cor ipsorum. In corpore occidere voluerunt, in anima moriuntur. Illos enim quorum corpora interficere voluerunt, securos Dominus fecit, dicens eis: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Quale est autem sæuire gladio, nec posse occidere nisi corpus inimici, & posse occidere animam suã? Desipiunt, contra se sæuiunt; insaniunt, non se vident, tamquam si vellet aliquis per corpus suum ferrum traijcere, vt concideret tunicam alterius. Attendis quo peruenisti, & non attendis, quia traiecisti. Illius concidisti vestem, tuam carnem. Constat ergo plus esse, quod se lædunt iniqui, & quod sibi nocent, quam quod sibi videntur nocere illis quos oderunt. Superius dixerat: Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum. Gladij eductionem intelligi voluit apertam oppugnationem, arcus autem intensionem, occultas insidias. Ecce gladius eius peremit eum, & dispositio insidiarum eius frustratur, hoc est, nihil nocet iusto. 17 *Cõcione 1. in psal. 36 to. 8.* *Matt. 10.*

IDEM exponens illa verba: Indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se, inquit; Qui detrahunt nobis, aliquando nobis absentibus faciunt, aliquando coram in faciem, sicut Domino faciebãt pendenti in cruce. Non opus habes fortitudine, quando tibi aliquis detrahit absenti, quia non audis, nec sentis, si autem in faciem tibi dicat, opus est vt fortis sis. Quid est fortis sis? Vt feras, ne ideo te putes fortem cum audieris, quia percutis pugno, victus conuitio. Non est ipsa fortitudo si conuitiatus percutias, quoniam ab ira victus es. Et valde stultum est, hominem victum, fortem dicere, cum dicat Scriptura: Melior est qui dominatur animo suo expugnatore vrbium. Habes ergo aduersarium magnum in te ipso. Cum audito conuitio ira cœperit surgere, vt reddas malum pro malo, recordare verba Apostoli: Non reddentes malum pro malo, neque maledi- 18 *In Ps. 92.* *Prou. 16.* 1. *Pet. 3.*

ctum pro maledicto. His verbis recordatis, frangis iram, tenes fortitudinem, & quia coram te ille tibi maledixit, præcinctus es illa.

19 *In Psal. 95.* IDEM explicans verba illa; ignis ante ipsum præceder, & inflammabit in circuitu inimicos eius, sic habet: Istum ignem possumus accipere in pœna malorum, quia cum prædicaretur Christus iratæ sunt gentes, & commouerunt persecutionem, quæ ira, ignis fuit, magis consumens eos, qui persequebâtur, quam eos, quos persequebantur. Cum enim videmus duos, vnum irascentem, alterum patienter ferentẽ, quis eorum ardeat, vestrum est iudicare. Ponite vobis ante oculos hominem iniquum, commotum animo, trucẽ vultu, flammantibus oculis, scintillantibus verbis, ferri in hominis necem, in iniurias, in contumelias, non se capere, non se tenere: alterum patienter excipientem verbera, quidquid ille inferre voluerit, & percutienti maxillam parantem alteram, cum videris hinc furias, inde lenitatem; hinc iram, inde patientiam; hinc flammas, inde tolerantiam; dubitas pronuntiare, quis eorum ardeat, pœnamq; patiatur? Ille, cuius corpus vexatur, an cuius animus vexatur? Propterea & *Isa. 26.* Isaias dixit: Et nunc ignis aduersarios comedet. Quid est nunc? Antequàm veniat dies magnus iudicij, iam furore suo ardent, qui postea sempiterno illo igne arsuri sunt. Nisi forte putatis, fratres mei, quia iniustitia quæ procedit ex homine ad lædendum alterum hominem, illi ad quem procedit, nocet, & illi, de quo procedit, non nocet. Vnde fieri potest? Aliquando facula ardens apponitur ad lignum humidum & viride, & non illum incendit, ipsa tantum ardet, sic & inimicus tuus. Si quis exstitit iniustus, qui tibi moliat insidias, vel præparet molestias, iniustus est. Tu si viride lignum fueris, succo spiritali vigens & vrens, flammis inimicitiarum resistes orando pro illo qui te persequitur: ille ardet, tu manes integer, & iniustitia illius illi nocet, tibi nihil nocet. Sed quomodo Christo nihil nocuerunt Iudæi, sic nec tibi quisquam persecutor inimicus, si tu elegeris esse membrum capitis illius. Ecce ignem ante Dominum præeuntem in pœnam iniquorum.

20 *In Psal. 102. Psal. 8.* IDEM inquit: Extendite dilectionem vsq; ad inimicos, securi estote. Ideo venit Christus, cui tanto ante dictum est. Ex ore infantium & lactentiũ perfecisti laudem, vt destruas inimicum & vindicatorem vel vltorem. Destruere voluit Dominus vindicatorẽ, idest eum qui se voluit vindicare, vt non illi dimittantur peccata sua. Ferto iniurias, securus esto, faciet. n. misericordias Dominus, & iudicium omnibus iniuriam patientibus. Mihi enim vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus.

21 *In Psal. 143* IDEM ait: De nulla re sic vincitur inimicus, quã cum misericordes fumus. Omnia delentur mala, cum ex vero corde, & plena fiducia dicimus illi, qui videt. Dimitte nobis sicut & nos dimittimus, aut noli dimittere, si non dimittimus. Quod etsi non dixeris, noli dimittere, si non dimittimus, prorsus non dimittit, si nõ dimittimus. Vis vt dimittam, dimitte. Aliquid contra te teneo, aliquid & tu contra alterum tenes, dimitte, & dimitto. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Hæc est mensura, ignoscę, & ignosco. Est apud te mensura veniæ dandę, inuenies apud te mensuram venię accipiendæ.

22 *In Psal. 145* IDEM explicans illa verba, facit iudicium iniuriam patientibus, sic habet: Vindicat iniuriã accipientes, puniens omnes iniurioſos. Si ergo fauebit iniuriã accipiẽtibus, & puniet iniurioſos, vide modo de quorum numero esse vis? Vide an in eis velis esse, qui iniuriam accipiunt? an in eis, qui iniuriam faciunt? Statum enim ad te procedit vox apostolica, & dicit tibi. *2. Cor. 6.* Iam quidem omnino delictum est, quia iudicia habetis vobiscum quare nõ magis iniuriam patimini? Corripit homines, quia non patiuntur iniuriam. Non vt patiaris molestiam, te hortatur, sed vt patiaris iniuriã, non enim omnis molestia iniuria est. Quidquid enim iure pateris non est iniuria, latrones multa patiuntur, sed non iniuriam. Beati autem, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.

IDEM inquit: Omnis homo debitor est Dei, & 23 debitorem habet fratrem suum. Quis est, qui non ha- *Ho. 15. de* beat debitorem fratrem, nisi in quem nemo peccauit? *verbis Do-* Putasne quisquam in genere humano reperiri potest, *mini inca-* qui nõ & ipse aliquo peccato obstrictus sit fratri suo? *put 18.* Debitor est ergo omnis homo, habens tamen & ipse *Matthæi,* debitorem. Ideo Deus iustus constituit tibi regulã in debitore tuo, quod faciet ipse cum suo. Donantes, ait *Colos. 3.* Apostolus, vobismetipsis si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut Deus in Christo donauit vobis.

Inuidia maxime de bonis iustorum, antiquum & grande malum est, & de illius remidio. Cap. V.

BASILIVS sic habet: Nihil mortalium animis, 1 inuidiæ perturbatione pernicioſius contingit, *Hom. 11.* quæ ante omnia ipsi nocet auctori, alijs vero quam *inter ve-* minimum. Quemadmodum enim venenum ferrum, *riat huius* sic inuidia hos qui eam possident, consumit atque va- *tomi, quæ* stat. Magis autem sicut viperas dicunt, abrupto ma- *est de inui-* tris ventre nasci, sic inuidia concipientem se animam *dia.* corrodere simul ac tabefacere solet. Est enim inuidia dolor de proximi prosperitate ac rerum successu conceptus. Quapropter animo inuido nunquam tristitia, nunquam mœstitia deest. Abundat proximi ager, domus bonis omnibus repletur, ex voto eueniũt omnia. Cuncta hæc tristitiæ, doloris q; occasionem inuido præbent. Ex quo nihil ab homine nudo, qui omnium iaculis petitur, differre videtur. Fortis est aliquis, alius forma clarus, alius eloquentia, alius prudentia præstat, hæc omnia, maligni feriunt animum, cumque mutare nihil audeat aut possit, simulat gaudium, secum tacite rumpitur, coram hilaritatem præfert, intus vero ab inuidiæ malo perditur, nihil omnino retegere nolens, morbum in immo cordis recessu, eius abrodentem atque absumentem viscera, mœstus retinet. Igitur talis nec medicum mali huius, nec medicinam ad id fugandum aptam inuenire pôt, quamquam curandorum ægrorum tot reperti sunt libri. Sed vnam tantum mali requiem expectat, si quando cui inuidet, ruentem aspiciat. Hic finis odij, si miserum ex beato, infœlicem ex æmulo, videat. [Infra:] 2 Quid hoc morbo pernicioſius? Interitus vitæ, pestis naturæ, aduersa omnibus bonis ex Deo venientibus, demum ipsi Deo contraria. Per inuidiam diabolus palam Deo aduersari inuentus est. Dolens enim ob præclara dona homini concessa, quando Deo nocere non valuit, ipsum insidijs petijt hominem. Eandem & Cain visus est admittere, primus diaboli discipulus, inuidiam & cædem ab eo edoctus, quas & Paulus simul iunxit, inquiẽs plenos inuidia & cede. Quid igitur ille admisit? Vidit ex Deo honorem fraternũ, & exarsit in inuidiam, atque eum, qui honoratus erat a Deo, occidit, vt irritaret Deum qui illum honorauerat. Cum enim impar esset ad debellandum Deũ, in cædem incidit fraternam. Quare inuidiam fugiamus, pugnæ in Deum magistram, homicidij matrem, naturę confusionem, amicitiæ expertem, calamitatem absurdissimam. Quid miser homo angeris nihil mali passus, aut quid eum petis, qui de tuo nihil detrahit, aut minuit? Si vero beneficio quoque deuinctus obtrectas, inuides maledicis, nonne vides te contra tuum commodum contendere? Talis profecto Saul erat, cui beneficiorum magnitudo causa fuit, vt aduersus Dauid insurgeret. Demum admirabili eius musica a morbo liberatus, hastam in eum intentauit. Deinde cum ipse cum suo exercitu *1. Reg. 18.*

ex ini-

ex inimicis seruatus,& a dedecore ex Golia proueniẽte rursus liberatus esset,cum puellæ dicerent; Saul percussit mille,& Dauid decem millia, ob hanc solam vocem,primum,hominem per se ipsum interficere,& insidiose amouere tentauit,deinde exulem constituit,cõtraq; eum exercitum duxit. Nec aliud belli causa fuisse apparet,quam Dauid successus & gloria. Inuidia ergo genus est inimicitiæ intractabile quidem ac admodum insuperabile. Nam cum beneficentia eos qui alio qui sunt infesti, reddat mitiores, malignum tamen & inuidum,magis irritat,atq; ad odium acuit, quantoq; magis fortuna crescit,tanto ille maiori premitur dolore, atq; luctu. Quod animal tam agreste est,quod non feritate non vincant? Canes educatione mansuescunt, leones obsequio tractabiles fiunt, inuidi tantum, officijs agrestiores euadunt. Quid quæso Ioseph ex ingenuo seruum fecit; Nonne fratrum inuidia? Verentes. n. illi somniorum exitum,seruum fratrem fecerunt,eũq; perdiderunt, ne aliquando adorarent. Sed ex diuina hoc contigit prouidentia,vt astutia illorum inuerteretur. Per ea enim, quibus impedire se diuinum consiliũ putauerunt, paulo post illud ad exitum deduxerunt. Christus Dominus ob inuidiam tantis est petitus insidijs. Hic, armis euersor vitæ nostræ diabolus à mundi initio,vsq; ad sæculi consummationem,omnes homines ferire,& ad interitum deducere contendit. Nec mirum, vt qui per inuidiam ac superbiam cecidit, nostra item pernicie gaudeat,nosq; eiusdem vitij spiritu configere ac pessundare cupiat. Quemadmodum ardentem siluam, aut materiã nobis cura est procul ab igne submouere; sic opus est (quoad fieri possit) inuidorũ conuersationes à nostra amicitia repellere,vt extra eorum venenatas sagittas securius agamus. Vt ærugo frumenti est vastatio,sic inuidia amicitiæ pestis. Illud autem in hoc malo laudauerit quisquam, quòd inuidus quanto in proximum vehementius mouetur,tanto sibi met maius parit incommodum. Quemadmodum sagittæ magna vi emissæ,si indurum aliquid ac respuens inciderint, in emittentem facile redeunt; sic inuidia, proximis tristitiam nequaquam affert, tantum inuidenti officit. Sed & qui morbo huiuscemodi sunt affecti, longe peiores venenatis iaculis existimantur,quòd illa per plagas virus inferunt, atque nocent, & paulatim infestum est,depascuntur, at inuidos existimãt nõ nulli,non solum rebus alijs, sed oculis etiam officere, incommodaque inferre. Vnde & corpora vegeta,pubescentium prosperam habitudinem inficiunt,atque debilitant, statim, vt ex eorum oculis pernicie quadam defluente,ac contaminante, videas contacta membra pulchra in siccitatem venire. Fugiamus ergo fratres in tolerabile malum. Serpentis,idest præceptum, diaboli inuentum,inimici satio,punitionis arrabo,pietatis impedimentum,via ad gehennam,regni cœlorum priuato. Sicut autem vultures per multa quidem prata,multa etiam amœna & odorata loca circumuolantes, ad tabida & fœculenta loca feruntur,muscæ quoque, salubre si quod offendunt, prætereunt, ad vlcera vero properant; sic inuidi,vitæ splendorem, ac rerum bene gestarum magnitudinem,minime quidem respiciunt, manca vero & fragilia,& si quid erratum, tantum obseruant, hæc diuulgant, & per hanc tantum homines cognosci volũt. Fortitudinem vocat inuidus audaciã, modestum vero,sine sensu hominem,iustum,immitẽ, liberalem,vt prodigum taxat,domestice frugalem,auarum dicit. Denique omnis virtutis species in vicina vitiorum nomina conuertunt,nusquam calumnia rebus laudatis deficiente. Quid ergo faciendum,vt hanc animi pestem ab initio minime quidem patiamur, aut in ea fortasse affecti facile liberemur; Primum quidem si nihil rerum humanarum magnum,aut supra naturã, existimemus,non potentiam, non gloriam, non opes, non corporis habitudinem prosperam. Non enim in rebus fluxis bonum constituimus, sed ad sempiternorum & verorum bonorum participationem vocati sumus. Itaque nec diues æmulãdus est propter diuitias, nec potens ob dignitatis culmen,nec fortis ob corporis robur, nec eloquens ob dicẽdi facultatem. [Infra:] Qui ita fuerit animatus,vt nihil vsquam humanum admiretur,huic proculdubio dominari inuidia nullo modo poterit. Si quis vero ita gloriæ cupidus fuerit,vt omnes antecellere cupiat,maximam profectò inuidiæ occasionem,causamq; dabit.

Coloss. 3.

Gen. 37.

I. Reg. 18.

IDEM sic habet: Inuidia proprium est diaboli vitium. Non enim diabolus statim creatus est diabolus, sed cum angelicam potestatem accepisset,in dæmonis naturam conuersus est. Hac enim iniquitate imbutus, & à Dei familiaritate alienatus,postquam vidit hominem,paruum quidem animal, supra omnem creaturã honoratum,cum esset antiquior homine,facile conspexit quomodo cetera omnia, & terrestria, & cœlestia verbo facta, solum hominem manibus Dei psalmatũ esse. Huic ei honorem inuidit. Eum namque sole præstantiorem animaduertit,cum ille verbo, hic manibus sit conditus,& ille ob hominem constitutus,homo vero proprer Deum. Homo item,vt Deus esset sol,vt homini famularetur. Cõsiderauit insuper,quomodo primum creaturæ, deinde homo esset, quod ipsi tantum veluti patrifamilias cuidam, domum plenam Deus præpararit. Non enim ante omnia fecit homine, ne pauper, inopsque foret, sed prius cœlum tanquam tectum nobile sponte constructum constituit, terram strauit, vt hominis pedibus solidum statueret pauimẽtum, tantam tanque variam animalium & fructuum multitudinem ei subiecit. Vniuersam creaturam hominis vsui concessam esse vidit, tantamq; beneuolentiam diuinam ac benignitatem erga eum aspexit, vt non contentus Deus tot ei comoditates tribuisse,eum tanquam suas delitias & ornamentum proprium eligens,in Paradiso collocauerit, insuper angelos ei pædagogos adhibuerit. Deum postremo cum eo conuersantem, & eadem lingua cum eo colloquentem. Vbi igitur vidit tam exile animal, ad angelorum dignitatẽ à Deo vocatum,inuidia motus est, & eum per insidias aggredi cogitauit. Est itaq; inuidia, diaboli proprium malum,quod medicinam spernit. Qui caput aut membrum aliquod dolent, medico aperiunt morbum, at qui ægrotat inuidia quid dicet? Angunt me proximi bona,veritas hæc est, attamen hæc quisq; verba fateri erubescit. Quid quæso te affligit,proprium malum, an alienum bonum? Certe malum tuum incurabile. Canes enim nutriẽdo,mansuetos reddimus, inuidum vero,beneficio nostro deuinciendo, longe peiorem reddimus. Non. n. gaudet in ijs, quæ recipit bonis,sed tua tristatur fœlicitate, quòd facultas tibi sit eius vsui subueniendi. 5 Ho. 21. in aliquot sacræ Scripturæ locis.

CHRYSOSTOMVS explicans verba illa Geneseos,cap. 26. videtes Gerari affluere iusto Isaac opes, abigere eum inde conati sunt Æmulati sunt enim eũ, sic ait: Considera quanta sit illorum malitia, qui & aquas iusto inuident, & neque rex qui in tanta potestate erat; inuidiam continere potuit,sed dicit: Abi a nobis,quia potentior nobis factus es tu. Magna maleuolentia. Cuius gratia abigis iustum? Num aliqua in re tibi nocuit? Num iniuriam intulit? Sed ita se habet inuidia,nihil cum ratione operatur. Abi à nobis,quia multo potentior factus es quam nos sumus. Ita agere solet inuidentia, non potest benigniter videre aliorum fœlicitatem, sed fœlicitatem proximi suam putat infœlicitatem,& tabescit bonis proximi,nec magni viri mansuetudo, illorum domare potuit inuidiam. 6 Ho. 52. in Gen. to. 1.

IDEM differens de inuidia fratrum Ioseph, inquit: Grauis hæc affectio est, & quando animam inuasserit,non prius eam relinquit,donec in extremam absurditatem eam inducat, & lædens animam à qua nata est, omnino aliter eum cui inuidet, efficit quam vult. Nempe clariorem, illustriorem, nobiliorem reddit, 7 Ho. 61. in Gen.

vnde

vnde iterum alia grauior inuidio plaga nascitur. Et nihil loqui poterant ei pacificè. Quia affectio dominabatur eis, & inuidia quotidie crescebat, quasi captum facti, & tyrannidem huius mali ferentes, in dolo loquebantur, & nihil pacifice loqui poterant. Et attēde quomodo causam odij, inuidiam significauerit. Vt viderūt enim, inquit, fratres, q̄ à patre plus diligeretur. [Infra:] Hic morbus ab initio, & Cain vt fratrem occideret, armauit. Vt enim vidit, quòd fratris dona Deo magis accepta fuerunt, ad eum occidendum prouocatus est.

8 IDEM inquit: Tale certè malum inuidia est, qua nulla vmquam malignitas peior inuenitur. Nam adulterio inquinati, voluptatis saltem iniquæ fructum, vt putant, aliquem capiunt, & breui tempore peccatum committunt. Inuidi autem & multo ante seipsos, quā quibus inuident, perturbant, & cruciant, & ita in agendo semper inuidendoq; sunt, vt numquam peccandi afferant finem, sed sicut sues lutosa immunditia, & dæmones nostris damnis lætantur; sic inuidi calamitate proximorum exultāt. Cumq; aliquid triste, & doloris efficiens, proximo acciderit, tunc aliquantulum requiescit, atque respirat. Alienas enim iacturas, suos quęstus existimat, & aliorum fœlicitatem, miseriam suam arbitratur. Nonne igitur tales homines lapidibus petendi? Non aliter profectò quam rabie concitati canesq; pernicioſi, dæmonesq; atrocis furiæ. Nam quemadmodum Scarabæi alieno stercore, sic inuidi aduersa aliorum fortuna nutriuntur, cum sint communes humano generi hostes, atque inimici. Inuidia pestiferum malum, hominem in diaboli conditionem atq; in dæmonem immanissimum conuertit. Inuidia, prima hominis cædes apparuit: Inuidia, fraterna charitas contempta est. Inuidia, sanguine hominis terra primo maculata. Inuidia, deniq; factum est, vt hiatu suo terra Dathā, Chore, Abyron, vniuersumque illum populum viuos absorpserit. Sed facillimum est inuidos accusare, difficillimum autem talem ægrotationem omnino euitare. Fornicatores ac publicani in cęlos conscendere potuerunt, & propter hoc vitium, filij regni eiecti sunt in tenebras exteriores. Quomodo igitur ne veneno suo nos inficiat, faciemus? Si dabimus operam, vt quemadmodum fornicatori nefas est Ecclesiam ingredi, sic inuido quoque, immo vero multo magis inuidus, quā fornicator à cœtu fidelium exterminandus est. Deus orandus perdiscendumq; tibi est turpissimum flagitiū esse inuidiam. Sic enim affectus, celeriter tanquam à periculoso morbo fugies. Sed quāmuis homo omnibus inuidentior sit, ieiunio tamen aliquo, aut paruo argento pauperibus erogato, effecisse credit, vt nihil mali commisisse videatur: cum tamen omnium, pessima atque sceleratissima passione vexetur. Nam vnde Cain fratricida effectus est? Vnde vero Esau fratrem insectabat? Vnde Laban, vnde Iacob filij, vnde Chore, Dathā, & Abyron, vnde Maria atque Aaron inquinati fuerūt? Vnde ipse diabolus, calumniæ nomen sortitus est? Adhæc illud etiam tecum semper verte, quia non maiorē illi, cui inuides, quàm tibi ipsi facis iniuriam, cum te ipsum versus mucronem impellas. Quam enim Abel ipsi Cain iniuriam intulit? Nonne illum, quidem inuitus ad meliorem vitam citius transmisit, ac seipsum ærumnis inuoluit? Esau vero, qua in re mansueto Iacob obfuit? Qua in re fratres sui Ioseph peiorem reddiderunt? Nonne quamquam vsque ad sanguinem ferè venissent, inediæ malo in extremis periculis fuerūt, cum ille regia potestate in Aegypto potiretur? Nam quanto maiore inuidia laboras, tanto maiora illi offers bona cui inuides. Deus enim, qui omnia perspicit, cū viderit innocentem iniuria circumuentum, extollit multo magis clarumq; illum facit, inuidentem autem deprimit. Nam si lætitia, inimicorū incommodis affectos, impune id committere non patitur (non lætare, inquit, casu inimicorum tuorum, ne quando videat Deus, & non placebis ei) multo maioribus profectò eos a quibus innocentes per inuidiam exagitantur supplicijs trader. Interimamus ergo pestiferam hanc bestiam, ac multa eius capita detruncemus. Quod si, qui amantem se diligit, nihil maius publicanis adipiscitur, qui odio innocētem insectatur, quid patietur? [Infra:] Cuius rei gratia proximum inuidendo persequeris? An quia in honore ac dignitate viuit? Non cogitas igitur quantam honoris perniciem ignauis ac indiligentibus solent afferre? Cur igitur virum tu admiraris, eiq; inuidendum esse putas, qui tot tantisq; periculis concutitur?

Gen. 4. Num. 16.

9

Gen. 4. Gen. 27. Gen. 31. Gen. 37. Num. 16. Num. 12.

10

Prou. 14.

11 IDEM inquit: Videamus quantum mali afferat inuidia, quo pacto mentis oculos contra propriam salutem perstringat. Nam quemadmodum insani aduersus seipsos nonnumquam sententiam ferunt, ita & inuidi solam inuidiosi miseriam disquirentes, eius salute & fœlicitate anguntur. Hi feris sæuiores. Illæ enim fame impulsæ nos appetunt, hi beneficos nonnunquā inimicorum loco habent. Feris inquam, sæuiores, dæmonibus pares, & fortasse iniquiores. Ipsi namque aduersus nos nullo amicitiæ fœdere hostiliter persequuntur, suo generi minime insidiantur. Quorum exemplo in Iudæos Christus inuectus est, cum in Beelzebub eum eijcere dæmonia dixissent, homines autē neque naturæ suæ participes reueriti, eos infesto animo impetunt, atque seipsos prius, quam quibus inuident, supplicio afficiunt, animumque perturbationibus, & anxietatibus temere cruciant. Quamobrem miser, proximi tui commodis perturbaris? Dolendum est, cum malis afficimur, nō cum proximi fœlicitatem intuemur. Idcirco omnis inuido venia desperanda est. Nam scortator voluptatis stimulos in excusationem affert, fur paupertatem, homicida furorem, friuolas quidem nec admittendas, qualescumque tamen excusationes, tu vero quam affers quæso? Nullam profectò nisi animi prauitatem, atque malitiam. Nam si inimicos amare iubemur quantam pœnam ex amici odio daturos nos arbitramur? Et si amicos diligendo nihil gentilem superamus, si nihil de nobis mali meritos persequimur, quam merebimur ueniam? Hic affectus, & fornicatione, & adulterio grauior, alterum enim ipso auctore consumitur, inuidiæ autem uis, uniuersos populos perdidit, uniuersum orbem terrarum coinquinauit, ipsa cædis mater, ipsius suasu Cain fratrem interemit, ipsi Esau in Iacob, fratrum in Ioseph, diaboli in humanum genus, odium & insidiæ tribuendæ sunt. At tu neminem interficis, sed longe grauiora patraris cum fratris ignominiam concupiscis, cum undique laqueos tendis, cum cęgre fers orbem terrarum debitum Deo exhibere seruitium. Non igitur cum illo, sed per illum cum Deo bellum geris, Deo iniuriam facis, cum tuum honorem ipsius honori præferas. Si fratri inuides omnium malitiam excesseris, quod uel inde constat. Scortatus quidam apud Corinthios, breui vitam emendauit. Cain, fratri inuidendo numquam odium posuit, sed quanto frequentius a Deo admonitus est, tanto magis dolebat, magis cruciabatur, & properabat ad cædem. Hic ergo, quàm ille grauior morbus, qui nisi magna adhibita diligentia, non facile remedia admittit.

Ho. 36. in Ioan. h. 3.

12

2. Cor. 2.

13 IDEM inquit: Inuidus, vt proximum perdat, perdit seipsum. Inuidi oculus consumitur dolore, morte viuit perpetua, omnes inimicos existimat, etiā nihil iniuriatos, dolet quòd Deus honoratur, his lætatur, quibus & diabolus, honoratur apud homines, sed hic non honor est. Noli inuidere si apud Deum honoratur, æmulari illi, & similis efficiaris. An nō uis? Quid ergo & teipsum perdis? Congratulandum est proximo, ut si in bonis operibus pariter laborare non possis, ex congratulatione saltem merearis. Ideo Ezechiel propheta Moabitas punitos dicit, quòd lætati sunt super Israelitis, & alios quosdam salutem consecutos, q̄ alienis

Ho. 54. in Ioan.

Ezec. 35.

14 Hom 7. in epist. Pauli ad Romā. 10. 4.

15

Gen. 4.

alienis malis condoluerunt? Quod si miserentibus aliorum malis est aliquod meritum, multo magis aliorum honoribus, cõgratulantibus. Reprehendit Moabites, qꝫ super Israelitis lætati sunt, quos Deus vltus est. Et quamuis ipse puniat, non tamen vult vt eorum supplicio lętemur. Quod si condolendum est vltorum supplicio, multo magis honoratis non inuidendum. Sic enim Chore, & Dathan perierunt. Quibus inuident, clariores reddunt, seipsos torquent. Fera enim venenosa inuidia est, fera immunda, & morbus voluntatis, omni venia & excusatione indigna, omnium malorũ & mater, & auctor.

14 IDEM habet: Tanta est inuidentiæ tyrannis vt cum alios commendatos viderint, homines inuidi seipsos mordeant, atque excrucient. Quoties Dei Ecclesiam vel verbo, vel alio quouis modo auctam, adiutam que intellexerint, dispereunt. Quare quid exitiosius esse queat? Neque enim, qui hæc committit, cum fratre tantum, sed & cum Dei voluntate depugnat. Hoc ergo considerans, morbum huiusmodi sedato, & si minus proximum, cerne te ipsum a malis infinitis eximito. Id genus homines, vna cum diabolo Ecclesiæ bellũ inferunt. Fortasse etiam & multo pestilentius. Nam hi sumpta amicitiæ persona, clam ignem succendunt, se prius ipsos in caminum conijcientes ac morbo laborantes non solum misericordia indigno, sed & admodum ridiculo. Quid enim quæso te, impallescis? quid tremis? quid formidolosus es? quid tandem mali accidit? qꝫ clarus, quòd splendidus, qꝫ bene audiens frater est? Igitur coronari oportet ac lætitia exilire, Deumq; glorificare, quòd membrum tuum relucens, & illustre factum est. An tibi dolet, quod Deus glorificatur? Vides quo bellum ipsum pertineat? Dices, at non mihi molesta Dei gloria, sed fratris. Verum per hunc fratrẽ gloria ad cęlum conscendit. Igitur & bellum itidem à te exortum. At non hoc, inquis, mihi dolet, sed vellem Deum per me glorificari. Igitur fratre bene audiente, gaude, ac tunc per te etiam Deus glorificabitur, dicentque omnes, Benedictus Deus, qui tales famulos habet ab omni inuidentia liberos, de alienis bonis inter se congratulantes. [Infra:] Si quem videremus igne manibus, ac ligonem gestantem, hanc ædem vna cum altari demoliri, euertere, incendere, nonne fieret, vt ab omnibus ijs, qui rem forte spectarent, lapidibus obrueretur tanquam impius? Quid igitur? Si quis flammam gestet, hoc quo vtimur igne, edaciorem inuidentiam dico, nõ lapidum ædificia demolientem, neq; aureum altare euertentem, sed quod longe & lapidibus & altari pretiosius est, præceptorum ædificium subuertentẽ ac deuastãtem, hic quatandẽ venia dignus esse queat? Quænam ergo morbi huius medela inueniri queat? Coniunctim omnes preces fundamus, vnam eandemque pro ipsis vocem tanquam pro energumenis edentes. Hi enim hoc infœliciori sane conditione sunt quã illi, quòd furor hic non nisi à certo animi proposito ortum habet. Prece itaque ac supplicatione per multa, morbus hic indiget. Bello perniciosior est inuidentia, nam qui bellum gerit, sublata belli causa, inimicitia desinit, at inuidentiæ morbo qui laborat, amicitiam numquam inierit, & præterea, aperto ille marte rem gerit, hic autem adumbrato. Ille honesta quadam ratione bellum excusare potest, hic autem aliud nihil quam insaniam, animo, præditus satanico. Cuinã igitur huiusmodi animum cõtuleris? Cui viperę, cui serpenti? Hoc certè animo neq; deterius, neq; sceleratius quicquam. Hoc.n. malum, Christianorum conuentus subuertit, hoc hæreses peperit, hoc fraterna manum armauit, perfecitq; vt iustos sanguine dextera madesceret, hoc naturæ leges a suis cõpagibus motas reuellit, hoc morti valuas ad aperuit, & execrationem illam ad opus deduxit, ac neq; partus, neque parentum, neque alterius cuiusuis rei memorem esse miserum illum permisit. Gen. 4. Verum tali furore atq; insania existimulauit, vt Deo exhortante ac dicente, sub te erit appetitus eius, & tu dominaberis illius, nec sic quidem animum emoliret, atqui in crimine eum absoluit, ac fratrem etiam illi submisit. Sed tamen morbus ita erat immedicabilis, vt vel sexcentis pharmacis adhibitis plus scaturiret. Quamobrem igitur omnium miserrime doles? Anne quod honoratus sit Deus? Hoc ipsum vero mentis est prorsus satanicæ. An potius, quòd frater à vitæ, morumq; integritate vulgo melius te audit? Tibi vero rursum licet illum exuperare. Quamobrem si vincere vis, ne iugules, ne interficias, sed finito illum, vt luctæ subsistat argumentum, ac viuentem vincito, sic enim futurum est, vt honorificam lauream reportes.

16 IDEM sic habet: Quemadmodum si nasus æqualis, ceruix recta, membra cætera laudata si sint, oculi exultant, clarescuntq;, ijdem multa lachrymarũ vbertate, cæterorum dolorem & calamitatem prosequuntur, ipsi illæ sint licet: Ita fratres reputemus, membrorum coniunctionem imitemur, proximi malis ne insultemus, bonis ne inuideamus. Furiosorum hoc est, & mente carentium. Qui oculum sponte effodit, an non ingens amentiæ documentum præbet? Qui manum vorat, non conspicuum furoris exhibet argumentum? Si porro hoc ita in membris est, in fratribus si sit quid obstet quo minus furoris arguamur, in ingens incommodum incurramus? [Infra,] Omne regnũ in se diuisum haud quaquam consistet. Equidem nihil tam dispergit dissipatq; quam inuidia. Sæuum malum nec vlla venia dignum, & ipsa vitiorum omnium radice, auaritia, tetrum magis. Auarus enim tuum certe cum accepit ipse, inuidus tuum, cum alius non accepit, gaudet. Rem strenue peractam putat, quoties proximo est acta male, successum ab alterius infortunio, nõ fortuna sua metitur communis hominum naturæ oberrans hostis. Inuidet Satan, sed hominibus, socio iam nemini, Tu vero homo cum sis, hominibus inuides, odium aduersus genus naturamque communem exercens, quod ne Satan quidem facit. Quam veniam assequere? quam tandem excusationem prætendi, si fratris successum videns intremiscas, pallescas, vbi coronari gaudere, exultare opportuisset? Quod si æmulari libet nil obsto, æmulare sane, sed vt ei qui vir bonus est, similis euadas. Hæc honesta æmulatio est, non commodis aliorum, sed sui ipsius vitijs offendi. Qui æmulatur nihil successu fratris, sed quod relinqui se videt, indolebit. Inuidus, cum rem succedere videt alterij, tabescit, prorsus velut fucus quispiam alienis laboribus tabescens, capescere labores, ipse numquam cogitans, alium accinctum videns, ingemiscit. Omnia facit, vt illum remoretur. Cui rei morbum conferemus? Perinde esse videtur, vt si somnolentus asinus, & crassa carnium pulpa grauis, equo veloci coniungatur, qui cum sequi nolit, illum mole sua inhibere etiam conetur. Nam & hic quomodo profundo somno aliquando surgat, nihil neque cogitat, neque occupatur, omnia vero mouet, vt alium in cęlum properantem subuertat, deijciatque: Expressa quædam Satanæ imago, qui hominem in Paradiso videns, nihil eam ob rẽ mutabatur, sed ex hoc illum statu deijcere parabat. Cui inuidetur, si modo vigilet, illustrior odio redditur. Sic Ioseph ille clarus euasit, sic Pontifex Aaron. Coegerunt inuidorum insidiæ Dominum, vt iterum, iterumque clarum huic testimonium exhiberet, eædem, vt virga germinaret in causa fuerunt. Quid inuidè obsecro male te habet? Num quod frater donum spirituale accepit? Sed vnde accepit obsecro? Nonne à Deo? Aduersus illum igitur inimicitiam exerce, qui donum dedit. [Infra:] Inaccessum hac tabe laborantibus, cœlũ; nec cœlum modo non patet, sed ne vita quidem hac ipsa commodè frui licet. Non ita vestem, non ita lignũ insidens vermis, insidens tinea rodit, consumitque vt illa inuidiæ ardentissima febris, ossa haurit, ipsamque mentis sobrietatem depopulatur.

IDEM

Hom 7. in epist. Pauli ad Romã. 10. 4.

Hom. 36. in Ioan. 11. 3.

15

12

2. Cor. 2.

13

Ho. 54. in Ioan.

Exec. 35.

Hom. 31. in 1. epist. Pauli ad Cor.

17

Num. 17.

18 IDEM ait: Heri & pridie amicus eras fratris, & loquebaris cum illo, fortassis etiam comedebas, repente, quoniam vidisti membrum tuum magis honestatũ, abiecta amicitiæ persona hostilem induisti, immo insaniam. Insania enim manifesta est, alienis bonis cruciari. Hoc enim rabidorum canum, & insanientium hominum est: nam sicut illi, in omnium insiliunt facies, inuidia exacerbati. Melius esset habere serpentem in visceribus sese volutantem, quam liuorem intus de pascentem. Nam illum sæpe pharmacorum vsu euomi contingit, & alimento mitigari. Liuor autem non voluitur in visceribus, sed in animę sinu versatur, affectio que est difficile curabilis. Et serpens quidem, cum intus sit, appositio alimento, humana corpora non contingit. Liuor autem licet plurima illi edulia proponas, illam deuorat animam, vndequaq; mordens, disrumpens, distrahẽs, nec inuenire potes vllam medicinam, per quam à suo furore liberetur. Nunquid vna infœlicitate eius, qui bene agebat, melius habet? immò neque sic: nam licet iste æger sit, alium tamen videns bene habentem, illis doloribus obnoxius est, & vbique vulnera, vbique plagæ. Adeoque excellens est morbus, vt licet se domi includat, priscis tamen viris olim mortuis inuideat. Hic morbus & Ecclesiam inuasit, & hoc est quòd omnia sursum ac deorsum conuertit, corporisque compagem discidit, & stamus alter contra alterum inuidia nos armante.

Hom. 27. in 2. epist. Pauli ad Cor.

19 IDEM inquit: Laudatur quispiam virtute probatus, & Ecclesiam ædificans sana doctrina, nos huic protinus inuidemus, quia quæque Dei sunt, gerit, videmurque inuidere illi quidem, verum liuor ipse noster transit in Dominum maiestatis. Si autem Christi vigeret affectus, sine id per nos, siue per alios fieret, nihil moueremur. Dic enim quæso, si quisquam medicus filium habens cæcitati proximum, ipse nihil remedij adhibere posset, alium vero fortasse reperiret, qui hoc posset, num illum repulisset? Nequaquam. Sed diceret, Siue per te sanitas, siue per me contingat, nihil refert. Cur id? Quia non ea, quæ sua sunt, quærit, sed qd filio expediat, studiosè persequitur. Ita & nos si Christum toto animi affectu amaremus, diceremus profecto. Siue per nos, siue per alios quoslibet, quod expedit fiat, nihil ad rem, siue per veritatem, siue per occasionem Christus annuncietur. Audi denique dicentẽ sanctum Moysem, ad eos, qui eum irritare volebant, cum Eldad & Medad prophetare nunciarentur. Nolite inquit, pro me æmulari, quis mihi det, vt omnis populus Domini prophetet? Nempe ista omnia ex gloriæ vanitate procedunt, nonne hæc inimicorum atque hostium sunt? Nos inuidentes ipsum Deum persequimur nostri tam studiosum amatorem, absit inquies. Hoc verbo omnes loquimur, cæterum contraria factis ostendimus.

Hom. 3 in 1. epist. Pauli ad Tim.

Philipp. 1.

Num. 11.

20 IDEM sic habet: Sicut furentes sæpenumero gladios in se conuertunt, itidem & inuidi, propriam negligunt salutem, feris quoque peiores. Nam illi quidẽ esca indigentes, vel priusquam a nobis irritentur, aduersus nos armantur; hi vero beneficijs quoq; frequẽter allecti, benemeritos maleficijs prosecuti sunt. Curdoles, ò homo proximi bonis. Dolere nos oportebat his, quæ patimur malis, non in quibus alios probabiles haberi videmus. [Infra:] Ex hoc morbo litibus plena sunt tribunalia, ex hoc, liuiores & pecuniarũ amor, ambitio & inanis gloria. Hinc vrbes obsidentur, & mare piratas habet. Hinc per orbem cædes, hinc genus nostrum dissipatum est. Quodcumque malum videris, ex hac radice producitur. Hoc auaritiam parit, hoc pro liberis seruos facit, væ super væ irascitur. [Infra:] Quid inuides, quòd hominibus mirabilis esse videtur alter, qui hodie quidem sunt, cras autem non erunt? Sed qua gloria fruitur? Quali dic mihi? De qua ne propheta dicit, quòd flos est fœni? Propterea igitur inuides, quoniam onera baiulat, & fœni tales circumfert sarcinas? Si vero tibi talis dignus inuidia videtur honor, & lignicidæ per singulos dies onera ferentes, & vrbem ingredientes. Nihilo enim melius, hoc est onus, sed grauius, illud enim corpus tantum premit, hoc autem & animam plerumque lædit, & voluptate maiorem intulit anxietatem. In homilia hac, & sequẽti multa dicit de inuidia, sed quæ in anterioribus homilijs sunt enarrata.

Philipp. 1. Num. 11.

Hom. 44. ad populũ Antioch.

Isa. 40.

21 IDEM ait: Multi cum flentibus flent, cum gaudentibus autem non item gaudent, sed gaudentibus alijs ipsi lugent, quod est liuor & inuidia. Multi quidem cũ periclitatibus periclitantur, claritatem vero consequẽtibus, compuncti sunt, tanta vis est inuidiæ. Cum diabolo, inuidi Ecclesiam impugnant, fortassis autem & diabolo peius. Multa habet hic etiam, quæ dixerat supra to. 4.

Hom. 53. ad populũ.

22 HIERONYMVS inquit: Semper quidem virtutes sequitur inuidia, feriuntque summos fulgura mõtes. Nec mirum si hoc de hominibus loquar, cum etiã Dominus noster, Pharisæorum inuidia & zelo sit crucifixus, & cuius inuidia mors introiuit in orbem terrarum. Liuori cedendum est, & dandus huic infamiæ locus. Quod fecit Iacob in frater suo Esau, & Dauid in pertinacissimos inimicorum Saul; quorum alter in Mesopotamiam fuerit, alter se Allophylis tradiderit, malens hostibus, quàm inuidis subiacere.

Epist. 17. ad Eustochium virginem epitaphium Paulæ. to. 1.

23 IDEM exponens verba illa; gaudete cum gaudentibus, flete cum flentibus, inquit: Hoc ait, vt si quid patitur vnum membrum compatiantur omnia membra, sicut Iob ait: Si non ingemui cum viderem homines in necessitate. Et Dominus fletibus Mariæ ad fletum prouocatur, non pro Lazaro, quem erat suscituraturus, sed propter incredulitatem Iudæorum. Nos autem iã peruerso modo flemus cum gaudentibus, & gaudemus cum flentibus. Si quis enim laudatus fuerit, contristamur, si quis ceciderit exultamus. Vnde ostendimus nos qui talia facimus de corpore Christi non esse, qui nõ dolemus de acie nostra viros fortissimos corruentes, nec gaudemus, si videamus eos fortiter dimicantes, quamuis ipsi tam validi non simus ad pugnandum.

In cap. 12. epist. Pauli ad Romã. to. 9.

24 AVGVSTINVS vbi agit de Socrate, refert, q̃ a multis damnatus fuisset, quæ verba explicans Viues in commentarijs ait, dixisse Socratem cum morti proximus esset. Non me inquit, vel accusatores periment, vel crimina, sed inuidia sola, qua vna, præclari viri quã plurimi interierunt, & interibunt.

Lib. 8. de ciuit. Dei c. 3. to. 5.

25 IDEM explicans verba illa; Absconderunt superbi laqueum mihi, ait: Totum corpus diaboli explicauit breuiter, cum ait; Superbi ipsi, iustos plerunque se dicunt, cum sint iniqui. Ipsi sunt, qui cum sint falsi iusti, necesse est vt inuideant veris iustis. Nemo enim inuidet alteri in eo quod non vult, vel esse, vel videri. Alius tibi inuidet, quia diues es, aut diues vult esse, aut putari vult diues. Alius tibi inuidet, quia clarus es & nobilis, aut hoc esse affectat, aut hoc se putari cupit. Et sic omnia, quæ videntur bona in hoc sæculo, & putantur, quod quisque vult habere, & in quo vult excellere, in eo tibi inuidet. Isti autem, qui falsi iusti sunt, videri volunt iusti, cum nõ sint. Et necesse est, vt quem viderint verum iustum, inuideant illi, & hoc cũ illo agant, quomodo amittat vndè gloriatur. Inde veniunt omnes seductiones. Hoc prior ipse diabolus voluit, qui cadens, stanti homini inuidit. Et quia ipse amisit regnum cœlorum, homine illuc peruenire noluit, & nõ vult. Quia ergo superbus est ipse, & ideo inuidus, quia superbus, omne corpus ipsius, talium corpus est. Quare inuides iusto, ò homo iniuste? Quia vis videri iustus. Cito fac quod melius est, & facilius eris. Quod vis videri, esto rebus, ita diliges, cui inuidebas. Quia, quod illum doles esse, eris & tu, & amabis in eo te, & ipsum in te. Etenim si inuideres diuiti, non esset in potestate tua, vt diues esses. Si inuideres alicui Senatori nobili, non

In Ps. 139 to. 8.

Gen. 3.

esset

esset in potestate tua, vt nobilis tu esset, & clarus. Si inuideres pulchro, numquam pulchrum te faceres. Si inuideres forti, numquam tibi vires dares. Si inuides iusto, res in voluntate est, esto, quod doles esse alterum.

26 Serm. 83. de tempore. to. 10. IDEM sic habet: Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum; Imitantur autem eum, qui sunt ex parte eius. Inuidiæ malum, lædit parum aliquid etiam eos, in quos intenditur, grauius tamen & perniciosius eos prius à quibus procedit affligit. Sicut enim erugo ferum, ita inuidia ipsam animam in qua est interimit, & consumit. Et sicut aiunt viperas dilacerato, & dirupto illo ipso materno vtero in quo conceptæ sunt nasci, ita & inuidiæ natura, illam ipsam animam à qua concepta est, & consumit, & perdit. Qualis hæc anime tinea est? Quæ cogitationum tabes pectoris? Quanta rubigo, zelare in homine donum Dei, & in malũ proprium, bona aliena conuertere, aliorum gloriam facere pœnam suam, velut quosdam pectori suo admouere carnifices, cogitationibus & sensibus suis adhibere tortores, qui se intestinis cruciatibus lacerent. Non cibus talibus lætus, non potus potest esse iucundus. Suspiratur semper, ac ingemiscitur, & doletur, diebus ac noctibus pectus obsessum sine intermissione laniatur. Et quantum ille cui inuidet, successu meliore profecerit, tantum inuidus in maius incendium liuoris, ignibus exardescit. Pallor in facie, tremor in labijs, stridor in dentibus. Quisquis ille est, quem in zelo suo persequitur inuidus subterfugere eum forsitan poterit, & vitare, inuidus verò fugere nõ valebit. Vbicumque fuerit, aduersarius suus secum est, hostis in pectore semper inclusius. [Infra:] Consideret vnusquisq; conscientiã suam, & si se videt de prosperitate proximi sui inuidię veneno percussum, euellat de pectore suo spinas & tribulos, vt in eo semen Domini, quasi in fertili agro multiplicata segete cõcipiatur, vt amaritudo inuidiæ, Christi dulcedine leniatur. Amet eos, quos ante oderat, de meliorum semper profectibus gratuletur.

27 Ser. 18 ad fratres in Eremo. IDEM inquit: Fratres nolite inuicem inuidere, inuidia enim omnes virtutes cõcremat, omnia bona dissipat, omnia mala generat. Ille inuidus est, qui alienum bonum, suum facit, & si facere non potest, velut canis latrat, & ardet, sed primo se ipsum (more phœnicis) occidit? Phœnix dum senescit ad partes calidissimas volat, ligna siccissima congregat, & lignis congregatis, alis ligna percutit, & sic ignem accendit, & in eo se cõburi permittit, ex quibus cineribus vermiculus nascitur, & postmodum phœnix alia efficitur. Sic inuidus agit cunctis diebus vitæ suæ, intus & extra se ipsum cõburens, seipsum primo infestans, primo se ipsum vulnerãs, & vexans. O inuidia omni vitio peior, & omni peste deterior. O inuide qui nunquam quiescere potes. An ignoras, quòd omnis malitia habet aliquam fælicitatis vmbram? Sed tu ipsa inuidia nequissima pestis, tormẽtum sine refrigerio, morbum sine remedio, laborem sine respiratione, pœnam sine intermissione, famem sine saturitate, semper habere videris. O inuide vermis morifere, qui in hedera Ionæ quotidie nasceris. O igneus serpens quo populus Israel pungitur. Hic est bruchus, quo fructus terrarum depascitur. Legimus, quòd filijs Israel manna cœlitus datum est, quo reseruato scaturiebat multitudo vermium. Sic ex cœlesti gratia fideli collata, occasionaliter in animo superbi, inuidia nascitur. Legimus etiam vermen ex hedera natum, cuius vmbra Ionas à calore defendebatur, tandem hedera corruit, & funditus deuastatur per vermẽ inuidiæ. Inuidia est illa pessima tinea, quæ purpuramẽta virtutum demolitur, erugo quæ thesaurum sapientiæ depredatur, bruchus qui terrarum virentia combu rit, quia quicquid boni operis virescit in homine, pene pestis inuidiæ perdit. Hæc est quæ Angelum de cœlo proiecit, quæ hominem de Paradiso exulauit, quæ filios Israel in deserto percussit, quæ contra Ioseph, fratres armauit, quæ Danielem in lacum leonum misit, quæ caput nostrum cruci affixit. Scitote fratres mei, & discite, & super tecta prædicate, quòd inuidia est illa fera pessima, quæ concordiam dissipat, linguam maledicam multiplicat, iustitiam disperdit, & omnia mala generat. Hæc est quæ Abel occidit, Paulum decollauit & Ioannem, Stephanum lapidauit, muros Hyerusalẽ euertit, Romam depopulauit, Carthaginem destruxit, Troiam deuastauit, & multa mala per hanc feram pessimam in orbe terrarum facta esse legimus.

Ionæ 4. Num. 21. Psal. 104. Exo. 16.

Gen. 3.

Isa. 14.

GREGORIVS explicans verba illa, Iob cap. 5. & paruulum occidit inuidia, sic ait: Inuidere non possumus nisi eis, quos nobis in aliquo meliores putamus. Paruulus ergo est, qui liuore occiditur, quia ipse sibi testimonium perhiber, quod eo minor est, cuius inuidia torquetur. Hinc est, quòd Cain ad perpetrãdum fratricidum corruit, quia despecto suo sacrificio, prælatum sibi infremuit, cuius Deus hostiam accepit. Hinc Esau ad persecutionem fratris exarsit, quia primogenitorum benedictione perdita, quam tamen pro esu lenticulæ ipse vendiderat, minorem se eo quem nascendo præibat ingemuit. Hinc Ioseph, fratres sui Ismaelitis vendiderunt, quia cognitio reuelationis mysterio, ne se fieret melior, eius profectibus obuiare conati sunt. Hinc Saul, Dauid lancea interimere conatur, quia quẽ magis quotidie augeri virtutum successibus sensit, vltra se excrescere expauit. Paruulus itaque est, qui inuidia occiditur. Quia nisi ipse inferior existeret, de bono alterius non doleret. Sed sciendum est, quòd quamuis per omne vitium, humano cordi antiqui hostis virus infunditur, in hanc tamen nequitiam tota sua viscera serpens cõcutit, & imprimendæ malitiæ pestẽ mouit. De quo nimirum scriptum est, Inuidia diaboli, mors intrauit in orbem terrarum. Nam cum deiectum cor, liuoris putredo corruperit, ipsa quoq; exteriora indicant, quam grauiter animum vesania instigat. Color quippe pallore afficitur, oculi deprimuntur, mens accenditur, & membra frigescunt, fit in cogitatione rabies, in dentibus stridor, cumque in latebris cordis crescens absconditur odium, dolore cæcum tenebrat conscientiam vulnus inclusum. Nil lætum de proprijs libet, quia tabescentem mentem sua pœna fauciat, quã fœlicitas torquet aliena, quantoq; extranei operis in altum fabrica ducitur, tanto fundamentũ mentis liuidæ, profundius suffoditur, vt quo alij ad meliora properant, eo ipso deterius ruãt, qua ruina etiam illud destruitur, quod in alijs actibus perfecto opere surrexisse putabatur. Nam inuidia, cum mentem tabefecerit, cuncta; quæ inuenerit bene gesta, consumit. Vnde bene per Salomonem dicitur; vita carnium sanitas cordis, putredo ossium inuidia. Quid enim per vitam carnis, nisi infirma quędam ac tenera, & quid per ossa nisi fortia acta signantur? Dicitur autem putredo ossium in uidia, quia per liuoris vitium ante Dei oculos pereunt etiam fortia acta virtutum. Vita autem carnium, sanitas est cordis, quia si mentis innocentia custoditur, etiam si qua foris infirma sunt, quandoque roborãtur. Qui liuoris peste plene carere desiderat, temporalia negligat, & illam hæreditatem diligat, quam cohæredum numerus non angustat. Imminutio enim liuoris est affectus surgens infernæ dulcedinis, & plena mors eius, est perfectus amor æternorum. Quia cum nulla terrena desiderat, nihil est quod eius erga proximum charitati contradicat. Paruulum ergo occidit inuidia, quoniã huius pestis languore non moritur, nisi qui adhuc in desiderijs infirmatur.

28 Lib. 5. moral. ca. 32. to. 1.

Gen. 4.

Gen. 25.

Gen. 37.

1. Reg. 18.

29

Sap. 2.

Pro. 14.

30 Lib. 6. Moral. c. 13. IDEM exponens verba illa, Iob. 5. per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte sic palpabunt in meridie, sic habet? Iniquorum hominum mentes cum quæ dam à proximis bene gesta, conspiciunt, in extenso liuoris sui eculeo torquentur, & grauem malitiæ suæ pœnam sustinent, cum bona in alijs tabescentes vidẽt. Rectè itaq; dicitur, per diem incurrent tenebras, quia

mens

mens illorum cum de aliena melioratione affligitur, de radio lucis obscuratur, quia sæpe in proximis, dum bona aperta considerant, si qua mala lateant inuestigant, & sollicitis iniquisitionibus laborant, si quid forte, quod accusare possint inueniant. Sana quidem mẽbra conspiciunt, sed clausis cordis oculis, vulnus palpantes quærunt. Vnde bene subditur: Et quasi in nocte, sic palpabunt in meridie. Dies boni operis in proximo exterius lucet, sed quasi in nocte palpant, quia liuoris sui intus tenebras tolerãt. Peruenire ad aliqua, quæ reprehendant satagunt, detractionis aditum quærunt; sed quia hunc inuenire non valent, cæci exterius circumeunt. Quod bene exprimitur, cum Loth protegentibus angelis in domo eius, Sodomitæ ostium non inuenerunt, sicut scriptum est: Vimq; faciebant Loth vehementissime, & iam proximum erat, vt frangerent fores, & miserunt manum viri & introduxerunt ad se Loth, clauseruntq; ostium, & eos qui erant foris percusserunt cæcitate à minimo vsque ad maximum, ita vt ostium inuenire non possent. Quid est, quod malis aduersantibus, intra domum Loth reducitur & munitur, nisi quod iustus quisque, dum prauorum insidias sustinet, ad mentem reuertitur, & imperterritus manet. Sodomitæ autem viri, in domo Loth ostium inuenire nequeunt, quia corruptores mentium, contra vitam iusti nullum accusationis aditum deprehendunt. Percussi enim cæcitate, quasi domũ circumeunt, quia inuidentes facta dictaque perscrutantur. Sed quia eis de vita iusti, fortis vndique ac laudabilis actio obuiat, errantes, nihil aliud quam parietem palpant. Bene ergo dicitur, quasi in nocte sic palpabunt in meridie, quia dum bonum quod vident, accusare nequeunt, cæcati malitia, malum quod non vident, ad accusationem quærunt. Sed Deus saluum faciet egenum de gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem.

Gen. 19.

Ioannis Baptistæ & Euangelistæ laude.
Cap. VI.

De Ioanne Baptista. §. 1.

1 *Hom. 9. in Luc. to. 3.*

ORIGENES explicans verba illa. Luc. 1. Mansit autem Maria cum Elisabet, quasi mensibus tribus, ait: Si enim eo quòd tantum venit Maria ad Elisabeth, & salutauit eam, exultauit infans in gaudio, & Spiritu sancto plena Elisabeth prophetauit, & in vna hora tantos profectus habuit, nostræ coniecturæ relinquitur, quid in tribus mensibus Ioannes profecerit assistente Maria Elisabeth. Valde quippe indignum est in puncto horæ atque momento exultare infantem, per tres vero menses, Ioannem ex vicinia matris Domini, & ipsius Saluatoris præsentia nihil profeciſſe. Exercebatur ergo, & quodammodo in athletico sancta matre, per tres menses vrgebatur Ioannes, & præparabatur in matris vtero, vt mirabiliter natus, mirabilius nutriretur.

2 *Hom. 11. in Lucam.*

IDEM explicans verba illa de Ioanne, Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu, inquit: Puer crescebat in spiritu, nec in eadem permanebat mensura qua cœperat, sed semper crescebat in eo spiritus, & per singulas horas atque momenta, spiritu succrescente, anima quoque sua incrementa capiebat. [Infra:] Et erat in deserto vsque ad diem ostensionis suæ ad Israel. Dixi nuper, quòd & cõceptus Ioannes stupendum quid habuerit, quando exultauit infans in vtero, & suum, necdum genitus, Dominum recognouit, & natiuitas non impar miraculum, quando ad eum, velut audientem & intelligentem, Zachariæ prophetantis sermo conuertitur dicens; Et tu puer Propheta altissimi vocaberis. Digne igitur, qui sic conceptus & fuerat & natus, non expectauit, vt à patre nutriretur vsque ad diẽ ostensionis suæ ad Israel, sed recessit fugiens tumultũ vrbium; populi frequentiam, viciniam ciuitatum, & abijt in deserta vbi purior aer erat, & cœlum apertius, & familiarior Deus, vt vacaret orationibus, & cum angelis conuersaretur, vocaretque Dominum, & illum audiret respondentem, ? ecce adsum. Si enim maior inter natis mulierum Ioanne Baptista fuit nemo, Moysi autem respondit Deus, respondit & Ioanni, qui maior Moyse fuit, qui est nutritus in eremo, cuius natiuitatẽ idem Archangelus, qui, & Domini nunciauit. Erat igitur in deserto Ioannes, & nutriebatur, nouo & extra humanam naturam modo. Cibus autem erant locustæ, & mel siluestre, volucre parnum non in sublime se eleuans vix à terra consurgens, & saliens potius quam volans.

3 *Hom. 10. in cap. 3. Matth. to. 2.*

CHRYSOSTOMVS explicans verba illa, ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonam pelliceam circa lumbos suos, sic habet: Erat omnino mirabile, humano in corpore, tantã videre tolerantiam. Erat enim maiore dignus admiratione Ioannes, quam Elias: Si quidem ille in vrbibus pascebatur, hic vero ab ipsis incunabilis in Eremo semper inhabituit. Erat illi impræparata mensa facilis amictus, & habitatio facilior amictu. Neque enim, vel tecto indiguit ille, vel lecto, nõ mensam, vel aliqua huiusmodi requisiuit, sed Angelica quadam vita, mortali in carne resplẽduit. Propterea etiam vestimentum de pilis camelorum habuit, vt habitu quoque ipso, mundi contemptum doceret, suadens cæteris, nihil cum terra habere commune, sed ad priorem nobilitatem reuerti, quam habuerat Adam, priusquam de victu vestituque curaret. Quomodo in solitudine hyemes, pluuiasque sustinuit, & hoc tenero adhuc corpore, atq; pueri ætate? Quemadmodum valuit rudis adhuc natura carnis, tantas inæqualitates aerum, cum illa ciborum tenuitate tolerare, vt de reliqua Eremi afflictione silea mus? Heremum ita Ioannes habitauit, vt cœlum, & quasi angelus aliquis è cœlo, ita in ciuitatem à solitudinis vastitate descendit. Ingens quidem athleta pietatis, ac velut toto spectante mundo, Dei iudicio coronatus, & cœlestis cuiusdã philosophiæ dignitate resplendens. Et hoc nondum destructo vtique peccato, necdũ lege cessante, aut morte deuicta, nec confractis certè æneis portis, sed vetere adhuc morte regnãte. [Infra:] Si verò ille in omni vitæ ratione mũdissimus, cœloque ipso clarior, & prophetis celsior, quo nullus hominum maior fuit, quique tanta apud Deum familiaritate gaudebat, ad omnem tamẽ patientiam durabat laborum, satis alte, deliciarum fluxa despiciẽs, atque ad omnem se vitæ rigorem coarctans, quam nos satisfactionem afferre poterimus, qui post tot Christi beneficia, postque mille nostrorum onera peccatorum, ne minimã quidem partem illius castigationis imitamur? sed, comessationibus, ac potationibus dediti, vndique relaxãtes, in prædam diaboli præparamus? Tunc exibat ad eũ omnis Iudæa, & Hierosolyma, & omnis regio Iordanis, & baptizabantur ab eo confitentes peccata sua. Vides quantum præsentia valebat prophetę? Quemadmodum ad se fecit vndique populos conuolare, & illos ad peccatorum suorum cognitionem reduxit. Erat siquidem admiratione dignissimum, tantam in hominis habitu fulgere virtutem, tantamque in illo splendere constantiæ dignitatem. Quem vtique tam ingentem videbant, plurimaque vultus gratia corruscantẽ; ipsum quoque prædicationis genus, nouum erat atquẽ diuersum, regnum prædicans cœlorum & promittens, atque geheunæ supplicium.

4

Matt. 11.

Mat. 3.

5 *Hom. 7. ex imperfecto Chrysostomo.*

IDEM exponens verba illa. Matth. 3. Ipse autem Ioannes habuit vestimenta de pilis Cameli, dicit: Nõ de lana Cameli habuit vestimentum, ne ipsa mollicies vestimenti delicata faceret membra, & ipsa deliciositas virtutem patientiæ emolliret, sed de asperioribus setis cameli, vt ipsa asperitas ad virtutem patientiæ ipsum animum exerceret. Ideo non dixit de lana cameli, sed de pilis cameli. Tale habebat vestimentum, vt de

virtu-

Gen. 19.

6 *Hom. 27. in imperfecto in c. 11. Matth.*

Ioan. 1.

7

virtute animæ eius ipse habitus corporis loqueretur. Indicabat in habitu vestem religiosiorem, non mollẽ, neque delicatam, sed cilicinam, grauem, & asperam, & conterentem corpus, potius quam fouentem. [Infra:] Edebat locustas, quæ sunt volatilia quædam parua, & non satis in altum volantia. [Infra:] Tunc exibat ad eũ omnis Hierosolyma. Amplius resonabat conuersatio vitæ eius in eremo, quam vox clamoris ipsius. Et magis expauescere faciebat homines operibus suis, quam verbis. Et forsitan nisi sermones suos conuersatione huiusmodi commendasset, nunquam omnis Iudæa ad vocem eius exisset ad eum. Egrediebatur ad eum omnis Iudæa. Ad comparationem enim illus sanctitatis, quis poterat arbitrari se iustum? Inimitabilis erat conuersatio eius, omnium vitam apparere faciebat culpabilem, vt iam nemo in operibus suis confideret. Quem admodum enim si videris albam vestem, dicis, satis cãdida vestis est, si verò posueris eam iuxta niuem, incipit tibi sordida apparere, etsi verè sordida non est, tamen quantum ad similitudinem niuis, sordida inuenitur, sic quantum ad comparationem Ioannis, omnis homo videbatur immundus.

3 *Hom. 10. in cap. 3. Matth. to. 2.*

6 *Hom. 27. in imperfe cto in c. 11. Matth.*

IDEM explicans verba illa, cum audisset Ioannes in vinculis opera Christi, inquit: Ioannes specie homo, gratia angelus, quia nihil carnis erat in eo, nisi visio sola, corpore tenebatur in carcere, animo autem in cœlo. Et quod Herodes illi faciebat pro pœna, ille suscipiebat pro beneficio. Et ira illius, quasi Dei misericordia fruebatur, quia verum gaudium Sanctorum est exire de mundo. Et non solum de morte sua non contristabatur, sed ipsam quoque dilationem vitæ suæ, pœnam putabat. Vis scire, quod est super humanam naturam? Missus in carcerem non de suo periculo sollicitus erat, sed de aliorum salute cogitabat, idest discipulorũ suorum. [Infra: Explicans illa verba, etiam dico vobis & plusquam propheta, ait: Prophetæ est de Christo prædicare. Nunquid prophetæ fuit, vt in vtero constitutus, Deum in vtero cognosceret? Prophetæ est promerito conuersationis & fidei, prophetiam accipere, nunquid prophetæ fuit, vt prius fieret propheta, quam homo, & ante gratiam acciperet? Prophetæ est beneficium à Deo accipere, nunquid prophetæ est beneficiũ baptismatis Deo donare? Prophetæ est verbum ante tempus significare de Christo, nunquid prophetæ est facie ad faciem digito Christum ostendere? Prophetæ est, vt ipse de Deo prophetet, nunquid prophetæ est, vt Deus de illo prophetet, dicens, ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam? Iam nunc incipit dicere causas, propter quas amplius erat, quam propheta Beatus Ioannes, qui talem meruit habere laudatorem. Et Ioannes quidẽ testificatus erat de Christo, ecce agnus Dei: Sed amplius recepit a Christo, quã præstitit. Ioannes enim Christum glorificans, humanam illi contulit laudem, Christus autem Ioanni diuinam contulit gloriam. Nam iste, illum agnum ostendit, ille autem, istum Angelũ prædicauit. Iste minus laudauit in Christo, quam erat, nam non solum peccatum mundi abstulit, sed etiam vitam æternam mundo donauit. Ille autem istum supra quam videbatur erexit, vt qui homo erat angelus diceretur. Ecce mitto angelum meũ ante faciem tuam. Audi nũc, & intellige dignitatem. Puto, si non est audaciæ dicere, quòd glorioſior est Ioannes, quia homo fuit, & propter virtutis meritum angelus est vocatus, quam si nomine angelus & natura fuisset. Angelus enim, hoc ipsum quod angelus est, non tantũ est virtutis præmium, quantum naturæ proprietas. Iste autem mirabilis est, qui humana natura angelicam sanctitatem transgressus est, & obtinuit quod non habuit natura, per gratiam Dei. Quantum præ cæteris prophetis Ioannes in tempore iuxta Christum, tantum iustitia præ illis proximior erat Christo. Multæ quidem stellæ ante lucem præcedunt, nunciantes lucis aduentum, nulla tamẽ earum luciferi nomen habere meruit, nisi vna, quæ cum ipsa luce procedit. Sic omnes prophetæ ante faciem Christi præcedunt, nunciantes aduentum eius, solus tamen Ioannes, præcursor est appellatus. Omnes prophetæ prophetauerunt de Christo, de illis autem non prophetatum est, ipse autem nõ solum prophetauit de Christo, sed etiam alij prophetę prophetauerunt de ipso. Quis aliquã do dictus est vox clamantis in deserto? Nam omnes portiones verbi fuerunt, iste autem ipsa vox, quæ desertum facere poterat quasi agrum cultum.

4 *Matt. 11.*

Luc. 3.

7 *Mat. 3.*

IDEM ait: Quia Ioannes maiorem accepit gratiã, propterea in eremo philosophatur, & reseruat se in aduentum Christi; quia nunciaturus erat Christum, statim in eremo nutritur, ibi crescit, non vult cum hominibus conuersari. In eremo cum angelis philosophatur. Considerate monachi dignitatem vestram. Ioannes princeps vester est, ipse monachus. Statim, vt natus est in eremo viuit, in eremo nutritur, Christum expectat in solitudine. Fœlices sunt, qui imitãtur Ioãnem, quo inter natos mulierum nemo maior surrexit. Expectabat Christum, oculi eius nihil aliud dignabantur aspicere. Vnde (Hom. 28. in Ioannem,) idem Ioannes dixit. Qui habet sponsam sponsus est, amicus autem sponsi gaudio gaudet propter vocem sponsi. Qui dixerat, non sum dignus, vt soluam eius corrigiam calceamenti, amicum se eius in præsentia dicit? Non vt extollat se, nec vt laudet, sed vt hanc maximam curam habere, neque inuitos se, & ægre ferente id fieri, sed cordi sibi, & quam gratissimum esse ostendat, & hæc sunt, quorum gratia maximè omnia fecit, quæ omnia amici appellatione significauit. Amici enim sponsi exultant, maximè in nuptijs illius, vbi voluptatis magnitudinẽ explicare voluit. Quasi diceret. Tantum abest, vt molestè miracula eius, & opera feram, vt tunc maximè dolerem, si non fierent, si ad sponsum sponsa non accederet, dolore tunc afficerer.

8 *Hom. 2. ex varijs in Ioannem. to. 3.*

Ioan. 3.

Ioan. 1.

HIERONYMVS ait: Ioannes ille maior omnium prophetarum non vescitur mollibus, non exquisitis ad gulam dapibus saginatur, sed in hoc mundo, pene sine mundo est, cunctam desideriorum deserens curam mundialem, setosa durum virum horridant, tegmina non decorant, humifero esu, melleo tenuiter sudore saturatur. Denique hic non agnum illum, quem in vmbra veritatis soliti erant Iudæi habere pro Pascha, per quem mundi, peccata non poterant aboleri, sed illum verum agnum, cuius omnis esset mortalitas cruore saluanda, primus agnouit dicendo, Ecce Agnus Dei. Illud etiam in eo mirandum est, quòd eremum elegerit, Domini prædicaturus aduentum, non in templis, non loquitur in plateis, multitudinem multitudini profuturus horrescit. Et cur vox est clamantis, à se declinatur auditur? Opus est vtique multitudo doctori. Et quæ in eremo multitudo? Sine dubio nulla. Et quid faciet propheta, qui & vox est, & vox clamantis? Elegit ni fallor locum non vbi eum nullus audiat, sed ad quem populos de naturæ corruptæ conuersatione reducat, vt in propheta nouam vitam videntes, diuinã mirari discant, seque omnibus vitijs circuncisos, in eremo esse patiantur. Locus ergo ipse forma doctrinæ est, & ipsa prædicatio solitudo est virtutum. Operatur habitatio, dum vrbium frequentiam sollicitus relinquit auditor, & eremum à contagione mundi, velut à theatro hoc voluptatum auulsus ingreditur.

9 *In epist. de vera circũcisione to. 9*

AMBROSIVS sic habet: Multis modis & innumerabilibus differentijs gratiæ opera & dona variantur, inque ipsis singulis generibus munerum, dissimiles sunt gradus, & impares quantitates. Sicut enim in germinibus herbarum, atque lignorum, quæ terra producit, non vna species, nec vnum in omnibus genus est, sed singula quæque in sui seminis forma, & in suæ stirpis qualitate gignuntur, plenum autem decorem, non statim vt æduntur accipiunt, sed certis & ordinatis prouehuntur augmentis, donec ab perfectam

10 *Libr. 2. de vocatione gentium. to. 4.*

sui habitus quantitatem per succedentia fibrincremẽta perueniant, ita & semina charismatum, plantæque virtutum, nõ in omni agro cordis humani, totum hoc pariter, quod sunt futura nascuntur, nec facilè reperitur in exordio maturitas, & in inchoatione perfectio. Exerit quidem frequenter potẽs, & misericors Deus, mirabiles istos suæ operationis effectus, & quibusdã mentibus non expectata profectuum mora, totum simul quicquid collaturus est inuehit. In Abrahæ lũbis Leui sanctificatur, & simul cum eo domus Aaron, & sacerdotalis ordo benedicitur. Iacob nullo merito suffragante, dilectus priusquam nascatur eligitur. Hieremiæ dicitur. Priusquam te formarem in vtero nouite, & antequam exires de ventre sanctificaui te. Ioannes intra Elisabeth matris viscera, Spiritu sancto repletus exultat, & vt nullus inter natos mulierum maior sit, prius sentit initia gratiæ, quam naturę. Sed cum & alia similium documentorum exempla non desint, multo tamen crebrior, multoque numerosior pars illa hominum est, cui particulatim, quicquid superna largitas donat, accrescit.

Heb. 7.
Hiere. 1.
Luc. 1.

11 *Ser. 63. qui est de Natali S. Ioãnis Bapt. in vlt. verb. to. 5.*

IDEM sic habet: In beatissimi Baptistæ laudibus, quid potissimm prædicem nescio, vtrum quod mirabiliter natus sit, an quod mirabilius sit occisus? Natus enim est Propheta, in veritate peremptus est; nascendo annunciauit Saluatoris aduentum, moriendo condemnauit Hærodis incestum. Vir enim Sanctus, & iustus, & qui præter communem hominum Natiuitatẽ, ex repromissione generatus fuerat, hoc de Deo meruit, ne communi cum cæteris de sæculo morte discederet, sed corpus quod Domino donante susceperat, Dominum confitendo deponeret. Ergo Ioannes per omnia voluntatem Domini fecit, quia propter opus Domini, & natus est & defunctus. [Infra:] Recensita natiuitatis eius serie ait: Minus autem mirari debemus, quòd tantam Ioannes gratiam in nascendo meruerit, debuit enim præcursor, & præuius Christi habere aliquid simile natiuitati Domini Saluatoris. Habet huius natiuitas aliquid gloriæ, atque miraculi. Quamuis enim vilior partus mulieris videatur esse quam virginis, tamen sicut Mariam suscipimus, quod virgo peperit, ita in Elisabeth miramur, qd anicula procreauerit. Illud autem quam mirandum, quod idem Gabriel Archangelus, vtriusque natiuitatis officium repræsentat. Hoc etiam in laudibus Ioannis minimè tacendum videtur, quod nondum natus etiam prophetat, & adhuc in materni vteri finibus constitutus, aduentum Christi, quia voce non poterat, gaudijs confiteretur. Exultat in vtero antequam nascatur, & prius quam mundi oculis habitum recognoscat, spiritu mundi Dominum recognoscit. In quo arbitror propheticam conuenire sententiam; prius quam te formarem in vtero noui te, &c.

Hiere. 1.

12 *Ser. 64. de Natiu. S. Ioan.*

IDEM ait: Si pater Zacharias, cum eũ nominauit vocem recepit, quanto magis nos, cum laudemus illũ, eloquium promeremur. Cum enim Zacharias pater eius, propter incredulitatem natiuitatis illius, ab Angelo Gabriele silentij esset tacitur nitate mulctatus, subito nato Ioanne filio, linguam resoluit. Videte igitur Sancti Baptistæ meritum, vocem patri reddidit, sacerdoti eloquentiam reparauit. Os quod angelus alligauerat, Ioannes absoluit, quod Gabriel obstruxerat, paruulus reserauit, quanquã, & ipse sit angelus, sicut scriptum est de eo? Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam. Respicite Ioãnem, & videte quanta sit vis eius vocabuli, cuius nũcupatio reddidit muto vocem, patri pietatem, populo sacerdotem, quo nascente fit repente propheta. Magnus Ioannes cuius magnitudini etiam Saluator testimonium perhibet dicens: Inter natos mulierum maior non est Ioanne Baptista. Præcellit cunctis, eminet vniuersis, antecedit prophetas, supergredietur Patriarchas, & quisquis de muliere est, inferior est Ioanne.

13 *Lib. 1 c. 1. Luc. To. 3.*

IDEM explicans verba illa, & erit magnus coram Domino, inquit: Non corporis hic, sed animæ magnitudinem declarauit. Est coram Domino magnitudo animæ, magnitudo virtutis. Est etiam paruitas animæ, & pueritia virtutis. Pusillus est, qui nullum adhuc virtutis videatur habuisse processum. Vir perfectus ille dicitur, qui caret errore pueritiæ, & lubricum adolescentiæ; animæ maturitate non sentit. Pusillus, contrarius est magno. Et si iuxta Apostolum paruulus sub elementis est, cum enim essemus paruuli, sub elementis huius mundi eramus seruientes: ergo magnus supra elementa mundi est. Magnus, qui in deserto prædicans, delitias hominum, corporisque lasciuiam magna animi virtute depressit. Paruulus ergo in sæculo, magnus in spiritu. Infra: Præibit in conspectu Domini in spiritu & virtute Heliæ. Bene ista iunguntur. Nunq̃ enim sine virtute spiritus; nec sine spiritu virtus est. Et ideo fortasse in spiritu, & virtute Heliæ, quia Beatus Helias virtutem magnam habuit, vt ad fidem animos populorum a perfidia retorqueret; Virtutem abstinentiæ, atque patientiæ, & spiritum prophetandi. In deserto Helias, in deserto Ioannes. Ille coruis pascebatur, hic, dum dies esset, calcata omni voluptatis illecebra, parsimoniam prætulit, luxumque contempsit. Ille Achab regis gratiam non quæsiuit, hic Herodis spreuit. Ille post triennium, pluuijs terram rigauit, & hic post triennium arescentem nostri corporis humum, fidei imbre perfudit. Ille Iordanem diuisit, hic ad lauacrum salutare conuertit.

Galat. 4.
Ioan.
1. Tim. 6.
Matt. 11.

14 *Ser. 24. ad fratres in eremo.*

AVGVSTINVS ait: Celebratur Natiuitas Sancti Ioannis Baptistæ, quia in vtero fuit sanctificatus. Hæc aniem festiuitas non solum apud fideles, sed apud infideles vigiliam habet. In hoc festo maxime pagani infideles ad Ecclesiam suam conueniebant vigilantes. Dum illa Sancta Elisabeth (quæ filia fuit Sanctæ Ismaræ, quæ quidẽ Ismara soror fuit carnalis Sanctæ Annæ matris Dominæ nostræ) grauida esset de Ioanne, ante aduentum virginis sanctificatus Ioannes non fuit, sed salutata Elisabeth à Virgine, mox Ioannes sanctificatus fuit in vtero: vnde meritò eius natiuitatem celebramus.

17

15 *In Ser. Nati S. Ioann. Bapt. Ioan. 5. Eccl. 27.*

BERNARDVS inquit: De Ioanne scriptum est. Erat ipse lucerna ardens, & lucens. Magnum testimonium. Est enim tantùm lucere vanum, tantùm ardere parum, ardere, & lucere perfectum. Audi quid sapiens dicat; Vir sapiens permanet sicut Sol, nam stultus, vt Luna mutatur. Quia enim splendet Luna sine feruore, modo plena, modo exigua, modo nulla videtur. Mutuatum si quidem lumen nunquam in eodem permanet statu, sed crescit, deficit, extenuatur, & penitus non comparet. Sic sic, qui conscientias suas in alienis labijs poluerunt, modo magni, modo parui sunt, modo nulli, secundum quod adulantium linguis vel vituperare placuerit, vel laudare. Sic sapientis ardor internus, foris lucet, etsi non ei datur vtrumque, curat semper ardere magis. Dictum est Apostolis, & Apostolicis viris: Sic luceat lux vestra coram hominibus. Dictum est hoc, & Ioanni, sed ille in spiritu tanquam angelus eruditur. Nimirum tantò propinquior Deo, quãtò vox verbo vicina, cui nulla voce alia media, quod foris sonet oporteat intimari. Neque enim Ioannem prędicatio, sed inspiratio docuit, quem repleuit spiritus in vtero matris suæ. Vere ardens, & vehementer accensus, quem sic præoccupauit flamma cęlestis, vt Christi sentiret aduentum, qui necdum sentire poterat vel seipsum. Fuit ergo iam tunc ardens lucerna, sed interim adhuc sub modio donec super candelabrum poneretur, & luceret omnibus qui erat in domo Domini. Illo enim in tempore, solum adhuc potuit illuminare modicum suum, soli interim lucere matri, magnum ei pietatis sacramentum reuelans motu nouæ exultationis. Vnde hoc mihi, inquit, vt veniat mater Domini mei ad me; Quis enim tibi indicauit matrem Domini, mu-

Matt. 5.
Luc. 3.
Luc. 1.

16 lier sancta? Vñ me nosti? Vt facta est, inquit, vox salutationis tuæ in aurib. meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo. Illuminauit ergo iam tunc modium suum, sub quo latebat, paulo post mundũ nouis illustratur a fulgorib. Ille erat, inquit, lucerna ardens, & lucens. Nõ ait lucens, & ardens, quia Ioanni ex feruore splendor, nõ feruor prodijt ex splendore. Sunt .n. qui non eo lucent, quia feruent, sed magis feruent, vt luceant: qui nõ feruent charitatis spiritu, sed studio vanitatis. Ardens erat Ioã. in se ipso, vehemẽti auiteritate cõuersationis erga Christũ, infimo quodam, & pleno feruore deuotionis, erga peccantes proximos, constantia liberæ increpationis, luxit seipsum ostendens ad imitationem, & luminare maius, quod latebat ad peccatorum remissionem, & ipsas quoque tenebras nostras illuminans corrigendo. Considera igitur hominem angelico promissum oraculo, conceptum miraculo, sanctificatum in vtero, & nouum in nouo homine pœnitentiæ mirare feruorem. Victum, & vestitum habentes (ait Apostolus) his contenti simus. Apostoli perfectio ista est, sed Ioannes etiam hæc contempsit. Aridi Dominum in Euangelio. Venit (inquit) Ioannes non manducans, nec bibens, plane, nec vestiens. Sicut enim non est loculta cibus, nisi aliquorum forte irrationabilium animalium, sic nec pilus cameli, humanum est indumentum. Quid vos irrationabiles feræ, & reptilia deserti cibos exquiritis delicatos? Ioannes sanctus homo missus a Deo, immo angelus Dei, quo nullus maior in natis mulierum, innocentissimum illud corpus sic castigat, sic extenuat, sic affligit, vos indui festinatis byssо, & purpura, & splendide epulari? Heu hic est præsentis totus honor diei, hæc Baptistæ reuerentia tota, hoc natiuitatis eius prophetata quondã lætitia est. Cuius .n. memoriã agitis, ò nimis delicati cultores, cuius celebratis natalẽ? Nõne illius qui in eremo fuit hirsutus veste, cõfectus inedia? Multi (inquit

17 angelus) in natiuitate eius gaudebunt. Verum id quidẽ multi in natiuitate eius gaudebunt, & paganis ipsis vt audiuimus læta est, & solemnis. Illi celebrant, qđ ignorant, sed nõ ita debuerãt Christiani. Nunc vero, & ipsi in hac Ioan. natiuitate gaudẽt, sed vtinã de natiuitate nõ de vanitate. [Inf.] Ardebat Ioannes sibi, lucebat nobis. Gaudeamus in feruore eius ad imitationem, gaudeamus in lumine, non tamen ibi manentes, sed vt in lumine eius videamus lumen, cui ipse testimonium perhibuit. Venit Ioannes, ait Dominus, non manducans neque bibens. Incentiuum feruoris id mihi est, materia humilitatis. Quis enim in nobis est fratres, qui Ioannis pœnitentiam intuens, suam non dico magnificare, sed alicuius momenti reputare præsumat? Quæ homicidia, quæ sacrilegia, aut flagitia sic puniebat Ioannes in se ipso? Ex hoc sane, & erga proximorum delicta, feruorem intuere Ioannis. Genimina viperarum, ait: Quis ostendit vobis fugere à ven ura ira? De quanto mentis feruore procedere putas scin tillas istas, immò carbones desolatorios? Arguit pharisæos, arguit regem crudelem, atque superbum, sacra quadam vehementia, ad hoc prodiens de deserto millia illi parcens. Ligatus quoque & in carcerem trusus, nihilominus steti in veritate, & occubuit pro veritate fœliciter. Ferueat etiam in nobis zelus iste charissimi. Ferueat amor iustitiæ, odium iniquitatis, peccata dissimulet nemo. Nemo quod in se est æquanimiter ferat, cum viderit ordinem deperire, minui disciplinam, nemo dicat, nunquid cultos fratris mei ego sum? Est enim consentire, silere, cum arguere possis. Iam vero super humili, & omnino feruentissima deuotione Ioannis erga Dominum, quic loquemur? Inde enim exultauit in vtero, inde expauit in Iordane baptizaturus eum, inde, non modo Christum qui putabatur, sed vel ipsam corrigiam calciamenti eius

soluere, dignum se esse negabat. Nonne Deo subiecta erit anima mea? Alioquin non ero lucerna ardens, nisi toto corde, tota mente, & ex omnibus viribus meis diligam Dominum Deum meum. Luxit etiam Ioannes, tu puer propheta altissimi vocaberis (ait pater) præibis enim ante faciem Domini parare vias eius, ad dandam scientiam salutis plebi eius. Ad dandam, inquit, non salutem (neque enim ille lux) sed scientiam salutis, in remissionem peccatorum. Num scientiam salutis sapiens parui pendere potest? Ponamus tamen necdum venisse Ioannem, necdum significasse de Christo, vbi salutem quæremus? Peccaui peccatum grande, quod sanguine animalium deleri non 18 potest. Si peccati mei oblitus fuero, stultus sum, & ingratus. Si in memoria mea permanet, arguet me in æternum. Quid igitur faciam? Ibo ad Ioannem, & audiam vocem lætitiæ, & misericordiæ, verbum remissionis, & pacis. Ecce, inquit, agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et alibi: Qui habet sponsam sponsus est. Ostendit igitur, quia venit Deus, quia sponsus, quia agnus. Quia Deus certum est, quod peccata remittere possit, vult autem quia sponsus est, quia amabilis est, agnus etiam est, ne timeas eam, quam facere venit delictorum purgationem, ne vitione, & scissione, ossa, & medullas ossium collidat, ne dolorem inferat morte grauiorem. Audi, agnus est, in mansuetudine venit, cum lana, & lacte, solo verbo iustificans impium. Dominum oportet crescere, me autem minui: Minui vtique splendore non feruore. Retraxit radios, recollegit se, ne fieret sicut ille qui totum profert spiritum suum. Illum, inquit, oportet crescere, qui exhauriri non potest, de cuius plenitudine omnes accipiant, me autem minui, cui datus est spiritus ad mensuram, & danda magis opera, vt ardere semper valea, q̃ lucere. Præcessi sole tanquam lydus matutinum, abscondi necesse est orto iam sole. Non est mihi nisi modicum olei, quo vngar, volo illud in vase tuitius quã in lampade possidere.

IDEM ait: Hodie dies nobis illuxit insignis, & tan 19 to diebus cæteris sanctior, quanto sanctiorem hominem terris infudit. In hac si quidẽ die natus est sanctorum splendor, iustorum laetitia, & gloria, gaudiũ angelorũ, consanguineus Christi, amicus sponsi. Fœlix homo, qui fœliciter cęlorũ perambulas officinas, cursu fœliciissimo sequitur redẽptorẽ. Lætantur angeli, & virtusq; naturæ numero sitas admiratur hominem, sic ingressũ abyssum luminis, & intra interna diuinitatis absorptum, vt ipsam reuerberet aciem angelicę puritatis, sic ab ortu vitæ vsque ad occasum conuersatus est cum hominibus, vt forma vitæ, morum informatio habeatur, primus honor est gloria in annunciatione. Astat enim patri Archangelus Gabriel, & ait ei: Nascetur tibi filius paren um gaudium, nobilitas generis, orbis exemplum, finis legis, Euangelij principium, mortis expulsio, ianua vitæ, decus hominum conuersationis splendor, omnis iustitiæ principatus. Considera nunciantis sublimitatem, loci dignitatem, quia cum staret pater à dextris altaris incensi, coram arca &c. Diei reuerentiam, in solemnitatem, quando Iudæi omnes conueniebant, & tunc intelliges, quam excellenti gloria Ioannis genitura prædicetur. Secundus honor est sanctificatio in vtero matris. Longe minor Hieremiæ sanctificatio, quam Ioannis. Ille quidem in vtero matris sanctificatus his Spiritusancto repletus dicitur. Ibi enim sanctificatio emundationem, hic repletio inundationem signat. Apostoli, qui in auribus suis tractauerunt de verbo vitæ, cum Spiritumsanctum accepissent, insufflante Domino, vix quinquagesimo a resurrectionis die, ad illũ gradum potuerunt peruenire, vt diceretur de eis, repleti sunt omnes

Spiritusancto, quod tamen Ioannes in vtero legitur assecutus. Tertius honor est excellentia in exultatione. A seculo non est auditum, quòd quis exultauerit in vtero matris. Quid mirum si exultat, si amplexantibus se matribus, regem, & militem, tantum duo tenerrimi parietes adiungunt. Quartus honor est gaudium innatiuitate. Quintus honor est singularitas in conuersatione. Intra teneritudinem enim annorum beatus iste puer ad eremum ductus est, nec
10 obstitit ætatis infirmitas, quam maiestas Domini fœcundabat. Mira conuersatio, vix mundum intrauerat, & iam mundi fugiebat gloriam, & sæculi cupiditates non solum obliuiscebatur, sed nesciebat, perpetuum cum Deo habens consortium, & animalis viliſſimi satiatur edulio, nihilque coctum accipit ieiunantis asperitas. Sextus honor est nouitas in prædicatione. Ipse enim fuit primus, qui de regni cœlestis perpetua mansione diseruit. Ascendit Moyses in caliginem, in qua erat Deus, loquitur familiariter cum Deo gloriosum nomen Adonai ei reuelatur, sed intus, omnibus regni cælorum memoria, nec nominatur, nec auditur. Veni ergo ad Ioannem, & audi vocem exultationis, vocem nouitatis, verbum misericordiæ, sermonem gloriæ, quod celauerat Deus, tacuerat Angelus, latuerat patriarchis, Prophetæ nescierunt. Pœnitentiam, inquit,
Matt. 3. agite appropinquabit enim regnum cœlorum. Hæc est vox, de qua maximus ille contemplator cœlestium visionum, in hæc verba, prosequitur. Et vox
Apoc. 14. prima, quam audiui, sicut citharædorum citharizantium in citharis suis. A diebus Adæ vsque ad Ioannem organum nostrum versum est in vocem silentium. Quare? Quia si occidis, occidi iuberis, sabbato ligna colligis, lapidari iuberis, & ille cui proprium est misereri semper & parcere, nisi scire non nouit. Ioannes natus, ostendit medicamentum vul-
Cant. 2. neri, peccato pœnitentiam, & veniam. Hæc est prima vox clamantis in deserto, vox turturis quæ audita est in terra nostra. Ex tunc misit in os nostrum canticum nouum, & superexaltat misericordia iudicium. Septimus honor est dignitas in baptismate, quando Christus Dominus cœlorum ex, astantibus angelis venit ad Ioannē, vt baptizetur ab eo. Octauus honor est prima reuelatio de trinitate facta Ioanni, quando descendit spiritus sanctus sicut columba super Christum in Iordane, & vox patris audita est, hic est filius meus dilectus. Pater auditur in voce, filius baptizatur in flumine, spiritus sanctus demonstratur in columbæ specie. Nonus honor est testimo-
Matt. 11. nium veritatis, quod de Ioanne Christus Dominus prædicauit. Quid existis in desertum videre? O mira testificatio redemptoris. Quis ingressus est mundum, & mundum vel in aliquo non cognouit?

De Sancto Ioanne Euangelista. §. secundo.

21 ORIGENES explicans Euangelium Ioanne primo in principio erat verbum, ait: Superuolat beatus Ioannes Theologus, non solum quæ intelligi, ac dici possunt, verum etiam, quæ superant omnem intellectum. O beate Ioannes non immerito vocaris Ioannes, Hebræum nomen est, significans, cui donatum est. Cui enim Theologorum donatum est, quod tibi donatum est, abdita videlicet summi boni penetrare mysteria, & ea quæ tibi reuelata & declarata sunt, humanis mentibus, ac sensibus intimare? Dic quæso cui talis ac tanta donata est gratia. Recubuit Ioannes in cœna super pectus Domini, qui postquam semel veritatis perspexit vultum, nequaquam eius acies repercutitur, non fallitur, nulla caligine obcæcatur. Infra. Petrus Christum, Deum, & hominem iam factum cognoscens, & dicens, tu es Christus filius Dei viui, altissime volauit, sed Ioannes altius illo, qui eundem Christum de Deo ante omnia tempora genitum intellexit, dicens, In principio erat verbum. O beate Paule *Matt. 16.* raptus es, vt tu ipse dicis, in tertium cœlum, sed non es raptus super omne cœlum, & paradisum. Ioannes omne cœlum conditum, omnem creatum paradisum, hoc est, omnem humanam angelicamque transgreditur naturam. In tertium cœlum raptus, ò vas electionis, & magister gentium audisti verba, quę non licet homini loqui. Ioannis intimæ veritatis inspector, vltra omne cœlum in paradiso paradisorum, hoc est, in causa omnium, audiuit vnum verbum, per quod facta sunt omnia, & licuit ei illud verbum dicere, hominibusque prædicare, quantum hominibus prædicari potest, ac fiducialiter clamat. In principio erat verbum. Non ergo Ioannes erat homo, sed plusquam homo, quando & seipsum, & omnia quæ sunt superauit, & ineffabili sapientiæ virtute, purissimo mentis acumine subuectus in ea quæ superiora sunt, secreta, videlicet, vnius essentiæ in tribus personis, ingressus est. Non enim aliter potuit ascendere in Deū, nisi prius fieret Deus. Vt enim radius oculorum nostrorum, species rerum sensibilium, coloresque non prius potest sentire, quam se solaribus radijs immisceat, vnumque cum ipsis & in ipsis fiat; ita animus sanctorum, puram rerum spiritualium, omnemque intellectum superantium cognitionem, non sufficit accipere, nisi prius incomprehensibilem veritatis participationem, dignus efficiatur habere. Sanctus itaque Theologus, in Deum transmutatus, veritatis particeps, Dei verbum subsistere in principio pronunciat. Animaduerte angelum diuinum super filium hominis ascendentem, & annunciantem ipsum esse ante omnia in principio, & mox descendentem super eundem filium hominis, & dicentem, Verbum caro factum est.

25 Hom. 32. in Ioan.

26 In epist. ad Paulā, & Eustochiū de assumptio B. Mariæ. to. 8.

BASILIVS exponens Euangelium Ioannis cap. primo in principio erat verbum &c. inquit: Omnis quidem Euangeliorum vox, reliquis omnibus sancti Spiritus præceptis, eminentior esse dignoscitur, quòd in alijs per prophetas seruos, in euangelijs autem ipse per se Dominus, nos est allocutus. In ipsius autem euangelij laudibus, & sermonis magnitudine, & sententiarum grauitate, Ioannes filius tonitrui, primas obtinet.

23 Hom. 6. in varijs huius tomi. To. 1.

27 Li. 1. aduersus Iouinianum. to. 2.

CHRYSOSTOMVS ait: Sanctissimus Ioannes admirationis plenus, arcana redundans sapientia, tonitrui filius, est Christo dilectissimus, columna omnium quæ in orbe sunt Ecclesiarum, qui cæli claues habet, qui Christi calicem bibit, qui super pectus Domini multa cum fiducia recubuit. Infra: Huic Apostolo supernæ affuerunt virtutes, eius animæ pulchritudinem, sapientiam, & speciem virtutis admirantes. Etenim tanquam lyram quandam pretiosis lapidibus, auroque distinctam, sic suam sibi animam exornando effecit, vt per eum magnum & altum spiritum personaret. Nihil nobis humanum, sed a Spiritus sancti profundis & abditis thesauris omnia proloquitur, quæ neque angeli, priusquam hic diceret, nouerunt. Namque & ipsi nobiscum per Ioannis vocem, & per nos didicerunt, quæ cognouimus, & quod nobiscum beatus etiam Paulus hic verbis significauit, vt innotescat principatibus & potestatibus in cœlestibus per ecclesiam multiformis sapientia Dei, si igitur principatus & potestates, cherubin quoque & seraphin, hæc per ecclesiā didicerunt, plane constat ipsos angelos, summa cum attentione eius sese auditores exhi-

24 In prologo in euang. Ioan to 3. Mar. 3.

Eph. 3.

exhibere. Nobiscum ergo angeli didicerunt, quæ ignorauerunt. Et in Ser. 1. addit. Audiamus Ioannem narrantem ea quæ in cœlo sunt, & quæ nemo vnquam ante hac intellexit. Talem enim & tam profundam doctrinam ad nos affert, qualem credibile est, ab ipsis Spiritus sancti thesauris accepisse, tamquam modo ex ipso cœlo descenderit, immo neque omnes, quin cœlo sunt, scire ea credendum est, vt iam diximus. [Infra:] Corpore habitauit Asiam, vbi antiquitus omnes philosophorum sectæ philosophatæ sunt; Idcirco locus is dæmonibus obnoxius est, & admodum formidabilis. In medio tamen inimicorum claruit, illorum fugata caligine, arcem euertit quam munitissimam.

Matt. 16.

25 *Hom. 32. in Ioan.* IDEM sic habet: Ioannes erat discipulus ille, quē diligebat Iesus. Quid huic beatitudini par? Sed tantæ dilectionis causam contemplemur. Quænam ea est? Reliquit patrem, & nauiculam, & rete, & secutus est Iesum, verum hoc fratres fecerat, & Petrus, & Andræas, & alij Apostoli. In quo ergo excelluit, quòd tantam sibi Iesu conciliauerit dilectionem? Incredibilis arbitror Ioannis mansuetudo, & lenitas, quæ quanta sit virtus ex Moyse manifestum est: quippe quæ tantum ac talem præstiterit, nihil enim humilitati comparandum.

26 *In epist. ad Paulã, & Eustochiũ de assumptio B. Mariæ. to. 8.* HIERONYMVS recensens multorum opinionem de Mariæ assumptione, dicit etiam & de Ioanne idem nec reprobat, ait: Aiunt beatam virginem beata cum Christo immortali ate vestiri. Quod & de beato Ioanne euangelista eius ministro plurimi asseuerant, quia in sepulcro eius, non nisi manna inuenitur, quod & scaturire cernitur. Infra: Post ascensionem Domini, Ioannes Apostolus atque euangelista Mariam, cui Christus eam de cruce commisit, virgo virginem seruauit, suisq; ei deseruiuit obsequijs, non quod eximius ille sanctorum chorus Apostolorum deseruerit eam, inter quos post resurrectionem intrans, & exiens, familiarius contulit de Christi incarnatione. Quam sane beatam virginem, etsi omnes venerati sunt discipuli, eique famulabantur affectu dilectionis, Ioannes tamen amplius, ac specialius, vsque in finem vitæ, qui sibi commissam accepit in suam, quasi matrem filius, virgo virgini cohæsit, & deseruiuit officiosissime cura adoptionis, Non enim pudicissima virginitas, alicui Apostolorum rectius, quam virgini commendatur, vt esset ad inuicem grata societas, & floridus a pectus, necnon & venustas conuersandi vernans, alternatim pudicitiarum splendore decoratur.

27 *Li. 1. aduersus Iouinia num. to. 2.* IDEM sic habet: Dixit Christus Petro loquenti de Ioanne, si sic eum volo manere donec veniam quid ad te? Ex quo ostenditur virginitatem non mori, sed manere cum Christo, & dormitionem eius, transitum esse non mortem, sed cur non Ioannes electus est virgo, vt super illum fundetur ecclesia? Aetati delatum est, quia Petrus senior erat, ne adhuc adolescens, & pænè puer, progressæ ætatis hominibus præferretur. Vt autem sciamus Ioannem tunc fuisse puerum manifestissime docent Ecclesiasticæ historiæ, quòd vsque ad Traiani vixerit imperium, idest post Passionem Domini 68. anno dormierit. Petrus Apostolus est, Ioannes Apostolus, & virgo. Sed Petrus Apostolus tantum, Ioannes Apostolus, & Euangelista, & Propheta. Apostolus, quia ad Ecclesias scripsit, vt magister Euangelista, quia librum euangelij condidit. Propheta, vidit enim in Pathmos insula in qua fuerat a Domitiano Principe relegatus Apocalysim, infinita futurorum mysteria continentem. Refert autem Tertullianus, quòd a Nerone missus in feruentis olei dolium, purior, & vegetior exierit, quam intrauerit. Sed & ipsum eius Euangelium multum distat à cæteris, quia Ioannes nofter, vt aquila ad superna volat, & ad ipsum patrem peruenit dicens, in principio erat verbum, &c. Exposuit virginitas, quod nuptiæ scire non poterant, & vt breui sermone multa comprehendam doceamque cuius priuilegij sit Ioannes, a Domino virgine, mater virgo virgini discipulo commendatur.

23 Hom. 6. in verũ huius tomi. To. 1.

24 In prologo in euang. Ioan to 3. Mar. 3.

Eph. 3.

28 *Li. 3. in c. 14. Zach. tom. 5.* IDEM ait: Arcana, & mysteria nouerat Euangelista Ioannes, qui ausus est dicere, quod Angeli forsitan nescierunt. In principio erat verbum, &c. Et idcirco amatur à Domino, quia optimum habebat profundum, & recubuerat supra pectus Iesu, vnde & hauserat sapientiam.

2 *Li 9 6. b. 3. in c. li epis. Pam ad Galatas. to. 9.* IDEM ait: Beatus Ioannes euangelista cum Ephesi moraretur, vsque ad vltimam senectutem, & vix inter discipulorum manus ad Ecclesiam deferretur, nec posset in plura vocem verba contexere, nihil aliud per singulas solebat proferre collectas, nisi hoc, filioli diligite alterutrum. Tandem discipuli, & fratres, qui aderant tædio affecti, quòd eadem semper audirent, dixerunt. Magister, quare semper hoc loqueris? Qui respondit dignam Ioanne sententiam, quia præceptum Domini est, & si solum fiat sufficit.

30 *Lib. 2. offi. c. 20. to. 4.* AMBROSIVS inquit: Plerumque virtutibus pares, dispares ætatibus, sui delectantur copula, sicut delectabantur Petrus, & Ioannes. Nam adolescentem legimus in euangelio Ioannem, & sua voce, licet meritis, & sapientia nulli fuerit seniorum secundus. Erat enim in eo senectus venerabilis morum, & cana prudentia. Vita enim immaculata, bonæ senectutis stipendium est.

Sap. 4.

31 *Tract. 124 in cap. 21. Ioan. Tom. 9.* AVGVSTINVS exponens Euangelium, quod ecclesia legit in festiuitate Euangelistæ Ioannis, sic ait: Quod occasione verborum, quæ de Ioanne Christus dixit, sic eum volo manere donec veniam, nonnulli arbitrati sunt ipsum non obijsse, sed in illo sepulchro eius, quod est apud Ephesum dormire, & quia videtur terra illius sensim scatere, & quasi ebullire, hoc eius anhelitu fieri arbitrantur, & donec Christus veniat, sic manere, quod reprobat Augustinus. Infra: Illud in his duobus Apostolis Petro, & Ioanne dubitatur, cur Ioannem plus dilexerit Dominus, cum ipsum Dominum plus dilexerit Petrus. Cum enim Ioannes se discipulum quem diligebat Iesus nominet, procul dubio non mendaciter, se præ cæteris Apostolis dilectum, ait: in signumque maioris erga eum dilectionis Domini, recubuit in cœna super pectus eius. Quod autem Petrus Dominum plus alijs Apostolis dilexerit, illa verba manifestant, quæ ipsi dixit, interrogatus enim Petre diligis me plus his, respondit, etiam Domine, tu scis, quia amo te; plus his intelligendum est. Tamen si quæramus, quis eorum fuerit melior, quis dubitauit eum qui plus diligit esse meliorem? Sed tamen quantum ipse sapio meliorem qui plus diligit Christum, fœliciorem vero, quem plus diligit Christus.

32 *In prologo super Ioannem qui habetur in exordio huius tomi in primis illius verbis.* IDEM ait: Omnibus diuinæ scripturæ paginis euangelium excellit. Inter ipsos autem euangeliorum scriptores Ioannes eminet in diuinorum mysteriorum profunditate, qui a tempore Dominicæ Ascensionis, per annos sexagesimumquintum, verbum Dei absque adminiculo scribendi, vsque ad vltima Domitiani prædicauit tempora. Sed occiso Domitiano cum permittente Nerua de exilio rediisset Ephesum, compulsus ab episcopis Asiæ, scripsit euangelium de Christi diuinitate. Vnde merito in figura quattuor animalium aquilæ volanti comparatur, quæ volat altius cæteris auibus, & solis radios, irreuerberatis aspicit luminibus. Cæteri euangelistæ, qui de diuinitate pauca dixerunt, quasi animalia gressibi-

lia cum Domino ambulant in terra, hic autem diuinitatis potentiam sublimius contemplans, cum Domino ad cælum volat. Qui enim supra pectus Domini in cena recubuit, cœlestis hausti um sapientiæ, cæteris excellentius, de ipso Dominici pectoris fonte potauit.

Ira (etsi aliquando bona sit) tamen multa habet damna, & remedia, iratis autem compati, non indignari debemus.

Cap. VII.

1 *Hom. 10. ex varijs, quæ est de ira. To. 1. Eph. 4. Matt. 5.*

BASILIVS sic habet: Audimus in prouerbijs scriptum. Ira sapientes perdit. Audimus item Apostolicum dictum: Ira, & omnis indignatio, & clamor a vobis abscedat, & Dominum dicentem: Si quis irascitur fratri suo sine causa reus erit iudicio. Igitur si quando nos hoc vitium tentauerit, dare debemus locum iræ, tanquam exitum violento cuidam torrenti, discentes tamen tacite turpem eorum tumultuationem, qui hoc malo tenentur cognoscemus, quòd vir iratus fœdus aspectu sit. Quando enim semel iræ perturbatio mentem præcipitans imperium animæ sumpserit, hominem penitus in feram conuertit, nec hominem qui rationis sit compos esse sinit. Quod enim venenum virus emittentibus erit, hoc item & furor, animo irritatis ac perturbatis. Impetu feruntur, insiliunt, rabie vt canes afficiuntur, punguntur vt scorpijs, mordent vt se serpentes. Nouit & scriptura eos, qui hoc vitio tenentur, ferarum appellatione vocare, quibus sese, ob peruersitatem similes, ac familiares reddiderunt. Nam & canes, & serpentes, & genimina viperarum, & his similia nominat. Qui enim ad mutua inter se eiusdem generis parati sunt inferenda incommoda, iure feris ac venenatis ascribi possunt, quibus ex natura continuum aduersus hominum genus odium inest, Effrenes linguæ, ora incustodita, incontinentes manus, contumeliæ, probra, accusationes, verbera, & alia eiusmodi quæcunque quis enumerare poterit, iræ sunt, ac furoris fructus. Ob iram ensis acuitur, mors homini ex homine venit, fratres inter se ignorantur, parentes ac liberi, naturæ obliuiscuntur? Sed ante omnia, & se ipsos non agnoscunt irati, deinde neque quot quot habent necessarios. Quem admodum enim torrentes ad loca curua decurrentes, secum obuia quæque trahunt, sic & iratorum impetus violenti & instabiles omnia similiter percurrunt, atque obruunt. Non eis senectus venerabilis, non vitæ virtus, non generis propinquitas, non acceptæ iam gratiæ, non denique quicquid aliud quamuis æstimandum, in honore est. Momentanea quædam insania est ira. Quin & maximum se in malum sæpius conijciunt, & studio vindicandi seipsos negligunt. Eorum namque memoria quibus læsi sunt incitati, & animo exacerbato atque æstuanti, non prius desinũt, quam incommodum aliquod infestanti infligant, vel ipsi (si id contingat) accipiant, quemadmodum sæpe euenit, vt quæ per vim tentata sunt, plus accipiant incommodi, quam inferant. Quis enim in ea se mala conijceret, quæ ira feruidi homines, quamuis occasione vociferantes, & exasperati subeunt atque tolerant? Nam & omni fera venenata impudentius ruunt, nec prius desistũt, quam aliquo magno malo & intolerabili, ira intumescente, æstuante, exsatient animum. Neque enim ensis, neque ignis, neque horrendum aliquid, animum ira intumescentem, ac furentem, satis compescere valebit, non magis, quam à dæmonibus detenti, à quibus irati nihil nec forma, neque animi affectu differunt. Nam ijs, qui ad vindictam anhelant, ita quidem circum præcordia, sanguis feruet, quasi vi ignis ebulliat & exæstuet, superne vero accensa facie alio aspectum visendum exhibet iratum, eam formam quæ omnibus consueta est, & nota, quasi larua quadam, vt in scena fieri solet, prorsus immutans, oculi consueti non apparent, sed ignei, micantesque, dentes acuunt veluti sues grassantes vultu sunt, liuenti sanguine effuso. Oris humore increbescente, venæ obturbati, intra viscera spiritus angustia disruptæ. Vox aspera, & intensa, sermo inconstans, & confusus, ac temere cadens, nec significanter ne ex parte quidem prolatus. Postquam vero ira sicut flamma, sicca materia succensa, irritantes inuasit, tunc nec sermone dicenda, neque referenda videre licet spectacula. Videbis omnes partes corporis, insaniæ instrumenta factas. Si autem pariter aliquem ex aduerso concurrentem inueniant, iramque mutuam inter se exerceant, ea patiuntur quæ fas est eos pati, qui sub tali dæmone contendunt ac certant. Cœpit qui primus manibus iniuriam intulit, alter vlciscitur, hic instat, ille non cedit, corpus obiter vulneribus petitur: ira vero facit, vt dolor & incommodum minime sentiantur. Non enim damna corporis, aut sensum curant, cum sint omni studio & viribus, tantum ad vlciscendum commoti. Ne fratres malum malo curate, neue contendite inuicem calamitate mutua vincere. In rixa enim is inferior est, qui victor est, ac peccatis longe grauior discedit. Contumeliam intulit iratus, tu vince, amoueque silentio malum. Tu autem contra facis, qui velut vndam fluentem illius iram in cordis penetralia susc ipiens, ventos imitaris contra flatibus aduersis resistentes. Noli tuo aduersario pro magistro vti, nec quem odio prosequeris, hunc æmulari, nec fieri velut speculum irati velis, illius formam in te ipso ostendens. Rubicundus ille est ob iram? tu minime roborem præreras. Illi sanguinei oculi? tui quiete ac cum grauitate aspiciant. Vox illi aspera? tibi mitis. Neque enim sic in locis desertis echo in ipsos clamantes intempestiue infunditur; sicut in hominem iniustum, & contumeliosum contumelia reuertitur. Immo sonus quidem illic idem redditur, contumelia vero augmentata recurrit. Nam si inter litigantes forte conuicia dicuntur, primus obscurum hominem vocat, alter vernam, ex vernis regerit. Hic pauperem, alter mendicum. Hic indoctum, alter stupidum appellat. Denique sic durant donec conuitia sicut sagittæ deficiant. Deinde omni contumelia per linguam consumpta, ad manus uenitur & pugnam. Ita namque certamen excitat, certamen vero conuitium, conuitium uerbera, uerbera demum vulnera, ex quibus & mortes sæpe sequuntur. Itaque iram ab initio, vt mali originem compescamus. Sic enim plurima mala velut radice quadam & principio, hac animi perturbatione existente, facile excidere poterimus. Quando verborum contumelia tentaris, illud existima, periculum de te fieri, an Deo per patientiam adhæreas, seu per iram inaduersarij partes inclines. Da tempus cogitationibus, ad optima eligendi partem opportunum. Nam e duobus alterum proculdubio consequeris; aut inimicum tuæ mansuetudinis exemplo munitiorem reddes, vel certe si despexeris, acrius illum vindicabis. Quid enim aduersario durius esse potest, quam te animum gerere contumelijs omnibus altiorem? Sine illum frustra te allatrare, in se ipso disrumpi. Hinc quandoque pœnitebit eorum quæ loquitur, te nunquam benefacti, aut virtutis pœnitebit. Quid plura? Huic contumelia regnum cœlorum clausit, ubi taciturnitas

nisse, idem aperuit. Audi Dauid dicentem. Dum
Psal. 38 contineret peccator aduersum me, non iratus sum,
aut mutus, sed surdus factus, & humiliatus sum,
& silui a bonis. Tu autem ad iracundiam ob par-
uam contumeliam concitaris, imitaris uerò, ut
bonum. Ecce iam vitium quod reprehendis ip-
se patras. Si malum est contumelia, eius imitationem fuge. Non enim incepisse alium, ad excus-
tionem sufficiet. Iustius quidem fuerit, vt arbitror,
hinc intendi aduersum te querelam, eo quòd ille e-
xemplum sapientiæ prius non vidit, tu uero cum iratu
turpiter se mouentem, & ridiculum, & probrosum vi-
deris, eius uestigia quæris imitari clamando, succ-
censendo, resistendo. Si malum est ira, cur malum
id non euitas? Si venia dignum, cur irato succen-
censes? Per ea enim quæ facis, & aduersarij culpas
leuiores reddis, & te ipsum condemnas. Nonne
vides, quemadmodum iusta iracundiæ si duriora offendant re-
sultant, ac excidunt, in mollibus verò & obedien-
tibus facile figuntur? Ita & in contumelijs euenit, qui
6 eis occurrit ac resistere quærit, illas in sese recipit,
qui autem mansuetudine armatus ad eas excipien-
das se præparauerit, omnino excutiet ac euitabit.
Oportet itaque motus animi insanos, ac præcipites,
exemplo Domini, ac sanctorum, ac beatorum præ-
ceptorum memoria cohibere, quomodo magnus Da-
uid, & qua mansuetudine iniquitatem Semei tule-
rit, non enim iræ locum dedit, in Deum causam
transferens, quoniam Dominus ait mandauit ei, vt
maledicat mihi. Gymnasium tibi quoddam, & exer-
citatio ad Philosophiam, verba alterius sint. Si enim
nihil moueris integer es animo, ac sanus. Si uero
aliquid animo pateris, saltem in te conde tristitiam.
Immo turbatum est cor meum, inquit Propheta, hoc
est, non extra, perturbationem animi ostendi, sed ve
luti quandam intra litus abruptam undam retinui.
Quomodo igitur iræ incommoda fugiamus; si eam
nullo modo mentem rationemve occupare sinamus.
Quamobrem si forte in cogitationem veniat, aut ca-
dat, ita eam retineamus, vt equum iugalem nobis ra-
tione, ut frœno quodam obtemperantem, ad ordi-
nem proprium nequaquam excedentem, & via in-
gredientem, qua a mentis recto consilio dirigitur.
Est enim ira pars animi iracibilis, nobis ad multa vir-
tutis opera necessaria. Quando velut miles quidem,
apud ducem arma sumens, paratus est eius iussu auxi-
lium præbere; sic iracundia rationi adiutrix contra
7 peccatum fuerit. Neruus est animæ indignatio, for-
titudinem constantiamque ac robur, ad res bene
agendas præbens, quæ animam forte voluptate deli-
nitam, ac lasciuientem, veluti ferro quodam cohi-
bens, fortiorem ex remissa reddit. Neque enim si
contra iniquitatem desit indignatio & ira, iustus eam
odio, quo decet persequi poterit. Quoniam ueluti
canis patiori, sic ira rationi obediens, mitis quidem,
ac mansueta iuuantibus eam, & a ratione reuo-
cabilis erit. Nam canis ad vocem & aspectum alienum, tor-
uus, & agrestis, etiam si palpari se videat; notos ve-
ro & amice alloquentem mitere admodum, ac uereri
videtur. Ira similiter optima est, opitulaturque ani-
mæ prudenti. Insuper cum insidiosis non facile con-
ciliatur, aut consuetudinem habet. Nullam denique
8 beneuolentiam erga ea quæ nocent, retinet, sed ad-
uersus voluptatem insidiantem, ueluti lupum quen-
dam allatrare continuo videtur. Sic itaque ex ira, vi-
ris prudentibus vtilitas capitur: ira quando oportet,
& vt oportet ex ratione dispensata, fortitudinem, pa-
tientiamque ac constantiam parit, præter uero rec-
tam rationem tractata, furor & insania efficitur. Id-
circo nos psalmus admonet. Irascimini, & nolite
Ps. 4. peccare. Ipse namque Dominus in Euangelio, il-
lum qui irascitur fratri sine causa, damnat. Illum ue-

rò qui tanquam pharmaco ad ea quæ oportet, ira vti-
tur, minime condemnat. Dicitur namque ponam
inimicitiam inter te, & serpentem. Et rursus. Ho-
stes sitis Madianitis. Docentis verba sunt, ut ira ve-
luti armis vtamur. Ideo Moyses omnium hominum
mansuetissimus, ut uidit idololatriam damnans, Leui-
tarum manus in cœdem fratrum armauit. Vnusquis-
que inquit uestrum, gladium ad latus teneat, & tran- 8
site a porta in portam, & iuuet quisque fratrem in- Exo 32.
terimat. Et Paulo post ait: Manus vestras hodie Do-
mino consecrastis, quilibet in filio suo, & in fratre
suo, ut detur vobis benedictio. Quid Phinees iu-
stum reddidit? Nonne iusta contra fornicantes ira,
qui alioqui mitis, ac mansuetus existens, postquam
stuprum Zambri, & scorti Madianitidis palam in po-
pulo uidit, minime tam indignum facinus passus, ira
ut oportebat vsus, protinus vtrumque trucidauit. Sa-
muel autem Agag regem Amalech a Saule contra
Domini mandatum seruatum, nonne iusta ira in me-
dium trahens occidit? Sic itaque fit, ira sæpenume-
ro bonarum actionum ministra. Helias uero zelotes
quinquaginta supra quadringentos turpitudinis sa-
cerdotes comedentes de mensa Iezabel, iusta sapien-
tique indignatione in totius Israel utilitatem vt morte
mulctarentur effecit. Tu autem fratri tuo sine causa
irasceris. Quomodo enim non sine causa? Cum sit
alius, qui inuitet dæmon, & alius qui instigatur ho-
mo, cui tu maledicis, simile quodam canibus admit-
tens, qui saxa mordere solent, quando iactantes at-
tingere non ualent. Instigatus enim ac incitatus, mi-
sericordia profecto dignus est. Qui vero incitat odio
maximo est insectandus. In hunc igitur, iram trans-
fer, hominum interfectorem, mendacij patrem, pec-
cati ministrum. Fratrem vero in te peccantem mise-
rebere. Nam si in peccato vsque in extremum dura- 9
uerit, cum ipso dæmone, æterno tradetur igni. Sicut
autem differentia nomina sunt indignationis, & iræ,
sic ab ipsis significantia plurimum ab inuicem diffe-
runt. Est enim indignatio stimulus quidam breuis,
ac subitus, acutusque passionis vapor. Ira vero per-
manens, ac diuturna tristitia, aptaque sese ocioso vl-
cisci, veluti libido quædam se vindicandi. Si puer
verbis te contumeliosis peteret, occasionem tibi po-
tius ridendi daret. Quod si phœnesi captus, & sen-
su excidens, verba incomposita & stulta dicat, miseri-
cordia potius quam odio dignus erit. Itaque fratres
ne obsecro tantum nobis malum inducamus, animæ
morbum, rationi tenebras, a Deo alienationem, ob-
liuionem familiaritatis, principium bellorum, pleni-
tudinem calamitatum, Dæmonem pessimum nostris
animis innatum, incolam quendam impudentem no-
stra interiora possidentem, denique Sancti Spiritus
iter ad nos impedientem. Vbi enim inimicitiæ sunt,
contentiones, indignationes, animabus nostris perpe-
tuos generantes tumultus, ibi spiritus mansuetudini
non requiescit.

CHRYSOSTOMVS narrans verba urbanita- 10
tem, ac mansuetudine plena, quæ Genes. 33. Iacob re- Ho. 58. in
diens de Mesopotamia, dixit fratri suo Esau, quibus Gen. t. 1.
iram illius sedauit, inquit: Imitemur iustum illum,
& si qui sunt qui male nobis afficiuntur, non magis
eorum accendamus iram, sed magna mansuetu-
dine, & humilitate verborum, & operum, repri-
mamus eorum inimicitias, & afflictas eorum cu-
remus animas. Hoc summæ virtutis est, ut non
solum eos, qui bene nobis afficiuntur magno stu-
dio diligamus, & eis modis omnibus seruiamus,
sed etiam eos, qui nobis infesti esse uolunt, assi-
duitate officiorum nobis conciliemus amicos. Ni-
hil enim mansuetudine uiolentius. Nam sicut
rogum, cum valde accenditur, aqua iniecta restin-
guit, ita & animum camino magis exardescente,

verbum cum mansuetudine prolatum extinguit. Et duplex inde nobis lucrum accrescit, tum quòd nos mansuetudinem declaramus, tum quòd fratris indignationem cessare facimus, & mentem eius à turbatione liberamus. Quid enim dic mihi, num reprehendis fratrem tuum, & accusas indignationem, & quod hostiliter se gerit erga te? Cur igitur non diuersa via studes incedere, sed ipse magis irasci vis? Non potest igne ignis extingui, repugnat enim hoc naturæ. Sic neque furor furore alio demulceri poterit vnquam. Verum quod igni est aqua, hoc iræ est mansuetudo & lenitas.

11 IDEM inquit: Qui fuerit iniuria lacessitus, non modo memor non infigat pectori, sed quam primum eam obliuioni prorsus mandet. Non amplius vna nobis die ad iram indulsit Apostolus, sol, inquit, non occidat super iracundiam vestram. Et merito quidem; nihil enim tam breui fieri potest molestius. Quod si nox ira percitos nos comprehenderet, omnes operationes nostræ grauiores subsequerentur, cum ignis plurimum memoria excitetur, si per ocium omnia animum prouocantia attrocius nobis reputentur. Primus quam igitur tam exitiali vacemus ocio, & vehementiorem flammam accendamus, præueniendnm præcepit, & quicquid pectus nostrum vrit, penitus extinguendum. Vehemens enim iræ affectus est, & omni flamma vehementior. Quare nobis celeritate opus est, vt hunc ignem extinguamus, ne vè ad summum eum euadere sinamus. Iræ enim morbus, nisi mox sedetur, multas generat calamitates, domos, ac familias totas euertit, veteres dissoluit consuetudines, & breui momento res infandas molitur. Quamobrem huic indomitæ beluæ, nolimus habenas remittere, sed præduro freno, metu scilicet diuini iudicij eam cohibeamus. Quotiescunque do ore aliquo, amicus te, vel familiaris afficerit. ad iramque concitauerit, veniat in mentem, quæ tu contra Deum commiseris, quodque si à proximo offensam, & contumelias æquo animo toleraueris, leuius in te Dei iudicium prouocabis. Dimittite, inquit, & dimittetur vobis. Cum hoc succurrerit, omnis vltionis cupiditas continuo euanescit, Illud præterea animo frequenter volutes velim, & si quando in immanitatem aliquam & furorem mox lapsurus te continueris, etsi quando ira percitus in alicuius iniuriam perniciemve præceps irrueris, id enim non parum tibi ad correptionem profuerit, age dic quæso vtrum tibi laudabil us duxeris, cum ab ira victus es, an cum eam vicisti? Nonne victi nos ipsos reprærhendimus vehementius, & nemine nos accusante erubescimus, & multa nos operum, & verborum nostrorum subit pœnitentia? Verum cum affectus strenue superauimus, victoris more, & gaudemus plurimum, & exultamus. Victoria enim contra iram est, & quidem maxima, non cum vlciscimur iniurias, sed cum eas æquo animo toleramus. Neque cum ira excandescis, cuipiam mineris interitum, neque in eum furibundus irruas. Neque admonentem, vt iram cohibeas, contemnere velis, ea gratia, ne quis te forte irrideat. Nemo te hac causa irridebit, sed cum ira te traxerit in vindictam, vel si quis irriserit, stultus erit æstimandus? Tu vero noli interstultos & amentes, victoriæ gloriam quærere, sed ea contentus sis, quam sapientum tibi iudicio comparaueris. Verum quid in paruo, & humili hominum spectaculo te constituo? Ipsum continuo Deum aspice, qui te laudabit. Vis manifestè intelligere quantum mali afferat iracundia? Adsis, cum aliquando quispiam rixatur, neque enim in temetipso facile hanc possis deprehendere turpitudinem, tenebris, & ebrietate, ratione obuoluta, sed cum tui tibi affectus non dominantur. Tunc in alijs rem tuam planissime cognoscas licet, cum incorrupte, & vere iudicare possis. Videbis namque iratos non secus ac insanos turpiter in medium præcipites fieri. Cum enim circa præcordia ira efferbuerit, os ignem emittit, tota inflatur facies, incompositæ manus mouentur, ridicule, prosiliunt pedes, monitoribus & rixam dirimere conantibus insultant, in eosque, nulla ab insanientibus differentia irrunt. Et cum hæc faciunt tanquam amentes nihil sentiunt, nihil intelligunt, sed asinorum more, calcibus morsibusque inuicem insultant. Et profecto iracundia percitus, nullum decorem, modestiamque seruare potest. Hi igitur homines, post hanc ignominiam ad se reuersi, dolore simul anguntur, & metu cum intelligant, quos læserint, quos furoris, & insaniæ suæ testes habuerint. Quippe qui in illo furore, non secus ac mente capti, quid faciant non aduertunt, cum ad se redierint, tum demum omnia secum reputant, num amici, num inimici ei insanienti affuerint? num viderint? Pari enim ratione vtrosque formidant, alios tanquàm reprehensores, & eos, quorum præsentia magis sibi sit erubescendum, alios tanquàm, qui ipsorum malo & ignominia plurimum gaudeant. Quod si ad plagas, & verbera inuicem proruperint, longe maiore formidine anguntur, ne quid grauius ei qui cæsus est accidat, ne aut febris in mortem, aut vlcus insanabile, vltimum ei adducat periculum. Et quid, inquit, mihi pugna opus erat? quid iniurijs? quid contentionibus? Hæc & illa pereant, & omnibus his terrenis rebus maledicunt, quæ ipsis discordiæ præbuerunt materiam, & de dæmonibus conquæruntur, stultiores autem, cum perperam, quod operantur, temporum malitiæ insimulant. non tamen malitia temporum causa est. Sed intumescit cor, inquit, & iniurijs excandescit. Nouimus, quid ira possit, & idcircò, qui immanem hanc beluam exuperant, eos maximè admirantur, neque deest, modo velimus, facultas. Quamobrem cum Domini nos, & principes contumelijs persequuntur, non irascimur, an formido, ira non minor, nos absterret, neque a principio iræ locum dare permittit? Quamobrem serui sæpenumero à nobis maledictis affecti silentio omnia perpetiuntur, an quod seruitutis vinculo continentur? Tu autem noli solum Dei timorem cogitare, sed etiam quod ipse tibi iniuriam faciat, cum silentium indicit, & omnia æquo animo perferes. Dic te vrgenti, Quid faciam tibi? Alius mihi dexteram & linguam cohibet, hoc profecto verbum & tibi, & illi fiet philosophiæ materia. Agite quæso nos ipsos alloquamur. Deus nunc nos lacessit, cum manus nostras continet, ne prosiliamus contra. Nostram calamitatem victoriam nobis ducimus, & cum maxime ab ira vincimur, tunc maxime vicisse existimamus, & cum humi misere prostrati iacemus, innumeris à diabolo plagis vulneribusque acceptis, victoriam reportasse contendimus, cum tamen malorum perpesso, victoria sit.

15 IDEM ait: Si quis nobis insultauerit, humiliemur, si quis exasperatur, mitigemur, si quis mordet & lacerat, & contumelijs prosequitur, nolimus commoueri, ne victi nos ipsos perdamus. Etenim ira fera est & vehemens & furibunda. Incantemus eam diuinæ Scripturæ carminibus, terra & puluis es? & quid superbit terra & puluis? & impetus iræ eius casus ei. Et vir iratus immodestus est. Nihil turpius aspectu irati, nihil visu grauius. Quod si aspectus multo magis anima. Quemadmodum enim cœnum si contrectetur grauius olet, ita & anima cum perturbata est, & multis intrinsecus fluctibus agitata. Iniuria affectus in mentem veniat quòd illi supplicium maneat, & non modo nulla in proximum ira fereris, sed deplorabis vicem eius. Neque enim febribus laboranti, neque tumido quisquam irascitur, sed his mor-

morbis affecti, sui misericordiã & lachrymas mouẽt, huiusmodi est irati animus, qui si in te prosiliat, tace & opportunam ei plagam infliges. Si contumeliam contumelia prosequeris, ignem excitabis. Fiamus spirituales, & sæuissimam hanc beluam fœno cohibeamus. Inter iram & insaniam nihil differt, sed breuis quidem Dæmon est, immo quam qui Dæmonio vexatur grauior. Ille enim venia dignus est, iratus nulla, sed supplicijs innumeris. Sponte sua in profundum perditionis defertur, & etiam ante futuram gehennam pœnas dat. Tumultu enim quodam, & æstu intolerabili die, noctuque varijs cogitationibus anxius iactatur. Vt ergo & præsenti supplicio, & futuro liberemur, abiecta ira mansuetudinem induamus.

16 IDEM: Puri, ait, ab ira simus. Non habitat Spiritus sanctus vbi furor. Maledictus furibundus. Nihil sani potest ingredi vbi ingreditur furor. Nam sicut in tempestate maris, magnus est tumultus, magnus clamor, & nec ad tempus potest quis philosophari, sic neque in ira. Non vides quomodo, quando voluerimus de aliquibus necessarijs loqui, locos à turbatione mundos obseruamus, si autem qui foris est tumultus, impedit, multo magis interna turbatio. Et si orat quis, frustra orat, cum ira hoc faciens, & si tacet, iterum simile est, & si comedat, etiam sic damnum habet, & si dormiat. Quid in iracundo non turpe? Vide oro, dæmoniacorum oculos, & ebriorum, & insanientium, quid differunt inter se? Nonne nihil est, quam insania; Quid enim si ad tempus hoc fit, nam & insaniens ad tempus detinetur. Dicis nesciebam quid dixi. Et quare nesciebas hoc, homo rationalis rationem habens? Quare ea quæ brutorum sunt facis, sicut equus, ferus ab ira, & furore raptus? Nihil est aliud ira quam irrationalis impetus. Nihil autem quod rationem requirit per id quod ratione caret, geri 3. Reg. 18. potest. Elias dicebat: Vsque quo claudicatis in duas partes, & non irascebatur; Et Phinees occidebat, & nõ irascebatur. Ira enim non permittit videre, sed quasi in nocturna pugna omnia ligat, & oculos, & aures, & trahit quoquo voluerit. Liberemur igitur ab hoc dæmone, incipientem illum compescamus. Canis impudens 17 est ira, sed discat audire legem. Nonne si canis ita in caula ferox sit, vt non obediat imperanti pastori, neque illius vocem agnoscat, omnia pereunt ac corrumpuntur? Cum ipsis ouibus pascitur, sed si ipsas depascitur, inutilis est ac occidatur. Si didicerit te audire, ale canem, vtilis est contra lupos, contra fures latrans, non contra oues, neque contra familiares. Si non audiet, omnia corrumpit, si didicerit contemnere, omnia perdit. Quod igitur in te est mansuetum ne consumat, sed custodiat ira, & pinguefaciat. Custodiet autem & in magna securitate seruire faciet, si malas cogitationes, si diabolum persequatur, Si canis, aduletur quidem ouibus, ferociat autem contra externos & vigilet, virtus est canis, & licet esuriat, non tanget oues, & licet satur sit, non parcet lupis. Talis & ira sit, licet irritetur, mansuetudinem non amittat, licet quieta sit, contra malas cogitationes insurgat Suum Dominum etiam percutientem non relinquat, sed agnoscat, alienum autem etiam adulantem impetat. Est aliquando vtilis ira, sed quando latrat contra 1. Reg. 26. alienos. Accepit Dauid Saulem, & non iratus fuit, Exo. 2. neque infixit lanceam suscepto inimico, sed vltus est diabolum. Moyses quando alienum iniustè agere vidit, etiam occidit, quando autem cognatum, non item, sed fratres conciliauit. Tametsi mitissimum illum Scriptura testetur, nihilominus erat etiam viuax & alacer. Nos autem non sic, sed vbi mansuetudinem declarare oportebat, omnibus bestijs sumus ferociores, vbi autem seueros esse, omnibus segniores. Sicut medicus non incidens vbi oportet, & vbi non oportet incidens, omnia corrumpit. Ideo oro, vt re-

hac tempestiue vtamur. Iræ autem tempus numquam, quando nos ipsos iuuamus, si autem Alij corrigendi sunt, tunc ea vtendum maxime, vt alios eripiamus.

IDEM narrans quomodo Paulus non odio habuit eos qui eum lapidauerunt, sed iterum ingressus est ciuitatem, benefacturus his, qui iniuria affecerant, inquit: Sic tuleris tu asperum conuitiatorem. Ne autem dicas, nihil iniustè feci. Quid enim iniustè egit Paulus? Regnum annunciauit, ab errore deputauit, ideo flagellatus est. Contumelia te affecit quis, tace, & benedic si potes, & sic prædicatti sicut Paulus docens mansuetudinem. Scio plerosque, non ita vulneribus, vt verborum plaga sauciari, nam illud quidem vulnus corpus suscipit, hoc autem animam. Memor esto Domini tui, memor esto Pauli, hoc pharmacum impone memoriæ. Cogita, quòd qui cæderis vincis, ille autem qui cædit vincitur, & totum per hoc curabo. [Infra] Et tu si videris exasperari fratrem, tu magis cede, maiore enim consolatione furor ille indiget, quanto molestioribus contumelijs insequitur, tanto maiore mansuetudine illi opus est. Et sicut incendium quando maxime flat, tunc magis opus vt cedatur, ita & ira flagrantem bestiam, quando maximè effera est, omnes effugimus, ita & nos, irascentem. Nec putes hoc esse honorem, alioqui & bestiam honoraremus, & furibundos honoraremus, si deuitaremus. Non vides nautas quando vehementer flat ventus, detrahere vela ne subuertatur nauis? Eques quando se equi simul rapiunt, laxat, & non retinet frœnum ne sua sponte vires euacuet. Hoc & tu fac? Ignis est furor, flamma acuta est, indigna materiæ, ne suggeras igni materiam, & statim extinxeris malum. Non habet à se ipsa robur ira, nisi alius sit, qui illam alat. Nullam excusationem habes, ille detinetur furore, & nescit quid facit. Tu consideras illum, quando in eadem incides, & neque illius exemplo sapientior efficeris, qualis venia? Si in conuiuio sedens, 19 videret quis in vestibulo aliquem ebrium, & turpiter agere, deinde ipse ijsdem vitijs irretiatur, nonne post illum hic multo minus venia dignus fuerit; Sic & hic, ne putemus nos defensionem dicere, ego non cæpi. Hoc contra nos est, quia neque nos eius turpitudine visa temperatiores facti sumus, ea propter pœna dignus es, quòd neque exemplo viso, melior factus, te ipsum continuisti. Si videris ebrium vomere, dilacerare, disrumpere, oculis totius videre, immunditia mensam implere, omnes illum fugere, deinde in illam ipsam incidas ebrietatem, non ne magis eris odibilis? Talis est etiam qui irascitur, plusquam vomens, inflat venas, incendit oculos, disrumpit viscera, vomit verba, illa immunditia magis impura, omnia non commanducata, sed cruda loquitur, nihilque perfectum, non enim finit ira. Sed sicut illic sæpe humorum nimietas stomachum perturbat, omniaq; euacuat, ita & hic caloris nimietas, perturbat animam, nec finit latere quæ silere deceret, sed dicenda & non dicenda effutit, non audientes, sed seipsum confundens. Nihil vt homo loquitur, sed quædam vt bestia, alia vt furibundus. Mallem assidere homini lutum edenti, quam talia loquenti. Non videtis porcos stercora deuorare, & suauiter glutire? Ita & illi. Quid enim fœdius, quam verba, quæ contumelioſi conuiciatores loquuntur. Nullum autem illis studiũ est, vel sanum, vel mundum aliquid dicere, sed quicquid fœdum, quicquid turpe, hoc facere & loqui solent. Hoc sane grauius, quòd dum se ipsos magis confundunt ut, alios confundere putant.

IDEM ait: In contumelijs nihil nos contristat, vt eorum qui nos vident sententia. Non enim æquale est publice contumelia aspergi, & priuatim, sed illas quidem priuatas contumelias facile furimus, quando nemo conscius, & sine teste hoc patimur. Itaque quod

triste, non est ex natura contumeliæ, sed in sententia spectantium, vt ita non videatur contemptibilis esse. Quid igitur si hæc pro nobis fit? Non ne qui contumelia afficit, fit ignominiosus, quando pro nobis sententiam fert? Vtrum contemnunt præsentes, eum qui contumelia afficit, an eum qui contumelia afficitur, & silet? Vtrum igitur condemnamus omnes? Manifestũ, quòd eum qui contumelia afficit, etsi minor quidem sit, insanire illum dicemus, sin par, humore desipere, si autem maior, neque sic approbabimus? Vter enim approbatione dignior, is ne qui tempestatibus agitur, in turbulentia versatur, exasperatus erga communem naturam sic afficitur, vel qui in tranquillitate & portu, ac bona animi constitutione, sibi imperat? Nonne hic quidem angelo, ille vero nec homini similis est, & ille, neque propria mala ferre potest, hic etiam aliena, hic seipsum ferre non potuit, ille & alium, ille naufragatur, hic securus nauigat, naue eius secundis ventis fruente. Non enim in vela sua irruere furoris spiritum permisit, qui mentis nauem subuertat, sed afflantur illa à tenui blandaque aura, quæ est patientiæ spiratio, ipsum ad philosophiæ cursum cum magno silentio ducens. Et sicut nautæ in naufragio nesciunt quæ abijciunt, si a suis & ab alienis deposita receperunt, sed omnia quæ posita in naue, similiter eijciunt, tam pretiosa, quam non pretiosa, vbi autem cessat tempestas, tunc cogitantes quanta eiecerint, lachrymantur, & propter iacturæ damnum, serenitate non gaudent, ita & hic, quando ira spirat, excitaturq; animi tempestas, nesciunt, quæ suo ordine eijcere debeant. Vbi vero ira cessauerit, tunc cogitantes qualia effutiuerint, considerant damnum, & quietem non sentiunt, memores verborum ex his per quæ confuderunt seipsos, damnumque maximum passi sunt, non in pecunia, sed in existimatione mansuetudinis. Profecto ira tenebrosa est. Dixit insipiens in corde suo non est Deus. Forsan de eo, qui ira exasperatur, hoc dicere tempestiue poterit quis. Dixit iratus non est Deus, nam ob nimiam iram suam, illum non quærit. An non tu magis doles, quam is qui contumelia afficitur? Contumelia, proscinde alium, qui nihil improperat, an non conscientiæ tribunal, te propter multa flagellabit? Quando enim audis, quòd is, qui contumelia afficitur, nullum malum verbum loquutus est, non ne tu hac ratione magis doles? Dic oro quomodo mansuetum, humilem, & æquum, innumeris abluere conuitijs ausus es? Hæc vobis, qui contumelia afficimini, consolatio est. Contumelia afficimini, contumelia afficitur & Deus, exprobramini, exprobratur & Deus, conspuimini, sane nobiscum communicauit & Dominus noster, nunquam autem contumelia affecit. Et ita nos sumus qui communicamus Christo, non vos. Ferre enim eum, qui contumelia afficit, Dei est, contumelia autem afficere immeritum, dæmonibus congruit, cum quibus stant qui contumelia afficiunt.

IDEM inquit: Vis monstremus tibi animam spumabundã, immundam, & distortos oculos mentis? Cogita irascentes, ac ebrios, à furore, qua saliua non immundiora verba eijciunt? profectò fœtidum sputum eructant. Et sicut illi nullum ex præsentibus norunt, ita & hi. Obumbrata est enim eorum mens, & distorti sunt oculi, non amicum, non inimicum non reuerendum, non contemptibilem vident. Non vides hos tremere sicut illos? Non cadunt in humum, sed anima illorum humi strata est, & cadit turbine acta. An non videtur tibi esse animæ abiectæ, & suam perdentis sobrietatem? Etiam ea dicunt & faciunt, quæ ebrij furore. Est quędam & alia insaniæ species hac grauior, quando nec remitti iram sustinent, sed apud se ipsos alunt familiarem, scilicet lictorem se torquentem vlciscendi inquam cupiditatem. Ipsos enim vlciscendi auidos primum perdit vltionum meditatio. Nam quantum putes tormentum esse afflictæ animæ, quotidie cogitare, vt vlciscatur inimicum? Prius te ipsum puni, qui talis es. Necessarium enim apud te semper flagrare ignem, & incendium in tantum incendens non finis decrescere, cogitans inferre alteri malum, ipse autem te ipsum mordes, semper flammam vigescentem ferens, & animam interquiescere non sinens, sed semper in exasperatione, & in turbatione, & in tempestate mentem habens. Quid hac insania molestius? Semper inquam contristari, & inflari, & ardere. Tales enim sunt animæ eorum, qui vltionem meditantur. Nam vbi viderint eum, quem volunt vlcisci, statim perculsi sunt, si vocem audiant, conciderunt, tremunt, si in lecto fuerint innumeras pœnas apud se scribunt dilacerantes, torquentes illum inimicum, ad hæc si illum clarescere viderint, Pape, o pœnas. Remitte illi peccatum, & libera te ipsum à tormento. Cur perseueras semper, vt te punias, vt illum semel flagelles, & in eum animaduertas? Ita neque vsque ad vesperam maneat, inquit Paulus. Sicut enim putredo, quædam ac tinea, ita mentis nostræ radicem arrodit. Quare bestiam in viscera tua includis? Melius esset viperam, vel serpentem in corde positam esse, quam iram. Nam ille quidem statim nos liberaret, hæc autem manet semper dentes fortiter infigens, immissoque veneno, pessimarum cogitationum exercitus producit. Sed hæc facione derideat, ne contemnat. Miser homo non vis a conseruo derideri, sed odio haberi à Domino tuo? Non vis contemni à conseruo tuo, & contemnis Dominum? Quid magis ridiculum, & quid frigidius anima quæ semper irascitur, & vult vlcisci? Muliebris, ac puerilis voluntas est. Nam vt illa etiam contra inanimata irascitur, & si non percutiat pauimentum, non dimittit iram, ita profecto & hi. Etenim iræ imperium ferre, puerillis animi est, imperare autem fortitudinis fuerit. Igitur nos non ridemur si sapienter agamus, sed illi ab affectione non vinci, non est contemptibilium hominum. Ita autem timere externum risum, & propter hunc affectioni propriæ subiacere, & Deum offendere, contemptissimorum hominum fuerit. Non vlcisci, Deo facit æquale. Risum ne hoc putas? Vtinam omnes de me hoc dicerent, inutilis & miser homo est, omnes in illum contumelias iaciunt, ipse autem fert, omnes insiliunt, ipse autem non vlciscitur. Vtinam apposuissent, neque si vellet posset, vt mea laus sit ex Deo, & non ex hominibus. Dicat, propter timiditatem & ignauiam non vlciscitur. Nihil hoc nobis nocet, quando Deus scit, sed thesaurus noster tanto fidelius obseruatur. Nullus me lædens derisit me, inquit, hoc est, vltus sum. Quin ob hoc derideri mæreris, quia vltus es.

HIERONYMVS inter ænigmata, quæ colligit ex Aristotele, vnum erat, ignem gladio ne fodias, significans iratum, & tumidum animum, verbis maledicis non lacessendum.

IDEM explicans quomodo Ezechiæ iussu milites non responderint verbum, Rapsacis ducis Assiriorum conuitijs & blasphemijs, inquit: Tacuit omnis populus, & non respondit ei quicquam. Si quidem præceptum regis acceperant, vt non responderent ei. Vere iustus Ezechias, agens cuncta fideliter vniuersaque cõsilio. Ideo autem iusserat blasphemanti Assyrio non responderi, ne eum ad maiores blasphemias prouocarent. Vnde scriptum est. Ne succendas carbones peccatoris, & in psalmo legimus. Cum consisteret peccator aduersum me, obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis. Et iterum: Pone Domine custodiam ori meo, & ostium munitum labijs meis, ne declinet cor meum in verba malitiæ.

IDEM exponens verba illa, & concident gladios suos in vomeres, & hastas suas in ligones, non sumet gens aduersus gentem gladium, & non discent vltra belligerari, ait: Hoc est, vt dicamus, ad finem Christi, iram & effrenata conuitia esse deposita, vt mittat vaus-

vnuſquiſque manum ſuper aratrum, & non reſpiciat poſt tergum,& contumeliarum iacula,haſtaſque con fringens,fructus metere cupiat ſpirituales.

27 *Lib.2.in c. 12. Proue. to.8.*

IDEM explicans illa verba, fatuus indicat ſtatim iram ſuam,qui autem diſſimulat iniuriam,callidus eſt, inquit: Qui ſe in præſenti deſiderat vlciſci,fatuus eſt, qui autem pro Domino iniuriam contemnit,ſapiens. Hunc verſiculum alia translatio ſic habet: Stultus eadem hora pronunciat iram ſuam,occultat autem ignominiam ſuam aſtutus. Non autem ignominioſam iracundiæ paſſionem,ita a ſapientibus occultandam eſſe decernit,vt eius velocitatem culpans, non prohibeat tarditatem, quam vtique ſi per infirmitatis humanæ neceſſitatem irruerit,ideo cenſuit occultandam,vt dũ ad præſens ſapienter obtegitur, a ſapientibus amouea tur, & in perpetuum deleatur. Hæc enim eſt natura iræ,vt dilata langueſcat,& pereat, prolata vero magis magiſque feruеat.

28 *In cap 18. Proverb.*

IDEM exponens verba illa, ſpiritum ad iraſcendum facilem,quis poterit ſuſtinere, ait: Quia qui ad iraſcendum facilis eſt, nec ſeipſum poteſt ſuſtinere, ita vt iratus ſæpe dicat ea, quæ poſtmodum placidus quia dixerit pœniteat,& plerumque an dixerit ignoret. Cuius tamen væſania nonnunquam per ſapientium modeſtiam facillime ſuffertur, atque in tempore ſopitur.

29 *In cap.29. Proverb.*

IDEM explicans verba illa, totum ſpiritũ ſuum profert ſtultus,& ait: Impatientia impellente agitur, vt totus foras ſpiritus proferatur. Quem idcirco citius perturbatio deijcit,quia nulla alterius diſciplina ſapientiæ circunccludit. Sapiens au tem differt,& reſer uat in poſterum. Læſus enim, in præſens ſe vlciſci nõ deſiderat, quia etiam tolerans parci optat, ſed tamen vindicari omnia extremo iudicio non ignorat. Hunc locum antiqua translatio ſic habet. Totam iram ſuam profert impius, ſapiens autem diſpenſat per partes. Quia nimirum ſtultus ad vltionem ſui, iræ perturbatione ſuccenditur, ſapiens autem paulatim eam maturitate conſilij,ac moderationis extenuat, ac expellit. [Infra:] Vir iracundus prouocat rixas,& qui ad indignandum facilis eſt,erit ad peccata procliuior. Ianua vitiorum omnium iracundia eſt, qua clauſa, virtutibus intrinſecus dabitur quies, aperta vero ad omne facinus armabitur animus.

30 *In Pſ. 76. to. 8. Ephe. 4.*

IDEM explicans verba illa,turbatus ſum,& non ſum locutus,ſic habet: Hoc eſt quod dicit Apoſtolus. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Turbatus ſum,quaſi homo,non ſum locutus, quaſi chriſtianus. Iracundia cæpit in corde meo,ſed iracundiam in verba non protuli.

31 *Li.2. in c. 4 Ep Pauli ad Eph. to.9. Coloſſ.3.*

IDEM explicans verba illa,ſol non occidat ſuper iracundiam veſtram,iraſcimini,& nolite peccare, ait: Iraſcimini,& nolite peccare, de quarto pſalmo ſumptum eſt,& videtur illi eſſe contrarium, quod alibi dicitur,nũc autem deponite & vos omnem iram, & indignationem,& turpem ſermonem ex ore veſtro,ſed & ſimpliciter intellectum nocet, dum putantur iræ fræna laxata. Dupliciter autem non ſolum apud nos, verum etiam apud philoſophos iræ nomen accipitur. Vel cum iniuria laceſſiti naturalibus ſtimulis concitamur,vel cum requieſcente impetu,& furore reſtincto, poteſt mens habere iudicium, & nihilominus ſuper eo,qui putatur læſiſſe, deſiderat vltionem. Arbitror itaque de priori ira nunc dictum,& nobis quaſi hominibus eſſe conceſſum, vt ad indignæ alicuius rei faciẽ moueamur tranquillitatemq; mentis velut leuis quędam aura conturbet, nequa quam tamen intumentis gurgitis furoris impetu ſubleuemur. Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Si ſimpliciter hunc ſolem intelligimus,qui oculis carnis aſpicitur,peccamus qñ iraſcimur,& occidente ſole iracundia perſeuerat. Nõ peccamus autem quando v.g.a prima hora vſque ad vndecimam iraſcentes facimus, quod indignatio, furor,ira ſuggeſſerint. Quo ſenſu nihil mihi videtur abſurdius, quaſi non queat quiſque a ſolis ortu vſq; ad occaſum in tanta ſcelera debacchari quanta tota vita ſua non poſſit lachrymis expiare. Præcipit ergo Apoſtolus,ne talia faciamus furore ſuperati, per quæ nobis ſol occidat,& principale cordis tenebris inuoluatur,vel intelligenda ſunt hæc verba,ſicut illa Pſalm.4. quæ dicitis in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungimini,ideſt quæcunque in die, vel opere,vel ſermone,vel cogitatione peccatis,hæc ſuccedente pœnitentia purgare per noctem, & ira breuis ſit, nec in diem craſtinum differatur.

AMBROSIVS explicat verba illa, ori tuo fac oſtium,& vectem,& verbis tuis iugum, & ſtaterã, & ait: Sit ori tuo oſtium,& claudatur vbi oportet; & obſeretur diligentius,ne quis in iracundiam excitet vocem tuam,& contumeliam contumeliæ rependas. Audiſti hodie lectum,iraſcimini,& nolite peccare, ergo, etſi iraſcimur,quia affectus naturæ eſt,malum ſermonem non proferamus de ore noſtro,ne in culpam ruamus. Sed iugum ſit verbis tuis,& ſtaterã, hoc menſura,vt lingua tua menti ſit ſubiecta,reſtringatur habenæ vinculis,frenos habeat ſuos, quibus reuocari poſſit. [Infra.c.4.] Hæc ſi cuſtodiat aliquis,ſit mitis, manſuetus,modeſtus, cuſtodiendo enim os ſuũ nec prius loquendo, quàm examinet verba ſua, vt non ex indignatione,& ira in ſermonem erumpat,ne indicet ineſſe dictis ſuis ſtimulos iracundiæ. [Infra.c.5.] Quando ergo aliquis nobis conuitiatur,laceſſit,ad iurgium vocat,tunc muti fieri non erubeſcamus. Peccator eſt enim qui nos prouocat,qui iniuriam facit,& nos ſimiles ſui facere deſiderat. Ergo illius eſt ſtudium,vt irritet,vt ſimilia illo loquar,ſimilia agam, iuſti autem diſſimulare,nihil loqui,tenere bonum fructum cõſcientię. Hæc ſunt arma iuſti,vt cedendo vincat. [Infra.c.6.] Quod Quod opus eſt moneri, cum audimus conuitia? Cur non imitamur dicentem,obmutui,& humiliatus ſum & ſilui a bonis? An hoc dixit tantummodo, non etiã fecit Dauid? immò & fecit,nam cum ei conuitiaretur Semei tacebat Dauid,& quamuis ſeptus armatis, non retorquebat conuitium,non vltionem quærebat. Ibat ergo tanquam mutus,& humiliatus,ibat tacens, nec mouebatur cum vir appellaretur ſanguinis, qui erat conſcius propriæ manuetudinis.

32 *Li 1. offic. c 3. to 4. Eccl.28. Pſal. 4.*

Pſal 32.

IDEM ait: Caueatur iracundia, aut ſi præcaueri non poteſt,cohibeatur. Indignatio enim ita animum perturbat,vt rationi non relinquat locum. Primum eſt igitur, ſi fieri poteſt, vt morum tranquillitas vſu quodam, affectioni propoſito, in naturam vertatur. Deinde quoniam ita plerumque motus infixus eſt naturæ,ac moribus,vt euelli,atque euitari non queat, ſi præuideri potuerit,ratione opprimatur. Aut ſi prius occupatus fuerit animus ab indignatione,quam conſilio proſpici,ac prouideri potuerit ne occuparetur,meditare quomodo motum animi tui vincas, iracundiã temperes. Reſiſte iræ ſi ptotes,cede ſi non poteſt,quia ſcriptum eſt. Date locum iræ. Iacob fratri indignanti præceſſit, & Rebecchæ, ideſt patientiæ inſtructus conſilio,abeſſe maluit & peregrinari, quam excitare fratris indignationem,& tunc redire,cum fratrem mitigandum putaret. Et ideo tantam apud Deum inuenit gratiam. Ergo ſi præuenerit, & præoccupauerit mentem tuam iracundia,& aſcenderit in te, ne relinquas locum tuum. Locus tuus patientia eſt,locus tuus ſapiẽtia eſt,locus tuus ratio eſt, locus tuus ſedatio indignationis eſt. Aut ſi te contumacia reſpondentis mouerit,& peruerſitas impulerit ad indignationem, ſi non potueris mitigare mentem, reprime linguam tuam,ſic enim ſcriptum eſt. Cohibe linguam tuam a malo,& labia tua ne loquantur dolum. Deinde inquire pacem,& ſequere eam. Pacem illam ſancti Iacob vide,qua primum ſedato animum. Si non præualueris, frenos linguæ impone tuæ. Deinde reconciliationis

33 *Li.1. offic. c.21 de ira cundiæ in ſe reprimẽda.*

Rom. 12. Gen. 27.

Pſal.33.

ſtudium

ſtudium non prætermittas. Vitemus ergo, aut tempe remus iracundiam. Non mediocre eſt mitigare iracundiam, non inferius, quam omnino non commoueri. 34 Hoc noſtrum eſt, illud naturæ. In te ergo te compara, vt quaſi puer iniuriam non teneas, malitiã non exerceas, omnia a te iunocenter proficiſcantur. Noli reſpondere irato ad verecundiam eius, ſiue impudenti ad impudentiam eius. Cito culpa culpam excutit. Si lapides ceras, nonne ignis erumpit? Ferunt gentiles Architæ tarenti dictum philoſophi, quod ad villicum ſuum dixerit, O te infelicem, quam te afflictarem, niſi iratus eſſem. Iam dixerat Dauid de inimicis, quoniam declinauerunt in me iniquitates, & in ira moleſti erant mihi. Audiamus in ira turbatus, quid dixerit *Pſal. 54.* quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam? Illi ergo ad iracundiam prouocabant, hic tranquillitatem eligebat. Iam dixerat, iraſcimini, & nolite peccare. Hoc eſt iraſcimini vbi culpa eſt, cui iraſci debeatis. Non poteſt enim fieri, vt non rerũ indignitate moueamur, alioqui non virtus, ſed remiſſio iudicatur. Iraſcimini ergo, ita vt a culpa abſtineatis. Vel ſic, ſi iraſcimini, nolite peccare, ſed vincite ratione iracundiam, vel certe ſic, ſi iraſcimini, vobis iraſcimini, quia commoti eſtis, & non peccabitis. Qui enim ſibi iraſcitur, quia cito commotus eſt, deſinit iraſci alteri. Qui autem vult iram ſuam iuſtam probare, plus inflammatur, & cito in culpam cadit. Melius eſt autẽ ſecundum Salomonem, qui iracundiam continet, quã *Prou. 16.* qui vrbem capit, quia ira etiam fortes decipit.

35 IDEM explicans verba illa, non vosmetipſos de- *In cap. 12. Ep. Pau. ad Rom. to. 3.* fendentes chariſſimi, ſed date iræ, ait: Vt pacis fœdera ſeruari poſſint, ab ira diſſimulandum monet, maxime quoniam per iram ſolet peccati, quando quis furore commotus, plus exigit quam poſtulat cauſa delicti, aut ſibi ipſi modum præſtat, ſi grauiora peccata incompetenti vindicta vult exequi. Vnde & Salomon. Noli eſſe iuſtus multum, eſt enim, inquit, qui perit in ſua iuſtitia. Volens enim ſingulis peccatis reſpõdere, circa vindictam, mortem poteſt inuenire, tam ſibi, quam ei, quem plagis affligit. Non ſolum autem de ſubiectis vindictam prohibet competentem, ſed & de fratre forte in nos peccante, non quæramus vindicari, ſed remittamus, Dei iudicio reſeruantes, ne dum ab ira detinemur, inueniaq locum inimicus, in quo ſuggerat, & ſuadeat, quod contra nos eſt.

36 AVGVSTINVS explicans verba illa: iraſcimini, & nolite peccare, inquit: Etiam ſi iraſcimini nolite *In Pſ. 40. to. 8.* peccare, ideſt etiam ſi ſurgit motus animi, qui iam, propter pœnam peccati non eſt in poteſtate, ſaltem ei non conſentiat ratio, & mens, vt mente ſeruiamus legi Dei.

37 IDEM explicans verba illa, turbatus eſt in ira oculus meus, anima mea; & venter meus, ſic habet: Ira- *Oõcione 2. in Pſ. 30.* ſcitur iſte alienis peccatis. Quis non iraſcatur videns homines confitentes ore, Deum negantes moribus? Quis non iraſcatur, videns homines, ſæculo, verbis & non factis renunciantes? Quis eſt, qui non iraſcatur videns fratres iraſcentes fratribus, & inſidiantes, fidẽ non ſeruantes oſculo quod infigunt ſacramentis Dei? Et quis enumeret omnia, quibus iraſcit corpus Chriſti. Is dicit. Zelus domus tuæ comedit me. Dicit, & ali *Pſal. 68. Pſ. 118.* bi, quouiam videt multos mala facientes. Defectio, vel tędium tenuit me, pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Dicit, & alio loco. Vidi inſenſatos, & tabeſcam. Ira ſi manſerit, & non cito euulſa fuerit, tranſit in odium. Ideo vt recens ira euelleretur, & in odium non conuerteretur, nos docet ſcriptura, dicẽs. *Eph. 4.* Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. [Infra:] Non ait extinctus eſt oculus meus præ ira, ſed turbatus. Nam ſi extinguitur iam odium eſt. Antequam ergo eatur in tenebris, conturbatur oculus in ira. Sed cauendum eſt, ne ira vertatur in odium, & oculus extinguatur. Turbatur anima, & venter, hoc eſt interiora mea, quia male viuentibus iraſci licet, clamare non licet. Cum iraſcimur, & clamare non poſſumus, interiora noſtra turbantur. Tanta eſt enim aliquando perueſitas, vt nec corripi poſſit.

GREGORIVS exponit verba illa, virum ſtultum interficit iracundia, & ait: Sciendum nobis magnopere eſt, quia quoties turbulentos motus animi, ſub manſuetudinis virtute reſtringimus, ad ſimilitudinem redire conditoris conamur. Nam cum tranquillitatem mentis ira diuerberat, dilaniatã quodammodo ſciſamque perturbat, vt ſibimetipſi non congruat, ac vim intimæ ſimilitudinis amittat. Quanta ergo ſit iracundię culpa penſemus, per quam dũ manſuetudo amittitur, ſuperne imaginis ſimilitudo vitiatur. Per iram ſapientia perditur, vt quid quoue ordine agendum ſit, omnino neſciatur, ſicut ſcriptum eſt. Ira in corde ſtulti requieſcit. Quia nimirum intelligentiæ lucem ſubtrahit, cum mentem permouendo confundit. Per iram iuſtitia relinquitur, ſicut ſcriptũ eſt. Ira viri, iuſtitiam Dei non operatur. Quia dum perturbata mens iudicium ſuæ rationis exaſperat, omne quod furor ſuggerit, rectum putat. Per iram gratia vitæ ſocialis amittitur, ſicut ſcriptum eſt; Noli eſſe aſſiduus cum homine iracundo, ne diſcas ſemitas eius, & ſummas ſcandalum animæ tuæ. Et idem. Quis poterit habitare cum homine, cuius ſpiritus facilis eſt ad iraſcendum? Quia qui ſe ex humana ratione non temperat, neceſſe eſt, vt beſtialiter ſolus viuat. Per iram lux veritatis amittitur, ſicut ſcriptum eſt; Sol non occidat ſuper iracundiam veſtram. Quia cum menti, iracundia, confuſionis tenebras incutit, huic Deus radiũ ſuæ cognitionis abſcondit. Per iram, ſancti Spiritus ſplendor excutitur, quo contra iuxta veteſtam translationem ſcriptũ eſt: Super quem requieſcet ſpiritus meus niſi ſuper humilem, & quietum, & trementem ſermones meos? Cum enim humilem diceret, quietũ protinus adiunxit. Si ergo ira quietem mentis ſubtrahit, ſuam ſancto Spiritu habitationem claudit, cuius receſſione animus vacuus, ad aperta mox inſaniam ducitur, & vſque ad ſuperficiem, ab intimo cogitationum fundamento diſſipatur. Nam iræ ſuę ſtimulis accenſum cor palpitat, corpus tremit, lingua ſe præpedit, facies igne ſcit, exaſperantur oculi, & nequaquam recognoſcuntur noti. Lingua quidem clamorem format, ſed ſenſus, quid loquatur, ignorat. In quo itaque iſte ab abreptitijs longe eſt, qui actionis ſuæ conciſus non eſt? Vnde fit, vt plerumq; vſq; ad manus ira proſiliat, ſeq; ipſum animus retinere non valeat, quia factus eſt poteſtatis alienæ. Aliquando autem manus nõ exerit, ſed in maledictionis iaculum linguam vertit. Plerumque ira, per ſilentium clauſa, intra mentem vehementius æſtuat, & clamoſas, tacita, voces format, verba ſibi, quibus exaſperetur, obijcit, & quaſi in cauſæ examine poſita, durius exaſperata reſpondet: quod Salomon breuiter inſinuat, dicens: Prœſtolatio impiorum furor. Sicq; fit, vt perturbatus animus, maiorem ſtrepitum ſui ſilentij ſentiat, eumq; grauis clauſa iræ flamma conſumat. Vnde bene ante nos quidã ſapiens dixit; Cogitationes iracundi, viperæ ſunt generationis, mentem comedunt matrem ſuam. Sciendum vero eſt, quod nonnullos ira citius accendit, facilius deſerit. Nonnullos vero tarde quidem commouet, ſed diutius tenet. Alij citius quidem flammã faciunt, accẽſis calamis, ſed protinus in fauilla frigeſcunt. Alij autem lignis grauioribus, durioribuſque non diſpares, accenſionem tarde ſuſcipiunt, ſed tamẽ accenſi ſemel, difficilius extinguuntur, & quia ſe tardius in aſperitatem concitant, furoris ſui diutius ignem ſeruant. Alij autem, quod eſt nequius, & citius iracundiæ flammas accipiunt, & tardius deponunt. Nonnulli vero has, & tarde ſuſcipiunt, & citius amittunt. Sed quid prodeſt, quòd iracundia quomodo mentem teneat dicimus, ſi nõ et qualiter compeſci debeat, exprimamus?

38 *Li. 5. Moral. c. 31. to. 1. Iob c. 5.* *Eccl. 7. Luc. 1.* *Prou. 22.* *Pſal. 4.* *Eph. 4.* *Eccl. 7. Pſal. 6.* 39 *Iſa. 66.* *Prou. 11.* 40

Duobus

Duobus enim modis fracta, possidere animũ ira desuescit. Primus quippe est, vt mens sollicita, antequam agere quodlibet incipiat, omnes sibi quas pati potest contumelias proponat, quatenus redemptoris sui probra cogitans, ad aduersa se præpararet. Quæ nimirum venientia tanto fortius excipit, quanto se cautius ex præscientia armauit. Solerter ergo animus, ante actionis suæ primordia cuncta debet aduersa meditari, vt semper hæc cogitans, thorace patientiæ munitus, quicquid acciderit, prouidus superet. Secundus seruandæ mansuetudinis modus est, vt cum alienos excessus aspicimus, nostra, quibus in alijs excessimus delicta cogitemus. Considerata quippe infirmitas propria, mala nobis excusat aliena. Patienter namq; illatam iniuriam tollerat, qui pie meminit, quod fortasse adhuc habeat, in quo debeat ipse tolerari. Et quasi aqua ignis extinguitur, cum surgente furore animi, sua cuique ad mentem culpa reuocatur, quia erubescit peccata non parcere, qui vel Deo, vel proximo sępe se recolit parcenda peccasse. Sed inter hæc sciendum est, quod alia est ira, quam impatientia excitat, alia, quam zelus iustitiæ format. Illa ex vitio, hęc ex virtute generatur. Si enim nulla ira ex virtute surgeret, diuinæ animaduersionis impetum, Phinees per gladium non placasset. Hanc iram quia Heli non habuit, motum contra se implacabiliter supernæ vltionis excitauit. De hac ira per psalmistam dicitur; Irascimini, & nolite peccare. Si enim sic, proximos, vt nos amare pręcipimur, restat vt sic eorum erratibus, sicut nostris vitijs irascamur. De hac per Salomonẽ dicitur; Melior est ira risu, quia per tristitiam vultus, corripitur animus delinquentis. De hac iterum psalmista ait; Turbatus est præ ira oculus meus. Ita quippe per vitium, oculum mentis excæcat, ira autem per zelum, turbat. Ipse namque zelus rectitudinis, quia inquietudine mentem agitat, eius mox aciem obscurat, vt altiora in commotione non videat, quæ bene prius tranquilla cernebat. Sed cum per zelum animus mouetur, curandum summopere est, vt nec eadẽ, quę instrumento virtutis assumitur, menti ira dominetur, nec quasi domina præeat, sed velut ancilla ad obsequium parata, a rationis tergo nunquam recedat. Tũc enim robustius contra vitia erigitur, cum subdita rationi famulatur. Vnde necesse est, vt hoc ante omnia qui zelo rectitudinis mouetur, attendat, ne ira extra mentis dominium transeat; sed in vltione peccati tẽpus modumque considerans, surgentem animi perturbationem subtilius retractando restringat, animositatem reprimat, & motus feruidos sub æquitate dispona. Quia vero, sicut diximus, etiam laudanda boni æmulatio, mentis oculum turbat, recte nunc dicitur: Virum stultum interficit iracundia. Ac si apertè diceretur, Ira per zelum, sapientes turbat, ira vero per vitium, stultos trucidat, quia illa sub ratione restringitur, hæc vero irrationabiliter, deuictæ menti dominatur.

Li. 5. Moral. c. 31. to. 1. Iob c. 5. Eccl. 7. Luc. 1. Prou. 22. Psal. 4. Ephe. 4. Eccl. 7. Psal. 6. Isa. 66. Prou. 11.

Iudices, Principes, ac Reipublicæ Gubernatores iusti sint, & qui non sunt tales, nociui sunt nimis.

Cap. VIII.

ORIGENES sic habet: Dat Iethro consilium Moysi, probabile satis & vtile, vt eligat viros, & constituat principes populi viros Deum colentes, viros potentes, & odientes superbiam. Tales enim oportet esse principes populi, qui non solum superbi non sint, sed qui oderint superbiam. Ideſt non solum ipsi absque vitio sint, sed & vt in alijs oderint vitia. Non homines dico odisse, sed vitia. Et ordinabis, inquit, eos tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, & iudicabunt populum omni hora. Audiant principes populi, quia debent omni hora populum iudicare, semper & sine intermissione sedere in iudicio, dirimere lites, reconciliare dissidentes, in gratia concordare discordes.

Ho. 11. in Exo. to. 1.

IDEM explicans verba illa Iudicum c. 2. Clamauerunt filij Israel ad Dominum, & suscitauit eis Dominus Deus Saluatorem, Aioth filium Gera, virum ambidextrum, inquit: Ecce qualis est iste, qui suscitatur ad saluandum Israel, nihil habet in se sinistrũ, sed vtramque manum dextram habet, hoc est enim ambidexter. Dignus vero populi princeps, & Ecclesię iudex, qui nihil agat sinistrum, cuius quod agit dextera, nesciat sinistra sua, in vtraque parte dexter est, in fide dexter est, in actibus dexter est. E contrario mali principes (si dici potest) ambisinistri dicuntur. Totum. n. quod agunt sinistrum est, totum peruersum, totũ igni æterno, cum his, qui a sinistris sunt, deputatum.

2 Hom. 3. in lib. Iudicũ

HIERONYMVS explicans verba illa, quę dicta sunt Dauid post adulterium cũ Bersabee. Verumtamen quoniam blasphemare fecisti inimicos Domini, propter hoc filius, qui natus est tibi, morte morietur, inquit: In Hebræo ita legitur; Verumtamen quoniã blasphemando blasphemasti inimicos Domini, propter verbum hoc, etiam & filius qui natus est tibi, morte morietur. Et est sensus saluationem tribuisti inimicis Domini, quibus insurgentibus contra populum Domini, peccato hoc tuo præpediente, nõ poterit eis resistere populus Domini. Insuper etiam ipsi inimici victoriosi existent, propter peccatum tuum, super populum Domini. Vbi peccatum regis in grandem cessit populi ruinam & damnum.

3 In li. quæstionũ Hebraicarum super librũ Regũ. to. 3. 2. Reg. 12.

IDEM dixit Propheta, Principes tui infideles, socij furum, omnes diligunt munera. Pupillo non iudicant, & causa viduæ non ingreditur ad illos. Propter quod malum subdit: Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Plangitq; clementissimus pater, principes delinquentes, & hostes suos vocat & inimicos, qui & peribunt. Quando autem placatus fuerit, populo hanc illi misericordiã pollicetur. Et restituam iudices tuos, vt fuerunt prius, & consiliarios tuos, sicut ab initio. Erunt iudices tui sancti, sicut Moyses, & Iosue, & alij, a quibus liber Iudicũ nomen accepit, & postea Dauid, & alij iusti reges. Restituet ergo Iudicum antiquorum similitudinem, in grandem Reipublicę vtilitatem.

4 Li. 1. in c. 1. Isaiæ, de principib. illius reipublicæ. to. 5.

IDEM loquens de iudicibus iniquis, qui Susannam volebant perdere, explicans verba illa; Egressa est iniquitas de Babylone a senibus iudicibus, qui videbantur regere populum, ait: Pulchre de presbyteris peccatoribus, non qui regebant populum ait, sed qui videbantur regere. Qui enim bene præsunt populo, regunt populum, qui autem tantum nomen habent iudicum, & iniuste præsunt populo, regere videntur populum magis quam regant.

5 In cap. 13. Danielis.

IDEM refert sententiam Platonis, qui dixit, fœlices fore respublicas, si aut philosophi regnent, aut reges philosophentur.

6 Li. 1. in c. Ionæ. to. 5.

IDEM explicans illa verba; Iudicium pacis iudicate in portis vestris, sic habet: Hoc est iudicium pacis, vt propositum iudex habeat pacificare discordes. In iudicio prima sit veritas, atq; iustitia, deinde sequitur misericordia. Quodq; sequitur, in portis vestris, oderunt in portis corripientem, & verbum sanctum abominati sunt. Dauid quoq; iudicabat in portis, qñ Absalon veritatem iudicij repromittens, patri tendebat insidias. Et quæritur quare apud Iudæos in portis locus fuerat iudicandi. Ne cogerentur agricolæ intrare vrbes, & aliquod subire dispendium, iudices in portis residebant, vt tam vrbanos, quam rusticos, in exitu, & introitu vrbis audirent, & finito negotio vnusquisq; confestim ad sedes proprias reuerteretur.

7 Li. 2. in c. 8. Zach. Amos. 2. Reg. 19.

AMBROSIVS explicans verba illa Ioannis: Non possum ego a me facere quicquam, sicut audio, & iudico, inquit. Non quasi infirmus, hoc dicit, sed quasi iudex, vt cognoscamus homines in iudicando, quod

8 Epist. 20. to. 2. Ioan. 6.

quod non ex voluntate nostra & potestate, sed ex æquitate debeamus formare sententiam. Constitue aliquem reum coargutum, & convictum criminis, nō astruentem defensionis genera, sed deprecantem, ac voluentem se ad genua iudicis. Respondet ei iudex. Non possum a me facere quicquam. Iustitia in iudicando, non potentia est in iudicando. Ego non iudico, sed facta tua de te iudicant. Ipsa te accusant, & ipsa te condemnant. Leges te adiudicant, quas iudex non conuerto, sed custodio. Nihil ex me ego profero, sed ex te forma iudicij in te procedit. Secundū quod audio iudico, non secundum quod volo, & ideo iudicium meum verum est, quia non voluntati indulgeo, sed æquitati. Consideremus itaque, quæ sit iudicandi religio. Dominus cœli atque terrarū, iudex omnium dicit. Non possum a me facere quicquam, sicut audio & iudico. Et malus iudex homo dicit Domino suo, nescis quoniam potestatem habeo dimittere te, & potestatem habeo crucifigere te? Quare Dominus non potest? quia iudicium meum, inquit, verum est, non enim quæro voluntatem meam, id est, voluntatem hominis, quem vos videtis, non arbitrium hominis, quem vos hominem tantummodo iudicatis, non voluntatem carnis infirmam, sed voluntatem diuinam, quæ auctor legis, arbitraq; iudicij est.

Ibidem.

Ioan. 19.

Ioan. 6.

9 AVGVSTINVS refert Pythagoræ sententiam de gubernatoribus reipublicæ dicens: Mirari & quotidianis efferre laudibus soleo, quòd regendæ reipublicæ disciplinam, suis auditoribus vltimam tradebat, iā doctis, iam perfectis, iam sapientibus, iam beatis. Tantos enim ibi fluctus videbat, vt eis nollet committere, nisi virum, qui & in regendo pene diuine scopulos euitaret, etsi omnia defecisset, ipse illis fluctibus, quasi scopulus fieret. De solo enim sapiente verissime dici potest. Ille velut pelagi rupes immota resistit.

Li. de ordine. 10. 12.

10 IDEM sic habet: Remota iustitia, quid sunt regna, nisi magna latrocinia? Manus etenim ipsa hominum cum imperio principis regitur, pacto societatis astringitur, placiti lege, præda diuiditur. Hoc malū, si intantum perditorum hominum accessibus crescat, vt & loca teneat, sedes constituat, ciuitates occupet, populos subjuget, euidentius regni nomen assumit. Eleganter enim & veraciter Alexandro illi magno quidam comprehensus pirata respondit, nam cum idem rex hominem interrogasset quid ei videretur, vt mare haberet infestum? Ille libera contumacia; Quid tibi, inquit, vt orbem terrarum? Sed quia id ego exiguo nauigio facio, latro vocor, quia tu magna classe, diceris Imperator.

Li. 4. de ciui. Dei. c. 4. tol 5.

11 IDEM inquit: Regia via, qui terram iudicant incedere debent, nec declinare ad dexteram molliendo iudicium, nec ad sinistram exaiperando supplicium. Non enim crudelitas est punire reatum, sed iustitia, non tyrannicum, sed diuinæ rectitudinis iudiciū. Nō tamen volumus, nec consilium damus, vt mox iudicent, sed cum omni maturitate incedant, & inuentā discussaque rei causa, in Christi nomine iudicent delinquentes. O sancta, laudabilisq; iustitia, sub te, & per te pudicitia regnat, pax per te triumphat, & securitas. O iustitia, qui te amauerit, qui te strinxerit, cum Moyse mare mundi, vitiorum sanguine rubricatum, sicco vestigio pertransibit. Hæc est virga, qua petra percussa, manat in fluenta. Quia lapidea subditorum corda, iudicio iustitiæ tacta, in virtutum exuberant flumina. Hæc est virga Aaron quæ fronduit, floruit, & fructum peperit, quia iustitia quasi frondet, dum mente concipitur, floret dum viriliter exercetur, fluctificat dum subditus corripitur. Hæc est ventilabrum, quo granum diuiditur a palea. [Infra:] Tunc vero iustitia dicitur gladius ex vtraque parte acutus, quia hominis defendit corpus ab exterioribus iniurijs, & animam a spiritalibus molestijs. Hæc est pugio, quo Phinees transfixit coeuntem cum Madianitide Iudæum, & cessauit quassatio. Hic est lapis, quo Dauid percussit Philistæum, & a seruitute Israel liberauit. Hic autem sine discretione, gladius est in manu furiosi. Hæc sine prudentia est mors, & bonorum persecutio. Hic sine misericordia, gladius est in manu tyranni. Cū summa enim discretione, fratres mei, tenenda est iustitia, cum summa deliberatione, inferenda est pœna, iudicando non ex suspicione, sed ex omni certitudine veritatis. O quam facile est iudicare, sed o quā amarum est, quod iudicatum est retrahere. Ideo nō puer, non infans vobis præesse debet, sed annosus, prudens, castus, vt sal, & lux mundi cunctis appareat, talis iustitiam non poterit ignorare. Tunc enim regnum Romanorum pacifice tandiu perseuerauit, quamdiu sapientes regere permiserunt, sed dū iuuenes & inexpertos regere permiserunt, tamquam iustitiā ignorantes, acceptores personarum facti sunt, & sic iustitiā perdentes, dominium orbis terrarum perdiderunt. Iuuenes ergo imprudentes, duces non constituendi sunt, ne ipsi simul cum populo pereant. Tales enim si præsunt, non solum præterita & futura non cogitāt, sed ad audire quod bonum est & verum, aures suas obturant. Taliter etiam non solum iuuenes, sed etiā antiquos in diebus malis hoc facere frequenter, minime dubitamus. Principes Romanorum scientiam de præteritis habebāt, in quibus & certificari optime poterant: & de futuris aliquid scire semper procurabāt. In hoc autem exercitium eorum consistebat: quòd iustitiam vsque ad mortum sequebantur, & pro ea moriendo, felices se esse putabant.

Ser. 14. ad fratres in eremo. t. 10

Heb. 4.

Matt. 3.

Num. 25.

1. Reg. 17.

12

IDEM ait: Conueniistis omnes iudices in domū episcopi, vt quid pro vestra salute necessarium fuerit audiatis, & audientes operibus ad impleatis. Vos enim reputati estis ab hominibus, duces populi, orphanorū patres, viduarum mariti, iustitię zelatores, reipublicæ amatores. Cauete ergo ne corrumpamini odio, amore, pretio, precibus, vel timore. Decet igitur iudices non solum quę diximus adimplere; sed cum Dei adiutorio calcare superbiam, abominari luxuriam, abhorrere falsitatem, despicere auaritiam, quę nouerca dicitur esse & summa inimica iustitiæ. Decet igitur iudices largitatem sectari, amare paruulos, pusillis & orphanis faciem serenam, non solum verbo, sed ēt opere demonstrare. Decet etiam iudices sapientes esse: ne dicere valeant legem ignorantes, bonum malum, & malum bonum. Decet iudices plus honorem Dei, quam marsupia plena diligere. Sed væ vobis, o iudices, væ vobis in ęternum: quia non est in vobis veritas, non misericordia, non pietas, non iustitia, nec scię tia Dei in vobis potest inueniri. Regnat in vobis acceptio personarum; non est veritas in vobis. O pātres pauperum, ò vere non patres, sed prædones. Quare non patres? quia vbique per vos opprimuntur, neç est qui misereatur pupillis Dei: sed si diues locutus fuerit, mox tacuistis, causas suas vsque ad nubes perduxistis. Eia igitur, o iudices attendite; ne cum falsis iudicibus Susannæ confundamini. Considerate o iudices terrę, quid per Oseam Deus loquatur. Ait. n. Visitabo populum meum, iudices & vias eorum; & cogitationes eorum reddam eis.

In ser. 35.

Osee 4.

13

BERNARDVS explicans verba illa; Turbatus est Herodes & omnis Hierosolyma cum illo inquit: audito nomine regis, rex Herodes successorem suspicatus expauit. Nec mirum si turbatur Herodes; sed quod Hierusalem ciuitas Dei (quæ visio pacis est) cū Herode turbatur, quis non miretur? Videte fratres, quantum noceat iniqua potestas, quomodo caput impium, subiectos quoque, suæ conformat impietati. Misera plane ciuitas, in qua regnat Herodes, quoniā Herodianæ fine dubio particeps erit malitiæ, & ad nouæ salutis ortum, Herodiana mouebitur turbatione.

In ser. 3. Epiph.

14

IDEM explicans verba illa; Lectulus noster floridus, tigna domorum nostrorum cedrina, sic habet.

Ser. 46. in Cantica.

15

Domos

Domos populares conuentus intellige Christianorũ, quos hi, qui in sublimitate positi sunt, Christiani vtique vtriusque ordinis principes, quasi tigna, parietes, iustis impositis legibus fortiter stringunt; ne sua quisque lege, vel voluntate viuẽtes, tanquam parietes inclinati, & maceriæ depulsæ dissideant a semetipsis, & sic omnis structura ædificij corruens dissipetur. Laquearia vero, quæ a tignis firmiter pendent, & domos insigniter ornant, puto bene instituti cleri mansuetos & disciplinatos mores, riteque administrata officia designare. Quomodo namque stabunt ordines clericorum, & administrationes eorum; si non principũ tanquam tignorum beneficio, & munificentia sustententur, & protegantur potentia? Et cedrus quidem quoniam imputribile est, necnon & odoriferum, altęque proceritatis lignum, satis indicat, quales oporteat assumi viros in vices tignorum ad reipublicæ gubernationem. Ergo validos & constantes necesse est, esse eos, qui super alios ordinantur, necnon & longanimes in spe, atque ad superna, mentis verticem attollentes. Qui etiam bonum fidei suæ, & conuersationis vbique odorem spargentes, dicere cum Apostolo possunt; bonus odor Christi sumus in omni loco.

Iudicium finale terribile est malis, & consolationis plenum iustis, in quo multa sunt consideranda.
Cap. IX.

1 ORIGENES explicans historiam numerorũ 16. vbi narratur, quòd sæuiente ira Dei in populum tulit Aaron thuribulum cum igne, & positus est inter mortuos & viuentes, pro populo Dei deprecatus est, & plaga Dei cessauit, inquit: Puto, quòd non solum primo aduentu Domini forma ista completa sit: sed eadem seruabitur & in secundo. Veniet enim iterum Filius hominis, & cũ venerit, inueniet quosdã mortuos, quosdam autem viuentes. Mortuos dicimus eos, qui nimietate scelerum in peccatis suis mortui intelliguntur. Viuentes autem, qui in operibus vitæ permanserint. Tunc Pontifex noster Christus, medius viuorum & mortuorum stare dicendus est; cum statuet oues a dextris suis, hœdos autem a sinistris. Et dicet ijs qui a dextris sunt: Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi. Ijs autem qui a sinistris sunt, dicet, Ite maledicti in ignem æternum. Et sunt vtique mortui ij, qui in ignem mittuntur æternum, sunt autem viui illi, qui mittuntur ad regnum.

Hom. 9. in lib. Num. *In ser. 35.* *Matt. 25.*

2 IDEM, loquens Iob de die natiuitatis eius, inter alia ait: Nõ requirat eum Deus desuper; inquit: Quid dicis, ò beate Iob? Ergo alios dies inquiret, vt de isto solo dicas, nõ inquirat illum Dominus desuper? vtiq; ait: Omnes dies sæculi inquirentur, omnia tempora, & momenta atque sæcula requirentur & producẽtur; nimirum non dies sęculi, qui naturam non habent, iam trãsacti, sed verba & facta quæ in illis diebus sunt gesta, cogitationes & consilia, atque tractatus, qui in omni tempore vel momento huius sęculi tractati sũt, atque cogitati. Hæc igitur omnia in omnibus gentibus, & in omni lingua inquisita, in iudicio manifestantur, in tempore inquisitionis. Non enim mentitur is qui ait: Memor sum ea quæ a sæculo sunt dinumerare, non solum tempora, & momenta, & dies, & annos: sed quin potius, omnium hominum, cordis occulta, iuxta hoc quo i dictum est; qui fingit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum. Et adhuc alibi; ipse autem nouit abscondita cordis. Apostolus vero his consonanter dicit, in die qua iudicabit Deus occulta hominum. Ille enim dies manifestabit omnia in igne reuelans cuncta.

Lib. 3. in Iob. *Iob 3.* *Osee 4.* *In ser. m. 3. Epiph.*

3 IDEM explicans verba illa; Et deducet sicut lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem, sic ait; Tuam iustitiam, quam tu egisti in occulto, & reuelasti eam soli Deo, hanc producet sicut lumen Deus, & ostendet te iustum, illuminatum sole iustitiæ; cœlo, & terrę, & omnibus, qui in cœlo sunt. Ostendet lumen iustitiæ tuæ, & (si ita dici oportet) iactabit se, de te, tanquam de filio, tanquam qui acceperis spiritum adoptionis. Iustitia quæ fit in occulto, pater qui videt in occulto, reddet palam in tempore suo, producitur a Deo sicut lux, & iudicium tuũ sicut meridies. In iudicio cum causa tua discutitur, iustitiã causæ tuę tanquam lucem Deus faciet manifestam: & iudicium quod & dijudicat, velut in meridiem faciet manifestum.

In Ps. 36.

4 IDEM sic habet: Sicut ad mare rubrum venerũt Hebræi, venerunt & Ægyptij, sed Hebræi, quidem transierunt mare rubrum, Ægyptij autem demersi sunt in ipso; hoc modo etiam nos, siquidem Ægyptij sumus, & sequimur Pharaonem diabolum, præceptis eius obedientes, demergemur in illum fluuium, siue lacum igneum, cum inuenta fuerint in nobis peccata. Si autem sumus Hebræi, & sanguine agni immaculati sumus redempti, ingredimur quidẽ & nos fluuium ignis: sed sicut Hebræis erat aqua dextra, lęuaque; ita etiam ignis erit murus. [Infra:] explicat illa verba de iustis, in diebus famis saturabuntur. Tunc dicit noctem illam futuram, cum iam nemo potest operari: sed vnusquisque tunc pascitur ex operibus suis, quæ hic positus, operatus est. In illo tempore malo, cum peccatores supplicijs affliguntur, erit sine dubio fames his qui nullos fructus boni operis collegerunt. In illo autem famis tempore, saturabuntur iusti ex fructibus iustitiæ suæ. In die sexta nũc colligere debemus manna dupliciter, vt sufficere nobis possit in hoc sęculo, & in futuro: alias in diebus famis non saturabuntur.

Hom. 3. in Psal. 36.

5 IDEM exponens verba illa, secundum duritiam tuam, & cor impœnitens, thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei, qui reddet vnicuique secundum opera eius, sic ait: Omnes homines per hæc, quę agunt in hoc mundo, aut congregant in terra, aut in cœlo, aut in thesauro iræ Dei. Qui iniquus est, per duritiam cordis, & cor impœnitens: in thesauro iræ actus suos recondit. Homo terrenus, qui de terra est, & de terra loquitur, & cum ei attulerit aget fructus vberes, destruit horrea, & maiora ædificat, & thesaurizat in terra. Aut sapiens est, in Deum diues, & in terris ambulans, conuersationem habet in cęlis. Iste talis diuitiarum suarum thesauros condit in cœlis. aut irę vocat Paulus diem iudicij, de quo Amos ait: Væ his, qui desiderant diem Domini. Vt quid vobis dies Domini, & hæc est tenebræ, & nõ lux. Quemadmodum si effugiat homo a facie leonis, & occurrat ei vrsus, & intret in domum suam, & extendat manus suas ad parietem, & mordeat eum serpens. Nonne tenebræ, & non lux sunt dies Domini; & caligo quæ nõ resplendet? Sed & Ioel dicit ad sacerdotes: Clamate ad Dominum sine cessatione, heu me, heu me in diẽ, quia prope est dies Domini, & sicut miseria ex miseria eueniet. Tuba canite in Sion, prædicare in monte sancto meo, & confundantur omnes, qui habitant super terram: quia adest dies Domini, quia prope est dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & nebulæ. Similis ei non fuit a sæculo, & post ipsum non erit, vsq; ad annos sęculi sæculorum. Ante ipsum ignis consumens; & post ipsum flamma accensa. Sicut Paradisus delitiarum, erit terra ante faciem eius, & post tergum eius caput exterminij; & nullus est, qui euadat eum. Sicut aspectus equorum facies eorum, & sicut equites ita sequentur. Sicut vox curruum super verticens mõtium insilient, & post multa: Propter quod magna est dies Domini, & quis erit idoneus ei? Sophonias vero ita dicit: Reuertimini a facie Domini Dei, quia prope est dies Domini: & præparauit Dominus victimã suam, sanctificauit vocatos suos. Et post pauca. Prope est dies

Li. 2. inc. 2. epist Pau li ad Rom. 10. 3. *Luc. 12.* *Amos 5.* *Ibidem.* *Ioel 2.* *Ibidem.* *Sophon. 1.*

est dies Domini magna: prope est, & velox nimis. Vox diei Domini amara & dura posita est & valida. Dies irę dies illa, dies angustiæ & necessitatis, dies acerbitatis & perditionis, dies tenebrarum & caliginis dies tubæ & clangoris super ciuitates munitas, & super muros excelsos. Et afficiam homines, & ambulabunt quasi cæci, quoniam Domino peccauerunt: & effundam sanguinem eorum, sicut puluerem, & carnes eorum, sicut stercora. Argentum eorum, & aurũ eorum non poterit liberare eos in die iræ Domini. In igne æmulationis consumetur omnis terra: quoniam consummationem & festinationem faciet super omnes qui habitant terram. Isaias quoque similiter memorat. Ecce enim dies Domini veniet insanabilis furoris & iræ ponere orbem terrę desertum, & peccatores perdere ex eo. Et post pauca: Cœlum enim furore accendetur, & terra mouebitur a fundamentis suis: propter furorem iræ Domini Sabaoth, in die qua superuenerit furor eius. His tot & talibus de die irę testimonijs congregatis, vides, quòd in his omnibus, dies iræ, vindictæ, dies iudicij designatur. Hunc diem vocat etiam Apostolus reuelationis iusti iudicij Dei. Reuelanda namque esse omnia idem Apostolus in cõ
2. Mach. 2 sequentibus dicit: Cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus in die cum iudicabit Deus occulta hominum.

7 BASILIVS explicans illa verba, cur timebo in
Ho. 13. in Ps. 48. 1. die mala? iniquitas calcanei mei circundabit me, inquit: Malã, iudicij diem dicit, de qua dicitur dies Domini immedicabilis in omnes gentes, in qua prophetа hoc teste, quemlibet propria consilia circundabũt. Tunc itaque, quia nihil iniquum in vitæ huius via admissi: malam diem non timebo. Non me peccatorum, quæ admiserim, vestigia circundabunt: neq; me, tacita accusatione aliqua facta reprehensionem afferentia condemnabunt. Nemo quidem alius accusator sisterur, quam propria facta, quæ gesta sunt, peccatum, proprio insignitum charactere producetur, sui omnibus expressam suggerens & euidentem memoriam. Me igitur peccatorum vestigia haud circundabunt: quoniam inclinaui in parabolam autem meam.

8 CHRYSOSTOMVS explicans verba illa, ista
Ho. 77. in c. 24. Matthæi. 10. 2. tim post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, inquit: Quorum dierum? Antichristi & prophetarum eius. Magna enim tunc tribulatio futura est: cum ita multi futuri sunt seductores. Sol obscurabitur, quia luce aduentus illius superabitur, & stellæ cadent. Quis enim vsus, nulla existente nocte, ipsarum erit? Sicut fulgur exit ab oriente & paret vsq; in occidentem: sic erit aduentus Filij hominis. Quomodo fulgur, vt videatur, non indiget præcone, aut nuncio, sed in momento temporum omnibus apparet; sic aduentus ille vbique splendens statim videbitur, tunc apparebit signum Filij hominis in cœlo. Crux enim sole fulgentior videbitur. Obscuratur enim sol, crux autem apparet; quod fieri non posset, nisi solares radios splendore superaret. Crucem in suam iustificationem secum habens Dominus, in iudicium veniet: acerbum ac ignominiosum mortis suæ genus ostendens. Tunc plangent tribus: non enim accusantibus opus erit, cum crucem viderint. Plangent igitur, quia ex morte ipsius nihil profecerunt: quia Crucifixum, quem adorare oportebat, contempserunt. Crucem secum habet: vt peccatum Iudæorum sine accusatione condemnetur. Veluti si quis lapide percussus, ipsum lapidem vel cruentas vestes in testimonium ostendat. [Infra:] Tunc mittet angelos suos cum tuba magna, & congregabunt electos a quattuor ventis. Hoc vocationis modo, illos honorauit, qui in nubib.
1. Thess. 4. rapientur obuiam Christo in aera. Erit autem tubarum sonus ad exsuscitationem, ad gaudium, ad exprimendum rerum stuporem, ad dolorem eorum qui relinquuntur. Væ mihi de die illo terribili; qui cum oporteret nos, expositione istarum rerum gaudere, dolemus & mœrore conficimur. Nam me quidem, cũ Matt. 25. hæc in mentem veniunt, horror inuadit terribilis, & amarissime flens, ex profundo corde ingemisco: quia quæ ad virgines, & ad seruum, qui abscondit talentũ dicentur, vehementer me perturbant.

IDEM explicans illa verba, ab arbore autem fici 9
discite parabolam; quando iam ramus eius tenet fue- Hom. 78.
rit, & folia nata, dicitis, quia prope est æstas, inquit: Hinc prædicit æstatem tunc spiritalem, tranquillitatemque a fluctibus huius vitæ, iustis hominibus futuram: iniustis autem a contrario hyemem, ac terribiles tempestates, post æstiuam tranquillitatem venturas.

IDEM sic ait: Instat iam tempus reddendę ra- 10
tionis. Ideo Paulus ait: Dominus prope est, nihil Ho. 33. in
solliciti sitis. Dominus prope est, non longe a fine Ioan. 10. 3.
absumus, sed iam mundus properat, hoc bella, hoc af- Philip. 4.
flictiones, hoc terræmotus, hoc extincta charitas significat. Quemadmodum enim corpus, iam aduentante morte, innumeris malis afficitur, & domus prope casum in rimas fatiscit: ita orbis terrarum ad finem properans, tantis vndiq; malis conteritur. Nam si Pauli temporibus Dominus prope erat: nunc profecto propius. Si ante trecentos annos finem temporum Paulus esse dixit; Quid nunc dicendũ? cohibeamus igitur affectus nostros, exerceamur in Dei timore: ete nim nobis licentia perditis, nihil tale expectantibus, ex improuiso Dei aduentus aderit, quod his verbis Matt. 24.
Christus significat: Sicut factum est in diebus Noe, 1. Thess. 5.
sic erit, &c. Et Paulus: Cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus: sicut dolor in vtero habentis. Sæpe grauidę mulieres inter edendum, & ludendum, dum balneis, dũ spectaculis oblectantur, repentinis torquentur doloribus: hac & nos in hac vita conditione versamur. Simus ergo semper parati.

IDEM sic habet: Summa nobis in omnibus vtẽ- 11
dum est diligentia fratres: quia reddenda ratio est, & Hom. 38.
verborum, & operum, & pœna subeunda. Non enim in loan.
in præsenti vita finis nobis est, formidoloso iudicio aderimus. Omnes enim nos manifestari oportet ante 2. Cor. 5.
tribunal Christi, vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit: siue bonum, siue malum. Hoc iudicium semper præ oculis habeamus: ita semper virtuti Psal. 9.
vacare poterimus. Nam sicut qui diei illius obliuisci tur, tanquam fræno abiecto, in præcipitium defertur, inquinatæ sunt vię illius in omni tempore, & causam affert; auferuntur iudicia tua a facie eius: ita quẽ continuus hic procellit timor, modestę viam viuendi ingreditur. Recordare, inquit nouissima tua, & in æternum non peccabis. Qui enim dimittit nunc nobis Eccl. 7.
peccata miserendo; is tunc iudicando pandet. Omne enim iudicium dedit pater filio, & puniendi, & Ioan. 5.
honorandi.

IDEM ait: Vnusquisque in suam ipse conscien- 12
tiam descendens, peccatis suis diligenter expensis, Ho. 5. in c.
exactam vitæ anteactæ rationem sibi reposcat, vt ne 2. epist. Pa
tunc damnemur, cum orbis vniuersi iudicium fiet. Nã li ad Ro-
illud quidem iudicium terrificum, horrendum tri- manos.
bunal, timoris plenę eiusdem quæstiones & inquisitiones. Igneum flumen rapitur, frater non redimit, redi Psal. 48.
met homo? Istud perpende: si nostrum cuiusquam occultum crimẽ aliquod, hoc ipso die in medium delatum, huic modo confessui innotesceret, nonne fieret, vt ille interire ac terram sibi potius dehiscere, quã tam multos peccati sui testes habere, mallet? Quid igitur tunc nobis fiet miseris; cum omnia orbi vniuerso palam facta, in tam aperto, tanquã illustri theatro denudata, hominum nobis partim cognitorum, partim incognitorum oculis subijcientur? Enimuero pro dolor: vnde nam ipse territare vos cogor? Nempe ab hominum opinione, cum id facere conuenientius fuerit,

fuerit,ab ipsius Dei,tum terrore, tum condemnatione. Qui enim (obsecro te) tunc futuri sumus,cũ vincti,frendentibus in exteriores tenebras dentibus,abducemur? Seu potius,quid facturi sumus (quod ipsũ omnium terribilissimum est) cum Deum offendemus illique occurremus? Nam si quis est,qui sensu ac mẽtẽ prẽditus est:is certe gehennę pœnam tolerare malit, quam aduerso Deo stare. Hoc vero cum nobis graue non sit,propterea ignem ille nobis comminatus est æternum. Matt. 25.

13 IDEM explicans verba illa Pauli,omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi,vt referat vnusquisque propria corporis,prout gessit, siue bonũ,siue malum,inquit: Cogitemus illud tribunal,& putemus ipsum nunc adesse,& pœnas exigere: ego enim illud amplius dicam. Nam Paulus quoniam sermonem de resurrectione habebat,& non volebat illos affligere,non diutius hęsit in sermone illo,sed paucis, vt dixit, Vnusquisque reportabit quæ fecit, statim prætercurrit. Nunc igitur censeamus illud adesse,& vnusquisque suam conscientiam dijudicet, & iam cogitet adesse iudicem,omniaq; releuari,& in medium adduci: non enim solum nos assistere oportet, sed & releuari. Nunquid erubuistis? nunquid obstupuistis? Si autem nunc,cum nondum res agitur, sed solum proponitur,& in cogitatione effigiatur, a conscientia perimus: quid faciemus quando aderit,quando vniuersus orbis terrarum assistet,quando Angeli & Archangeli ordines,hinc inde constituti, & cursus omnium, & raptus in nubes,& acies cursu plena,quando tubæ hinc inde,& continuę illæ voces? Etenim si nunc rege cum suis ingrediente, ob paupertatem non accedere audientes, non tantam a spectaculo voluptatẽ accipimus: quantum mœrorem ex eo quòd non sumus participes eorum quæ apud regem sunt,& ignominiã putamus non esse prope illum,quid tunc erit? Nam paruam putas esse pœnam, in choro non constitui; ineffabilem gloriam non assequi? Ab illo cœtu, & ineffabilibus bonis procul abijci? Quando autem & tenebræ erunt,& stridor dentium, & vincula insolubilia,& vermis immortalis,& inextinguibilis ignis,& tribulatio,& angustia,& ploramus & nullus audit, & ingemiscimus & rigamur a doloribus,& nullus attendit,& omnia loca respicimus, & nusquam adest qui consoletur. Quid animabus illis miserius? quid item miserabilius? Ho 10. in c. 5. epist. posterioris ad Corin. Ho. 33. in Ioan. to. 3. Philip. 4. Matt. 24. 1. Thess. 5. Hom. 38. in Ioan. 2. Cor. 5. Psal. 9.

14 IDEM exponens verba illa capitis primi; Det illi Dominus inuenire misericordiam in die illa, inquit. De die iudicij loquitur, quando misericordia nimiũ omnes ægebimus,ne horroris plenam sententiam audiamus,discedite a me maledicti in ignem æternum. Horrẽdum quippe est, nimisq; metuendum extremi iudicij examen. Et certe Deus mansuetus est,lenis est, placidus est. Deus enim misericordiarum dicitur, & pater totius consolationis,& bonus,& benignus, & non vult mortem peccatoris,sed vt conuertatur,& viuat. Vnde igitur quæso, vnde dies illa sic anxia, sic plena terroris? Igneus namque fluuius ante illius faciem ducitur. Aperiuntur operum nostrorum libri: dies illa vt ardens clibanus est. Discurrunt angeli: fornaces succensę & paratę sunt multæ. Quomodo ergo bonus, quomodo clemens est? Sic quoque plenus clementiæ ac bonitatis est: immo ex hoc maxime discitur ipsius clementiæ magnitudo. Nam ex istis,terrorem incutit nobis; vt vel ita coacti metu, ad æterni regni desiderium excitentur. Hom. 3. in 2. epist. Pauli ad Tim. Matt. 25. Eccl. 7. Ioan. 5. 2. Cor. 1. Ezec. 18. Psal. 48.

15 IDEM exponens verba illa, non solum autem mihi, sed & his qui diligunt aduẽtum eius, inquit: Quonam modo quis diligit aduentum Christi? si de eius præsentia gaudet, digna gaudio faciens, opes omnes (si opus sit) atque ipsam animam ponet, vt bonis fruatur æternis, vt secundum ipsius aduentum, congruo habitu mereatur aspicere cum fiducia, cum gloria, cũ claritate: hoc est diligere aduentum eius. Qui illius aduentum diligit, omnia faciet, vt ante vniuersalem illum, singularis fiat ad eum quidam Saluatoris aduentus, ad eum veniens, & mansionem apud eum faciens. Ho. 9. in c. 4. ep. 2. ad Timot.

16 IDEM inquit: Nunc idem patimur, quod euenit & auium pullis pigrescentibus, semperq; in nido manere cupientibus. Illi, quanto diutius hęserint, tanto redduntur imbecilliores. Nidus enim quidam est præsens hęc vita, ex festucis & luto compactus. Et si magnificas mihi ostenderis ædes, etiam ipsas regias auro multo & lapidibus pretiosis splendidas, nihil tamen illas ab hirundinum nidis differre putabo. Ingruente namque hyeme cadent omnia sponte sua. Hyemem vero, diem illum dico: non quidem omnibus hyemẽ. Nam & Christus illum noctem simul vocat & diem: noctem propter peccatores, diem propter iustos; ita & ego nunc hyemem diem iudicij voco. Si æstate bene enutriti non fuerimus, vt imminente hyeme volare queamus: non agnoscent nos matres, nec fouebunt, sed fame perire sinent, aut cadente nido, prorsus interire. Tanquam enim nidum quendam, immo & facilius etiam nido subuerter: tunc omnia Deus reparans, ac restaurando adaptans omnia. Qui vero tunc pennis carebunt, illiq; in aera occurrere nõ poterũt; si ita fuerint ignauiter educati, vt leue alarum remigium non habeant: ea patientur, quæ merito ad hunc modum dispositis ferenda veniunt. Nidus quidem hirundinum si ciderit, mox perit: nos vero non ita perimus, sed continue puniemur. Hyems erit futurũ illud tempus, immo hyeme sęuius. Non enim illic torrentes vndarum precipitabunt; sed fluuij ignei. Non fient ex nubibus tenebræ, sed tenebrę insolubiles, atque adeo crassę & obscuræ, vt neque cœlum videre liceat, neque aerem, maioremque premantur angustia improbi, quàm si qui in terram defodiendi sint. Hom. 2. in epist. Pauli ad Colosſ.

17 IDEM explicans verba illa, nos qui viuimus, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, ait: Si descensurus est Christus; vt quid rapiemur in nubibus? Honoris gratia. Nam rege ciuitatẽ ingressuro, qui illustres quidem sunt, ad occursum eius egrediuntur, qui vero rei sunt & iudicio obnoxij, intus expectant iudicem. Et patre beneuolo,& proaduentante filij quidem & qui digni essent filiorum loco, per vehiculum educuntur, vt videant & exosculentur; qui vero de seruis interea illum offenderunt, intus expectant eum. Ipse pater in nubibus suscepit Christum. Et nos in nubibus rapiemur. Vides quantus futurus est honor? Et occursum descendenti faciemus; & quod omnium est felicissimum, ita semper cum Domino erimus. [Infra:] Qualis igitur tremor, qualis timor eos qui in terra tunc erunt, qui iudicem expectabunt, obtinebit? Vna namque rapietur, & vna relinquetur, & vnus accipietur, & vnus relinquetur. Quis erit tunc animus illorum, quando illos quidem sublatos videbunt, se vero ipsos relictos? An nõ quauis gehenna terribilius, eos ista deiectos, ac consternatos reddere poterunt? Quando audierimus tubas, & vocem illam archangeli quauis tuba clariorem perceperimus, quando cœlum hoc vndiq; sursum euectũ, & contractum, quando aduentantem Deum regẽ omnium viderimus? quis tunc nobis animus erit? Horreamus obsecro, & terreamur, non secus ac si ista iam fierent. Videtis ali quando ad mortem quosdam abduci; quem putatis illis esse animum? Ego multos, q̃ post deductionem reuocati fuerant ad regiam beneuolentiam, dicentes audiui, se neque homines, velut homines, vidisse, quòd animo fuissent summopere, cũ abducerentur, perturbato, & stupefacto. Si ergo corporalis mors vsque adeo nos perterrefacit, quando æterna illa aduenerit, quid patiemur? Non potest, credite, non potest, sermone compræhendi, quę futura est animi passio. Audistis de diluuio, multa de illo dicebat iustus, & Matt. 24. 18 Ge. 6. et 7.

iustus,& cum centum annis fabricaretur arca, & iustus clamaret,nemo credebat. Verum quia non crediderant verborum minis sustinuerunt, & experti sunt re ipsa supplicium. Hoc & nos patiemur, nisi crediderimus. Quapropter,& aduentum suum Christus,diebus Noe comparat,eo quòd,vt diluuio illi nō credebant,ita & diluuio gehennæ accidet.

19 IDEM sic habet: Veniet Dominus iudicaturus terram,sed quomodo veniet? Audi prophetas clamā tes,& dicentes,Deus manifeste veniet, Deus noster, & non silebit.Ignis in conspectu eius exardescet:& in circuitu eius tempestas valida. Aduocauit cœlum de sursum,& terram dijudicare populum suum. Ad hęc Isaias pœnam nobis proponit. Ecce,inquit,dies Domini veniet austerus,furore & ira ad ponendum totū orbem terrarum in solitudinem, & ad abolendos pec catores ex ea:quia nec stellę cœli,neque quis alius ornatus cœli lucem diffundet, & obtenebrescet sol in exortu suo,neque luna dabit lumen suum,& orbi terrarum ingeram mala, & perdam superbiam iniquorū & altitudinem superborum humiliabo, & erunt qui relicti sunt pretiosiores,quam aurum valde exustum igni,& homo pluris æstimabitur lapide qui est ex saphir. Cœlos enim commouebit, & terra excutietur ex fundamentis suis propter furorem iræ Domini sabaoth,in die,qua venerit furor eius.[Infra:] Subscribit etiam Malachias.Ecce,inquit,veniet Dominus omnipotens, & quis poterit cogitare diē aduentus eius? aut quis stabit ad videndum eum? Ipse enim tanquā ignis conflans,& tanquam vrceus, vel herba fullonū: & sedebit conflans,& emundans argentum. Et iterum: Ecce dies Domini veniet exardens,vt fornax,et inflammabit eos, & erunt omnes alienigenæ, & omnes qui faciunt absurda,arundo, accendet eos dies vē tura,dicit Dominus,nec relinquetur,neque radix,neque palmæ. Cæterum vir desideriorum, vidi,inquit, in visione noctis,& ecce cum nubibus cęli, sicut filius hominis veniebat, & vsq; ad antiquum dierum peruenit,& datus est ei principatus, & honor, & regnū, & omnes populi,& tribus,& linguæ ei seruient: &

20 potestas eius potestas æterna,quæ nō destruetur. Horruit spiritus meus,ego Daniel territus sum, visiones capitis mei conturbauerunt me. Tunc aperientur omnes cœlestium fastigiorum portæ. Tunc omnia stupore conferta erunt,& horrore,& metu. Tum etiam angelos ingens metus occupabit: propterea quod conferui iudicium subituri sunt,de peracta in mundo vita. Nam si in iudicio vnius ciuitatis,quæ in ipsorū cura omnes exhorruerunt, quanquam etiam extra periculum,quid tunc erit, quando cognoscetur de vniuerso terrarum orbe,sub iudice non requirente testes nec iudicia,sed quando absque illis, facta simul & verba,ipse reus in medium exacte prodet,ostendetq; scelera ipsorum,istorum auctoribus,pariterq; illis,qui ea ignorant? Quomodo,inquit,fieri potest; vt tunc non concutiatur quælibet potentia? Si enim fluuius ignē non volueret,neque angeli assisterent adeo formidabiles,sed autem conuocati homines,quorum pars laudata est,& in admiratione habita, pars ablegata in gloriē,ne gloriam Dei videat,num istud per se pœna foret tota gehenna longe acerbior? Quare obsecro ob oculos modo ponas,non dico immanissimam illā pœnam,& suffusos graui pudore, necnon palam conspicuos, defixis in terram oculis ob conscientiam ignominiæ,sed illam viam terrerrimam,quæ ad ignem abripit,se ſ & ferentes tormenta,traditosq; atrocibus punitoribus,idq; eo tempore,quo coronis adornati celebresque excantantibus angelis,regio throno assistūt, quicunque hic bona facientes, digni habiti sunt vita æterna.

21 HIERONYMVS narrat sanctitatem Ezechiæ regis,de quo scriptum legimus fecit rectum in oculis Domini. Iste abstulit excelsa,& contriuit statuas: contriuitq; serpentem æneum,quem fecerat Moyses. In domino Deo Israel confisus, & post ipsum nō fuit similis in cunctis regibus Iuda,qui fuerunt ante eum. Adhæsit domino,& non recessit ab eo,& erat Dominus cum eo.[Et infra:] Ægrotauit Ezechias vsque ad mortem: venitq; ad eum Isaias,& dixit:Dispone domui tuæ,quia morieris,& non viues. Qui conuertit faciem suam ad parietem,fleuitq; fletu magno. Certe iustus erat Ezechias,& corde perfecto. Iturus erat ad Dominum,plorare non debuit. Quęris rationem fletuum? si cogitaueris hominem, non miraberis causā doloris. Nullus enim intrepidus vadit ad iudicium Domini,habens conscientiam peccatorum.[Infra:] Erubescet luna,& confundetur Sol:quando visitauerit Dominus super militiam cœli in excelsis. Hoc est, quod in alio loco scriptum est. Astra non sunt munda in conspectu eius,& aduersum Angelos suos peruersum quid reperit. Luna erubescit, sol confunditur,& cœlum operitur cilicio,& nos intrepidi, atque lætantes,quasi omni careamus vitio,occurremus iudicis maiestati,quando tabescent montes erecti,videlicet in superbiam,& omnis militia cœlorum, vel astra vel angelicæ dignitates,& complicabuntur sicut libri cœli, & omnis exercitus eorum instar foliorum defluet? Quomodo inebriatus est in cœlo, inquit, gladius meus,& nunc super Idumæam descendet. Gladius Dei inebriatur in cœlis: & tuum solium erit in sanctitate securum. In Idumæam descendet,quę interpretatur,vel sanguinaria,vel terrena:vt prophetica auctoritate discamus,omnem terrā indigere iudicio.

IDEM loquens de futuro iudicio,inquit: Ecce si 22
vmbrato repente cęlo,solis claritas nostris aspectibus denegetur,& productis in nostram humilitatem nubibus,pluuiæ terris immineant,si commotis, vt assolet,elementis,in rotam sui currus tonitrua concitent, & hinc inde fulgurū iacula palpebris terribiliter obiecta corusćent,quanquam in consuetudine ista cōtingant,pauemus,contremiscimus, & proni ad terram, deposita superba, ceruices submittimus. Quid faciemus in illa die miseri, quando reuoluto cęlo cum angelicis virtutibus,igneus Dominus totus aduenier? quando cadentibus desuper stellis,sol in tenebras, & in sanguinem luna mutabitur? quando montes sicut cera liquescent? quando terra ardebit, & arescent flumina,& maria siccabuntur,& contra rerum naturam cōsumpto diuinitus humore, ariditatē in aquis ignis operabitur? quando peccatores dicent montibus,cadite super nos,& collibus tegite nos?quando vocabūt homines mortem,& vocata non veniet?quando illud implebitur tempus,quod lugubri Hieremias prædicit affectu dicens,respexi in terram, & ecce non erant luminaria. Vidi montes,& ecce erant trementes, & vniuersi colles turbati. Intendi aciem,& ecce nō erat homo,& omnes volucres cęli pauebant. Vidi, & ecce Carmelus desertus, & omnes ciuitates succensę igni, a facie Domini,& a facie irę indignationis eius,& interierunt vniuersa.

IDEM explicans verba illa; Ingredere in petrā, 23
absconde in fossa humo a facie timoris Domini, & a gloria maiestatis eius. Oculi sublimes hominis humiliati sunt,& incuruabitur altitudo virorum,exaltabitur autem Dominus solus in die illa,sic habet: Multi hæc de die iudicij intelligunt,quòd omnis creatura comparatione diuinæ gloriæ humilietur, & incurueť, & nihil se esse sentiat. Tunc nec diuitiæ, nec nobilitas generis, nec potentia dignitatum aliquem defendere poterunt, cuius iram nullus poterit declinare. Vnde hortatur,vt ingrediamur petras, & abscondamur in spelunces a facie Domini, quando omnia vastabuntur,quando homines dicent montibus, cadite super nos,& collibus cooperite nos. Dies enim Domini exercituum super omnem superbum & excelsum, & super omnem arrogantē,& humiliabitur, & super omnes

legiamus. *10.2.* *4. Reg.18.* *4.Reg.20.* *Iob 25.* *Isa.24.* *Apoc.6.* *In Epi. ad amicū,quē instituit in scientia diuinæ legis.* *10.9.* *Luc.23.* *Psal.96.* *Li.1.in.* *2.Isa.10.4.* *Luc.23.* *Psal.28.*

Ep.5. quæ est ad Theodorum lapsum.10.2. *Psal.49.* *Isa.13.* *Cap.3.* *Cap.4.* *Dan.7.* *Lib.2.ad uersus Pe-*

24 *Lib.6.in c. 13.Isa.* *Ca.1.* *Ca.5.* *Psal.129.* *Psal.4.* *2.Cor.3.* *Psal.6.* *Psal.30.* *25* *Lib.8.in c. 24.Isa.* *Luc.16.* *Luc.6.* *Deut.32.*

omnes cedros libani. Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros libani. Et super omnes quercus Basan, & super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos, & super omnem turrim excelsam, & super omnem murum munitum, & super omnes naues Tharsis, & super omne quod visu pulchrum est. Et incuruabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum, & eleuabitur Dominus solus in die illa. Et introibunt in speluncas petrarum, & in voragines terræ a facie formidinis Domini, & a gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram.

24 *Lib.6.in c. 13.Is.* IDEM exponit de die iudicij illa verba, vlulate, quia prope est dies Domini, quasi vastitas a Domino veniet. Propterea omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis tabescet, & cõteretur. Prope est dies Domini, consummationis totius mundi atq; iudicij, vel exitus vniuscuiusque de vita. Venit.n. a Domino deprædatio. Omnes manus dissoluentur, quibus dicitur in alio loco: confortamini manus dissolutæ. Dissoluentur autem manus, quia nullum opus dignum Dei iustitia reperietur, & non iustificabitur in conspectu eius omnis viuens. Vnde propheta dicit in Psalmo. Si iniquitates obseruaueris domine: domine quis sustinebit? Omne quoq; cor, siue anima hominis tabescet, & pauebit conscientia peccati sui. Hæc est dies formidolosa, atq; terribilis, de qua & Sophonias loquitur: metuite a facie domini, quia prope est dies domini. Et rursus. Prope est dies domini magna: prope est, & velox nimis. Et Amos: Væ desiderantibus diem domini, vt quid vobis dies domini, quæ tenebræ sunt, & non lux? Torsiones & dolores tenebunt, quasi parturiens dolebunt: vnusquisq; ad proximum suum stupebit, facies combustæ vultus eorum. Per quæ verba ostendit torqueri eos propria conscientia, & facies habere cõbustas, eo igne quem sibi succenderant, quia non possunt dicere, signatum est super nos lumen vultus tui domine. Et nos gloriam domini speculantes, in eandẽ imaginem transformamur à claritate in claritatem. Vnusquisq; stupebit ad proximum suum: videns eum in eisdem esse tormentis, quibus ipsi cruciantur. Ecce dies Domini venit crudelis & indignationis plenus, & iræ, furorisque ad ponendam terram in solitudinẽ, peccatores eius conterendos de ea. Pro crudeli, septuaginta verterunt insanabilem, cũ enim dies iudicij aduenerit, implebitur illud, quod in psalmo legit; in inferno quis confitebitur tibi? Non est.n. illud tempus pœnitentiæ, sed pœnarũ. Et in alio loco dicitur: Quã magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quam abscondisti timentibus te. Ergo absconditur multa Dei misericordia ab his qui adhuc in timore sunt positi, & perfectam Dei non habent charitatem, vt dum crudelem audiunt diem Domini, & insanabilem, & indignationis, furorisq; plenum, peccare desistant. Tunc ad comparationem diuinæ maiestatis, stellæ cœli, & omnis splendor earum retrahent lumen suum.

Ca. 1. *Ca. 5.* *Ps.4.* *2.Cor.3.* *Ps.6.* *Ps.30.*

25 *Lib.8.in c. 24.Is.* IDEM explicans uerba illa, luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes, qui lętabantur corde, sic ait: In consummatione mundi: præteritarũ delitiarum recordatio, erit materia cruciatuum. Vnde & dives ille in conuiuio purpuratus, qui receperat bona in vita sua, eleuans oculos suos de inferno, Lazarum vidit in requie. Et dominus increpans diuites, & luxuriosos, atque ridentes, loquitur in Euangelio. Væ vobis diuitibus, quoniam recepistis consolationem vestram. Væ vobis qui nunc saturati estis, quoniam esurietis. Væ vobis, qui ridetis nunc, quia lugebitis & flebitis. Qñ igitur fuerit resurrectio mortuorum, & iudicij aduenerit dies, tunc lugebit vinum, atq; vindemia, de qua Moyses loquitur, de vinea Sodomorum vinea eorum, & de suburbanis Gomorræ. Vua eorum, vua fellis & draconum: vinum eorum venenum aspidum insanabile. Tunc omnis potio, siue vt hebraice dicitur ebrietas, quæ statum mentis euertit, & homines vigilare non patitur, amaritudine, commutabitur; quæ ad tempus vrentibus, se mella mentitur, & in nouissimo amarior felle reperietur. Tunc omnis dulcedo lætantium, ac tympanorum, & citharæ sonitus, in planctum vertetur, ac gemitum: Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus nullo introeunte. Clamor erit super vino in platęis, deserta est omnis lætitia, translatum est gaudium terræ. Clamor erit in plateis super vino, non in arcta & angusta via quæ ducit ad vitam, sed in lata & spatiosa, quæ ducit ad mortem, super vino, & ebrietate erroris eorum, qui dormierunt somnum suum, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Translatum est quippe in cœlos gaudium terræ, & relicta est in vrbe, quondam celeberrima, solitudo. Et vt sciremus perspicue de totius orbis interitu nunciari, intulit; Hæc erunt in medio terræ, in medio gentium, siue populorum. [Infra:] Hi leuabunt vocem suam, atque laudabunt, cum glorificatus fuerit dominus, hinnient de mari. Hi igitur, qui remanserint, & post uindemiam mundi, atque pressuram, manus quiuerunt Antichristi persequentis effugere, siue pœnæ imminentis ardores, leuabunt voces suas in sublime, Deumque laudabunt. Cum venerit Dominus in gloria patris sui cum Angelis sanctis, & eum viderint in sua maiestate regnantem: tunc hinnient in æquorum similitudinem lætitiæ magnitudinem gestientes, & hinnient de mari huius sæculi. [Infra:] Et dixi secretum meum mihi, Væ mihi. Hoc est. Non possum cuncta narrare quæ cerno, hæret lingua faucibus meis, vox dolore concluditur. Væ mihi, quantus ordo pœnarum ante oculos versatur meos; cerno præsentia, quæ futura sunt, Præuaricantes præuaricati sunt, & præuaricatione transgressorum præuaricati sunt. Hęc est causa luctus & gemitus mei, propter quam secundo dixi. Secretum meum mihi, secretum meum mihi, quia omnes præuaricati sunt legem Dei, & nequaquam domini pœna differtur, nec futura prædicitur, sed imminet, & habitatores terræ captos tenet. Cumque se putauerint fugisse ex alio, incident in aliud, & quocunque se verterint, impendentem iram domini non euadent. Quia cataractæ de excelsis apertæ sunt, & concutientur fundamenta terręe. Propterea formidinem, & laqueum, & foueam domini non euadent: quia cataractæ de excelsis, siue vt manifestius septuaginta transtulerunt, fenestræ cœli apertæ sunt, vt despiceret Dominus, hominum vniuersa peccata, quæ prius, quia nõ puniebat, videbatur peccatoribus ignorare. Postquã autem apertis fenestris vidit cuncta opera mortalium concussa sunt fundamenta terræ. Tunc agitatione agitabitur terra, sicut ebrius. Idest, quomodo ebrius nescit quid agat, sed hebescentibus ebrietate neruis, nes pes, nec mens stat in suo officio: sic omnes homines, qui versantur in terra, malorum magnitudine, atque pœnarum ebrij erunt, & stupebunt ad cuncta, quæ cernent. [Infra:] Erubescet luna, & confundetur Sol. Cernens homines, qui suo fruebantur lumine, nihil dignum Dei bonitate feciſſe, qui solem suum oriri facit super bonos & malos.

Luc. 16. *Luc. 6.* *Deut.32.* *Luc. 23.* *Psal. 28.*

IDEM explicans verba illa, aperuerunt super te os suum, omnes inimici tui sibilauerunt, & fremuerunt dentibus suis, & dixerunt deuorabimus. Ecce ista est dies, quam expectabamus, inuenimus, vidimus, inquit: Si hęc corporales inimici contra Hierusalem terrenam tunc fecerunt, quid spirituales nequitię, & ministri antiqui hostis facturi sunt erga spiritualem Hierusalem, hoc est, animam Christianam, quando eam pro suis iniquitatibus sibi a Domino traditam undique pœnis, vndique doloribus circundant, nec eam quicquam tunc iuuat,

28 *Lib.1.in c. 8.l amens. Hiere.*

quòd in præterita ætate aliquid de terrena fœlicitate habuerat?

29 IDEM explicans verba illa, tetendit arcum suum & posuit me, quasi signum ad sagittam, inquit: Per arcum aliquando dies iudicij designatur, sicut per Psalmistam dicitur: Ostendisti populo tuo dura: portasti nos vino compunctionis, dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant a facie arcus. In arcu enim quando longius trahitur corda: tanto de eo districtior erit sagitta. Sed nimirum, sic extremi iudicij dies, quanto longe differtur, vt veniat, tanto cum venerit, de illo districtior sententia procedet. Idcirco diuersis nunc cladibus percutimur, vt his correcti, paratiores tunc inueniri valeamus. Vnde illic præmissum est, ostendisti populo tuo dura, flagella, videlicet sæculi, quæ secuturum grauius iudicij diem præcurrunt. Dedisti metuentibus te significationem, vt fugiant a facie arcus, ac si dicat. Hoc tempus misericordiæ est, illud iudicij erit. Per ista ergo huius temporis flagella significans quomodo tunc persecuturus es, quando non parcens iudicas, qui sic districte modo percutis, quando parcis.

Lib. 2. in c. 3. lamentationum. *Psal. 56.*

30 IDEM exponens verba illa: væ ciuitati sanguinum, ollę cuius rubigo in ea est, & rubigo eius nō exiit de ea. Sanguis enim eius in medio eius super limpidissimam petram effudit illum, super terram nō effudit illum, vt possit operiri puluere. Væ ciuitati sanguinum, cuius ergo grandem facio pyram. Congere ossa, quæ igne succendam, consumentur carnes, & cōcoquetur vniuersa compositio, & ossa tabescent, ait: Sunt qui totum istum locum ad consummationē mūdi transferant. Mundus ergo, qui in maligno positus est, die iudicij diuino igne succenditur, & ciuitas sanguinum ponitur super carbones ignis. Et ponitur sanguis qui effusus est, in pro patulo creaturæ vniuersæ, vt omnium scelera pateant, quia nihil occultū, quod non reueletur, ne terra operiantur, aut puluere.

Lib 7. in c. 24. Ezech. *1. Ioan. 5.*

31 IDEM explicans verba illa; Aspiciendam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit &c. sic habet: Sedens, & vetustus dierum dicitur Deus, vt æterni iudicis habitus demonstretur. Quodque capilli eius lanę mundissimæ comparantur; purum ostenditur sincerumq; iudicium, & nullam personam in iudicando recipiens. Senex quoque describitur, vt maturitas comprobetur sententiæ. Thronus eius flamma ignis, vt peccatores tormentorum magnitudinē perti mescant, & iusti saluentur, sic tamen quasi per ignem. Rotæ eius ignis accensus, siue currus eius. Et in Ezechiel. Quadrigæ sedes inducitur Deus, & omnia Dei flammea sunt, vt lignum, fœnum, stipulam, arsura in die iudicij nouerimus. Et in Psalmis legimus. Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu omnes inimicos eius. Fluuius igneus rapidusque egrediebatur a facie eius, vt peccatores traheret in gehennam. [Infra:] Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Conscientiæ, & opera singulorum in vtranque partem, vel bona, vel mala omnibus reuelantur. Bonus liber est ille, quem sæpe legimus, liber viuentium. Malus liber, qui in accusatoris tenetur manu, qui est inimicus, & vindex, de quo & in Apocalypsi legitur: accusator fratrum nostrorum. Liber iste terrenus est, de quo & Propheta dicit, in terra scribantur.

In cap. 7. Dan. *Cap. 1.* *Ps. 96.* *Apoc. 20.* *Apoc. 12.* *Hier. 17.*

32 IDEM exponens verba illa, colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatū eius, dolores parturientis venient ei, inquit: Quomodo si ligetur quid in sacculo, conseruatur & nō perit ei cui ligatū est: sic omnis iniquitas, qua in Deum peccauit Ephraim, colligata est ei, & abscondita, & quasi in marsupio reseruatur. Denique cum dies vltionis aduenerit, & extrema captiuitas, dolores quasi parturientis venient ei, siue apprehēdent illum. Mulier parturiens, multo antequam pariat ex eo tpe quo concepit, scit se esse pariturам, & expectat quotidie extrema tormenta, crucia tusque venturos; ita & Ephraim filius insipiens, de quo supra dixerat, Ephraim columba insipiens nō habens cor, in contritione filiorum & populi sui, cū dies parturitionis aduenerit, aut stare aut sufferre non poterit. Peccata ergo quæ putantur secreta, cum dies parturitionis aduenerit, dolore, eiulationibusq; panden tur.

Lib. 3. in c. 13. Osee. to. 5.

33 IDEM explicans verba illa; Clamate ad Dominū in cordibus vestris, & dicite A a a, diei, quia prope est dies domini, & quasi vastitas a potente venit, sic habet: Dies retributionis omnium delictorum illa est, de qua vniuersi scribunt Prophetæ, & maxime Isaias clamitat. Ecce dies domini insanabilis venit furoris, & iræ, vt ponat vniuersum orbem desertum, & peccatores perdat ex eo. Hic dies recte appellatur insanabilis, quia cum dies iudicij venerit, non erit locus pœnitentiæ, quia æternitati comparatur, prope est, & non longe. Quodq; sequitur: Et vastitas a potente veniet. Siue vt septuaginta transtulerunt, & quasi miseria de miseria veniet. Hic sensus est, quòd mala succedant malis, & omnis afflictio, Deo iudice dispensetur, qui potens est & corpus & animam perdere in gehennam.

Inc. 1. Ioel. *Cap. 13.* *Matt. 10.*

34 IDEM exponens verba illa; Vlulate in monte sancto meo, conturbentur omnes habitatores terræ, quia venit dies Domini, quia prope est dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbinis, quasi mane expānsum super montes, populus multus ac fortis, similis ei non fuit a principio, & post eum non erit: Præcipitur, inquit, Sacerdotibus, vt exaltent vocem suam, vt confundantur omnes habitatores terræ, & confusio eos pertrahat ad pœnitentiam. Diem autem domini, diem intellige iudicij, siue diem exitus vniuscuiusq; de corpore. Quod enim in die iudicij futurum est omnibus, hoc in singulis, die mortis impletur. Dies tenebrarum est & angustiæ, dies nubis, & turbinis: quia cuncta pęnarum plena sunt, atq; cruciatuum. Veniet angelorū populus, multus & fortis, vt reddat vnicuiq; secundū opera sua; Et sicut mane & aurora consurgens primū occupat montes, sic iudicium ab excelsis, & potentibus incipiet, vt potentes potenter tormenta patiātur. Similis ei non fuit a principio, & post eum non erit. Omnia enim mala, quæ veteribus historijs continentur, aut inundatione maris, aut alluuione fluminum, aut pestilentia, morbis, fame, bestijs, hominum vastitate, hominibus acciderunt; his supplicijs quæ in die sunt reddenda iudicij, non poterunt comparari. Ante faciem huius populi, qui multus & fortis est, erit ignis vorans, siue consumens, vt omne in nobis fœnum, lignum, & stipulam consumat, & post eum vrens flamma, vt nihil absque supplicijs derelinquat. Quæcunq; hic populus non attigerit, nec inuenerit in eo combustionis materiam, horto Dei, & Paradiso assimilabitur voluptatis. Si quem autem exusserit, quasi solitudinē in cinerem rediget ac fauillas, nec est qui furorē eius possit euadere, cuius crudelis aspectus, frementium equorum habebit similitudinem, & sic discurrent ad cruciandos, quos in potestatem acceperint, quasi equites huc illucque volitantes. Terribilis erit sonitus eorum, quasi quadrigarum per prona currentium, & super capita montium exilient, excelsos quosque & in Ecclesiæ culmine constitutos cruciare cupientes. Et quia ante faciem eorum ignis est vorans atque consumens, sic cuncta vastabunt. Quomodo stipulam flamma consumit: ita venient ad puniendum, ita expediti erunt & parati, vt populis fortis ad prælium. Tantus erit timor omnium, & tanta conscientia peccatorum, vt nullus luceat nec splendorem habeat gaudij, sed instar adustę ollæ, facies eius vertatur in tenebras. Ascendent murum, & omnem munitionem, iniunctumque sibi explentes opus, non declinabunt in partem alteram, sed inhiabūt miserorum supplicijs, nec tormentis eorum satiabuntur.

Inc. 2. Ioel *35* *Li. 2. in c. 5. Amos.* *Soph. 1.* *Phil. 3.* *Iob 1.* *1. Cor. 4.* *Li. 2. in c. 3 Abacuc. Exp. 9.* *Abacuc 3.* *In cap. 1. Soph.*

buntur, sed vnusquisque credita sibi in peccatores supplicia persequetur. Sol & luna obtenebrati sũt, & stellæ retraxerunt splendorem suum. Sol & luna tanta miserorum supplicia videre non poterunt, & inhærebunt, & pro claro lumine, tenebris operientur horrẽdis, stellæ quoque retrahent fulgorem suum, dum etiã qui sancti sunt, præsentiam Domini absque formidine non videbunt. Magnus est dies Domini, atq; terribilis, de quo alibi scriptum est. Vt quid desideratis diem Domini? Et hic est tenebræ, & non lux, & terribilis valde, rarusque aut nullus cum poterit sustinere, quin in se præbeat materiam sæuiendi.

Amos 5.

36 IDEM exponens uerba illa, consurgant, & ascendant gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu, Mittite falces, quoniam maturauit messis, ait: Verba hæc in die iudicij implenda sunt. Populi populi in valle concisionis, quia iuxta est dies domini, in valle iudicij, siue concisionis populi congregantur, vt interficiantur, & corruant, & a Domino iudicentur. Cuius mœrore diei, & tormenta pereuntium, ne sol quidẽ & luna astraq; cetera poterunt intueri, sed retrahent fulgorem suũ, & furorem iudicantis, reddentisque vniuscuiusque opus in caput suum, aspicere non audebunt. Non q̃ clementiora sint, quam Dei iudicia, sed quòd omnis creatura in tormẽtis aliorum, de suo iudicio pertimescat. Et Dominus de Sion rugiet, & de Hierusalem dabit vocem suam, & mouebuntur cœli & terra &c. Dominus spes populi sui, & fortitudo filiorum Israel. Dominus instar leonis rugiet, siue clamabit, & tã excelsa vox eius erit atque terribilis, vt cœlorum cardines, & terrarum fundamenta quatiantur. Cumque tam seuerus in eos fuerit qui puniendi sunt: erit clemens erga populum suum, & dabit eis fortitudinem.

Inc. 3. Ioel.

37 IDEM explicans illa verba, vę desiderantibus diẽ domini, vt quid eam vobis? Dicit. Nulli dubium est, omnes nostros, diem tenebrarum, diem intelligere iudicij. De qua scribit Sophonias. Iuxta est dies Domini magnus; iuxta est & velox nimis. Vox diei Domini, amara, & dura. Simul decutitur confidentia superborum: qui vt apud homines iusti appareant, solent diem expectare iudicij, & dicere. Vtinam veniat dominus, vtinam liceat nobis dissolui & esse cum Christo. Cum igitur nemo possit de Dei iudicare iudicio, & de ociolo quoque verbo reddituri simus rationẽ, & Iob quotidie pro filijs suis obtulerit hostias, quę temeritas est audire cum Corinthijs, Sine nobis regnatis, atque vtinam regnetis, vt & nos vobiscum regnemus. Nominibus autem leonis, vrsi, & colubri, vel diuersa significantur supplicia, vel ipse diabolus, qui recte, & leo, & vrsus, & coluber appellatur.

Li. 2. in c. 5. Amos. Soph. 1.

Phi. 3.

Iob 1.

1. Cor. 4.

38 IDEM exponens illa uerba: Super excelsa deducet me victor, in psalmis canentem, inquit: Si voluerimus hæc verba de consummatione mundi accipere; sic accipienda sunt, quomodo in Exodo, quando percussa est Ægyptus, & percussit Deus vineas eorum & siculneas eorum, & occidit primitiua hominum, & iumentorum, & Ægyptias fruges, locusta bruchusq; consumpsit: ficus in Ægypto non attulit fructum, nec erat germen in vineis, mentiebatur opus oliuæ, & arua non dabant cibum, non erant ob id armenta in pẽsepibus, populus autem Israel exultabat in Domino: & gaudebat in Deo salutari suo. Sic in consummatione mundi, quando multiplicata iniquitate, refrixerit charitas, & ficus non attulerit fructus, & vineæ nõ habuerint uuas: tunc quicumque iustus, & electione Dei dignus fuerit inuentus, loquetur exultans, Ego autem in Domino gaudebo; Dominus Deus fortitudo mea. Et super excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem; scribam canticum triumphantis sumam citharam.

Li. 2. in c. 3. Abacuc. Exo. 9.

Abacuc 3.

39 IDEM explicans verba illa, & erit in die illa, dicit Dominus, vox clamoris a Porta piscium, & vlulatus a Secunda, & contritio magna a collibus, ait: Si diem illam quam Dominus comminatur, diem iudicij voluerimus accipere; tunc implebitur vox clamoris a Porta piscium (siue compungentium, vt septuaginta verterunt.) Prima enim porta oculorum erit: qua exhibebuntur nobis peccata nostra ante oculos nostros, & omnis pompa & imago antiquorum scelerum & vitiorum proferetur in medium. Tunc illud erit verum quod scriptum est; Ecce homo & opera eius ante faciem eius. Torquebit igitur cum conscientia, & postquam compunctus clamauerit a prima oculorum porta, vlulabit etiam Secunda, quam & aures intelligere possumus, & cõteritur in nobis quic quid fuerit excelsum, & propter cæcitatem, & surdas aures ignorabatur a nobis. Vel certe in fine mundi, & in consummatione lugebunt a Porta piscium prima, qui suum baptisma non seruauerunt, lugebunt a Secunda, qui non egerunt pro peccatis dignam pœnitentiam. Et erit magna contritio super colles, qui nec pro peccatis incuruati sunt, vt verticem suum submitterent, & sua scelera deplorarent. [Infra:] Conticuit omnis populus Canaam. Blasphemiam eorum in die iudicij cessare significat: & os quod in altum posuerunt, linguamque ad terram vsque penetrantem, æterno silentio conticescere. [Infra:] Et erit in tempore illo, scrutabor Hierusalem in lucernis. In fine mundi, quia dies Domini ipsa intelligitur, scrutabitur Dominus Hierusalem, id est ecclesiam suam cum lucerna, & vlciscetur super viros contemptores, qui noluerunt seruare mandata Domini, & insuper blasphemauerunt in cordibus suis, quòd nihil prodesset benefacere, nec obesset male agere, quia nec bonorum operum præmium, nec malorum pœnam restitueret Deus, ideo ait: Visitabo super viros defixos in fæcibus suis, qui dicunt in cordibus suis, non faciet bene Dominus & non faciet male. Iuxta est dies Domini magnus, iuxta est & velox nimis. Vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis, dies iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ, & turbinis, dies tubæ, & clangoris super ciuitates munitas, & super angulos excelsos. Prope dicitur dies ille, propter pœnæ magnitudinem: quia patienti nunquam longe videtur supplicium quod inferendum est. Verba hæc de captiuitate Iudæorum, vel de morte vniuscuiusque vel de die iudicio possunt optime intelligi.

Soph. 1.

40

41 IDEM exponens verba illa, ecce venit, dicit Dominus exercituum, & quis poterit cogitare diem aduentum eius? Et quis stabit ad videndum eum? inquit: Quis poterit cogitare diem aduentus eius? Si cogitare præ potentia maiestatis eius nemo potest, ferre quis poterit? Et quis stabit ad videndum eum: id est, quis eum poterit cæcutientibus oculis in sua claritate conspicere, qui est sol iustitiæ, & in cuius pennis est sanitas? Ipse veniet quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum. Ignis enim in conspectu eius ardebit, & in circuitu eius tempestas valida. Tunc vocabit cœlum desursum vt dijudicet populum suum, flumina ignis trahent ante eum, peccatores quosque voluentia. Ignis est Dominus his qui peccant grauiter, ipsos consumens; qui autem leuia peccata committunt, vt lotis munditiam restituat dicitur herba fullonum, & purgauit filios Leui. Tempus est enim, vt iudicium incipiat a domo Dei. Et alibi scribitur, a sanctis meis incipite. In filijs autem Leui, omnem sacerdotalẽ intellige dignitatem. Si aũt sacerdotes purgandi sunt & colandi, vt purum aurum remaneat, & argentum, quid de cæteris est dicendum? Et accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis, & adulteris, & periuris. Quanta formido iudicij, cum ipse Dominus sit testis, & iudex. Testis est autem cunctis maleficis & adulteris. Hæc enim crimina perpetrantur occulte: & ideo proferuntur in medium, ne lateant.

Inc 3. Malachiæ.

Ezec. 9.

42 In c. 4. Malachiæ. IDEM explicans verba illa: ecce dies veniet succensa quasi caminus,& erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem,stipula & inflammabit eos dies veniens,dicit Dominus exercituum, quæ non relinquet eis radicem & germen, inquit: Ecce dies veniet,id est,dies iudicij,quæ sanctis lux erit, & peccatoribus tenebræ,& ipsa dies erit succensa quasi caminus,siue clibanus, vt omnes impij vertantur in stipulam,& camini crementur ardoribus. Cumq; eos inflammauerit,atque combusserit, non relinquet in eis vllam radicem & germen. E contrario dicitur, quòd timentibus nomen Domini orietur sol iustitiæ, qui vera omnia iudicabit,& nec bona,nec mala,nec virtutes,nec vitia latere patietur. Et sanitas erit in pennis eius, vt sanatos per pœnitentiam portet in humeris Deut. 32. suis.Sicut Deuter.32.scriptum est: Assumpsit eos,atq; portauit in humeris suis.Tunc egredientur,qui nunc sæculo,quasi carcere sunt inclusi; & salient quasi vituli de armento.

43 In Psal. 49. n. 8. Apoc. 1. IDEM exponens verba illa: Deus manifeste veniet,Deus noster & nõ silebit. Ignis in cõspectu eius exardescet,sic habet:In die iudicij Deus manifeste veniet:quia vt in Apocalypsi legitur: Videbit eum omnis oculus. Ignis in conspectu eius ardebit. Duplicem hic ignis intelligitur habere virtutem. Illuminat enim,& exurit. Gaudeant iusti, quia illuminantur ex ex eo. Timeant peccatores,quia exurendi sunt ab eo. Et in circuitu eius tempestas valida, quę flagellat, & corripit peccatores,triticumque secernit a paleis. Et quos ignis exurit,tempestas inuoluit. Et in alio loco dicit: Purgabit aream suam, & congregabit triticum in horreum;paleas autem cumburet igni inextinguibili; discernereq; tunc dicitur populum suum;discernit terrenos, vt cum cęlestes ponuntur ad dexteram, hi ad sinistram collocentur. Vel discernet populum suum in iudicio, quando dicturus erit, ite maledicti in ignem æternum,& ad sanctos,ite in vitam æternã. [Infra:]Existimasti inique,quòd ero tui similis. Deũ non vindico in præsenti,arbitratus es ea mihi placere Psal. 49. sicut tibi placent tua mala.Arguam te, & statuam illa contra faciem tuam,tua scilicet peccata, & aliorum, quæ post te reliquisti. Vtinam nos in hoc sæculo poneremus ante nos peccata nostra, & non Deus ea in iudicio statueret ante faciem nostram;vbi iam non castigatio, sed iudicium mortis accedit. Intelligite hęc qui obliuiscimini Dominum,& sua mandata:ne quando rapiat,& non sit qui eripiat. Nequando rapiat ad Ibidem. mortem vel ad diem iudicij. Vnde dixit. Et non est qui de manu tua possit eruere.Vel rapit ille,hoc est,in mortem præcipitat obliuiscentes se, & nemo eripere potest.

44 Li. 3. In c. 2. epist. ad Titũ. in. 9. IDEM inquit:Postquam dixerat Paulus sobrie, & iuste,& pie viuamus in hoc sæculo,subdit;expectãtes beatam spem,& aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi. Hæc pietas expectat beatam spem,& aduentum gloriæ magni Dei,sicut.n. impietas magni Dei reformidat aduentum;ita pietas illum præstolatur.

45 Lib. 20. de ciuit. Dei, c. 13. in. 5. Dan. 12. Apoc. 20. AVGVSTINVS ait: Hęc persecutio nouissima,quæ futura est ab antichristo,sicut in Apocalypsi, & apud Danielem positũ est,tribus annis & sex mẽsibus durabit. Inf. c.14. De die iudicij ait: Ioannes in Apocalypsi,& vidi mortuos magnos, & pusillos, & aperti sunt libri,& alius liber apertus est, qui est vitæ vniuscuiusque,& iudicati sunt mortui,ex ipsis scripturis librorum secundum facta sua. Libros dixit esse apertos, & librum, libri quos priore loco posuit, intelligendi sunt sancti,vt in illis ostẽderetur, quę Deus fieri iussisset,in illo autem qui est vitæ vniuscuiusque, quid horum quisque non fecisset,siue fecisset. Liber qui apertus dicitur, quædam vis est intelligenda diuina,qua fiet,vt cuique opera sua vel bona, vel mala cũcta in memoriam reuocentur, & mentis intuitu mira celeritate cernantur,vt accuset vel excuset scientia cõscientiam,atque ita simul & omnes & singuli iudicen- 2. Thess. 1. tur.Et infra c.19.loquens Paulus de die iudicij, ait: Rogamus vos fratres per aduentum Domini nostri Iesu Christi,vt non cito moueamini a vestro sensu,neque terreamini,quasi instet dies Domini.Ne quis vos seducat vllo modo,quoniam nisi venerit refuga,vel discessio primũ, & reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat ostendens se tamquam sit Deus,&c.tantũ, qui modo tenet,teneat,donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur iniquus ille,quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & euacuabit illuminatione præsentię suæ,eum cuius est præsentia secundum operationem satanæ,in omni virtute,& signis,& prodigijs mendacij,& in omni seductione iniquitatis, his qui pereunt,eo quòd fidem veritatis non receperunt, vt salui fierent.Et ideo mittet illis Deus operationẽ erroris,vt credant mendacio,& iudicentur omnes qui nõ crediderunt veritati,sed consenserunt iniquitati. Nulli 46 dubium est,eum de antichristo ista dixisse, dieq; iudicij. Hunc enim appellat diem Domini non esse venturum,nisi ille prior venerit,quẽ refugam vocat,vtiq; a Domino Deo.Non veniet ad viuos & mortuos iudicandos Christus, nisi prius venerit ad seducendos in anima mortuos,aduersarius eius antichristus,præsentia siquidem eius erit in omni virtute, & signis,& prodigijs mendacij.Tunc.n.soluetur satanas,& per illum Apoc. 20. antichristum,in omni sua virtute mirabiliter quidem, sed mendaciter operabitur. Dicuntur aũt signa mendacia, qm̃ mortales sensus per phantasmata deceptus est,vt quod non facit,facere videatur; vel quia illa ipsa,etiam si erunt vera prodigia, ad mendacium pertrahent crediturosdiaboli enim virtus grandis est circa naturalia,vt inflagellis Iob legimus,& tunc erit maxima,quando tantam quantam numquam habuit,accipiet potestatem.Et infra c.24. Daniel de hoc vltimo iudicio sic prophetat,vt antichristum quoq; prius vẽturum esse prẽnunciet. Cum.n.visione prophetica quattuor bestias significantes quattuor regna vidisset, ipsumque quartum a quodam rege superatũ, qui antichristus agnoscitur; & post hæc æternum regnum filij hominis,qui intelligitur Christus. Et quærebam, Dan. 7. inquit diligenter de bestia quarta,quæ erat differens p omni bestia, terribilis amplius, dentes eius ferrei, & vngues eius ærei,manducans & comminuens,& reliqua pedibus suis conculcans. Et dixit Danieli ille a quo quæ fierat intelligentiam: Bestia quarta quartum regnum erit in terra,quæ prævalebit omnibus regnis, & manducabit omnem terram, & conculcabit eam, &c.& verba aduersus Altissimum loquetur, & sãctos Altissimi conteret.Hoc est antichristi aduersus Ecclesiam 47 sęuissimum regnum, licet exiguo spatio temporis sustiendum.Infra c.24.de vltimo iudicio loquitur Psal. 49. Dauid,cum ait:Ignis in conspectu eius exardescet,& in circuitu eius tempestas valida. Deus noster manifeste veniet,inter iustos,& iniustos iudicaturus iuste, q. prius venit occultus,ab iniustis iudicandus iniuste.Et non silebit,sicut quondam,quando,sicut agnus coram tondente se,obmutuit. Aduocabit cœlum desursum, Isa. 53. hoc est, sanctos, qui in nubibus rapientur obuiam Christo in aera. Aduocabit cœlum desursum,& terram, &c. vt cœlum intelligatur in eis, qui cum illo sunt iudicaturi, & terra in eis, qui iudicandi sunt, & aduocabit cœlum sursum, ideſt in iudiciarias sedes eriget. Vel aduocabit cœlum sursum, ideſt, angelos in supernis locis, cum quibus descendet ad faciendum iudicum, aduocabit & terram, ideſt homines in terra vtique iudicandos. Si autem intelligatur aduocabit cœlum sursum, & terram similiter sursum aduocabit, nihil melius intelligi existimo,quam homines, qui rapientur in nubibus obuiam Christo,

48

Sap. 1. Rom. 2.

49 In cõcione ad Catheciune. in. 6. Psal. 88.

50 In libro de profectione infitiæ cõtra Celestium. in. 7. Prou. 20.

51 In Ps. 2. n. 8.

sto, sed cœlum dictum propter animas, terrâ propter corpora. Discernere populum suum, quid est, nisi per iudicium secernere bonos a malis, tamquam oues ab hœdis? Deinde conuersio sermonis an angelos facta est, cum ait: Congregate illi sanctos eius, per angelicũ 48 enim ministerium, tanta res peragenda est. In c. 25. de iudicio explicat locum Malachię 3. Ecce venit Dñs, & quis poterit sustinere ad videndum eum, &c. eadem dicit, quæ ex Hieronymo adnotauimus in expositione huius loci in hoc eodem capite. In c. 26. explicans eundem locum, ait: Et ero testis velox. Testem se dicit futurum, quia in iudicio suo non indigebit testibus. Eumq; velocem, siue quia repente venturus est, eritq; iudicium, ipso inopinato eius aduentu celerrimum, quod tardissimum putabatur, siue quia ipsas conuincet, sine ulla sermonis prolixitate conscientias. In cogitationibus enim, sicut scriptum est: Impij interroga- *Sap. 1.* tio erit. Et Apostolus cogitationibus inquit, accusan- *Rom. 2.* tibus, vel etiã excusantibus, in die qua iudicabit Deus occulta hominum. Etiam sic ergo Dominus futurus testis intelligendus est velox, cum sine mora reuocaturus est in memoriam, vnde conuincat, puniatq; cõscientiam. In cap. 27. exponit locum Malachiæ 4. Ecce dies veniet ardens, sicut clibanus, &c. exponit locum sicut ex Hieronymo iam adnotauimus.

49 IDEM sic habet: Expectatur dies iudicij, aderit il- *In cõcione ad Cathe- cume. to. 6.* le æquissimus iudex, qui nullius potentis personã accipiet, cuius palatum auro, vel argento nemo corrumpet. Stabunt omnes animæ, vt referat vnaquæq; se- *Psal. 88.* cundum ea quæ per corpus gessit, siue bonum, siue malum. Præsto enim erit aduersarius diabolus, recitabuntur verba professionis nostræ. Et si talis inuentus fuerit quisque, vt debitor ex hac vita migret: exultabit ille aduersarius in conspectu sereniſſimi iudicis, superiorem se esse declamans, agensque talem causam apud talem iudicem, æquissime, inquit: Iudex, iudicia, iustitia & iudicium, præparatio sedis tuæ. Iudica meũ esse, qui tuus esse noluit, meus est. mecum damnandus est. Post renũciationem, vt quid inuasit pannos meos? Quid apud eum impudicitia faciebat, cui ipse renunciauerat? Quid intemperantia, quid auaritia, quid ira, quid cætera mea? Postremo æquissime fugientem a me, confugientem ad te, postea cum meis, quibus renunciauerat apprehendi, inuasorem detinui. In ipsa quodammodo mea possessione a me apprehensus est. Quid in theatro faciebat, renunciator turpium voluptatum? Thesaurizauit sibi iram in die iræ. Hæc omnia mea post renunciationem inuasit, meus esse voluit, & mea concupiuit iudicia, iudica æquissime, quoniam, quem tu non dedignatus es tanto pretio liberare, ipse mihi se postmodum voluit obligare. Poterit ne os aperire, is qui post professionem suam talis inuenitur, vt iuste diabolo addicatur? Videte quid agatis, filij mei, fratres mei, videte quid agatis, quomodo hanc professionem vestram custodiatis. Contestamur vobis ipsum iudicem, omnesque potestates cęlestes, quæ & nos audiunt admonentes, & nos excipiunt profitentes, ne in vacuum gratiam recipiatis, sed corde integro tota virtute, renunciate tam damnosam diaboli hæreditatem.

50 IDEM explicat locum Prouerbiorum: Quis glo- *In libro de profectione in Filiæ cõ tra Celesti num. to. 7.* riabitur castum se habere cor? Hoc dixit, quoniã præcessit, cum rex iustus sederit in throno. Quantalibet enim iustitia sit præditus homo, cogitare debet, ne ali quid in illo, quod ipse non videt inueniatur esse culpandum, cum rex iustus sederit in throno; cuius cognitionem fugere delicta non possunt, nec illa de quibus dictum est, delicta quis intelligit? Quis ergo tunc gloriabit? castum se habere cor, aut mundum se esse a peccato?

51 IDEM explicans verba illa; Cũ exarserit in breui *In Pſ. 2. to. 8.* ira eius, beati omnes, qui cõfidunt in eo, inquit: Idest, cum vindicta venerit, quæ impijs & peccatoribus præparatur, non solum eos non attinget, qui confidunt in Dño, sed etiam ad regnum illis instruendum & sublimandum proficiet. Non. n. dixit, cum exarserit in breui ira eius, securi oẽs, qui confidunt in eo, tanquã hoc solum inde habeant, quod non puniuntur sed, beati, dixit, vbi est bonorum omnium summa, & cumulus. Quod aũt positum est, in breui, hoc maxime significare arbitror, quia repentinum aliquid erit, dum hoc remotum & longe futurum peccatores existimabunt.

IDEM explicans verba illa; Dñe ne in furore tuo 52 arguas me, neq; in ira tua corripias me, ſquit: Regius *In Pſal. 6. to. 8.* vates, inquit, in die iudicij nec arguit vult, nec corripi. Arguuntur in die iudicij omnes qui non habent fundamentum, quod est Christus; emendantur aũt, idest purgantur, qui huic fundamẽto superędificant lignũ, fœnum, stipulam. Detrimentum. n. patientur, sed sal- *2. Cor. 3.* ui erunt, quasi per ignem. Quid ergo iste orat, qui nõ vult in ira Domini, vel argui, vel emendari? Quid, nisi vt sanetur? Vbi enim sanitas est, nec mors metuenda est, nec vrentis, aut secantis medici manus.

IDEM explicans uerba illa; Nisi conuersi fueritis gladium suum vibrabit, potest, inquit, ipse Chri- 53 *In Pſ. 7. to. 8.* stus gladius dici bis acutus, quem non vibrauit primo aduentu, sed tanquam in vagina humilitatis abscondit. Vibrauit autem, cum in secundo aduentu veniens iudicare viuos, & mortuos, in manifesto splẽdore claritatis suæ, iustis lumine suo, & terrore impijs coruscabit. Nam in alijs exemplaribus pro eo, quod est, gladium suum vibrabit, frameam suam splendificabit, positum est. Quo verbo conuenientissime significari arbitror, vltimum Dominicæ claritatis aduentum.

IDEM exponens uerba illa; Sedet in insidijs cum 54 diuitibus in occultis ait: Antichristus cum diuitibus *In Pſ. 9. to. 8.* huius sæculi sedebit, qm̃ falsam fœlicitatem ipsorum ad decipiendos homines ostentabit. Insidiatur in occulto tamquam leo in spelunca sua, leonem in cubili dicit eum, in quo, & vis, & dolus operabitur. Prima. n. persecutio Ecclesiæ violenta fuit, cum tormentis & cædibus Christiani ad sacrificandum congerentur. Altera persecutio fraudulenta est, quæ nunc per hæreticos, & falsos fratres agitur. Tertia superest p antichristum uentura, qua nihil periculosius, qm̃ & violenta & fraudulenta erit. Vim habebit in imperio, dolum in miraculis. Ad vim relatum est, q̃ dictum est, leo. Ad dolos, q̃ dictum est, in cubili suo. Insidiatur, vt rapiat innocentem, hoc ad dolum pertinet. Quod aũt sequitur, rapere pauperem dum attrahit eum, violentię deputatur. Attrahit. n. significat, quibus põt cruciatibus affligendo ad se adducit. Item in muscipula sua humiliabit eum, dolus est; inclinabitur & cadet cum dominatus fuerit pauperum, vis est. Muscipula. n. bene significat insidias, dominatio vero terrorem apertissime insinuat. Et bene ait: Humiliabit eum in muscipula sua, cum enim signa illa facere cęperit, quanto mirabilior videbitur hominibus, tanto illi sancti, qui tunc erunt contemnentur, & quasi pro nihilo habebũtur, quos ille mirificis factis superare videbitur.

IDEM exponens verba illa; Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos 55 meos super me, inquit. Quid ergo fratres, quia tanta inimici in Christianos fecerunt, & exultauerunt, & *In Pſ. 29. to. 8.* iucundati sunt supe eos, quando apparebit, q̃ non sunt iucundati? Quando illi confundentur, illi exultabunt in aduentu Domini Dei nostri, cum venerit ferens in manu retributiones, damnationem impijs, regnum iustis, societatem cum diabolo iniquis, societatem cum Christo fidelibus. Quando ergo hoc ostendet? quando stabunt iusti in magna constantia *Sap. 5.* aduersus eos, qui se angustiauerunt. Illi autem dicent intra se pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes: Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit, nobis? Transierunt illa omnia tamquam vmbra, & tamquã nuncius præcurrens,

rens,& tamquam nauis quę pertransit fluctanté aquã &c. Et quid dicunt de iustis? Quomodo computati sunt inter filios Dei,& inter sanctos sors illorum est? Tunc erit dedicatio domus, quæ modo in tribulationibus fabricatur. Tunc rectè dicet populus ille, exaltabo te Domine,quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.

56 In Ps.49. IDEM explicans verba illa; Deus manifestè veniet,Deus noster,& non silebit,ait: Qui venit occultus,venier manifestus. Venit occultus iudicandus,veniet manifestus iudicaturus. Venit occultus,vt ante iudicem staret,veniet manifestus, vt etiam de iudicibus iudicet. Silet modo non exercens iram,sed expectans pœnitentiam. Dicit alio loco: Tacui,numquid semper tacebo? Quando ergo non tacebit,Deus manifestè veniet. Ignis ante ipsum præcedet, & in circuitu eius tempestas valida. Timeamus,mutemur,& non timebimus,ignem palea timet, auro quid facit? Qui non desiderant Dei faciem, timeant, vel ignem, supplicia terreant,quem præmia non inuitant. Veniet dulcedo præsentiæ, non mutaris, non excitaris, non suspiras, non desideras,amplexaris peccata tua,& delicias carnis tuæ,stipulas ad te congeris,veniet ignis. Ignis in conspectu eius ardebit. Si credamus futurum iudiciũ fratres,bene viuamus. Tempus misericordię nũc est, Luc. 13. tempus iudicij tunc erit. Pœnitebit & tunc, sed frustra pœnitebit. Modo pœniteat, cum fructus est pœnitendi,modo adhibeatur ad radices arboris cophinus stercoris,id est cordis luctus,& lachrymarum, ne veniat ventus,& eradicet. Cum enim eradicauerit, iam Rom. 11. ignis expectatur. Modo,etsi fracti sunt rami, possunt Matt. 3. rursum inseri,tunc omnis arbor, quę non facit fructũ bonum,excidetur,& in ignem mittetur. Ignis in conspectu eius ardebit,& in circuitu eius tempestas valida. Valida tempestas,ventilatura tam magnam aream Hac tempestate erit illa ventilatio, qua separabitur a sanctis omne immundum, a fidelibus omnis simulatio,a pijs & trementibus verbum Dei, omnis contemptor & superbus. Modo enim mixtura quędam iacet, a solis ortu vsque ad occasum. Proculdubio ista tempestas quandam separationem factura est. Alij erunt iudicantes cum Domino,qui sedebunt super sedes duodecim. Alij vero iudicandi, sed ad dexteram ponẽdi. [Infra:] Aduocauit cœlum sursum. Cœlum omnes sanctos perfectos iudicaturos, aduocauit eos sursum sessuros,secum iudicaturos duodecim tribus Israel. Et terram discernere populum suum. Vocabit terram nõ conterendam,sed discernendam. Terram discernit,alios ponens ad dexteram,alios ad sinistram.

57 In Ps.59. IDEM explicans verba illa; Dedisti metuentibus te significationem,vt fugiant a facie arcus,inquit: Per tribulationes temporales significasti tuis fugere ab ira ignis sempiterni. Dicit enim Apostolus Petrus. Tempus est,vt iudicium incipiat a Domo Dei. Etsi initiũ a nobis,qualis finis erit eis,qui non credunt Dei Euãgelio? Etsi iustus vix saluabitur, impius, & peccator vbi parebunt? Ne sancti in laboribus, & passionibus suis deficerent,his verbis alloquitur eos Petrus. Quid ergo futurum est in iudicio? Arcus est extentus,adhuc in comminatione est, nondum in præsentatione. Et videte quid sit in arcu. Nonne sagitta in priora mittẽda est? Neruis tamen retro extenditur in contrarium, qua illa mittenda est,& quanto plus erit eius extensio retrorsum,tanto maiore impetu illa currit in priora. Quanto magis differtur iudicium,tanto maiore impetu venturum est. Ergo,& de temporalibus tribulationibus gratias Deo agamus, quia dedit plebi suę significationem,vt fugiant a facie arcus,vt exercitati fideles eius in tribulationibus euadant ignem æternum.

58 In Ps.67. IDEM exponens verba illa; Sicut deficit fumus, deficiant,sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei, ait: Per hæc verba illud intelligi potest,vt futurum iudicium comminetur, quia cũ mali in hoc sęculo,sicut fumus se extollendo defecerint, veniat illis in fine extrema damnatio, vt ab eius facie pereant in æternum,cum in sua claritate fuerint,præsentati,velut ignis ad pœnam impiorum, lumenq; iustorum. Et iusti exultent in conspectu Dei; & delectẽtur in lętitia. Tunc enim audient; Venite benedicti patris mei,percipite regnum. Et delectantur nõ in timore,sicut in hoc sęculo,sed in lętitia.

59 In Ps.77. IDEM explicans verba illa; Et eduxit illos in nube diei, & tota nocte in illuminatione ignis, inquit: Domini nostri aduentus in carne est,per quem Deus rectos faciet cursus nostros, & itinera nostra in pace perducet per Iesum Christum Dominũ nostrũ, cuius in hoc sæculo tamquam in die sacramentum manifestum est in carne,velut in nube,in iudicio vero, tamquam in terrore nocturno, quia tunc erit magna tribulatio sæculi,tamquam ignis, & lucebit iustis, & ardebit iniustis.

60 In Ps.124 IDEM exponens uerba illa; Quoniam non reliquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum,vt non extendant iusti ad iniquitatem manus suas,ait: Modo quidem iusti aliquantum laborant, & modo aliquanto iniusti dominantur iustis, veniunt ad honores,fiunt reges, quia hoc facit Deus propter disciplinam plebis suæ,exhibendus est illis honor debitus potestati. [Infra:] Sed numquid sic erit semper, vt iniqui imperent iustis? Non sic erit,& ideo ait psalmus: Quia non relinquet Dominus virgam peccatorũ super sortem iustorum. Sentitur ad tempus virga peccatorum super sortem iustorum,sed non ibi relinquitur,non erit in æternum. Veniet tempus,quãdo vnus agnoscatur Deus,veniet tempus,quando vnus Christus in claritate sua apparens, congreget ante se omnes gentes, & diuidet eas sicut diuidit pastor oues ab hœdis,oues ponet ad dexteram, hœdos ad sinistram. Et videbitis ibi multos seruos inter oues, & multos dominos inter hædos,& rursus multos dominos inter oues,& multos seruos inter hœdos. Sed ferant iusti ad tempus dominos,quia non erit hoc in sempiternum,sed prępparent se ad possidendum hęreditatem, vt nõ extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Nã si videant, quia semper est virga peccatorum super sortem iustorum,cogitant apud se, & dicunt: quid mihi prodest,quia iustus sum? Semper mihi dominabitur iniquus,& ego semper seruus ero? Ne autem hoc dicat, dicitur illi, quia ad tempus potest esse virga peccatorum super sortem iustorum,non tamen eam relinquet Dominus super sortem illorum. Vnde subdit,benefac Domine bonis,& rectis corde.

61 Trac 9. in prima canonicã Ioãnis.to.9. IDEM exponens uerba illa; In hoc perfecta est in nobis charitas,vt fiduciam habeamus in die iudicij, sic habet: Quisquis fiduciam habet in die iudicij,perfecta est in illo charitas. Quid est fiduciam habere in die iudicij? non timere ne veniat dies iudicij. Sũt homines,qui non credunt diem iudicij, isti non possunt fiduciam habere in die quem non credunt esse venturum. Cœpit aliquis credere diem iudicij,si cœpit credere,cœpit & timere; sed quia timet, nondum habet adhuc fiduciam in die iudicij,nondum est in illo perfecta charitas. Nunquid tamen desperandum est? In quo uides initium,cur desperas finem? Initiũ timor est,quia initiũ sapientię timor Dñi. Cœpit ergo timere diẽ iudicij,timẽdo corrigit se, vigilat aduersus hostes suos, incipit viuere interius, & mortificat mẽbra sua q̃ sunt super terrã, incipit desiderare quod timebat,timebat.n.ne veniret Christus & inueniret impiũ, quem damnaret, desiderat vt veniat, quia inuenturus est piũ,quẽ coronet. Iam cum cœperit desiderare venientẽ Christũ casta aĩa, q̃ desiderat amplexus spõsi, renunciat adultero,habet iam fiduciã in die iudicij,et clamat: Et tu Dñe vsquequo? conuertere Dñe,& eripe animam meã. Gemebat se differri. Sunt.n.homines,q̃ cum patientia moriuntur, sunt autem quidam perfecti,qui

62 In lib. meditationũ. to.9. Iob 13.

63 Ser. 67 de temp to.10

64 Ser. 112. de tempore.

Pſ.118.

Pſal. 6.

65

Ioſſ.3.

&i, qui cum patientia viuunt, sicut qui cupit dissolui, & esse cum Christo. Ergo fratres, date operam intus agere vobiscum, vt desideretis diem iudicij, aliter non probatur perfecta charitas. Ille autem desiderat, qui fiduciam habet in eo, ille autem fiduciam habet in illo, cuius conscientia non trepidat in charitate perfecta atque syncera. In hoc autem habemus fiduciam, quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo; hæc est causa fiduciæ, quod ad charitatem referendū est, quia sicut ille diligit inimicos, ita & nos.

62 *In lib. meditationū. to. 9. Iob 13.* IDEM sic ait: Tu iustus iudex signans peccata, quasi i sacculo obseruasti omnes semitas meas, & cunctos gressus meos dinumerasti, tacuisti, semper siluisti, patiens fuisti. Væ mihi, demum loqueris quasi parturiens. Deus deorum Domine, præstabilis super malitia, noui, quia manifestus venies, noui, quia non semper silebis, cum in conspectu tuo ignis exardescet, & in circuitu tuo tempestas valida ingruerit, cum aduocaueris cœlum desuper, & terram discernere populum tuum. Et ecce coram tot millibus populorum nudabuntur omnes iniquitates meæ, tot agminibus angelorum patebunt vniuersa scelera mea, non solum actuum, sed etiam & cogitationum. Tot iudicibus inops astabo, quot me præcesserunt in opere bono. Tot arguentibus confundatur, quot mihi præbuerunt bene viuendi exempla. Tot conuincar testibus, quot me monuerunt proficuis sermonibus, seque imitandos, iustis dederunt actionibus.

63 *Ser. 67. de temp. to. 10* IDEM sic ait: Quid faciemus charissimi in illo metuendo iudicij die, cum tremente mundo, Dñs, præcinentibus angelorum buccinis, in illo maiestatis suæ throno circundatus cœlesti militiæ luce consederit, ibiq; de terræ gremio, & antiquo puluere, suscitato humano genere, astante testimonio conscientiæ singulorum, positus in conspectu, peccatorum pœnis, iustorumque præmijs rationem vitę cœperit postulare, & dicere, ego te, o homo de limo manibus meis feci, ego terrenis artubus infudi spiritum, ego tibi imaginem meam conferre dignatus sum, tu vitalia mandata contemnens, deceptorem sequi, quam Deum malui sti. Cū expulsus de Paradiso, mortis vinculis propter peccatum tenereris, carnem assumpsi, in præsepio expositus, & pannis inuolutus iacui, infantiæ contumelias, humanosque dolores pertuli, irridentiū palmas, & sputa suscepi, flagellis cæsus, vepribus coronatus, cruci affixus. En clauorum vestigia, quibus affixus pependi. En perfossum vulneribus latus, cur quod pro te pertuli, perdidisti? Cur ingrate redemptionis tuæ munera renuisti? cur habitaculum quod mihi in te fecrauerim luxurię sordibus, polluisti? Cur me grauiore criminum tuorum cruce, quam illa, in qua quondam pependeram, afflixisti? Grauior enim, apud me peccatorum tuorum crux est, in qua inuitus pendeo, quā illa, in qua tui misertus, mortem tuam occi surus, ascendi. Et quia post omnia mala tua ad medicamenta pœnitentiæ confugere noluisti, ab auditu malo non mereberis liberari, despexisti enim in iudice veniam.

64 *Ser. 112. de tempore.* IDEM sic habet: Tempore hyemis, & arbor quæ aret, & arbor quæ viget vtraq; nuda est onere foliorū, vtraque vacua onere frugum, veniet æstas, & discernet arbores. Viua radix folia producit, impletur fructibus, arida inanis ęstate, sicut hyeme remanebit. Itaque illi horreum præparatur, huic securis adhibetur, vt amputata in ignem mittatur, sic æstas nostra Christi est aduētus, hyems nostra, Christi occultatio, æstas nostra Christi reuelatio. Denique arboribus bonis dicit Apostolus: Mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo. Certe mortui, sed mortui specie, viui in radice, venturum est tempus æstatis, & tunc dicitur cum autem Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria.

65 IDEM ait: Ab auditu malo nos liberare dignet Deus, ut in nobis impleatur id quod scriptum est; in memoria æterna erit iustus, ab auditione mala non timebit. Hoc est, auditum malum quem audituri sunt impij, discedite a me maledicti in ignem æternū. Irreuocabilis sentētia erit, quæ a pijssimo Deo ideo multo ante prædicitur, vt a nobis totis visceribus caueat. Si enim nos Deus noster vellet punire, non nos ante tot sæcula commoneret. Inuitus quodammodo vindicat, qui quomodo euadere possimus, multo ante demonstrat. Non enim te vult percutere, qui tibi clamat, obseruat. Ergo qui ad sinistram stabunt, audiēt; Esuriui, & nō dedistis mihi manducare. Et qui ad dexteram sunt, non accipient regnum, quia numquā peccauerunt, sed quia benefecerunt. Esuriui, & dedistis mihi manducare, &c. Si in ignem mittetur, qui esuriēti non dedit panem suum, petas vbi mittendus est, q. rapuit alienum? Si in ignem mittetur, qui nudū non vestit, vbi mittendus est, qui vestitum expoliauit? Rogo vos, fratres charissimi, hinc attendite, quam spem habere possunt, qui mala faciunt, quando illi perituri sunt, qui bona non faciunt? In alio loco Dominus terribiliter nos admouet, dicens: Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, et in ignem mittetur. Non dixit, quæ facit fructum malum, sed quæ non facit fructum bonum. Hinc possumus agnoscere, quas pœnas arbor spinosa in die iudicij patietur, quādo illa quæ fructum non dederit, excidetur, & in ignē mittetur. Quid prodest dicere Domine, Domine, & nō facitis, quæ dico? Denique Apostolus cum de redden da ratione in die iudicij loqueretur, dixit; oportet nos manifestari ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gessit, siue bonū, siue malum, & Dominus in Euangelio ait: Tunc reddet vnicuique secundum opera sua. *Matt. 3. Matt. 7. 2. Cor. 5. Matt. 16.*

66 *Ser. 6. ad Fratres in eremo.* IDEM ait: In omnibus operibus vestris semper memētote, quòd omnes stabimus ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque prout gessit in corpore. Cauendum est ergo, ne ante illud terribile tribunal, vacui vel denudati appareamus. Non enim sancti tunc nobis subuenient, quia tempus non erit miserendi, & misericordiam impetrandi, & iam fugiet a ianua Paradisi Maria. Omnes enim contra nos tunc erūt, Abraham contra inobedientes, & Isaac contra impatiētes, & Iacob contra negligentes, & Ioseph contra incontinentes. Si obedientes fueritis, tunc Abraham ante tribunal iudicis, non uos condemnabit, sed commendabit, non vos a se expellet, sed conuocabit, non vos maledicet, sed sublimabit. *2. Cor. 5.*

67 *Ser. 63. ad Fratres in eremo.* IDEM inquit: Quàm metuenda est illa dies, in qua Dominus Iesus cum flamma ignis aduenire proposuit, qui in circuitu inimicos suos inflammabit, & omnes qui operantur iniquitatem. In illa die plangent se omnes tribus terrę, & videbunt filium Dei venientem in nubibus cum virtute magna, & maiestate. Commouebitur ante eum terra, & peccatores peribunt. Siccabitur mare, & montes sicut cera ardebūt. Sol conuertetur in tenebras, & luna non dabit lumen suum. Tunc apparebit signum filij hominis, quod est crux Christi. In cuius lumine, omnium manifestabuntur abscondita cordium. *Matt. 24.*

68 *Li. 6. Moral. c. 5. t. 1* GREGORIVS exponens verba illa Iob c. 5. Et conterentur in porta, & non erit, qui eripiat, sic habet: Sicut vrbis aditus porta dicitur, ita est dies iudicij porta regni, quia per eū ab electis omnibus, ad cœlestis patriæ gloriam intratur. Vnde & hunc diem, cum ad retributionem sanctæ Ecclesiæ Salomon appropinquare conspiceret, dixit: Nobilis in portis vir eius, qñ sederit cum Senatoribus terræ. Vir Ecclesiæ est Christus Dominus, qui in portis se nobilem ostendit, qui despectus prius in contumelijs extitit, sed in ingressu regni sublimis apparebit. Qui cum terræ senatoribus residet; quia iudicij sententiam cum sanctis eiusdē Ecclesiæ prædicatoribus decernet, sicut & ipse in Euāgelio dicit: Sedebitis sup sedes duodecim iudicantes *Pron. 31. Matt. 19.*

Isa. 3. cantes duodecim tribus Israel. Quod Isaias lõge ante prænuncians, ait: Dominus ad iudicium veniet cũ senioribus populi sui. De his portis iterum Salomon

Prou. 31. dicit: Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius. Tunc quippe sancta Ecclesia de fructu manuum suarum accipit, cum eam ad percipienda cœlestia, laboris sui retributio attollit. Tunc eam sua opera in portis laudant, quando eius mẽbris in ipso regni aditu dicitur: Esuriui, & dedisti mihi manducare, &c. Filij igitur huius stulti, ante portam elati sunt, sed in porta conterẽt, quia amatores huius seculi in præsenti vita superbiunt, sed in ipso regni aditu æterna animaduersione feriuntur.

69 IDEM explicans verba illa; Oculi tui in me, &

Lib. 8. Moral. c. 9. non subsistam, ait: Districtus ad iudicium veniens, & ad saluandum non vides, & ad feriendum vides. In iudicio peccator cum respicitur non subsistit; quia cũ districtus iudex merita subtiliter inquirit, reus ad tormenta non sufficit. Quamuis etiam hoc voci iustorum congruit, quorum mens semper sollicita venturo examini intendit, omne enim quod agunt metiuntur, dum caute considerant, ante quantum iudicẽ stabunt. Enumerant mala propria operis, & cõtra hæc exaggerant bona gratiæ conditoris. Considerant prauã, quam districte iudicet, bona opera quam subtiliter penset, & perituros se absque ambiguitate præsentiunt, si remota pietate iudicentur, quia hoc ipsum quoque quod iuste videmur viuere, culpa est, si culpã nostram dum iudicat, hanc apud se diuina misericordia non excusat. Hinc enim in hoc eodem libro scriptum est: Astra non sunt munda in conspectu eius,

Iob 25. quia apud eum districte iudicari ipsi quoque maculas habent, qui per munditiam sanctitatis lucent. Bene ergo iusti voce dicitur, oculi tui in me, & nõ subsista: hoc est, si subtili examinatione discutior, ad perferendum iudicium non assurgo.

70 IDEM exponens verba illa: Cum vix paruã stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruũ

Li. 17. Moral. c. 21. magnitudinis illius intueri? Iob vigesimo sexto, inquit: Qui mira fecit in humilitate veniens, considerari nõ potest cum quanto terrore venturus sit in maiestatis suæ fortitudine apparens. Ordo primi aduentus illius, pensari & conspici in tantũ potuit, in quantum ad redimendos carnales veniens, diuinitatis suæ magnitudinem, carnalibus oculis temperauit. Quis vero eius celsitudinis terrorem ferat, cum secundi aduentus potentia, per ignem iudicium exercens, in potestatis suæ maiestate canduerit? De primo aduentu loquens, illum paruam stillam sermonem eius appellat, quia quicquid altum, quicquid terribile in hac luce positi, de eius consideratione cognoscimus, ex immensitate cœlestium secretorum, velut tenuis ad nos gutta superni liquoris emanat, & quis poterit tonitruum magnitudinis eius intueri? Ac si dicat, si humilitatis eius admiranda vix ferimus, horrendum atque terribilem maiestatis eius aduentum qua virtute tolerabimus? Hunc tonitruum aduentus eius etiam psalmista insinuat dicens: Deus manifeste veniet, Deus

Psal. 49. noster & non silebit. Ignis in conspectu eius ardebit & in circuitu eius tempestas valida. Hunc Sophonias propheta denunciat dicens, iuxta est dies Domi-

Soph. 1. ni magnus, iuxta & velox nimis. Vox diei Domini

71 amara, tribulabitur ibi fortis. Dies illa, dies iræ, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis, & miseriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clangoris. Terrorem ergo districti examinis, quem Sophonias tubam, beatus vero Iob toni-

Ioel 2. truum appellat, Ioel quoque considerans ait: Conturbẽtur omnes habitatores terræ, quia prope est dies Domini, dies tenebrarum & caliginis, dies nubis, & turbinis. Magnus enim dies Domini & terribilis valde, & quis sustinebit eum? Sed quam incomprehensibilis sit, atque inconsiderabilis illa magnitudo, qua in secunda ostensione venturus est, bene vtcumq; perpendimus, si primi aduentus pondera sollicita consideratione pensamus. Cum enim moriturus diceret, quem quæritis? & vocem solummodo mitissimę responsionis ederet dicens; Ego sum, armatos persecutores suos protinus in terram prostrauit. Quid ergo facturus est, cum iudicaturus venerit, qui vna voce hostes suos perculit, etiam cum iudicandus venit? Quod est illud iudicium, quod immortalis egerit, qui in vna voce non potuit ferri morturus? Quis eius iram toleret, cuius & ipia non potuit mansuetudo tolerari? consideret ergo vir sanctus, & dicat, cum vix paruam stillam sermonum eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?

72 IDEM explicans verba illa Iob vigesimo octauo. Lapidem caliginis, & vmbram mortis, diuidit torrẽs, a populo peregrinante ait: Eos, quos modo vel infidelitas excæcat, vel crudelitas obdurat, flammarum fluuius, a conspectu æterni iudicis exiens, ab electorum tunc populo separat, vt tunc a bonis, qui peregrini sunt in hoc mundo & hospites super terram, igni districti examinis diuidet.

Li. 18. Moral. c. 19.

Heb. 11.

73 IDEM exponens verba illa; Per gyrum dentium eius formido, inquit loquens de antichristo; Quale

Li. 33. Moral. c. 23. illud tempus persecutionis apparebit quando ad peruertendam fidelium pietatem alij verbis sęuiunt, alij gladijs? Quę vtrorumque actio, ideò potentium, atque loquentium in Ioannis Apocalypsi breui est sententia comprehensa, qua dicitur, potestas eorum in

Apoc. 9. ore, & in caudis eorum erat. In ore namque doctorum scientia, in cauda vero secularium potentia figuratur. Vnde non immerito per gyrum dentium eius formido inesse describitur, quia multis terroribus agitur, vt in peruersis eorum prędicationibus, & si non veritatis sententia, certe temporalis potentia timeatur. Vnde bene eundem Ant christum psalmista describit, dicens: Sub lingua eius labor & dolor, sedet

Psal. 9. in insidijs cum diuitibus in occultis. Propter enim peruersa dogmata sub lingua eius labor & dolor est, propter miraculorum vero speciem sedet in insidijs, propter secularis autem potestatis gloriam, cum diuitibus in occultis. Quia enim simul & miraculorum fraude, & terrena potestate vtitur, & in occultis, & cũ diuitibus sedere perhibetur.

74 BERNARDVS explicans uerba illa; Reuertere similis esto dilecte mi, capreæ, hinnuloque ceruorum sic habet. Postulat sponsa secundum sponsi aduentum, vt illud non solum sit cum velocitate, sed fragilitatem etiam exprimit, & sexus in caprea, & ætatis in hinnulo. Vult itaque eum (vt mihi videtur) etsi cum potestate venire non tamen in forma Dei, in iudicio apparere, sed sane in ea, quam non modo natus, sed & paruulus natus est nobis, Nempe, vt ex vtroque admoneatur infirmo mitescere in die irę, meminerit-

Ser. 27. in Cantica. Cap. 2.

1. Pet. 4.

que in iudicio misericordiam superexaltare iudicio. Etenim si iniquitates obseruauerit, etiam electorum

Psal. 129. Iob 25. quis sustinebit? Astra non sunt munda in conspectu eius, & in angelis suis reperit prauitatem. Vt ergo cum iratus fuerit misericordiæ recordetur, rogatur ab illa apparere in misericordię habitu, illo de quo Apostolus; Et habitu, inquit, inuentus vt homo. Necessarie quidem. Si enim cum hoc quoque temperamẽto tata erit in iudicio ęquitas, si iudice feritas, in maiestate sublimitas, vt secundum prophetam, non possit cogitari dies aduentus eius, quid putas foret, si ignis

Phil. 2.

Malac. 3. ille consumens (Deum loquor omnipotentem) in illa suæ diuinitatis magnitudine, fortitudine, puritate, veniisset contra foliũ quod vento rapit ostendere potentiam suam, & stipulam siccam persecuturus? Et homo est, inquit, & quis videbit eum? Et quis stabit ad viden-

Iob 13. dum eum? Quanto magis Deum nobis absq; homine exhibentẽ, nemo hominũ ferret, vtpote claritate inaccessibilem, celsitudine inattingibilem, incomprehen-

sibilem

Psal.2. 72 sibilem maiestatem? Nunc vero cum exarserit in breui ira eius, quam grata propter filios gratiæ, apparebit blanda quædam visio hominis, spei robur, fiducia augmentum, quod scilicet, gratia & misericordia sit in sancto eius, & respectus in electos illius. Denique ipse pater Deus, dedit filio iudicij potestatem, & non qui suus, sed quia filius hominis est. O vere patrem misericordiarum, vult per hominem homines iudicari, quo in tanta trepidatione & perturbatione malorum, electis fiduciam præstet naturæ similitudo. Liquet ex his omnibus, sponsam in se diuinum habere consiliū, & mysterium supernæ voluntatis minime ignorare, quæ sub vmbra imbecillium animantium, naturam infirmiorem, vel potius inferiorem, (quia iam infirma non erit) in iudicio exhibendam, & orantis affectu, & spiritu prophetantis enunciat, quatenus qui cœlum terramque mouebit in virtute sua, accinctus potentia Psal.64. contra insensatos, & suauis nihilominus & mitis, & quasi omnino inermis appareat propter electos. Vbi hoc quoque addi potest, quia ad discernendum alterutros a se, opus erit quodammodo illi, cū hinnuli quidem saltibus, luminibus capreæ, quatenus videre, & discernere in tanta multitudine & in tanta turbatione possit, in quosnam salire, & quos transilire oporteat, ne forte contingat iustum pro impio conculcari, cum ira populos confringet. Nam quantum ad impios necesse est impleri, quod Dominus dixit, Comminuā Psal. 17. eos vt puluerem ante faciem venti, vt lutum plateā- Isa.63. rum delebo eos. Et alibi: impletum tunc cognoscetur, calcaui eos in furore meo, & conculcaui eos in ira mea.

76 IDEM inquit: Attende quam cito venit dies vltima. Præsentaberis ante tremendum iudicem, accu- In tract de inferiori do mo ca. 38. saberis multis & magnis offensis, non vno, non paucis, sed innumeris criminibus, non dubijs, sed certis, non breui accusatione, sed tam longa, quam longa est tota vita tua, non vno accusatore, sed tot quot sunt delicta tua. Ipse iudex erit districtus accusator tuus. Omnes etiam spiritus boni & mali coram Deo te accusabunt: boni, quia Deo debent æquitatem, mali, quia tuam seruant iniquitatem. Tot iudicibus & populis astabis, quot præcesserunt te in opere bono. Tot arguē tib s confunderis, quos tibi præbuerunt bene viuendi exemplum. Omnibus populis nudabuntur iniquitates tuæ, & cūctis agminibus patebunt vniuersa scelera tua. Multa vero peccata tunc proruent ex improuiso, quasi ex insidijs, quæ modo non vides, & forsitan plura & terribiliora, quam sint quæ nunc vides. Vndique erunt tibi angustiæ, hinc erunt accusantia peccata, inde terrens iustitia, subtus patens horridum chaos inferni, desuper iratus iudex, intus vrens conscientia, foris ardens mundus, Si iustus vix saluabitur, peccator sic deprehensus, in quam partem se premet? Latere 1. Pet.4. erit impossibile, apparere erit intolerabile. In tanto discrimine torquebit te tua conscientia male sibi conscia, cruciabunt cordis arcana. Cogente etiam conscientia, tu ipse eris accusator, & iudex tuus. Conuictus teste propria conscientia, & testibus oculis ipsius iudicis, fugere non poteris, sed tremens, & anxius stabis suspensus ad grauissimam sententiam, in periculosa angustia, tam quam illico recepturus quod in perpetuum amittere non poteris: Iudex tunc erit vehementer iratus, sententia eius, semel rata, erit immutabilis, tortores horribiles, qui nunquam miserentur erunt parati, vt data sententia te damnatum ad tormenta rapiant. Tormenta erunt sine interuallo, & sine temperamento, timor conturbabit te cum terra aperietur coram te, & tu reus, & cades in stagnum sulphuris ardentis, & fœtētis. Ignis exterius carnem tuam comburet, vermis interius conscientiam corrodet, ibi eris sine fine, sine spe veniæ & misericordiæ.

77 Prologus. Matt. 24. IDEM sic habet: Multa apud nos inopia est sancto rum virorum, vt nulli sit dubium illa sententia nos seriri, quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Et vt suspi cor ego, aut præsto, aut prope est, de quo scriptum est: Faciem eius præcedet egestas. Ni fallor, antichristus est iste, quem fames ac sterilitas totius boni, & præit & comitatur. Siue igitur nuncia iam præsenti, siue iam, iamq; affuturi prænuncia, egestas in euidenti est.

Iudicium, quo homo se iudicat vtilissimum est, temerarium autem cauendum maximè. Cap. X.

BASILIVS sic habet, explicans verba illa; Si vere vtique iustitiam loquimini recte iudicate filij hominum. Apud nosmetipsos iudicium quoddam naturale habemus, per quod ab iniquis bona facile discernimus, necessarium nobis, in agendorum optione, recta facere rerum discrimina, & quasi iudicem quem cumque, qui iusta fit alioqui mente, res cogniturum contrarias, fauere virtuti oportebit, damnare autem vitium. Verbi gratia: Incestus, & pudicitia apud se iudicatur, & alta mens tua pro tribunali sedet. Ex vna parte voluptas incestui suffragatur, Dei timor pudicitiæ assistit. Si igitur peccatum condemnans, virtutem superare nolueris, rectum rei iudicium constitues. Si vero ad voluptatem propensus, hanc duxeris potiorem, obliquum, & minime rectum facies iudicium, reus sane factus vocis illius, næ qui dicitis malum bonum, & bonum malum, amarum dulce, & dulce amarum, tenebras lucem, & lucem tenebras. Quoniam igitur ex ipsius Salomonis sententia, cogitationes iustorum iudicia sunt viro sapienti, omnino satagendum erit, intra cordis arcana tribunal constituere, rectaque facere iudicia, mentem quoque velut in trutina suspendere ad ea, quæ conueniunt, & ad quodlibet agendum, æqua lance librare. Quando singula Dei mandata contra aduersantem sibi malitiam coram te iudicium experiuntur, da legi diuinæ contra vitium victoriam. Iniquum & æquum apud te iudicantur, da vt vincat virtus: contumelia & patientia inuicem pugnant, vitupera cotumeliam, lauda patientiam: odium & charitas, fortitudo & timiditas, prudentia & imprudentia, iustitia & iniustitia iudicantur: tunc denique in tuæ mentis recessu iudiciorum rectitudinem ostende, & veluti in tribunali tibi ipsi asside, mandatum Dei faciens, monstra te vitium abhorrere, ac omnino ab eo esse auersum, virtuti vero fauentem, studentemq;. Si enim in rebus cunctis quas agis, apud te potiora & meliora vincere permittas, beatus in die illa fueris, quando Deus occulta hominum iudicabit, vt testatur Euangelium, cogitationibus simul corda hominum accusantibus & defendentibus, nec condemnatus discedes, verum iustitiæ corona ornaberis, qua tu item virtutem in omni vita coronare memineris.

2 IDEM inquit: Adsunt tibi ob oculos fratrum differentiæ, hic pauper, ille diues, hic hospes, alius domesticus. Si iudicaueris, ne inæqualia videas, ne videas diuitem sublimem, pauperem humilem. Natura namque vna est, homo hic & ille, vna in vtrisque necessitas. Noli in distribuendis honoribus respectus habere inæquales. Est enim diues sæpe mendax, rapax, libidinosus; pauper uero iustus. Non igitur tantum faciem spectabis, sed occulta penitioraq; considera, cum honora, qui pretiosa possidet. Quid quæso ab externis probas homines, præcordia vero mentemque, minime curas? Bel externe quidem æs habuit, lutum vero sub ære fulgente absconditum. Si illustres in vita videris, considera æs esse apparens, intus cœnosa omnia. Contra vero quidam intus aurum habent exteriorem testa circundatum, hoc est thesaurum in vasis fictilibus absconditum. Hic castus, ille libidinosus. Vtrum horum ditior, qui castitatem seruat, an qui aurum ex iniuria possidet? Certe, qui castus. Igitur respice æqualia ac plana, suum cuique tribuens honorem.

2 Hom. 12. ex varijs huius tomi, quæ est in prin. Prouerbio. to. 1. Psal.57.

2 In hom. 21. quæ est in aliquot sacræ scripturæ locos.

CHRY-

3 CHRYSOSTOMVS exponens verba illa Do
Hom. 28. in cap. 18. Geneſis. to. 1. mini,qui peccantibus ſodomitis dixit: Deſcendam & videbo vtrum peccata opere compleuerint ait: Quid ſibi vult,quòd ſermonem ſuum ita attemperat,cum deſcenderim,inquit,videbo. Per verbum craſſius docere nos vult,quòd opus ſit magna diligentia, & non auditu ſolo peccatores condemnandi ſunt,neque ſententię ferendæ. Audiamus hæc omnes, non enim ſolum ij qui pro tribunali ſedent, obſeruare hanc legem debẽt, ſed & nullus vnquam ob nudam accuſationem proximum condemnet: idcirco Moyſes poſthæc, Spiritu ſancto afflatus,nos admonet dicens: auditum vanum
Exo. 23. ne accipias. Et Paulus: Tu autem cur iudicas fratrem
Rom. 2. & 14. tuum? Et Chriſtus quoque præcipiens diſcipulis aiebat: Nolite iudicare,vt non iudicemini. Cur enim ante tempus inuadis iudicis ius? cur præuenis diem illum
Matt. 7. terribilem? Vis iudex eſſe,cognoſce te ipſum,& tua delicta,nullus eſt qui vetet,ſic enim & peccata tua emendabis. Quod ſi relictis rebus tuis,ſedes ad iudicandum alios maiores te, tibi ipſi colligere peccatorum ſarcinas non ſentis? Nam etſi iudiciariæ poteſtatis non ſis particeps, attamen iudicaſti mente, & peccato feciſti te obnoxium ſola ſuſcipione, & tenui accuſatione con
Pſal. 100. demnans. Quapropter beatus Dauid clamabat,dicẽs: Detrahentem clam proximo ſuo, hunc perſequebar. Vidiſti virtutis eminentiam, non ſolum non recipit quæ dicunt, & abigit volentem fratri ſuo maledicere. Igitur ſi & nos peccata noſtra imminere volumus, hoc maxime omnium ſeruemus, ne condemnemus fratres noſtros.

4 AVGVSTINVS ſic habet: Non eſt deſperan-
In Pſa. 51. to. 8. dum de hominibus bonis, ſi per eos terrenum aliquid adminiſtretur. Nec rurſum continuo gratulandum hominibus,qui cęleſtia agere dignoſcantur negotia, cum plerunque illi qui negotijs ſecularibus implicati ſunt, cor ſemper ſurſum habeant, & iſti, qui cœleſtia ſemper prædicant, cor trahant in terra. Sed iuxta ſunt iſta genera hominum. Inuenimus modo ciuem Hieruſalem,ciuem regni cęlorum,adminiſtrare aliquid in terra,vt puta purpuram gerit,magiſtratus eſt, proconſul eſt,Imperator eſt, rempublicam regit terrenam; ſed cor ſurſum habet, & ſi chriſtianus eſt, ſi fidelis eſt, ſi pius eſt,ſi contemnens in quibus eſt, & ſperat in quibus nondum eſt. De quo genere fuit illa ſancta mulier
Eſther 14. Heſter,quæ cum eſſet vxor regis,ventum eſt ad periculum deprecandi pro ciuibus ſuis. Et cum oraret coram Deo, vbi mentiri non poſſet in oratione ſua,dixit; Ita ſibi fuiſſe illa ornamenta regalia ſicut pannum menſtruatæ. Non ergo iudicemus vel deſperemus de ciuibus regni cęlorum,quando videmus eos aliqua gerere Babyloniæ negotia, aliquid terrenum in republica terrena. Nec rurſum continuo gratulemur omnibus ho-
Pſal. 1. minibus,quos videmus agere negotia cæleſtia,quia &
Matt. 15. filij peſtilentiæ ſedent aliquando in cathedra Moyſis, de quibus dicitur,quę dicunt facite,quæ autem faciũt, facere nolite;dicunt enim,& non faciunt. Illi in terrenis rebus leuant cor in cęlum, iſti in cęleſtibus verbis trahunt cor in terra, veniet autem tempus ventilabri, quando vtrumque diligentiſſime diſcernatur.

5 IDEM exponens verba illa; Amputa opprobrium
In Pſ. 118. cõcione 12 meum,quod ſuſpicatus ſum,quia iudicia tua iucunda, inquit: Quis eſt, qui ſuum opprobrium ſuſpicatur, & non magis nouit ſuum quiſque opprobrium, quam cuiuslibet alienum? Suſpicari enim potius alienum poteſt homo,non ſuum,quoniam,quod ſuſpicatur,ignorat,in ſuo autem opprobrio non eſt cuiuſque ſuſpicio, ſed ſcientia vbi loquitur conſcientia. Quid eſt ergo quod ait? Opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum? Nimirum de ſuperiore ſenſu etiam iſte ducendus eſt, quoniam quamdiu non auertit homo oculos ſuos, ne videat vanitatem,quod in ſeipſo agitur,hoc de alijs ſuſpicatur, vt propter quod ipſe colit Deum, vel bona opera facie,credat & alium facere. Poſſunt quippe homines videre,quod agimus, cuius autem rei contemplatione agimus,occultum eſt, & ideo datur ſuſpicionibus locus, vt audeat homo iudicare de occultis hominum & falſa pleruniq;, & ſi vera,tamen ei incognita temere ſuſpicari. Et quia poſſumus ſuſpicari eos
Matth. 7. quos iuſte viuere videmus, & quo fine faciant non videmus,continuo ſubiecit,nolite iudicare,vt non iudicemini,cum prius dixiſſet attendite, ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus,vt iudicemini ab eis. Vnde & hic cum dixiſſet amputa opprobrium meum quod ſuſpicatus ſum, addidit; quia iudicia tua iucunda,ideſt,iudicia tua vera. Hominum autem iudicia de occultis hominum,non ſuauia,quia temeraria,& ideo ſuum dixit opproprium, quod de alijs ſuſpicatum eſt. Hoc opprobrium ſuum petebat auferri,quod in ſe ſentiebat,& in aliis fuerat ſuſpicatus, vt non eſſet diabolo
Iob 1. ſimilis, qui de occultis ſancti Iob ſuſpicatus eſt, quod non gratis Deum coleret, quem popoſcit tentandum, vt crimen quod obiecerat,inueniret. Sed cum libenter alterius opprobrium,nonniſi æmulatio ſuſpicetur, dũ bonum opus reprehendi non poteſt, quo fine fiat reprehenditur,quia non ſe exerit,quod occultum eſt,atque ita male ſuſpicari non debet quilibet, non videndo quod latet,& non inuidendo quod eminet. Profecto contra hoc malum, quo quiſque libenter de homine malum quod non proſpicit, ſuſpicatur, charitas habenda eſt,quæ non æmulatur.

IDEM explicans verba illa Pſal. 49. Exiſtimaſti ini- 6
que quòd ero tui ſimilis? arguam te & ſtatuam contra *Hom. 2. ex quinquaginta verũ huius tomi. to. 10* faciem tuam inquit: Arguam te. Et quid faciam arguẽdo te? Modo te non vides,facio vt videas te,quia ſi videres te,& diſpliceres tibi,placeres mihi. Quia vero te non videns placuiſti tibi, diſplicebis & mihi, & tibi: mihi cum iudicaberis,tibi cum ardebis. Conſtituam te ante faciem tuam. Non te vides,facio vt videas te. Quod tu poſt dorſum tuum poſuiſti, ego ante faciem tuam ponam. Videbis fœditatem tuam,non vt corrigas, ſed vt erubeſcas. Modo enim fratres chariſſimi omnes amatores luxuriæ, & qui cum delectatione faciunt iniquitatem,peccata ſua poſt dorſum proijciũt. Si vero boni aliquid caſu fecerint, ante ſe ponunt, & inde aſſidue gloriantur,& dicunt ego illum liberaui,illi tantum dedi. Ac ſic ante tribunal Chriſti, perditis bonis quæ ante ſe habebant,peccata quæ poſt dorſum proiecerant,ante faciem eorum reuocantur, & ſine vllo termino ſuſtinebunt iudicium, qui ſibi dum viuerent,noluerunt prouidere remedium. Qui vero de animæ ſuæ ſalute attentius cogitant, e contrario faciunt. 7
Bona quæcumque fecerint, poſt dorſum proijciunt, mala autem quæcumque ſurrepſerint,ante oculos ponunt,& dum de ipſis in præſenti ſæculo erubeſcunt, & vulnera curare, & ſordida abluere tota fidei deuotione contendunt, cum in die iudicij ante tribunal Chriſti venerint, mala quæ ante faciem ſuam poſuerant, auferentur, bona vero quæ propter vanitatem poſt dorſum proiecerant, ante oculos collocabuntur, & merebuntur audire, venite benedicti poſſidete paratum vobis regnum. Statuam te ante faciem tuam. Modo ergo quiſquis talis es,fac quod tibi minatur Dominus facere,tolle te de dorſo tuo, vbi te videre non vis,diſſimulas a factis tuis,& conſtitue te ante te. Aſcẽde tribunal mentis tuæ,eſto tibi iudex, torqueat te timor,erumpat confeſſio,dic Deo tuo, quoniam iniquitatem meam ego agnoſco,& delictum meum ante me eſt ſemper. Quod erat poſt te,fiat ante te. Et cum fa- *Pſal. 10.*
ctum fuerit ante te;puniatur a te, ne tu ipſe poſtea a Deo iudice fias ante te,& non ſit quo fugias a te. Intelligite hæc qui obliuiſcimini Deum. Non cogitabas de *Pſal. 49.* vita tua mala,intellige qui oblitus es Dominum, ne te rapiat vt leo, & non ſit qui eripiat. Sicut leo, ſicut potens,ſicut fortis,vt ille, cui reſiſtere nemo poteſt. 8

IDEM exponens verba illa Matthæi 7. Nolite iu- *Serm. 202 de tẽpore.*
dicare,vt non iudicemini,ait,quid eſt hoc fratres cum

ipſe

ipse Dominus in alio loco Euangelij dixerit, nolite secundum faciem iudicare, sed iustum iudicium iudicate? Et alibi dicatur, iudicium verum iudicate? Non enim sibi diuinæ lectio contraria esse potest, sed intellectum sobrium quærit, in conuersatione humana sunt aliqua, quæ rationabiliter reprehenduntur, sunt vero quædam, quæ non sine peccato iudicantur. Aperta enim mala, & iudicari, & argui debent, illa vero quæ ignoramus, vtrum bono an malo animo fiant, scire non possumus, iudicare penitus non debemus. Prandere, & non prandere tempore ieiunij, vtrumque potest fieri, per gulam, vel luxuriam, &c. in his ergo, & similibus, quæ vtrum bono an malo animo fiant, scire non possumus, melius est, vt ad partem dexteram, nostrum animum declinemus, quia tolerabilius est, nos in hoc falli, vt eos qui mali sunt, bonos esse credamus, quam ex consuetudine iudicandi, etiam de bonis, qđ malum est suspicemur. De istis quæ sunt soli Deo nota, periculose nostros proximos iudicamus. De ipsis enim Dominus dixit, nolite iudicare, vt non iudicemini. De illis vero quæ aperta sunt mala, iudicare, & arguere cum charitate debemus, detestantes morbum potius quam ægrotum. [Infra:] maxima pars generis humani, indiscreto iudicio ad reprehendendum, prompta & parata esse probatur, cum tamen non ita se velit ab alijs iudicari, quomodo vult alios iudicare. Propter hoc scriptura diuina admonet dicens, prius quam interroges, ne vituperes quemquam, & cum interrogaueris, iuste corripe, omnis homo prius se vult interrogari, & postea si reus est, patienter tolerat reprehendi. Et quicquid nobis omnes volumus ab alijs fieri, iustum est, vt hoc in alijs studeamus implere, post illud quod scriptum est: Omnia quæcumq; vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis similiter.

Ioan 7. Zach. 7. Matth. 7. Iob 1.

9 GREGORIVS exponens verba illa Iob cap. 13. Non veniet in conspectu eius omnis hypocrita, sic habet: Sciendum est, quod duobus modis in conspectu Domini venimus. Vno quidem, quo hic peccata nostra subtiliter perpendentes, in eius nos conspectu punimus, & flendo dijudicamus. Nam quoties conditoris nostri potentiam ad sensum reducimus, toties in conspectu illius stamus. Vnde recte per Heliam dicitur; Viuit Dominus in cuius conspectu sto. Alio quoque modo in conspectu Domini venimus, cum in extremo iudicio ante tribunal eius assistimus. Hypocrita igitur, per examen vltimum ante conspectum iudicis venit, sed quia modo culpas suas considerare dissimulat, in conspectu Domini venire recusat. Sicut enim iusti viri, cum districtionem venturi iudicis contemplantur, peccata sua ad memoriam reducunt, deflent quæ commiserunt, & districte se iudicant ne iudicentur, ira hypocritæ, quo exterius hominibus placent, eo se interius aspicere negligunt.

Lib. 11. Moral. c. 18. 3. Reg. 17.

10 IDEM sic ait: Debet vniuscuiusque mens, & causas suas apud Dominum, & causas Domini contra se, sollicita inquisitione discutere, debet caute pensare, vel quæ ab eo bona perceperit, vel quæ mala, bonis illius peruerse viuendo, responderit. Quod electi quotidie facere non cessant. Vnde bene Salomon ait; Cogitationes iustorum iudicia. Accedunt enim ad secretarium iudicis intra sinum cordis, considerant quam districte quandoque feriat, & puniunt flendo, quod perpetrasse se intelligunt, timent subtilia diuina iudicia, etiam de his quæ in semetipsis intelligere fortasse non possunt. In secreto interioris iudicij, ipsa mētis suæ executione constricti, pœnitendo feriunt, quod superbiendo commiserunt. Ibi namque aduersum se, quicquid se impugnat enumerant, ibi ante oculos suos, omne quod defleant coaceruant, ibi tot patiuntur supplicia, quot pati timent, nec deest in hoc iudicio mente concepto, omne ministerium, quod punire reos suos plenius debeat. Nam conscientia accusat, ratio iudicat, timor ligat, dolor excruciat. Quod iudicium eo certius punit, quo interius sæuit. Vnus quisque enim, cum causam huius examinis contra se aggredi cęperit, ipse est actor, qui exibet, ipse reus, qui exhibetur, odit se qualem fuisse se meminit, & ipse qui est, per semetipsum insequitur illum, qui fuit atque ab ipso homine aduersus semetipsum, sit quædam rixa in animo, parturiens pacem cum Deo. Hanc cordis rixam Dominus requirebat, cum per prophetam diceret; Attendi, & auscultaui, nemo quod bonum est loquitur, nullus est qui agat pœnitentiam super peccato suo dicens, quid feci? Ista cordis humani rixa placata est, cum prophetę suo, de Achab rege semetipsum reprehendente, loqueretur dicens; Vidisti Achab humiliatum coram me? Quia igitur humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. Quia ergo nunc in potestate est internum mentis nostræ contra nos subire iudicium, recognoscendo accusemus nosmetipsos, & quales fuimus, pœnitendo torqueamus, non cessemus dum licet iudicare, quod fecimus. Electorum est actus suos quotidie ab ipso cogitationis fonte discutere, & omne, quod turbidum profluit ab intimis exsiccare. [Infra:] Cum indiscussa mens relinquitur, in quodam semo torporis sopitur, qua sui negligens, & propositum robur insensibiliter perdens, a forma prioris fortitudinis, dum se nescit, senescit. Vnde per Prohetam sub Ephraim specie dicitur: Comederunt alieni robur eius, & nesciuit, sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit. Cum vero semetipsam quærit, & subtiliter pœnitendo se discutit ab ipsa hac vetustate sua, lota lachrymis, & mœrore incensa, renouatur.

Ier. 8. 3. Reg. 21. Osea 7.

Iurandi consuetudo periculosissimum malum est, & qua mouere nos possunt ad iuramenta cauendæ. Cap. XI.

BASILIVS exponens illa verba, qui iurat proximo suo & non decipit, inquit. Hic iuramentum homini perfecto inter eas virtutes, quæ illum decent concedi videtur, in Euangelio vero prorsus prohibetur. Quis habitabit in tabernaculo tuo, & quis requiescet in monte sancto suo, qui iurat proximo suo, & non decipit. Illic vero, ego autem dico vobis ne iuretis omnino. Quid igitur dicemus? Quod vbique Dominus tam in veteri, quam in noua lege eandem habet præceptionis considerationem. Cupit enim peccatorum affectibus occurrere, & a primis initijs maligni tatem excindere. Vt enim vetus lex ait; Non mœchaberis. Dominus vero, non concupisces. Illa item, non occides. Dominus perfectiora instituens, Non irascaris. Sic itaque in hoc loco contentus abit Propheta iuramento, quod iustum sit ac rectum. Dominus vero, vel occasionem ipsam resecat periurij. Qui enim, vel recte iurat, forte, & is possit interdum falli, qui vero non iurat periculum vitauit periurij. Nominat item Propheta, multis adeo locis iuramentum, immutabilem formamque rei, ac propositi cuiuslibet confirmationem, vt est illud iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Item iurauit Dominus, & non pœnitebit eum. Non quod Deum ad testimonium dictorum, fidemq; dubietati faciendam induxerit, sed q̄ is immutabili ac firmo decreto, gratiam promissionis Dauidi confirmauit. Sic & hic dictum esse potest illud, qui iurat proximo suo, & non decepit, hoc est, qui promissa affirmat proximo, & non decipit, vt cum seruatoris dicto conueniat, sit sermo vester; est, est, non non. De eiusmodi rebus dum astruis, & affirmas, annue, de his vero, quæ non ita se habent, & si omnes homines adhortarentur, & obsecrarēt, numquam vllo pacto inducaris, vt contra naturæ veritatem affirmes. Non facta est res? negatio sequatur, facta est, Consensu firmetur. Citra vllam verborum implicationem, ad aliud respiciens, ipsam per se veritatem studeto exprimere, simplici ac nuda vsus assensione. Qui vero sic affirmanti minime

1 Hom. 3. in Psal. 14. tom. 1. Psal. 14. Matt. 5. Matt. 5.

credi-

crediderit,ipse viderit,damnum sentiet in credulitatis; turpe enim,& omnino stultum, sese vt fide indignum accusare,& ad iuramenti securitatem cõfugere.

2 *In hom.14 quæ est a adolescẽtẽ quo ex gentilium doctrinis proficiant.*

IDEM refert de Clinia philosopho pythagorico, q̃ cum illi per iuramentum mulctam trium talentum vitare liceret,iniuriam pati maluit,quam iurare, idq; cum non esset falso iuraturus,atque ita iam tunc,quasi illud, de iuramento nobis interdicto præceptum audiuisse videretur.

3

CHRYSOSTOMVS exponens verba illa c.5. Ego autem dico non iurare omnino,inquit: Nisi iuramentum interdicatur,non possunt amputari periuria. Ex iuramento enim, periurium generatur. Nemo est enim, qui frequenter iurat, & non aliquando periuret. Propter hoc admonet Salomon: Non assuescat iuramẽto os tuum,multus enim casus in illo. Sicut enim qui facit consuetudinem,multa loqui,necesse est vt ali quando,& importuna loquatur, & qui facit consuetudinem frequenter manu sua percutere, necesse est vt aliquando,& iniuste percutiat,sic qui facit consuetudinem iurare in rebus idoneis,frequenter & in rebus superfluis,etiam nolens, consuetudine trahente periurat. Nam omnium rerum consuetudine, quando voluerimus tunc facimus,sed non quando volumus,tunc repellimus eam. Et qualis est contra iurantes Dei sententia docet Salomon: Vir,inquit, multum iurans non exiet plaga de domo eius. Si ergo a iurantibus plaga non recedit quomodo a periurantibus plaga recedet?

Eccl.23.

Ibidem.

4

Dic mihi amice,iurando,quid proficis? Nam si aduersarius tuus crederet bene te iuraturum,nunquam te iurare compelleret, sed quia periuraturum te æstimat, ideo te iurare compellit. Et cum iurãueris, non quasi in veritate iuramenti tui placatus tacet, sed quasi in damnatione periurij tui vindicatus recedit: iuramentum enim, nunquam bonum exitum habet. Sed forte dicis, quid faciam? Non mihi credit,nec vult credere nisi iurauero. Acquiesce magis pecuniam perdere,quã salutem. Pretiosior tibi videatur anima tua, quam res tua. Si rem aliquam perdideris viuere potes, si Deum perdideris quomodo viues? An nescis,quia quod inuitus amittis propter Dei timorem,maiorem mercedem habes pro illo,quam si eleemosynam dedisses? O insipiens qui alterum iurare compellis, nescis quid agis? Ille etsi periurauerit,vel cum lucro periurat, tu autem sine lucro periurij illius particeps inueniris. Qui in iurando non timet Dei præceptum negligere, nec in perjurando timebit. Quid autem vis? Timet Deum,aut non timet Deum. Si timet, etiam sine iuramento non mentitur, si autem non timet, neque cum iuramento dicet veritatem. Cesset ignis,& incendium non sit,subtrahe gladium, & homicidium non committitur, sic tolle iuramentum:,& periurium non sit.

5 *Hom. 8.in acta Apost. tom.3.*

IDEM sic habet. Ponamus nobis quotidianas leges,iam a facilioribus incipiamus. Malam iurandi consuetudinem ab ore nostro auferamus, frænum imponamus linguæ,nullo hic sumptu opus, nullus labor exigitur, non indignet magna temporis mora exercitatio,sufficit velle, & totum factum est. Res enim hæc a consuetudine pendet. [Infra:] Magna,& clara voce prædico omnibus ac testificor, ita vt eos,qui sic præuaricantur,quique ea quæ a maligno sunt loquunt,(hoc est enim iuramentum) nec limina ecclesiastica ascendant. Præstitutus autem vobis sit mensis præsens, vt sic corrigamini. Si quis noluerit hoc præceptum perficere, abstineat a liminibus ecclesiasticis, siue princeps sit,siue alius diademate cinctus. Ieiunate,orate Deum, & nos vobiscum, vt illam pernicios am consuetudinẽ eijciamus. Nihil maius est quam fieri doctores orbis, non parum fuerit vbique audiri, quod nullus in hac vrbe sit qui iuret. Si hoc fieret, non solum vestrorũ operum accepturi essetis mercedem, sed & nostri pro fratribus studij,nam quod nũc vobis sum;id vos toti orbi futuri estis. Omnino, & alij imitabuntur vos.

IDEM inquit. Age dic, quam ob causam introductum est iuramentum,& quare concessum? Dicamus originem eius, & vnde natum sit. Ingressum est iuramentum,quando mala creuerunt, quando omnia simul sursum ac deorsum facta sunt,quando ad idololatriam inclinauerunt,tunc sane quando infideles apparuerunt, Deum vocabant testem quasi fideiussorem dãtes,dictis satisfacturum: iuramentum enim est fidei iussio,vbi mores fidem non habent. Vnde primum taxatur is qui iurat, si ei fides non habeatur absque fideiussore,& fideiussore maximo,& quia tam parum homines,sibi mutuum credunt, non hominem quærunt fideiussorem, sed Deum. Secundo idem crimen est eius,qui iuramentum recipit, si pro contractibus Deũ ad fideiussionem trahat,& dicat se nõ crediturum nisi illum accipiat. O excellentem stuporem; O contumeliam,vermis ac terra,ac cinis existens, & fumus audes talem Dominum tuum in fideiussorem rapere, & illũ cogis accipere? Ideo & qui cogit,quàm qui iurat, magis ineuitabile habet supplicium. Similiter & qui nullo postulante iurat,etiam hoc difficillius est,quod quis iurat pro vnico obolo,pro paruo emolumento,pro iniustitia. Et hæc sit periculosa,quando non fuerint periuria,si autem periuria committentur, tunc omnia confunduntur,& in causa sunt,tam is qui dat,quam is qui accipit iuramentum, Dic mihi, rapis ad iuramentum virum,quid expectans num quod peieret? Sed hoc extremæ insipientiæ,in tuum enim caput pœna conuertetur. Melius erat opes perire,quàm illum perire. Quare cum tuo damno hoc facis,& cum contumelias Dei? Bestiæ est talis anima,& viri impij. Sed expecto quod non peieret. Igitur & absque iuramento, crede. Sed sunt multi aiunt, qui absque iuramento audent fraudem facere,qui cum iuramento non faciunt. Decipis te ipsum homo. Homo furari,qui didicerit, hominem iniuria afficere, vellet etiam iuramentum calcare sæpius. Si autem reuerentiam habet in iurando, multo magis in iniustè faciendo. Sed quid dicam de iuramentis alijs,relictis forensibus? Pro decem obolis iuramenta fiunt,& periuria. Quia enim fulmen superne non descendit,& non omnia subuertuntur,stas obstringẽs Deum. Quam ob rem vt olera accipias, vt calceos pro paruo argento,in testimonium illum vocas? nunquid quoniam non punimur,putamus nos neque peccare? Hoc diuinæ misericordiæ est,non nostræ virtutis. Nescitis quid sit Deus,& quali ore inuocari debeat. Quoties de viro aliquo virtutibus prædito loquimur, dicimus,laua os tuum,& sic memor sis,non vero honorabile nomen,quod est super omne nomen, quod admirabile in omni terra, quod dæmones audientes contremiscunt, simpliciter distrahimus, o consuetudinem, quæ id fecit contemptissimum. Deniq; si imposueris alicui necessitatem iurandi in domo sancta, quam horrendum, iuramentum si sic afficeris iniungis? Nonne horrere oportebat cum nominatur Deus? At inter Iudæos quidem,hoc nomen tam reuerendum erat, vt in tiaræ lamina scriberetur,& nulli eas diuini nominis literas licebat gestare nisi soli summo sacerdoti,nunc autem temere ita portamus nomen illius. Si simpliciter nominare Deum,non omnibus fas erat,hoc certe, qđ in testimonium vocatur,quantæ audaciæ,dic oro, quãtæ insaniæ? Ecce dico, & testificor vobis emendate iuramenta forensia, eos autem qui non obtemperant, omnes mihi indicate, ecce præsentibus vobis imperabo,his qui ad ministerium segregati sunt domuũ orationis,& admonebo,& ostendam, nulli iurare licere. Expellamus hunc morbum ab anima,iam a foro illum pellamus, atq; omnibus mercatorum & opificum officinis, ne putetis per transgressionem legum diuinarũ secularia corrigi. At non credit,inquit? etenim & ego hoc ab aliquibus audiui, quod si non iurauero multa iuramenta,nõ credetur mihi. Tu horum causas es, qui tam prompte,& facile iuras,quod si hoc non esset, sed

6 *Homil 9.*

9 *Homil.10.*

Phil. 1. *Psal. 8.*

Exo. 39.

8

omni-

omnibus esset manifestum quod non iures, credo mihi dicenti, quòd vel solo nutu plus crederetur tibi, quam ijs qui innumera iuramenta deferant. Cui igitur magis creditis, mihi non iuranti, an iurantibus? Sed tu, inquit, princeps es ac episcopis. Cum veritate respõdete mihi obsecro. Si continuo iurassem ac semper, nunquid priuilegium haberet principatus meus? Minime. Vides quod non propter hoc. Omnes sciant, q̃ his qui in hanc Ecclesiam congregantur, nulli iurare liceat, & ex hoc efficiamur certi, & non sola fide, etiam hoc signo a Græcis, & ab omnibus alijs differamus. Signaculum accipiamus ex cælestibus, vt tamquam regia armẽta vbiq; fulgeamus, ex ore & lingua iam noti efficimur, sicut barbari, & sicut ij qui græce loqui sciunt, lingua, n. a barbaris discernimur, ex hoc nos cognobiles fiamus, si loquamur sicut Apostoli, & loquamur sicut Angeli.

IDEM sic habet: Cogita quanta sit confusio, hominem quendam, cui est grauis pera, & baculus, ac pallium, cum pueris proficisci, & eadem quæ illi discere, eum qui iam debeat philosophari, syllabas ac elementa legere: nonne magnus oritur risus? sed maior ex vobis. Non enim tantum discrimen inter philosophiam, & elementa, quantum inter iudaica, & nostra. Sed quantum inter angelos, & homines? Si quis dicoro angelum e cælo deuocet, & dicat illi, vt hic stet, & audiat nostros sermones, quasi is erudiendus sit, nonne ridiculum foret, & confusione dignum? Si autem de his erudiri adhuc ridiculum, illis non attendere, dicoro, quanta condemnatio, quanta confusio? Et quomodo non confusione dignum, Christianum erudiri debere, non iurandum esse? veruntamen reprimamus affectus, ne magis rideamur. Age igitur de veteri lege disseramus hodie. Quid autem ista inquit? Iuramento ne assuescat os tuum, neq; cum nomine sancti coassuescas. Quare? nam quemadmodum famulus, si continuo flagelletur, a cicatrice non purificabitur, sic neque qui iurat. Vide sapientiam istius sapientis, non dixit, iuramento ne assuescas mentem tuam, sed os tuum. Quia sciuit totum oris esse, & quod facile corrigitur. Consuetudo enim est, quæ postea etiam absque electione fit, os non cum anima loquitur, sed ex consuetudine, totum in lingua situm est. Deinde apponit; nam sicut seruus, qui flagellatur continuo, a cicatrice non purgabatur ita neque qui iurat. Non periurium hoc loco, sed iuramentum amouendum admonet, apposita illi pœna. Anima iurantis plena est vulneribus, & cicatricibus. An non vides? Hoc graue est quamuis certe poteris si voles videre. Dedit enim tibi Deus oculos Talibus oculis videbat propheta dicens; Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ a facie insipientiæ meæ, Contempsimus Deum, odio habuimus nomen bonum, conculcauimus Christum, soluimus pudorem. Nullus cum reuerentia memor est nominis Dei. Et tu quidem si dilexeris quempiam, & ad nomen illius excitatior efficeris. Deum autem sic continuo vocas, quasi nihil, vocas illum, vt exacerbes. [Infra:] Vultis discere quare concedebant priscis iurare. Quoniam per idola iurabant. Ob consuetudinem difficile tibi est nõ iurare, & ab illa ægre abstraheris? Igitur quoniam tanta consuetudinis est vis, eam in aliam transfer consuetudinem. Et quomodo, inquit, possibile? quod sæpius dixi, hoc etiam nunc dico. Sint animaduersores eorũ quæ dicuntur, multi stent inquisitores & correctores. Sit minister horum doctor, sit & puellus, sit & vxor, sit & amicus, & vicinus, & cognatus, ita enim fieri nequit, quin is qui tot habet custodes, tot obseruatores, tot increpantes, facile effugiat, & non feruetur. Et in vno quidem die difficile feres hoc, & in secundo, & in tertio, deinde autem facile erit. Et post quartum, molestum non erit.

IDEM inquit. Narrans Ananiæ, & Saphiræ mortem quam passi sunt, si hoc patiebantur, qui solum mẽtiti erant, ij qui peierant, quid non patientur? Tempestiuum fuerit & hodie ex lege ostẽdere periurij grauitatem. Falx inquit volans erat lata cubitis decem. Quòd volat, manifestat pœnę celerrimum aduentum, iuramentis affuturæ. Quòd autem cubitorum decem latitudine ac longitudine, vehementiam ac magnitudinem signat malorum. Quòd autem a cœlo, signum est sententiam in cęlesti ferri iudicio. Porro quòd in falcis speciem ostenditur, ineffugabilem pœnam monstrat. Quemadmodum enim falx, quæ in ceruicem immissa, nec in seipsam retracta fuerit, manet quodammodo iam etiam resecta ceruice; sic & terribilis quædam pœna est, quæ super peierantes venit, nec desistit nisi prius perfecerit opus suum. Si autem iurantes hic effugerimus pœnas, ne confidamus. In malum enim nostrum hoc fit, quia grauiori malo seruamur. [Infra:] Non est possibile, quòd is qui iurat non peieret, siue volens siue nolens. Non est etiam possibile, q̃ periurus saluetur. Sufficit vnum periurium ad hoc perficiendum, & totam pœnam nobis intentandam. Hæc hyperbolicæ accipienda sunt. Vide Homiliam.

IDEM sic habet: Portus securus est, non iurare. Portus, in quo a ventis impetuosis quis non submergitur. Vide quid propter iuramentum facit Herodes, caput præcursoris amputauit, propter iuramentũ enim, inquit, ac discumbentes, nolebat illam repulsam pati. Quid propter iuramentum passæ sunt, tribus infestæ tribui Beniamin? Quid propter iuramentum passus est Saul? Nam ille quidem adiurauit. Herodes autem etiã homicidium, periurio peius, commisit. Iterum Iosue propter iuramentum Gabaonitis factum, qualia passus est nostis. Satanæ enim laqueus est iurare, disrumpamus igitur funes, & facile contra omnem custodiam consistemus.

IDEM narrat, qua ratione Constantinopolitanus Imperator iuramentum violauerit de fœdere quodã cum inimicis seruando, quã causam Babylas archiepiscopus Constantinopolitanus, tamquam vile quoddam ac nullius pretij mancipium, a templo Dei expulit tanta cum constantia, quanta pastor scabiosam ouẽ ab ouili excludi, etiam si in carcerem ob factum coniectus sit, capitalique sententia punitus.

IDEM ait; Peccatum iurandi valde crudele est, & ideo valde crudele putatur, & hac de causa illud timeo, quia nullus illud pertimescit; sed sicut simplex sermo prolatus reatum non videtur afferre, ita & iusiurandum esse putatur. Et si quis increpauerit, risus monet, iocos narrare putatur, & ideo de hac re sermonẽ longius protraho. Sed ille inquis iurat homo qui mitis est, & cui est sacerdotium commendatum, & qui in multa castitate & reuerentia conuersatur. Nolo mihi hunc sanctum, hunc mitem, hunc pudicum, hunc proferas sacerdotem, sed si Petrum mihi, si Paulum si de cœlo angelum narres, nec sic personarum dignitate terrebis. Nam legem non seruilem, sed dominicam de iure iurando lego, & quando imperiale constitutum recitatur, omnis seruilis dignitas conquiescat. Non ex seruorum negligentia, sed ex sua præceptione sortem tibi Deus attribuit. Est tibi coniux, sunt filij, est amicus, est seruus, est vicinus, est sanguinis cognatione sociatus, festina omnibus, huius legis præcepta narrare. Sed inquis durares consuetudo, & quæ facile mutari non possit, & quæ nos nonnumquam, & inuitos trahit, & nolentes, committere cogit illicita. Igitur tanto te huius mali reatu liberare festina, & ad aliam consuetudinem migrare propera. Et ob omnibus singulisque coniunctis, hoc postula, hoc pete beneficium, vt te iurantem arguant, vt confundant. Nam qui alterum ne iuret arguit, nec facile se præcipitare patietur in periurium. Etenim est iurandi peccatum, & non solum cum de rebus friuolis, sed etiam cum de maioribus celebratur. Nos autem, & cum vilia comparamus, & cum de vno nummo contendimus, & cum aduersus seruulum com-

commouemur, Deum testem inuocamus. Et hominis quidem ingenui, & aliqua dignitate muniti in publico ad huiusmodi res non audemus testimonium postulare, ne & iniuriam, contra nos vindicta procedat: Deũ autem, Cœlorum regem, Angelorum Dominum, & cum contrahis, & cum loqueris, & cum quibusdam sermonibus delectaris, aduocas testem. Vt igitur hoc crimine liberemur, inuicem admoneamur, infitum tẽpus constituamus, & tempus dierum decem. Volentibus enim, & vigilantibus, & hi sufficiunt dies, quò penitus hoc crimine consuetudinis liberemur; & post decem dies si nihilominus illaqueati reperiamur, pœnã nobis constituamus.

16 *Hom. 1. ad populũ Antiochenum.*

IDEM ait; Vnam vos omnes petere volo retributionem pro concione hac, vt in ciuitate blasphemantes, mihi castigetis, & si quempiam in biuio & foro Deum blasphemantem audieris, accede, increpas, & si verbera infligere oporteat, ne recuses, ipsius faciem alapa percute, contere os ipsius, percussione, manum tuam sanctifica. Et si vlli accusauerint, & si in carcerem traxerint sequere, & si pœnas iudex pro tribunali repopo scerit, dic cum libertate, quòd angelorum Dominum blasphemauit. Si regem terræ blasphemantes puniri oportet, multo magis illum contumelia afficientes. Commune crimen est publica iniuria, cuique licet accusare volenti. Discant Iudæi, & gentiles, quòd ciuitatis saluatores sunt Christiani, & procuratores, & præsides, & idem discant dissoluti, quòd, & Dei seruos, ipsos timere oportet, vt etsi quid tale loqui aliquando eligant, sese vndiq; circunspiciant, & vmbras timeant anxiantes, ne forte Christianus audiens insiliat, & vehementius puniat. Non audisti quid Ioannes fecerit? Tyrannum vidit hominem nuptiarum leges *Matth. 14.* subuertentem, & cum fiducia in medio foro dicit: Nõ licet tibi habere vxorem fratris tui. Ego autem non ad tyrannum te duxi, neque ad iudicem, neque pro nuptijs temerarij, neque pro seruis contumelia affectis, sed pro furore in Deum, tibi æqualem castigare deposco. Etsi mori opus sit, fratrem castigare ne torpeas, martyrium tibi hoc est, quoniam & Ioannes martyr fuit.

17 *Ad populũ hom. 5.*

IDEM inquit: De ijsdem continue commonefacere, non dicentis, sed audientium est crimen, continue indigentium disciplinæ super simplicibus, & faciles præceptis. Quid enim facilius quam non iurare? Consuetudinis tantum opus est, non est corporis labor, non est pecuniarum impendium. Vis discere quo modo vitium superari possit? Cum videris te ipsum, vel alium quemque, vel seruorum, vel filiorum, vel vxorem hoc modo captos, & continue commone factos, neque correctos, iube non pransos cubare, & hanc tibi, illisque damnationem impone, damnationem, non damnum, sed lucrum ferentem, & celerrimam correctionem.

18 *In fine ho. 10.*

IDEM docent iuramẽta oriri ex contemptu Dei, in 12. præcipit ad iuramenta cauenda fieri sodalitia, & confraternitates. In 13. ait: Nemo mihi dicat, quòd multi iam correcti non iurant, hoc non est quod quæritur, sed vt omnes; quousque hoc non videro, respirare non possum. Pastor ille centum oues habebat, & *Matth. 18.* vna amissa, non sensit de nonaginta nouem salute delectationem, donec perditam inuenit, & gregi restituit. Ne igitur hoc dicas, quòd pauci quidam relicti sunt qui non sunt correcti, sed illud considera, q; isti pauci non correcti multos corrumpunt alios. Etenim & vnus erat apud Corinthios fornicatus, & tamen tantum gemebat Paulus, tanquam perdita ciuitate, & multum congrue. Sciebat etenim quòd illo non correcto, vitium procedens, & omnes alios inuaderet. *1. Cor. 5.*

19 *Hom. 14.*

IDEM sic habet: Antea rogaui vos, vt Ioannis caput abscissum ad hoc calido cruore distillans sumentes, sic domum quisque suam redeatis, & putetis ante oculos habere ipsum, vocem emittentem & dicentẽ, odio habete iugulatorem meum iuramentum. Quod increpatio non fecit, hoc fecit iuramentum. Quod ira non potuit tyrannica; hoc periurij necessitas effecit. Et quando omnibus publice audientibus arguebatur, increpationem generosè tulit tyrannis; cum vero se in iramentorum necessitatem adegit, tunc illud beatum caput abscidit. Hoc igitur ipsum, & nunc peto, & petere non desistam, vt quocumque abierimus, hoc gestantes caput abeamus, & omnibus clamans ostendamus, & iuramenta vituperans. Quamuis namque valde simus ignaui, & negligentes, capitis illius oculos intuiti, terribiliter nos respicientis, & minantis iurantibus, freno omni vehementius per timorem huiusmodi repressi, cohibere facile poterimus linguam a iurandi præcipitio. Nec enim hoc solum habet mali iuramentum, quòd & temerarium, & seruatum, iuratos, pœnæ facit obnoxios, quod in nullo peccatorum alio accidere quispiam videt, sed & aliud non minus isto malum, quod neque volentibus, neque studentibus, sæpius possibile est bene iurare. Primo quidem continue iurans, & voluntarius, & inuitus, & ignarus, & sciens, & serio, & ioco loquens, & ab ira sæpe elatus, & à multis alijs omnino peierabit. Ita est concessum, & manifestum, quod multum iurantem, & periurum esse necesse est. Secundo, quod & si non raptus, aut inuitus, at ignorans hoc patiatur, ab ipsa rei natura, & voluntarius, & sciens omnino peierare cogetur. Sæpius igitur 20 nobis prandentibus, & seruorum aliquo peccante, se illum flagellaturum vxor iurauit, mox vir contrarium iurauit. Hic quicquid fecerint, necesse est omnino periurium constitui, quicquid enim fiat, ipsorum alteri periurij reus fiet, magis autem ambo pœnitus. Iuratus flagellare seruum, & prohibitus, iam ipse peierauit, & prohibenti rursum, & iuramenti veritatem impedienti, periurij crimen allegauit. Multa etiam, contendentes iurant homines contra. Sicut enim pueri funiculũ longum, & corruptum ex contrario inter se trahentes cum multo impetu, supini omnes cadunt, funiculo per medium disrupto, & hi quidẽ capite, hi vero alia corporis parte feriuntur: sic & inter se contraria iurantes, iuramento pro rerum necessitate disrupto, in periurij barathrum vtrique cadũt, hi quidem peierando, hi vero periurij causam alijs præbendo. Et vt hoc vobis fiat mænifestum antiquam vobis narrabo historiam. Hostes aliquando Iudæorum aggresso Ionatha *1. Reg. 14.* Saulis filio; hos quidem trucidante, illos vero in fugam conuerteute, volens Saul amplius contra reliquos exercitum excitare, & facere ne prius absisteret quam omnes opprimeret, contrarium quam voluit, fecit, iuratus, neminem vsque ad vesperam panem comedere, vsque ad hostium suorum vltionem. Quid nempe hac re stultius fieri possit? Fatigatos enim, & labore multo pressos milites, cum refocillare debuisset, per iuramenti necessitatem fami grauissimæ ipsos tradens, volens integrum exercitum, iuramento cogente ieiunare. Et ideo tantum diabolo aditum aperuit, vt non tantum duo, & tria, & quattuor, sed & multo plura ex hoc iuramento periuria texeret. Siluam præteribat exercitus, 21 fauum habentem, & ingressus est populus ad fauum, & transibat loquens. Mensa ex temporanea, vt aggressionis facilitas, & nutrimenti suauitas, & latendi spes in iuramentorum præuaricationem ipsos alliceret. Veruntamen illi cupiditatem continuerunt, nec intra se dixerunt, quid autem nobis curæ est? Nunquid enim quisquam nostrum hoc iurauit? Ille inconsideratorum pœnas dabit iuramentorum. Quare namque iurabat? Sed nihil huiusmodi cogitabant, sed cum multa transibant reuerentia, & cum tot essent ipsos allicientia, disciplinam seruabant. Ionathas autem qui non audierat patrem suum iurantem, extendit summitatem sceptri, quod habebat in manu sua, & intinxit in fauum mellis, & conuertit manum suam in os suum. Non tantum periurium patrari diabolus volebat; verum & filij eę- 11

dem

dem componebat. [Infra:] Ex primo iuramento ortũ habuit secundum, & dixit viuit Dominus, quoniam, si cibum sumpserit Ionathas morte morietur, post, cognito quòd gustasset cibum, iurauit tertio, dicens; Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quoniam morte moriens hodie. Sed populus iurauit, dicens; Hæc faciat nobis Deus, & hęc adijciat, si morte morietur. Viuit Dominus, si cadet capillus de capite eius in terram. Nunc mihi reminiscimini funiculis a puerulis tractum, & disruptum, & trahentes, supinos proijcientem. Iurauit Saul non semel, neque bis, sed sæpius, contraria iurauit populus, & iam contendebat, necesse est, iam penitus iuramentum scindi. Cogita, quæ mala nascebantur, si enim noluisset Rex resistere, & ad iuramentum procedere, totus restitisset populus, & tyrannis crudelissima facta fuisset, & rursum si voluisset filius, propriæ consulens saluti, se ipsum exercitui dedere, parricida statim fuisset. Vides & tyrannidem, & filij cædem, & bellum gentile, & pugnam, & iugulationes, & cruores, & infinita cadauera ex vno patrata iuramento? & tamen necesse iuramenti veritas processisset. Itaque ne consideres hoc, quod non est factum, sed hoc considera, quod rei natura, hæc fieri cogebat. Licebit & aliam narrare historiam, & ex illa demonstrare grauiorem hac, & maiorem calamitatem, vnum fecisse periurium. Etenim ciuitatum, & mulierum, & puerulorum captiuitate, & incendio, & barbarorum inuasione, & sanctorum pollutione, & innumeris alijs grauioribus malis Iudæos affecit vnum omnes iusiurandum. Sed quia in longum sermo protenditur, id omitto. [Infra:] Vtinã mihi liceret, frequenter iurantium animas exuere, & ipsorum oculis subijcere vulnera & cicatrices, quas quotidie capiunt a iuramentis. Nec admonitionis aut consilij indigeremus, quoniam vulnerum aspectus omni sermone potentius, huic improbæ consuetudini etiam plurimum adhærentes a malitia abducere posset. Verumtamen, quoniam ipsorum oculis, animæ dedecus subijcere, & ipsam tabefactam, & corruptã ostendere non licet, audi dicentem Dominum, sicut seruus qui continue flagellatur; de cicatrice nõ mundabitur, sic iurans, & Deum semper nominans, a peccato non innocens fiet, quia, impossibile est, os iurare assuefactum, non continue peierare. Propterea supplico omnibus, vt pernicioſam hanc consuetudinem deponentes ex anima, aliam coronam reportetis. Et sicut vbique de ciuitate nostra cantant, q̃ prima omnium in orbe terrarum, Christianorum nomen induit, sic facite, vt omnes dicant, q̃ sola omnium in mundo Antiochia, proprijs iuramenta finibus expulit. Immo si hoc fiat, non tantum ipsa coronabitur, verum etiam alias in eundem zelum rediget.

Eccl. 23. *1. Reg. 14.* *Act. 11.*

Homil. 15. Zach. 5.

IDEM inquit: Audistis Propheram de iuramentis nobis loquentem: Respexi oculis meis, & vidi, & ecce falx volans longitudine cubitorum viginti, & latitudine cubitorum decem. Et ingredietur, inquit, domum iurantis in nomine meo, & dissoluet in medio, & suffodiet lapides, & ligna. In specie falcis, iurantes sequens pœna videtur. Vt vltionem ineuitabilem esse, & supplicium effugi non posse videas. Ensem enim volantem forsitan aliquis effugere poterit, falcem autem in collum delapsam, & pro funiculo factam, nemo fugere potest. Cum autem & alæ adsint, quæ salutis ulterius spes? Qua vero causa lapides & ligna iurantis dissoluit? Vt ruina alijs correctio fiat. Postquam enim iurantem mortuum terræ condi necesse est, domus dissoluta, & ruina facta, prætereuntibus omnibus & cernentibus admonitio erit per aspectum, vt non eadem audeant, ne eadem patiantur, & accusatrix erit mortui criminis continua. Non ita pungit ensis sicut iuramenti natura. Non sic occidit gladius, sicut iuramenti plaga. [Infra.] Loquẽs de his qui iuramenta extorquent ab alijs ait: Non ita gemo, & deploro quoſpiam in vijs iugulatos audiens sicut gemo & lachrymis prosequor, & horresco, cum video quempiam ad Ecclesiam venientem, prope altare accedentem, & manus imponentem, & Euangeliis iurantem attractis. De pecunijs, quæso dubitas, & animam occidis? Quid tantum lucraris, quãtum animam tuam, & proximum lædis? Si enim credis, quòd verax sit homo, ne iuramenti necessitatem adducas, si vero nosti quod mentitur, ne piurare cogas. Sæpius namq; pugna conflata, contumeliam patientes generose ferimus, & contumelianti dicimus. Quid tibi faciam? In me cõuitiatus es. Ille talis est Dominus tuus, ille meas cohibet manus. Et hoc nobis in cõsolationem sufficit. Ita quoque cum a quoquam iuramentum exposcula-turus es, te ipsum contine, & prohibe, & dic iuraturo. Quid tibi faciam, Deus iusit non adiurare. Ille me cõtinet nunc. Sufficit hoc, & ad honorem legislatoris, & ad securitatem tuam, & ad iuraturi timorem. Cum enim ille viderit, quod sic alios adiurare veremur, multo magis ipse facile iurare formidabit.

IDEM postquam explicuit locum Zachariæ, de quo superius diximus, quòd falx volans, & maledictio egrediens & ingrediens domum peierantis ligna & lapides destruet omnes, ait: Ego autem hodie demõstro non vnam, & duas, & tres domos iurantis destructas, sed & ciuitatem totam, & populum religiosum, & gentem multa semper prouidentia uti solitam, & turbum multis elapsam periculis. Etenim Hierusalem ciuitas Dei, sanctorum arcam habent, & omnem illum cultum vbi prophetæ fuerunt, & spiritus gratia, & arca, & tabulæ testamenti, vbi Angeli sæpe incedebant, hæc ciuitas innumeris nascentibus bellis, & multis ipsam incursantibus barbaris, tanquam muro ex adamante circundata, sic illos omnes semper derisit, & regione tota deleta, nihil graue passa est. Nec hoc solum est admirabile, verum & quod grauem sæpe plagam hostibus inferens, sic eos emittebat, & tantam a Deo nacta erat prouidentiam, vt ipse Deus diceret: Velut vnam in deserto inueni Israel, & velut signum in ficu temporaneũ vidi patres ipsorum. Et iterum de ipsa ciuitate; Velut rami oliuæ in summo excelsi, & dicent: Ne noceas ipsis. Veruntamen Dei ciuitas chara, tot elapsa periculis, & in multis peccatis ueniam assecuta, & quæ sola ex omnibus alijs captiuitatem effugere potuit, & semel, & bis, & sæpius, solo iuramento prostrata est. Et quomodo id fuerit, dicam. Fuit quidem Sedechias apud ipsos Rex. Hic Sedechias iuramentum dedit Barbarotũ Regi Nabucodonosor, quod in ipsius auxilio permaneret, postea defecit, & ad Ægypti regem transfugit, iuramenta paruipendens, & tanta passus est, quanta statim audietis. In Ezechiele enim dicitur, quod propter iuramentum peribit, radices eius euellet, & fructus eius distringet, & siccabit omnes palmites germinis eius, & arescet. Et demonstrare volens, quod non humana vi destruetur, sed quoniam Deum sibi fecit inimicum, per illa iuramenta, subiunxit: Et non in brachio grandi, & in populo multo, ut euelleret eam radicitus. Spreuerat enim iuramentum, præuaricando pactum meum, quoniam iuramentum meum quod spreuit, & fœdus, quod præuaricatus est, ponam in caput eius, & expandam super eum rete meum. Vides quomodo sæpius dixit, quod ille propter iuramentum hęc omnia passus est? Implacabilis est enim Deus, contemptis iuramentis. Vnde ingressi hostes cum magna facilitate regis domum incenderunt, & domos Hierusalem, & murum eius subuertit, & vbiq; ignis grassaba tur barbaricus, iuramento ignem ducente, & flammam passim circumagente, & populum in ciuitate relictum, & adiunctos regi transportauit archimagirus, & columnas æreas, quæ erant in Domo Domini, & mare æneum confregerunt Chaldæi, &c. Itaque recordare mihi falcis uolantis, & iurantis domum resol-

Hom. 19. *Osee 9.* *Ezech. 17.* *4. Reg. 25. Hiere. 38.*

hentis,

nentis,& parietes destruentis, & lingua, & lapides. Recordare mihi quomodo iuramentum hoc urbem ingressum, & domos, & templum, & mœnia, ædificia splendida destruxit, & ruinam fecit ciuitatis, & neque Sancta Sanctorum, neque Sacra vasa,neque aliud quicquam, pœnam & vltionem illam auerut, quia transgressum fuerat iuramentum. Et ciuitas quidem tam miserabiliter soluebatur.Rex autem his miserabiliora & tristiora patiebatur, & sicut ædificia falx ista volans destruxit,sic & hunc fugientem absumpsit.Occidit enim rex Babylonis filios Sedechiæ coram oculis suis,& oculos eius eruit, & vinxit eum compedibus,vt in Babylonem duceretur.Non videbit Babylonem, ait Propheta, quoniam in Iudęa excęcationem passus est. Vbi namque iuramentum spretum est, ibi & vindicatum, & in Babylonem captiuus ductus est. Fratres hęc scientes,ab hac stulta cessemus consuetudine. Si enim antiquitus cum Iudęi ad perfectam disciplinam non exigebantur; sed multus erat condescensus,tanta propter iuramentum expugnatio & captiuitas fuit quid congruum est nunc passuros esse iurantes post legem hoc facere prohibentem? Ne mihi iam aliquis consuetudinem prætendat;propter hoc enim indignor & irascor, quoniam consuetudinem vincere non possumus.[Infra] Vidisti falcem,uidisti caput Ioānis,audisti historiam de Saule, audisti captiuitatis Iudaicæ modum. Cum his autem omnibus audisti Christi sententiam dicentem, nolite iurare omnino, quoniam iurare quomodocunque diadolicum est, & tota maligni machinatio.Audisti, quod vbique iuramēta sequuntur periuria,Hæc omnia congregans, inscribe cordi tuo.Exurgens e lecto, & domum tuam egrediens,hanc legem repete:Ego autem dico vobis,nolite iurare omnino.Discant aliæ ciuitates,quod hanc inhabitantes mallent prius linguam abscindi, quam ex ore iuramentum emittere.Legem nobis ponamus, nō prius publica,non prius priuata tractare negotia; donec hanc legem de non iurando impleamus, & omnino necessitate compulsi,facile superabimus, & ornabimus nos ipsos,& omnem ciuitatem. Cogita namque quale est vbique terrarum hęc audire,quod Antiochię prævaluit mos, Christianis congruus, & ibi neminem audires, licet maxima necessitas instet, iuramentum emittere.

IDEM multa habet de iuramentis, sed quæ iam in anterioribus adnotauerat. In homilia 27.similiter, in 28.de vitanda pessima iurandi consuetudine disputans,ait: Cogita quod apud gentiles multi balbutientes,multa meditatione linguam sibi claudicantem cor rexerunt.Hoc itaque vobis, & ego nunc dico,cogitate gentilium philosophos, & tunc scietis quanto simus digni supplicio, despicientes diuinas leges, cum illi quidem pro humana honestate infinite laborauerint,vos vero neque pro cœlesti regno studium par exhibeatis.[Infra:] Cum iuramenta corrigere cęperis,siue semel, siue secundo, siue tertio, siue vigesimo legē transcenderis, ne desperes, sed iterum surge, & studium tuum resume,& omnino victor eris. Paulus aiebat.Cum deberetis magistri esse propter tempus,rursum indigetis vt doceamini quæ sint elementa exordij sermonum Dei. Propterea nos quoque lugemus, & conquerimur.Etsi permanentes videro, iam vobis interdicam hæc ascendere sacra vestibula, & immortalium participes fieri misteriorum,sicut fornicantibus, & adulteris,& homicidij reis Nā melius est cum duobus vel tribus Dei leges custodientibus solitas offerre preces quàm multitudinem aggregari pręuaricantiū, & alios corrumpentium.

HIERONYMVS explicans verba illa: Factum est verbum Domini ad me dicens: Dic ad domum exasperantem: ecce venit rex Babylonis Hierusalem, & assumet regem, & principes eius,& adducet eos in Babylonem,ferietque cum eo fœdus, & accipiet ab eo iusiurandum,&c. Qui recedens ab eo, misit nuncios ad Aegytum, vt daret sibi equos, & populum multum. Numquid prosperabitur, qui fecit hæc? Et qui soluit pactum, numquid effugiet? Viuo ego dicit Dominus Deus, quoniam in loco regis, qui constituit eum regem,cuius fecit irritum iuramentum,& soluit pactum quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur. Et non in exercitu gradi,neque in populo multo, &c. Spreuerat enim iuramentum,inquit: Hæc est parabola,quod sub duabus aquilis, & vinea, duos reges, Babylonis & Aegypti, scriptura monstraret,& regem Sedechiam, qui contra iusiurandum deserta amicitia Nabuchodonosor, se ad regem Ægypti transtulit. Qui dissoluit,ait,pactum,nunquid effugiet? Ex quo discimus etiam inter hostes seruandum fidem, & non considerandum cui,sed per quem iuraueris. Multo enim fidelior inuentus est ille, qui propter nomen Dei tibi eredidit,& deceptus est, te, qui pro occasione diuinæ maiestatis,hosti tuo,immo iam amico, es molitus insidias. Ecce dedit manum suam regi Ægypti, & tradidit se,& periurij contra Deum commisit sacrilegium, nunquid,ait,proderit ei?Infra:Viuo ego,quoniam iuramentum quod spreuit,& fœdus quod præuaricatus est,ponam in caput eius. Et extendam super eum rete meum,& adducam eum in Babylonem,& iudicabo illum ibi in præuaricatione qua despexit me. Quamdiu non iures, & pactum non ineas sub nomine Domini, prudentiæ est & fortitudinis superare aduersarium,vt cumque potueris. Cum autem te constrinxeris iuramento,nequaquam aduersarius,sed amicus est, qui tibi credit,& sub occasione iusiurandi,ideſt, Dei nuncupatione, deceptus est.In præuaricatione qua despexit me.Ergo qui contemnit iuramentum, illum despicit per quem iurauit,illique facit iniuriam, cuius nomini credidit aduersarius.Propter quam causam,expandam super eum rete meum,&c. Quicquid igitur contra Sedechiam fecit Nabuchodonosor, non suis fecit viribus,sed ira Dei,in cuius nomine fuerat peieratum. Ex quo loco manifeste constat, vt ex Chrysostomo animaduertimus Hierosolymæ, & Iudaici populi subuersionem,& plagam tam ingentem,propter vnicum violatum iuramentum a rege,obuenisse.

IDEM explicans verba illa: Ego video volumen volans,&c. In versione septuaginta interpretum, quæ sic habet: Ego video falcem volantem longitudinis cubitorum viginti, & latitudinis cubitorum decem. Et dixit ad me: Hæc est maledictio quæ egreditur super faciem omnis terræ: quia omnis fur ex hoc vsque ad mortem punietur, & omnis periurus ex hoc vsque ad mortem cruciabitur. Et educam illud dicit Dominus, & ingredietur in domum furis, & in domum iurantis in nomine meo mendaciter, & requiescer in medio domus eius,& consumet eum, & ligna eius & lapides eius,hęc habet his verbis: Moneamus eos, qui parua putant crimina furtum,atque periurium, quod inducatur maledictio, quæ in volumine,ac falce descripta est in domum furis, atque periuri, & commoretur in ea,& omnia eius ligna lapidesque consumat.

AVGVSTINVS explicans verba illa: Ego autem dico vobis,non iurare omnino,inquit.Iurauit ipse Apostolus in epistolis suis, & sic ostendit quomodo accipiendum esset, quod dictum est: Dico vobis non iurare omnino, ne scilicet iurando, ad facilitatē iurandi veniatur, atque ex facillitate ad consuetudinem,atque ita ex consuetudine in periurium decidatur.Et ideo non inuenitur iurasse,nisi scribens,vbi consideratio cautior,non habet linguam præcipitem. Et hoc vtique a malo,sicut dictum est. Quod autem amplius est a malo est, non tamen suo, sed eorum infirmitatis, quibus etiam sic fidem facere conabatur. Illud autem non iurare omnino, sic accipiendum est & ad hoc positum, vt quantum in te est non affectes, non ames, non quasi pro bono cum ali-

aliqua delectatione appetas iusiurandum.

33 *Lib. contra mendacium ad consentium. to. 4.* IDEM ait: Nulla causa nos ad peierandum debere adduci. Ista saltem scelera, vel ampliora stupris, vel certe non minora iudicemus. Namque cogitandum est sæpissime homines, de quarum adulterio suspicamur, ad iusiurandum prouocare coniuges suas. Quod vtique non facerent, nisi crederent etiam illas, quæ non timuerunt perpetrare adulterium, timere posse periurium. Quia & reuera nonnullæ impudicæ, quæ non timuerunt illicito concubitu viros fallere, eisdem viris, quos fefellerant, timuerunt Deum testem fallaciter adscribere.

34 *Lib. 6 quæstionum in Iosue.* IDEM explicans Iosue 9. quomodo Gabaonitæ deceperunt Israellitas, & decepti iurauerunt firmantes cum ipsis pactum, sic habet: Quæri potest quomodo iurationem seruandam esse Gabaonitis crediderint Hebræi, quibus ita iurauerant tanquam de longinqua terra venientibus sicut illi mentiti fuerunt. Sciebant enim se debellandos, si cognitum esset Hebræis in ea terra eos habitare, quam erant ab habitantibus recepturi. Mentientibus ergo quod de longinqua terra ad eos veniissent, iurauerunt eis Israelitæ. Postea vero quam cognouerunt ibi eos habitare, vbi omnes quos inuenerant secundum Dei præceptum debellare oportebat, nolebant tamen frangere iurationem. Et licet eos mentitos esse didicissent, parcere maluerunt iurationis causa, cum possent vtique dicere se tantum illis iurasse, quos eos esse crediderant, idest de longinquo venientes. Cum vero aliud cognouerunt, præceptum circa eos Domini implendum erat, vt sicut ceteri expugnarentur. Deus autem hoc approbauit, nec parcentibus succensuit, quamuis eum non interrogassent, quinam illi essent, & ideo eos illi fallere valuissent. Vnde non importune, vtique credendi sunt, & si fallere homines pro sua salute voluerunt, non tamen fallaciter Deum timuisse, in populo eius, propterea nec succensuit Dominus iurantibus, aut parcentibus, vt postea Gabaonitas ipsos, tamquam populi sui homines, de Domo Saul vindicauerit, sicut regnorum ostendit historia. Et quoniam iuratio sic seruata est, quamuis in hominibus, qui mentiti sunt, vt ad clementiam sententia flecteretur, non discipliciuit Deo.

35 *In lib. quæstionum ex vtroque testamento mixtim. Gen. 22. Exo. 33. Matt. 5.* IDEM inquit: Vetus lex Deum iurasse allegat, sic enim dicit: Permemetipsum iurauí, dicit Dominus. Saluator iurare prohibuit, quomodo non deseruxit veteta? Antequam notitia Dei esset in terris, non aliter oportuit prouocare homines ad spem inauditam, quam iureiurando promissio illius fieret ab eo, quem non vt dignum erat sciebant. At vbi cœpit sciri, non vtique iurare oportuit, quem mentiri fas non esset arbitrari. Ideoque ergo Dominus, nec seruos iam iurare præcepit, sed tales se instituere, vt sermonibus illorum fides habeatur. Sacramentum enim iuris iurandi, aut perfidia exegi, aut fallacia inconstantis, vt quia fallere homines solent, timore Dei reuereantur.

36 *Li. 1. de ser. Domini in monte. Matt. 5.* IDEM explicans verba illa audistis, quia dictum est antiquis, non periurabis, reddes autem Domino iuramenta tua ego autem dico vobis non iurare omnino, &c. sit autem sermo vester est, est, non, non. Quod autem amplius est, a malo est, inquit. Iustitia phariæorum est non periurare, hanc confirmat, qui vetat iurare. Sicut enim falsum loqui non potest qui non loquitur, sic periurare non potest, qui non iurat. Et quia Paulum iurasse legimus, sic intelligitur præcepisse Dominum, ne iuretur, ne quisquam, sicut bonum appetat iusiurandum, & assiduitate iurandi ad periurium, per consuetudinem delabatur. Quapropter, qui intelligit, non in bonis, sed in necessarius iurationem habendam, refrenet se quantum potest: vt non ea vtatur nisi necessitate, cum videt pigros esse homines ad credendum quod eis vtile est credere, nisi iuratione firmetur. Ad hoc itaque pertinet, quod sic dicitur; sit autem sermo vester est, est, non, non. Hoc bonum est, & appetendum, quod autem amplius est, a malo est, ideist, si iurare cogeris, scias de necessitate venire infirmitas eorum, quibus aliquid suades. A malo est dixit, & non malum est, hoc est, tu non malum facis, qui bene vteris iuratione, quæ necessaria est, vt alteri persuadeas quod vtiliter persuades, sed a malo est illius, cuius infirmitate, iurare cogeris. Sed nemo nouit, nisi qui expertus est, quam sit difficile, & consuetudinem iurandi extinguere, & numquam temere facere, quod nonnumquam facere, necessitas cogit.

37 *Lib. 1 de ciuitate Dei c. 15. to. 5.* IDEM narrat de Marco Attilio regulo nobilissimum exemplum. Is enim imperator populi Romani, captiuus apud Carthaginenses fuit, qui cum sibi mallent a Romanis suos reddi, quam eorum tenete captiuos, ad hoc impetrandum, etiam istum præcipue regulum, cum legatis suis, Romam miserunt, prius iuratione constrictum, si quod volebant, minime peregisset, rediturum esse Carthaginem. Perrexit ille atque in senatu, contraria persuasit, quoniam non arbitrabatur, vtile esse Romanæ reipublicæ mutare captiuos. Nec post hanc persuasionem a suis ad hostes redire compulsus est, sed quod iurauerat, id sponte repleuit; At illi eum excogitatis atque horrendis cruciatibus ne cauerunt. Merito certe laudant virtutem, tam magna infœlicitate maiorem. Et per Deos ille iurauerat. Deos certe sic ille coluit, vt propter iusiurandi fidem, nec remaneret in patria, nec inde quolibet ire, sed ad suos accerrimos inimicos redire minime dubitaret. Ille enim carere omnibus rebus maluit, quam Deos, per quos iurauit offendere.

38 *Li. 3 de ciuit. ca. 20.* IDEM narrat Sagunti exitium, quæ ciuitas est Hispaniæ vulgo (Mor uiedro nuncupata) quæ in innumeras incidit calamitates ab Hannibale obsessa, ne iuramentum quod Romanis præstiterat violaret, miserque propter iddeleta est, iuratione enim illi se constrinxerat. Huius enim ciuitatis interitus, causa fuit illa, quæ de Marco regulo commemorata fuit, vtriusque enim interitus causa, conseruatio fidei fuit. Propter hanc enim ad hostes, & redire ille noluit, & nolut iste transire.

39 *Ser. 30. de verbis Apostoli. to. 10. Iaco. 5.* IDEM explicans verba illa Iacobi Apostoli. ante omnia, nolite iurare, inquit: Dicet, quis Deum iurasse, & non esse proponendum de Domino Deo iurationis exemplum, Deus enim est, & forte soli illi competit iurare, qui non potest peierare. Homines enim falsum iurant, vel cum fallunt, vel cum falluntur. Si discutiat homo, quoties iuret per totum diem, quoties se vulneret, quoties linguæ gladio seriat, & transfigat, quis in illo locus inuenietur sanus? Iuratio ab ore non discedit, frequentatur, plura sunt plerumque iuramenta quam verba. Quia ergo graue peccatum est, peierare, compendium tibi dedit scriptura: Nolite iurare. Qui enim iurat, aliquando verum iurare potest, qui autem non iurat, mendacium iurare nunquam potest. Iuret ergo Deus, qui iurat securus, quem nihil fallit, quem nihil latet.

Cum enim iurat, se adhibet testem. Periurium præcipitium est. Qui iurat, iuxta est, qui non iurat, longe est. Fac te ambulare in aliquo loco, vbi a parte dextra, spatiosa sit terra, nec vsquam angustias patriaris, a sinistra præceps locus est. Vbi eligis ambulare, super finem terræ in labio præcipitij, an inde longe? Puto, quia inde longe. Sic qui iurat, in fine ambulat, & pedibus infirmis, quia humanis. Si offenderis, deorsum is, si lapsus fueris, deorsum is. Et quid te excipit? Periurij pœna. Ergo volebas verum iurare, audi consilium

Dei, noli iurare. Falsa iuratio exitiosa est, vera iuratio periculosa est, nulla iuratio, secura est. [Infra:] Ante omnia, nolite iurare. Cum dicit, ante omnia, cautos nos fecit adursus linguam nostram. Ante omnia ait, vt attendatis præ cæteris, vt vigiletis ne surrepat vobis consuetudo iurandi? Considera quoties iures per diem quoties per horam. Non aperis os, nisi a tali iuratione. Nolles, vt diceret tibi ante omnia, vt te aduersus consuetudinem intentissimum redderet, vt omnes motus linguæ tuæ diligentissime con
40 siderares, esses custos malæ consuetudinis tuæ? Iurauimus & nos passim, habuimus istam teterrimam consuetudinem, & mortiferam. Dico charitati vestræ, ex quo Deo seruire cœpimus, & quantum malum sit in periurio vidimus, timuimus vehementer, & venenosissimam consuetudinem timore frænauimus. Frænata restringitur, restricta languescit, languescens emoritur, & malæ consuetudini bona succedit. Non dicimus nos non iurare, sed iura magna necessitate compulsus. cum videro non mihi credi, nisi faciam, & ei qui mihi non credit non expedire, quod non credit, hac perpensa ratione, & consideratione librata, cum magno timore dico, coram Deo, aut testis est Deus. Sed tamen aliud habet humana pessima consuetudo. Et cum tibi creditur, iuras, & cum nemo exigit, iuras, & horrentibus hominibus iuras. [Infra:] de his qui iuramenta exigunt ab alijs dicit. Et ipse, qui exigit iurationem, multum interest, si nescit ipsum falsum iuraturum, an si scit. Si enim nescit, & ideo dicit iura mihi, vt fides ei fiat, non audeo dicere non esse peccatum, tamen humana tentatio est. Si autem scit & cogit iurare, homicida est ille. Ille enim suo periurio se perimit, sed ipse manum interficientis, & expressit & pressit. Istam ergo consuetudinem quotidianam, crebram, sine causa, nullo extorquente, nullo de tuis verbis dubitante, iurandi, auertire a vobis. Tantum enim mali habet iuratio, vt qui lapides colunt, timeant falsum iurare per lapides, tu non times Deum præsentem, Deum viuentem, Deum scientem, Deum in contemptores vindicantem? [Infra:] Ante omnia, fratres mei, obsecro vos, ne sine causa me Deus hæc loqui compulerit. Dico enim, sæpe istam quæstionem deuitasse, timui enim ne monendo, & præcipiendo plus reos facerem non audituros, hodie autem plus timui, ne loqui recusarem, quod loqui iuberet. Admoneat proximus proximum, hoc est, quod hodie audiuimus, hoc est quod obstricti sumus. Non fiat hodie, certe cum recens sermo est, expertus loquar, non fiat hodie, pigrius fit cras. Si & cras factum non fuerit, minus laboraturus est, qui custodit; adiuuatur enim consuetudine superioris diei, triduo moritur pestis, de qua laboramus, & gaudebimus de fructu vestro.

41 *Ser. 11. de sanctis, qui est secundus in decollatione S. Ioannis Bapt.*

IDEM ait: Loquens de Herode, qui occidit Ioannem. Vbi videbat cruentum facinus, timebat reatum periurij, ne Deum offenderet per iurando, Deum offendit læuiendo. Demus Herodi consilium. Si dixerimus, parce Ioanni, periurium suademus: si dixerimus noli periurare, ad scelus implendum prouocamus. Antequam ergo veniatis ad istum bicipitem laqueum, tollite de ore vestro temerarias iurationes, antequam veniatis ad istam consuetudinem malam, moneo fratres meos. Quid opus est, vt veniatis ad
1. Reg. 13. hunc articulum, vbi non possumus inuenire consilium? Sed video pium hominem, & sanctum in temerariam iurationem incidisse, & maluisse non facere quod iurauerat, quam iurationem suam fuso hominis sanguine implere. Dauid enim iurauerat occisurum Nabal carmelum, iurauit temere, sed non impleuit iurationem suam maiore pietate. [Infra:] Si quis prouocauerit te ad iurationem, si iuraueris de illa re quam putat te commisisse, & forsitan non fecisti, ne remaneat in illo mala suspicio. Si iuraueris tu, non sic peccas, quomodo ille qui te prouocauit, quia dixit Dominus sit sermo vester est, est, non, non: quod amplius est, a malo est. Si prouocatus fueris vt iures, ab ipsius malo est, qui te prouocauit, non a tuo. Et hoc est a malo communi totius generis humani, quoniam corda nostra videre non possumus. Nam si corda nostra videremus, cui iuraremus? Quando a nobis exigeretur iuratio quando videretur oculis proximi ipsa cogitatio? Ille autem qui hominem prouocauit ad iurationem, & scit eum falsum esse iuraturum, vincit homicidam, quia homicida corpus occisurus est, ille vero animam; immo duas animas, & illius quem iurare prouocauit & suam. Fuit hic homo quidam in hoc populo, simplex, innocens, bene fidelis, ab omnibus vobis hypponensibus cognitus, Titus Hymeni vocatus; ab illo audiui quod dico: nescio quis negauit ei, vel quod ei debebatur, & hominis fidei se commisit. Commotus prouocauit eum ad iusiurandum, iurauit ille, iste perdidit, sed isto perdente, ille penitus perijt. Dicebat ergo iste Titus Hymeni homo grauis, & fidelis, ipsa nocte se exhibitum fuisse ad iudicem, & cum magno impetu atque terrore se peruenisse ad præsidentem excelsum quendam. & admirabilem virum, cui parebat officium similiter excelsorum, iussum fuisse perturbatum retro reuocari, & interrogatum fuisse his verbis. Quare prouocasti hominem ad iurationem, quem sciebas falsum iuraturum. Respondit ille; Negauit mihi rem meam, Responsum est illi, & nonne melius erat vt rem tuam, quam exigebas, perderes, quam animam hominis istius falsa iuratione perimeres? Prostratus est, iussus est cedi. Cæsus est tam grauiter, vt in dorso euigilantis vestigia plagarum apparerent. Sed dictum est illi; Postea quam emendatus es, parcitur innocentiæ tuæ, de cætero, caue ne facias. Fecit ille quidem magnum peccatum, & emendatus est. Sed multo grauius peccatum faciet, qui post istum meum sermonem & exhortationem, tale aliquid fecerit. Cauete a falsa iuratione, cauete a temeraria iuratione. Ab his duobus malis cauebitis, si consuetudinem iurandi a vobis abstuleritis.

42 *Li. 4. dial. c. 18. 11.*

GREGORIVS sic habet: Quidam vir, cunctis in hac vrbe notissimus, ante triennium filium habuit, annorum ficut arbitror quinque, quem nimis carnaliter diligens, remisse nutriebat, atque idem paruulus (quod dictu graue est) mox vt eius animo aliquid obstitisset, maiestatem Dei blasphemare consueuerat, qui in hac ante triennium mortalitate percussus, venit ad mortem. Cumque eum suus pater in sinu teneret, sicut hi testati sunt qui præsentes fuerunt, malignos ad se venisse spiritus, trementibus oculis puer aspiciens, cœpit clamare: obsta pater, obsta pater, qui clamans declinauit faciem, vt se ab eis in sinu patris absconderet. Quem cum ille trementem requireret quid videret, puer adiunxit, dicens, Mauri homines venerunt, qui me tollere volunt, qui cum hoc dixisset, maiestatis nomen protinus blasphemauit, & animam reddidit. Vt enim omnipotens Deus ostenderet, pro quo reatu talibus fuisset traditus executoribus, vnde viuentem pater suus noluit corrigere, hoc morientem permisit iterare, vt qui diu per diuinitatis patientiam blasphemus vixerat, quandoque per diuinitatis iudicium blasphemaret & moreretur, quatenus reatum suum pater eius agnosceret, qui paruuli filij animam negligens, non paruulum peccatorem, gehennæ ignibus nutrisset.

1 *Hom. 2. ex posit. 2. in Cant. to. 2.*

48

2 *Li. 1. aduersus Pelagianos to. 2. Tract. 3.*

Iuste

Iusti secundum varias considerationes, perfecti, et imperfecti sunt, ac dicuntur. Cap. XII.

ORIGENES explicans verba illa; Indica mihi vbi pascas, vbi cubes in meridie, ait: Sponsum percontatur sponsa, in quibus amœnitatibus meridianos percurrat æstus, meridiem appellans illa cordis secreta, quibus clariorem scientiæ lucem a verbo Dei anima consequitur. Hoc enim tempus est, quo sol excelsiorem circuitus sui verticem tenet. Si quando ergo sol iustitiæ Christus, Ecclesiæ suæ excelsa, & ardua virtutum suarum secreta manifestat, amœna eam pascua, cubiliaque meridiana videbitur edocere. Nam cum adhuc initia habet discendi, & prima (vt ita dicam) ab eo scientiæ suscipit rudimenta tunc dicit propheta: Adiuuabit eam mane diluculo. Nunc ergo: quia perfectiora iam quærit, & excelsiora desiderat, meridiarum scientiæ lumen exposcito. Hinc puto, & Abrahæ post multas eruditiones, quibus apparens ei Deus, imbuit eum de singulis, & docuit, post refertur, quia visus est ei Deus ad quercum Mambre sedenti ad ostium tabernaculi sui meridie. Si enim lux, quæ in hominis est mente, & puritas cordis clara fuerit & splendida, iste meridianum tempus in semetipso habere videbitur, & per hanc puritatem cordis, quasi in meridie positus, Deum videbit. Foris quæ sedet ad ostium tabernaculi. Foris etenim est extra corpus posita mens eius, qui longe est à corporalibus cogitationibus, longe a carnalibus desiderijs, & ideo ab his omnibus foris positum visitat Deus. Eiusdem quoq; mysterij est, q̃ Ioseph fratres suos suscepit in Aegypto, in meridie, eos pascit, & in in meridie adorant eum cum muneribus.

1 *Hom. 2. ex posit. 2. in Cant. to. 2.*

HIERONYMVS inquit; ad Philippenses Paulus ait: Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim, curro autem si quomodo comprehendam, in quo & comprehensus sum a Christo Iesu. Fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Vnum autem, quæ retro sunt obliuiscens, ad ea vero quæ sunt priora extendens me ipsum, ad brauium persequor supernæ vocationis in Christo Iesu. Quotquot ergo perfecti sumus hoc sentiamus, & si quid aliter sapitis, & hoc vobis Deus reuelauit. Dicit se nondum comprehendisse, & nequaquam esse perfectum, sed instar sagittarij ad signum iacula dirigere. Et asserit prę teritorum se semper obliuisci, & ad priora semper extendi, per quæ docet prærerita negligenda, & futura cupienda, vt quod hodie perfectum putauit, dum ad meliora & priora extenditur, cras imperfectum fuisse conuincat. Atque ita per singulos gradus, dum nunquam instatione, sed semper in cursu est, imperfectum doceat quod homines putabamus esse perfectum, solamque perfectionem, & veram iustitiam, Dei tantum virtutibus coaptandam. Secundum propositum, inquit, persequor ad brauium supernæ vocationis. O Paule dicis te nondum accepisse, & necdum comprehendisse, & necdum esse perfectum, & præteritorum semper obliuisci, & ad priora te extendi, si quomodo possis occurrere in resurrectione mortuorum, & consequi brauium supernæ vocationis? Et quomodo statim infers quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus? Comprehendisse quod non comprehendimus, accepisse quod non accepimus, esse perfectos, qui nondum perfecti sumus? Quid ergo sapimus, immo quid sapere debemus, qui perfecti non sumus. Imperfectos nos esse confiteris, & necdum comprehendisse, necdum accepisse. Hæc est hominis vera sapientia, imperfectum esse se nosse, atque vt ita loquar, cunctorum in carne iustorum, imperfecta perfectio est. Rem nouam audio. Qui paulo ante dixerat, non quòd iam acceperim, aut iam perfectus sim, & vas electionis, qui pro confidentia habitantis in se Christi audebat loqui; an experimentum quæritis eius qui in me loquitur Christus, & tamen simpliciter fatebatur se non esse perfectum, nunc quod sibi proprie denegabat, mittit in turbam, iungitque se cum ceteris, & ait quotquot ergo perfecti sumus, hoc sentiamus. Sed qua ratione hoc dixerit exponit in sequentibus. Hoc inquit sapiamus, qui volumus secundum humanæ fragilitatis modulum esse perfecti, necdum nos accepisse, necdum comprehendisse, necdum esse perfectos. Ex quo perspicuum est duas in Scripturis sanctis esse perfectiones. Primam perfectionem & incomparabilem veritatem perfectamq; iustitiam Dei virtutibus coaptandam, secundam autem, quæ competit nostræ fragilitati, iuxta illud, quod in psalmis dicitur: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens, ad eam iustitiam, quæ non comparatione, sed Dei scientia dicitur esse perfecta. Iob quoque, & Zacharias, & Elisabeth iusti dicti sunt secundum eam, iustitiam, quæ possit in iniustitiam aliquando mutari, & non secundum illam, quæ numquam mutari potest, de qua dicitur: Ego Deus, & non mutor. Et hoc est quod Apostolus alio loco scribit: Etenim non est glorificatum, quod glorificatum est propter excellentem gloriam, quod videlicet legis iustitia ad comparationem Euangelicæ gratiæ, non videatur esse iustitia. Si enim, ait, quod destruitur gloriosum est, multo magis quod permanet, erit in gloria. Et iterum: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Et videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc cognoscam sicut & cognitus sum. Et in psalmis: Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, & non potero ad eam. Et iterum: existimabam vt cognoscerem, hoc labor est ante me, donec intrem in sanctuarium Dei, & intelligam in nouissimis eorum. Et Hieremias: Stultus est omnis homo scientia. Et idem Paulus: Fatuum seu stultum Dei, sapientius est hominibus. Vnde constat quòd comparatione Dei, nulla creatura potest esse perfecta, secundumq; veram, consummatamque iustitiam. Ceterum alium differre ab alio, & diuersas esse in hominibus iustitias; nulli dubium est, & vel maiorem esse alium, vel minorem, & tamen secundum statum, & mensuram suam posse iustos nominari, quia aliorum comparatione iusti non sunt. Stella a stella differt in claritate, & in vno corpore Ecclesiæ membra diuersa sunt. Habet sol fulgorem suum, luna quoque noctis tenebras temperat, & innumerabiles aliæ sunt stellæ, quas micare in firmamento cernimus. In singulis diuersa sunt lumina, & tamen in suo vnaquęque perfecta est, ita duntaxat, vt comparatione maioris, perfectione careat. Vnde Apostolus dicit: Numquid omnes Apostoli? Numquid omnes Prophetæ; Nunquid omnes doctores? Nunquid omnes donationes habent sanitatum? Nunquid omnes linguis loquuntur? Nunquid omnes interpretantur; Aemulamini dona maiora, omnia autem hæc operatur vnus atque idem spiritus, diuidens singulis, prout vult. In domo magna, vasa diuersa sunt, alia aurea, alia argentea, ænea, terrea, ligneaque. Et tamen secundum modulum suum cum æneum vas perfectum sit, comparatione argentei vasis imperfectum dicitur, rursumque argenteum aurei collatione, deterius est. Atque hoc modo dum sibi inuicem comparantur, imperfecta & perfecta sunt omnia. In agro terræ bonæ ex vna semente trecenarius, & sexagenarius, & centenarius fructus exoritur, ipsis numeris indicatur impar esse quod nascitur, & tamen in suo genere perfecta sunt singula. Ex quibus omnibus constat non solum ad comparationem Diuinæ Maiestatis homines nequaquam esse perfectos, sed ne Angelorum quidem & ce-

2 *Li. 1. aduersus Pelagianos to. 2. Phil. 3.*

Pſ. 142.

Luc. 1.

2. Cor. 3. 4

1. Cor. 13.

Pſ. 138.

1. Cor. 1.

1. Cor. 15.

5 *1. Cor. 12.*

terrorum hominum, qui virtutum culmina conscenderunt, cum & tu qui meliores alterius collatione, quem imperfectum esse monstraueris, rursum ab alio te præunte vincaris ac per hoc non habeas veram perfectionem, quæ si perfecta sit, nulla re indiget. Prouocat autem diuinus sermo ad perfectionem, vt secundum vires nostras vnusquisque nostrorum quantum valuerit extendatur, si quomodo valerit præuenire, & comprehendere brauium supernæ vocationis. In beatitudine autem, vbi cuncta perfecta erunt, erit Deus omnia in omnibus. Nunc autem ex parte prophetamus, & ex parte cognoscimus. Nec enim possunt omnia esse in omnibus hominibus. Perfectus ergo erit sanctus, in eo quod fecit, & imperfectus in eo quod facere non potuit.

6

Libr. 7. de natura, & gratia contra Pelagianos. to. 7. Psal. 142.

AVGVSTINVS explicans locum psalmi, Quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuês, ait: Testimonium hoc & alia huiusmodi, sic intelligi possunt, vt perfectam plenamque iustitiam, cui nihil prorsus addendum sit, dum in hoc corpore viuimus, consequi non possimus. Infra: Abstinet se ab omni re mala, qui habet peccatum, quod in se regnante non sinit, cui surrepit improbanda cogitatio, quam peruenire ad finem operis non permittit. Sed aliud est non habere peccatum, aliud non obedire desiderijs eius. Aliud est implere, quod præceptum est non concupisces, & aliud est per quendam abstinentiæ conatum saltem id agere, quod item scriptum est: Post concupiscentias tuas ne eas. Facere ergo iustitiam est in vero Dei cultu, cum interno concupiscentiæ malo, interna conflictatione pugnare, perficere autem, omnino aduersarium non habere. Nam qui pugnat, & adhuc periclitatur, & aliquando percutitur, etiam si non sternitur. Qui autem non habet aduersarium, plena pace letatur, & ipse esse sine peccato verissime dicitur in quo nullum habitat peccatum, nõ qui per abstinentiam mali operis dicit, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.

Rom. 7.

7

Li. 3 cõtra duas epistolas Pelagianorum ad Bonifacium.

IDEM conciliat duo loca Pauli ad Philippenses 3. Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim, fratres, ego me non arbitror comprehendisse. Et paulo post, qui se negauerat esse perfectum, Quotquot ergo perfecti, inquit, sumus, hoc sentiamus. In quibus verbis ostendit secundum istius vitæ modum esse quandam perfectionem, eique perfectioni hoc quoque deputari, si se quisque nouerit nondum esse perfectum. Infra: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Hic dictum est, beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, in cœlo autem, quoniam ipsi saturabuntur. Quis igitur ita non solum a diuino, sed a sensu quoque abhoret humano, qui dicat in homine tantam esse posse iustitiam, cum ab illo esuritur & sititur, quanta erit cum ex illa saturabitur? Quam vero est non dico impudens, sed insana superbia, nondum esse æquales angelis Dei, & putare se iam posse habere iustitiam æqualem angelis Dei, nec intueri tam magnum, & spiritualem virum, qui vtique ipsam iustitiæ perfectionem esuriebat & sitiebat, quando magnitudine reuelationum noluit extolli, & datus est ei angelus satanæ, audiuitque nam virtus in infirmitate perficitur. Huius igitur iustitiæ perfectione sunt præditi angeli Dei in cœlo. Hanc perfectionem, virtutis vtique, nondum habebat Apostolus Paulus, sed inerat ei extollendi se infirmitas. Et quid est virtus in infirmitate perficitur, nisi quia in isto loco infirmitatis, hactenus perfectio potest esse virtutis, vt in ipsa infirmitate præsente, elatio reprimatur? Ex quo factum est, virtutem quę

1. Cor. 13.

8 nunc est in homine iusto, perfectam hactenus numerari, vt ad eius perfectionem pertineat etiam ipsius imperfectionis & in veritate cognitio, & in humilitate confessio. Tunc enim est secundum hanc infirmitatem pro suo modulo perfecta ista parua iustitia, quando etiam, quid sibi desit intelligit. Ideoque Apostolus, & imperfectum, & perfectum se dicit. Imperfectum, scilicet cogitando quantum illi ad iustitiam desit, cuius plenitudinem adhuc esurit & sitit. Perfectum autem, quod & suam imperfectionem confiteri non erubescit, & vt perueniat, bene procedit, sicut possumus dicere perfectum esse viatorem, cuius bene promouetur accessio, quamuis non perficiatur intentio, nisi fuerit facta peruentio. [Infra:] Cum dixerit Paulus secundum iustitiam quæ ex lege est, fuisse sine querela, mox addit: Quæ mihi lucra fuerunt, hæc propter Christum damna esse duxi. Nimis insipienter dicitur, tantum amari Deum antequam videatur, quantum amabitur, cum videbitur. Porro si in hac vita, pio nemine dubitante, quanto amplius diligimus Deum, tanto vtique sumus iustiores, quis dubitet piam veramque iustitiam, cum fuerit dilectio Dei perfecta, tunc perfici? Hæc omnia nondum plena & perfecta in Apostolo erant, sed tanquam in via positus, ad eorum plenitudinem perfectionemq; currebat. Infra: Admonens Paulus eos, qui possent iustitiæ plenitudine iam se putare perfectos, Quot ergo inquit, perfecti sumus, hoc sapiamus, tanquam diceret, si secundum hominis mortalis capacitatem pro huius vitæ modulo perfecti sumus, ad ipsam perfectionem hoc quoque pertinere intelligamus, vt angelica illa quæ in Christi manifestatione nobis erit iustitia, nondum nos perfectos esse sapiamus. Licet ergo non immerito in aliquibus iustis pro huius vitæ capacitate perfecta dicitur iustitia, parua tamen est ad illam magnam quam capit æqualitas angelorum. Quam qui nondum habebat, & propter illam, quæ iam inerat perfectum, & propter istam, quæ adhuc deerat, imperfectum se esse dicebat.

Philip. 3.

Rom. 6.

9

In Psal. 5. to. 8.

IDEM explicans illa verba; Adorabo ad templum sanctum tuum, in timore tuo, inquit: Ad templum, sicut prope templum intelligimus. Non enim ait, Adorabo in templo sancto tuo, sed adorabo ad templum sanctum tuum. Intelligendum etiam est, non de perfectione, sed de progressu ad perfectionem dictum esse, Vt illud perfectionem significet; introibo in domum tuam: sed vt hoc proueniat prius adorabo, inquit, ad templum sanctum tuum. Domine deduc me in tua iustitia. Satis hic declarauit in profectione se esse, ideest in profectu ad perfectionem nondum in ipsa perfectione, quando vt deducatur, exoptat.

10

In Psal. 38.

IDEM exponens verba illa; Notum fac mihi Domine finem meum, ait: Transilui quædam, & veni ad quædam, & ea in quæ veni, meliora sunt eis a quibus transiliui, sed restat adhuc quod transiliendum sit. Finem meum notum mihi fac. Finem, qui mihi deest non cursum, qui mihi adest. Finem illum dicit, quem currens intuebatur Apostolus, & de sua imperfectione confitebatur, aliud in se intuens, aliud alibi quærens. Ait enim non quod iram acceperim, aut iam perfectus sim, fratres ego me non arbitror apprehendisse, nondum perfectus sum. Curramus, intendamus, in via sumus, nec tam sis securus ex eis quæ transisti, quam solicitus pro eis ad quæ nondum peruenisti. Hoc desiderauis Dauid notum sibi fieri cum hic esset, vt sciret quid sibi deesset, & non tam gauderet de his ad quæ peruenerat, quam & desideraret ea, ad quæ nondum peruenerat.

Phil. 3.

11

Tract. 41. in Ioann. to. 9. Iob 25.

IDEM exponens verba illa; Si filius vos liberauerit, tunc vere liberi eritis, sic habet: Libertas alia est in hac vita, alia in futuro. In hac vita, nullus liber est a peccato. Quis enim mundus? nec infans, cuius est vnius diei vita super terram. In hac vita inchoata est; non perfecta libertas. Quare non est perfecta libertas? Quia video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, non enim quod volo bonum hoc ago, sed quod odi malum

Rom. 7. Gal. 5.

illud

Gal. 5. ipsum facio. Caro, inquit, concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, vt non ea quæ vultis illa faciatis, ex parte libertas, ex parte seruitus, nondum tota, nondum pura, nondum perfecta libertas, quia nondum plena æternitas. Habemus enim ex parte infirmitatem, & ex parte accepimus libertatem. Condelector legi Dei secundum interiorem hominem. Ecce vnde libertas, inde liberi vnde condelectamur legi Dei. Delectat me lex, delectat me quod iubet lex, delectat me ipsa iustitia. Video autem aliam legem in membris meis. Ecce quæ remansit infirmitas. Ex hac parte sentit captiuitatem, vbi non est impleta iustitia. Nam vbi condelectatur legi Dei, non captiuus, sed legis amicus est. Sed si carne seruis legi peccati, fac quod ait ipse Apostolus; Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desiderijs eius, neque exhibeatis membra vestra, arma iniquitatis peccato. Non ait, non fit, sed non regnet. Quamdiu viuis, peccatum necesse est esse in membris tuis, saltem illi regnum auferatur, non fiat quod iubet. Surgit ira, noli dare iræ linguam ad maledicendum, noli dare iræ manum aut pedem ad feriendum, non surgeret ista ira irrationabilis, nisi peccatum esset in membris, sed tolle illi regnum, non habeat arma vnde contra te pugnet, discet etiam non surgere, cum arma non cœperit inuenire. Fræna iram, coerce concupiscentiam, inest tamen quod frænetur, quod coerceatur. Quid autem volebat ille iustus, mente seruiens legi Dei, nisi vt omnino non esset quod frænaretur? Et hoc debet conari omnis qui tendit ad perfectionem, vt ipsa concupiscentia minuatur. Perficere bonum non inueniebat Paulus, quia non poterat facere, vt non concupisceret, faciebat tantum vt concupiscentiam refrænaret, post concupiscentias non vadens.

Philip. 3. 12

Rom. 6.

9 In Ps. 5. 10. 8.

Iusti & impij dicuntur, domini, serui, ac compediti in Sacra Scriptura, sed differenter.

Cap. XIII.

1 Hom. 7. in Gen. to. 1. ORIGENES ait; duo sunt filij Abraham, vnus de ancilla, & vnus de libera, vterque tamen filius Abraham, licet non vterque de libera. omnes, qui per fidem veniunt ad agnitionem Dei possunt filij Abrahæ dici. Sed in his sunt aliqui pro charitate adhærentes Deo, alij pro timore futuri iudicij. iste, qui in charitate perfectus est, & de Abraham nascitur, & filius liberæ est. Qui vero fururæ pœnæ metu mandata custodit, de ancilla est filius Abrahæ. De quo dicit Paulus: Quanto tempore heres paruulus est nihil differt a seruo Si vero relinquens initiorum Christi sermonem, ad perfectionem feratur, & quæ sursum sunt quærat, ex illis erit qui non accipiunt spiritum seruitutis iterum in timore, sed spiritum adoptionis in quo clamat, Abba pater.

10 In Ps. 38. Galat. 4. Rom. 8. Phil. 3.

2 Hom. 15. in Genesin. IDEM explicans verba illa quæ Iacob dicta sunt de Ioseph, Filius tuus Ioseph viuit, & dominatur in omni terra Aegypti, inquit: Calcare libidinem, fugere luxuriam, omnesque voluptates corporis premere, ac frænare, hoc est principatum gerere totius Aegypti. Si quis vero est, qui aliqua quidem vitia corporis subiuget, alijs vero cedat, de isto non integre dicitur, quia principatum agit totius terræ Aegypti, sed vnius, aut alterius ciuitatis: Ioseph vero, cui nulla corporis libido dominata est, totius Aegyti princeps & dominus fuit.

11 Tract. 41. in Ioann. to. 9. Iob 25.

3 Hom. 16. in c. 47. Gen. IDEM explicans quomodo omnes Aegyptios premente fame, Pharao in seruitum redegit, ait Pharao populum sibi in seruitutem redegit, nec aliquem intra Aegyptiorum fines liberum dereliquit, sed in omni terra Aegypti libertas adempta est. Factaque est Aegyptus domus seruitutis, & quod est infelicius voluntariæ seruitutis. Nam de Hebræis quamuis legatur, quia in seruitutem redacti sunt, & quia iugum dominationis pertulerint, violenter tamen ad hoc memorantur addicti. Scriptum est enim, quia Ægypti oderant filios Israel, & per potentiam opprimebant eos violenter, & affligebant vitam eorum in operibus duris luti & lateris, in quibus omnibus in seruitutem eos redigebant cum vi. Hebræi violenter scribuntur in seritutem redacti, quibus naturalis inerat libertas, quæ non eis facile, sed per vim extorquebatur; Pharao vero Ægyptium populum facile sibi in seruitutem redegit. Prochues enim sunt Ægyptij ad degenerem vitam, & cito ad omnem famulatum decidunt vitiorum. Respice ad originem generis, & inuenies, quòd pater eorum Cham, qui nuditatem riserat patris, huiusmodi sententiam meruit, vt filius eius Chanaan seruus esset fratribus suis, quo in eo nequitiam morum arguere conditio seruitutis. Hebræi vero etiam si in seruitutem redigantur, etiam si tyrannidem patiantur ab Ægyptijs, violenter, & necessitate patiuntur. Idcirco ergo liberantur de domo seruitutis, & ad libertatem pristinam, quam inuiti amiserant, reuocantur. Denique etiam diuinis legibus cauetur, vt si forte emerit quis Hebræum seruum, non eum perpetua seruitute possideat, sed sex annis seruiat ei, septimo vero anno exeat liber. De Ægyptijs vero nihil tale censetur, nec vlquam diuina lex curam gerit libertatis Ægyptiæ, qui eam sponte perdiderant, sed æterno eos conditionis iugo, ac seruituti perpetuæ dereliquit. Hæc ergo si intelligamus spiritualiter, quæ sit Ægyptiorum seruitus, agnoscimus, quia seruire Ægyptijs, nihil aliud est quam obnoxium fieri carnalibus vitis, & dæmonibus esse subiectum. In quod vtique vnumquemque non extrinsecus illata necessitas cogit, sed segnities animi, & libido, ac voluptas corporis subigit, cui se animus per concordiam subdit. Qui vero libertatis animæ curam gerit, & dignitatem mentis, cœlesti cogitatione nobilitat, iste ex filijs Israel est. Qui etiam si violenter opprimatur ad tempus, non tamen libertatem suam in perpetuum perdit. Denique & Saluator in Euangelio de libertate & seruitute differens, ait: omnis, qui peccat, seruus est peccati. Et iterum dicit: Si cognoueritis veritatem, veritas liberabit vos.

4 Deut. 15. Ioan. 8.

5 Hom. 8. in c. 20. Exod. IDEM exponens verba illa; Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti de domo seruitutis, sic habet: Hæc de te dicta sunt, si vltra Aegyptijs non seruias. Vide si non negotia sæculi, & actus carnis, domus est seruitutis: Sicut rursum e contrario, relinquere sæcularia, & secundum Deum viuere domus est libertatis. Ergo Ægyptus domus est seruitutis: Iudæa vero & Hierusalem domus est libertatis. Sicut Aegyptus ista terrena prouincia, filijs Israel domus dicitur seruitutis, ad comparationem Iudææ & Hierusalem, quæ eis domus efficitur libertatis, ita ad comparationem cœlestis Hierusalem, quæ (vt ita dicam) mater est libertatis, totus hic mundus, & omnia quæ in hoc mundo sunt, domus est seruitutis. Et quoniam de paradiso libertatis pro pœna peccati ad huiusmodi ventum fuerat seruitutem, idcirco primus sermo decalogi, id est prima mandatorum Dei vox, de libertate profertur, dicens: Ego sum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti de domo seruitutis. Hanc vocem in Aegypto positus audire non poteras. Sed ne inde quidem profectus in prima mansione, nec in secunda, nec in tertia, nec cum transires rubrum mare, sed cum perueneris ad montem Syna. Multis ergo ante laboribus peractis, multis ærumnis & tentationibus superatis, vix aliquando mereberis præcepta suscipere libertatis, & audire a Domino: Ego Dominus, qui eduxi te de domo seruitutis.

6 IDEM explicans verba illa capitis quinti de cantico Deboræ; Audite reges, &c. ait: Reges appellat eos, qui conuocantur ad audiendum verbum Dei. Exulta populе Dei, audiens tuæ nobilitatis insignia. Tibi dictum est, regale genus, populus in acquisitionem, ideo quia vos reges estis merito rex noster Christus Dominus, rex regnum dicitur, & Dominus dominantium. Regem te omnium esse facit, si regnet Christus in te. Rex namque a regendo dictus est. Si ergo, & in te animus regnat, & corpus obtemperat, si concupiscentias carnis sub iugum imperij tui mittas, si vitiorum gentes, sobrietatis tuę frœnis arctiorib. premas, merito rex diceris, qui te recte regere noueris. Cũ ergo talis fueris effectus, digne vt rex ad audiẽda diuina verba vocaberis.

Hom 6. in lib. Iud.

7 IDEM explicans illa verba: Paulus seruus Iesu Christi, cui seruio, sic habet. Cur seruus dicitur is qui alibi scribit, non accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba pater. Et iterum: quia estis filij, misit Deus spiritum filij sui in corda nostra clamantem; Abba pater. Itaque iam nõ est seruus, sed filius. Quomodo ergo se seruum confitetur? Siue id secundum illam humilitatem dictum putemus, quam Dominus docuit, dicens: Discite a me quia mitis sum & humilis corde, non errabimus. Neque enim per hoc lædetur veritas libertatis in Paulo. Dicit enim, & ipse: nam cum liber sim ab omnibus hominibus, me seruum feci. Seruit ergo Christo, non in spiritu seruitutis, sed in spiritu adoptionis, quia omni libertate nobilior est seruitus Christi. Alibi dicit: Qui seruus vocatus est, libertus est Domini. Libertus enim neque ex integro liber, neque ex integro seruus est appellatus. Seruus est Paulus sapientiæ, iustitiæ, veritatis, & omnium omnino virtutum. Sed & illud (si videtur) in hoc loco addimus, quòd sicut scientia, quæ nunc datur sanctis, est per speculum in ænigmate, ita & libertas quæ nunc sanctis præstatur, nondum plena libertas est, sed velut per speculum: & ideo sancti seruos se esse dicunt ad comparationem illius libertatis, quæ est in cœlo. Quomodo etenim potest in carne quis positus, adipisci integram libertatem, vt in nullo iam seruiat carni? Sicut nec adoptionem filiorum quis in corpore positus habere quis ex integro potest? Atque vtinam hoc saltem obtinere quis in hac vita possit, vt seruus quis Christi ex integro fiat. Non carni, non sanguini, non vanæ gloriæ, non cupiditati, non auaritiæ, non iracundiæ, non inuidiæ, sed qui soli Christo, ideſt, omnibus simul virtutibus seruiat.

Lib. 1. in c. 1. epist. ad Rom. to. 3.

Matt. 11.

1. Cor. 9.

1. Cor. 7.

8 CHRYSOSTOMVS ait: Reges efficimur, si voluerimus absurdis imperare cupiditatibus; nam is demum regnat, & quidem verius quàm qui diademate cinctus est. Rex multos habet exercitus: at nos longe plures habemus cogitationes. Quæ res alia facit regem? vestes? At hic melioribus indutus est, potio remque gestat stolam, quam neque tinea exedit, neque tempus consumit. Deinde variam gestat coronam, tum eam, quæ est gloriæ, tum eam, quæ est miserationum Dei. Ait enim: Benedic anima mea Domino, qui te coronat in misericordia & miserationibus. Rex dominatur, satellitibus omnibus imperat, & obediunt omnes, eique inseruiunt: iusto subduntur cogitationes. Patriarcha Abraham, cum uberetur interficere filium, cogita quàm multæ cogitationes tunc insurrexerint in illum, & tamen subegit omnes; omnes illum metuebant magis quàm regem, metuunt satellites, omnesq; solo oculorum intuitu compescuit, nec vlla illarum ausa est erumpere, sed submittebant vultus ac velut Imperatori cedebant vniuersæ, quamuis erant acerrimæ omnes. Attamen tot cogitationibus in illum armatis, multa erat tranquillitas, stabant compositæ omnes, ornantes illum verius quam terrentes.

Hom. 3. in 2. epist. ad Cor. c. 4.

Ps. 102.

Gen. 22.

9 IDEM Inquit: Quid iuuat integris gentibus dominari, si serui perturbationum sumus. Quid nocet nulli hominum principari, si vitiorum tyrannide celsiores sumus? Illud summa libertas, illud imperium, illud regnum, atque potestas, illa vero omnia misera seruitus, quamtumlibet coronas innumeras quis habeat. Quomodo enim illi intus dominorum multitudo imperat, auaritia scilicet, ira, libido, & perturbationes reliquæ. Diadema quid prodest? Acriore tyrannide premitur, quando illum, quo minus subditus sit, corona nequit eripere. Quemadmodum si apud Barbaros detineretur seruus quispiam rex, & illi ad maioris seruitutis indicium, neque purpuram, neque diadema auferant, sed cum illis insignibus, & aquas ferre, & coquere, & alia inferre ministeria iubeant, ad maiorem & sui honorem, & ignominiam illius, ita Barbaris omnibus immanius vitia ista imminent nobis. Nam qui ista contemnit, Barbaros quoque irridebit, qui vero succumbit, longe diriora ab his, quam a Barbaris patietur. Quippe Barbari, cum præualent viribus, concidunt corpus: hæc vero, animam cruciant, & omni ex parte dilaniant. Barbarus victor, temporali tradit neci: hęc autem, in æternam præcipitant mortem. Solus ergo liber est ille, qui libertatem intrinsecus habet, sicut ille seruus est, qui succumbit irrationabilibus vitijs.

Ho. 18 in 1 epist. ad Tim.

10 HIERONYMVS ait: Duplicia sunt in scripturis vincula, quæ quandiu rupit Samson, vicit inimicos. vincula Christi voluntaria sunt, & vertuntur in amplexus. Quicumq; his fuerit colligatus, dicet, lęua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Præcepta virtutum vincula putemus æterna, iuxta illud, quod in Isaia dicitur: Et Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt, post te ambulabunt vincti manicis. Et Paulus vinctus est Iesu Christi. Alia vincula sunt mala, sicut de meretrice legimus, vinculum in manibus eius. Et explicans Domini dicenti: Dirumpamus vincula eorum, & proiciamus a nobis iugum ipsorum. Et alibi: Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.

In epist. ad Fabiolã, de quadragiuta duabus mãsionib. to. 3. Cant. 2. Is. 45. Eph. 3. Eccl. 7. Ps. 2. Ps. 123.

11 IDEM explicans verba illa: Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera, inquit: Si serui sumus peccati, Agar nos generauit Aegyptia. Vn de dicentibus Iudæis Domino: Semen Abrahæ sumus, & nemini seruimus vmquam, respondit Dominus: Omnis qui facit peccatum, seruus est peccati; seruus autem manet non manet in domo in æternum, filius autem manet in æternum. Si non regnat peccatum in nostro mortali corpore, vere Dei filij sumus. [Infra:] Cum Apostolo dicamus: Non sumus ancillæ filij, sed liberæ, & audiamus renouati vocem Domini dicentis: si manseritis in sermone meo, cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Hac libertate, & Apostolus liberatus aiebat: cum enim sim liber ex omnibus. Qui facit peccatum, seruus peccati est, ille quia se ex omnibus vitijs liberum ab omni concupiscentia & errore sciebat alienum, recte in Christi libertate gaudebat, dicens: Non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit.

Lib. 3. in c. 4. epist. ad Gal. c. 6.

Ioan. 8.

Rom. 6. Ioan. 8. 1. Cor. 9.

Gal. 4.

12 AVGVSTINVS explicans verba illa; Intret in conspectu tuo gemitus compeditorum, ait: Compedes sunt infirmitas, & corruptibilitas corporis, quæ aggrauant animam. Ab his compedibus concupiscebat, dissolui Apostolus, & esse cum Christo. Donec ergo corruptibile hoc induat incorruptionem, & mortale hoc induat immortalitatem, velut compedibus caro infirma impedit promptum spiritum. Has compedes non sentiunt, nisi qui in semetipsis ingemiscunt grauati, habitaculum quod de cœlo est, superindui cupientes. Pro his propheta gemitibus ingemit, vt intret in conspectu Dei gemitus compeditorum. Possunt, & illi intelligi compediti, qui præceptis sapiẽtiæ colligati sunt, quę patiẽter sustentata, in ornamẽta vertuntur.

in Ps. 78. to. 8. Phil. 1. 1. Cor. 15. 2. Cor. 5.

tuntur. Vnde scriptum est: Injcè pedem tuum in compedes eius.

13 Conc. 2. in Psal. 101

IDEM exponens verba illa; Dominus de cœlo in terram prospexit, vt audiret gemitus compeditorum, sic habet: Agnoscuntur compedes disciplinæ Dei, & timoris eius. Per quem timorem non timuerunt serui Dei eos qui corpus occidebant, quia eum timebant, qui corpus & animam potest occidere in gehennam. Matt. 10. Nisi enim compedibus timoris huius ligati essent martyres, quando illa omnia dura & molesta sustinerent a persecutoribus suis, quando eis liberum erat facere quod cogebantur, & euadere quod patiebantur? Sed alligauerat eos Dominus istis compedibus, duris quidem & molestis ad tempus, sed tolerandis propter promissa eius, cui dicitur: propter verba labiorum tuorum, ego custodiui vias duras. Psal. 16. Gemendum quidem est in his compedibus ad impetrandam misericordiam Dei; vnde vox martyrum est in alio psalmo: Intret in conspectu tuo gemitus compeditorum. Psal. 78. Non tamen euitandæ sunt tales compedes, vt appetatur pernicioſa libertas. Proinde scriptura, ne recusemus esse compediti sapientiæ, sic nos alloquitur: audi fili, & excipe sententiam meam, & ne abijcias consilium meum, & infer pedem tuum in compedes illius, & in torquem eius collum tuum, subijce humerum tuum, & porta illam, & ne oderis vincula eius, in omni anima tua accede ad illam, & in omni virtute tua serua vias eius, inuestiga, & inquire, & innotescet tibi, & continens factus ne derelinquas eam, in nouissimis enim inuenies requiem eius, & conuerteretur tibi in lætitiam, & erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & torques illius in stolam gloriæ, decus enim aureum est in illa, & vincula illius fila hyacinthina, stolam gloriæ indues eam, & coronam exultationis superpones tibi. Clament ergo compediti quamdiu sunt in vinculis disciplinę Dei, in qua sunt exercitati martyres, soluentur compedes & volabunt, & eadem ipsa postea in ornamentum conuertuntur. Quid enim persecutores occidendo martyres fecerunt, nisi vt compedes soluerentur, & in coronas conuerterentur? De cœlo ergo respexit Dominus, vt audiret gemitus compeditorum, vt soluat filios mortificatorum. Mortificantur illi, filij autem mortificatorum nos sumus. Quomodo autem soluimur nos, nisi cum discimus ei, dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis? Psal. 115. Soluitur autem vnusquisque a vinculis cupiditatum malarum, vel a nodis peccatorum suorum, sicut Lazarus egressus de monumento, soluitur & iubetur abire. Ioan. 12.

14 Li 30. Moral. c. 12. s. 1

GREGORIVS explicans verba illa Iob cap. 39. Quis dimisit onagrum liberum in solitudinem, & vincula eius quis soluit, inquit: Onager qui in solitudine commoratur, non incongrue vitam eorum significat, qui remoti a turbis secularibus conuersantur. Qui apte etiam liber dicitur, quia magna est seruitus secularium negotiorum, quibus mens vehementer atteritur, quamuis in eis sponte desudet. Cuius seruitutis conditione carere, est in mundo iam nil concupiscere. Quasi enim quodam iugo seruitutis premunt prospera, dum appetuntur, premunt aduersa, dum formidantur. At si quis semel a dominatione desideriorum temporali, colla mentis excusserit, quadam iam etiam in hac vita libertate perfruitur, dum nullo desiderio fœlicitatis afficitur, nullo aduersitatis terrore coarctatur. Hoc graue seruitutis iugum, Dominus vidit secularium ceruicibus impressum, cum diceret: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum meum suaue est, & onus meum leue. Asperum quippe iugum, & duræ sicut diximus seruitutis est pondus sub esse temporalibus, ambire terrena, retinere labenia, velle stare in non stantibus, appetere quidem transeuntia, sed cum transeuntibus nolle transire. Liber ergo dimittitur, qui calcatis terrenis desiderijs, ab appetitione rerum temporalium, securitate mentis exoneratur. Soluit Deus onagri vincula, quando abiecti vniuscuiusque animo infirmarum cogitationum nodos rumpit, & propitius dissipat omne quod illectam mentem tenebat, ac ligabat.

Matt. 11.

Iusti, qui peregrini sunt, dum uiuunt, dormiunt, & moriuntur mundo, & omnibus rebus extra Deum.

Cap. XIV.

CHRYSOSTOMVS exponens verba illa Genesis 46. in quibus interrogatus Iacob a Pharaone de annis vitæ respondit: Dies annorum vitæ meæ, quibus peregrinatus sum, pauci, & mali, ait: Vides quo modo omnes iusti in hac vita ita affecti sunt. Audies enim & Dauid post hæc dicentem: quia peregrinus ego sum, & aduena hic, dicit: Dies annorum vitæ meæ, quibus peregrinatus sum, Propterea & Paulus dicebat: de iustis illis, quòd confitebantur quasi peregrini, & aduenæ super terram.

1 Ho. 65. in Gen. to. 1. Gen. 47. Psal. 38. Heb. 11.

IDEM inquit: Si tibi quis construxisset domum hic non mansuro, damnum putasses, nunc autem hic vis ditari; vnde & ante vesperam sæpius emigrare contingit. Non vides, quòd in aliena terra versamur quasi hospites, & peregrini? non vides quòd aduenas contingit eijci, quando nec cogitant nec sperant? Id quod & nobis contingit. Igitur quoniam natura sumus aduenæ, simus & voluntate, vt ne illic fiamus peregrini, & ignobiles & neglecti. Nam si hic voluerimus fieri ciues, neque hic neque alibi erimus, sin peregrini manserimus, & sic conuersabimur, vt peregrinos decet, spem societatis habebimus eorum qui hic & qui illic sunt ciuium, in cælo enim sua habet habitacula, cui totus mundus hospitium est.

2 Ho. 16. in c. 8. epi. 2. ad Cor. c. 4

HIERONYMVS ait: Consideremus, quod in hac terra hospites sumus, & peregrinorum more pro diebus nouissimis habitamus. Vos enim de hoc mundo non estis, dicitur nobis. Quid ergo in aliena fatagimus? quid turbamur? Nemo in deteriori & extranea patria, plus eligit possidere, quàm in sua. De his tantum solicitudinem habere debemus & curam, quæ nobiscum transferre possumus. Ambiant terrena gentiles, quibus cælestia non debentur: Christianis diuitiæ, & hæreditas sit diuinitas Christi.

3 In epist. ad amicū quē dam, quem instituit in scientia diuinæ legis. to. 4.

IDEM explicans verba illa; Venit contractio super te, qui habitas in terra, inquit: Verba hæc super te, qui habitas in terra, iuxta illud Apocalypseos Ioannis debemus accipere. Vę super omnes, qui habitant in terra. Sanctus enim non est habitator terræ, sed aduena, & peregrinus. Dicitque; Aduena sum & peregrinus sicut omnes patres mei. Quamobrem & Abraham Hebræns, peregrinus transitorque memoratur, de præsenti sæculo ad futurum transire festinans.

4 Lib. 2. in c. 7. Ezec. c. 4 Apo. 8.

IDEM sic habet: Illud, quod a Balaam dicitur: Moriatur anima mea in animabus iustorum (nostra lectio habet morte iustorum) hunc habet sensum, vt cupiat mori sæculo atque peccato, ac viuere cum iustorum animabus, quorum vita Christus est, & possunt canere: Placebo Domino in regione viuorum. Nō est enim Deus mortuorum, sed viuorum.

5 Lib. 6. in c. 18. Ezech. Num. 23. Psal. 144. Matt. 12.

IDEM explicans verba illa Ezechielis cap. 39. Et erit in die illa dabo Gog locum nominatum Sepulchrum in Israel, vallem viatorum ad orientem maris, inquit: Hæretici decipere conantur viatores, eos videlicet, qui sęculum istud pertranseunt, & non sunt habitatores, sed peregrini dicentes illud propheticum: Aduena sum ego & peregrinus, sicut omnes patres mei. Quis n. prętereuntium, de quibus scriptū est: & non

6 Lib. 11. in Ezech. Psal. 38. Psal. 118.

dixerunt, qui præteribant, benedictio Domini super vos, non admiratur, & obstupescit, cum vallem viderit viatorum? Quæ viatoribus vallis, habitatoribus mons videtur.

7 *Lib. 1. in c. 4. Ose. t. 5.* IDEM exponens verba illa; Iudicium Domino cum habitatoribus terræ, non est enim veritas, & nō est misericordia, & non est scientia Dei in terra, ait: Recte, qui habitatores terræ sunt, & non incolæ ad iudicium prouocantur, quia a facie aquilonis exardescunt mala super habitatores terræ. Et in Apocalypsi Ioannis: Væ, væ, væ, dicitur super habitatores terræ. *Apo. 8.* Qui autem potest cum propheta dicere: aduena sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei, & pertransit mundum istum quasi aduena & peregrinus, veritatem sequitur & misericordiam, & scientiam Dei, ne inundatione maledicti atque homicidij, mendacij, & furti, & adulterij, & sanguinis opprimatur.

8 *In cap. 1. Ionæ.* IDEM exponens verba illa, quæ dixit, Ionas, Hebræus Ego sum, ait: Non dixit Iudæus ego sum, & scissura decem tribuum a duobus, populo nomen imposuit, sed Hebræus sum, hoc est transitor. Sicut & Abraham, qui dicere poterat, aduena sum ego, & peregrinus, sicut omnes patres mei, de quo in alio psalmo scribitur: *Ps 104.* Transierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum. Moyses, transeam, inquit, & videbo visionem hanc magnam.

9 *In cap. 4. Ionæ. Gen 4. Os. 11.* IDEM exponens verba illa; Et egressus est Ionas de ciuitate, & sedit contra orientem ciuitatis, in quit: Primus Cain homicida, & fratricida, cruentum mundum germani sanguine dedicans, odificauit ciuitatē, & vocauit eam ex nomine filij sui Enoch. Vnde & Osea propheta dicit: Deus ego, & nō homo, in medio tui sanctus, & non ingrediar in ciuitatem Egreditur ergo columba, vel dolēs de istiusmodi ciuitate, & habitat contra orientem, & est ibi in tabernaculo suo.

10 *In c. 1. Sophoniæ.* IDEM explicans verba illa; Congregant congregabo omnia a facie terræ, &c. ait Septuaginta interpretes hunc locum sic vertisse, defectione deficiat a facie terræ, dicit Dominus, deficiat homo & iumenta, deficiant volatilia cœli, & pisces maris. Defectionem in bonam partem possumus accipere, deficiuntq; qui conuersationem habentes in cœlis, & in carne non secundum carnem militantes, conuersantur, eo quòd sciant eos qui in carne viuant Deo placere non posse. Hi quantum in se est, omnia agunt, ne sint in carne, *Rom. 8.* sed in spiritu, & a terra recedentes aiunt: Conresuscitauit, & consedere nos fecit in cœlestibus in Christo. Quod autem primum dixerat generaliter defectione deficiat a facie terræ, postea in partes diuidit, deficiat homo, deficiant iumenta, deficiant volatilia, *Ps. 31.* deficiant pisces. Deficit quis vt homo, si contemnat humana, & non vltra moriatur, vt homo & audiat, *Ps 89.* ego dixi dij estis. Deficit alius, vt iumentum, quia ad altiora concendens accusatur sermone prophetico: homo sum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, similis factus est illis. Deficit quasi volatile cœli, qui facit sibi pennas aquilæ, & reuertitur ad domum præceptoris sui diues, & omnem deserens paupertatem. Deficit quasi piscis maris, qui comprehensus sagenis Domini, cum bonis piscibus separatur. Cum hæc fuerint patrata, subdit, & infirmabuntur impij, & auferam iniquos a facie terræ: infirmabuntur impij non habentes tantum robur quantum prius. Sed & tollentur iniqui, non dixit occidentur, sed tollentur, vt ad meliora conuersi, de impietate & iniquitate ad pietatem, iustitiamq; translati, incipiant esse quod ante non fuerant.

11 *Lib. 2. in c. 14. Prou. 30. 8.* IDEM explicans verba illa: Domus impiorum delebitur, tabernacula iustorum germinabunt, sic habet: Domus quippe in mansione, tabernaculis vti solet in itinere. Domus igitur impiorum delebitur, quia habitationem vitæ præsentis in qua semper manere desiderabant, perdent in morte reprobi, & hoc quod non præuidebant, exilium perpetuæ damnationis subibunt. Tabernacula autem iustorum germinabunt, quia præsens eorum conuersatio, in qua incolæ sunt apud Deum & peregrini, crescentibus sine cessatione meritis, ad fructum vsque suauissimum patriæ cælestis pertingit.

AVGVSTINVS exponens illa verba; Tibi derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor ait; Pupillo tu eris adiutor, idest ei, cui moritur pater hic mundus, per quem carnaliter genitus est, & iam potest dicere, mundus mihi crucifixus est, & ego mundo. *Gal. 6.* Talibus enim pupillis, pater fit Deus. 12 *In Psal. 9. to. 8.*

IDEM explicans verba illa; Quoniam aduena, seu inquilinus, ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei, sic habet: Quid est inquilinus; Vbi migraturus sum, non vbi perpetuo mansurus. Vbi perpetuo sum mansurus, dicatur Domus mea? Vnde migraturus sum, inquilinus sum, sed tamen apud Deum meum sum inquilinus, apud quem domo accepta mansurus sum, de qua domo Apostolus ait; Quoniam ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactā æternam in cœlis. Si domus hæc æterna est in cœlis, cum ad eam venerimus, inquilini non erimus. *2. Cor. 5.* Quomodo enim eris inquilinus in æterna domo? Hic autem, vbi dicturus est Dominus, migra, & quando dicturus est, nescis, paratus esto. Desiderando autem domum æternam, paratus eris, nec succenseas ei, quia cum vult dicit, migra. Non enim cautionem tibi fecit, & placito quodam se obstrinxit, & conductor domus accersiti certa pensione ad certum tempus, quando vult Dominus eius, migraturus ei, & peregrinus. Ergo ibi patria, ibi domus, inquilinus apud te, & peregrinus. Et hic subauditur apud te? Multi enim peregrini sunt cum diabolo, qui autem iam crediderunt, & fideles sunt, peregrini quidem sunt, quia nondum ad illam patriam, domumq; venerunt, sed tamen apud Deum sunt. Quandiu enim sumus *Ibidem.* in hoc corpore, peregrinamur a Domino, & ambimus siue hic manentes, siue peregrinantes placere illi. Peregrinus sicut omnes patres mei. Si ergo sicut omnes patres mei, dicturus sum, me non migraturum, cum illi migrauerint? Alia conditione mansurus sum, quàm illi manserunt?

IDEM explicans verba illa; Si dormiatis inter medios cleros pennæ columbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri, inquit: Dormire inter medios cleros est terrenum hæreditatem non quærere ardenter, & cœlestem hereditatem expectare patienter. Nam qui Deo propterea seruire volunt, dum quærunt in hac vita fœlicitatem, ablatus est somnus ab eis, & non dormiunt. Inflammantibus enim cupiditatibus, agitati in facinora propelluntur, nec omnino requiescunt desiderando vt acquirant, metuendo ne amittant. Hoc est quantum mihi videtur dormire inter medios cleros, id est, inter medias hæreditates, nondum in re, sed tamen in spe cælestis hæreditatis habitare, & a terrenæ fœlicitatis iam cupiditate conquiescere. Cum autem venerit quod speramus, non iam inter duas hæreditates requiescemus, sed in noua vera requiescemus, & regnabimus. Sic enim dormientes erunt pennæ columbæ deargentatæ, vt tempore quo resurgent, rapiantur in nubibus obuiam Christo in aera, & semper iam cum Domino viuant. Apostoli, & beati martyres, ceteriq; iusti vsque ad hoc tempus dormierunt inter medios cleros regni terreni, fœlicitatem iam contemnentes, & regni cœlorum æternitatem sperantes, & nondum tenentes. Et qui tam beate dormierunt, eis velut pennis nunc volitat & laudibus exaltatur Ecclesia. Columba igitur deargentata est, vt hac eorum fama ad imitandum posteris inuitatis, dum sic etiam dormiunt ceteri, addantur pennæ, quibus vsq; in finem sæculi sublimiter prædicetur. 13 *in Ps. 67.*

IDEM

14 IDEM explicans illa verba; Incola ego sum in
Cõtione 8. terra, non abscondas a me mandata tua, ait. Inquili-
In Psl 118 nos, & incolas nos esse in terra dicimus, quia supernã
patriam, vnde pignus accipimus, & quò peruenientes
Ps. 38. nunquam inde migremus, inuenimus. Nam & ille q
in alio psalmo dicit: Inquilinus ego sum apud te, &
12 peregrinus, sicut omnes patres mei, non ait, sicut om-
In Psal. 9. nes homines, sed dicendo, sicut omnes patres mei, iu-
to. 8. stos proculdubio vult intelligi, qui eum tempore præ
Gal. 6. cesserunt, & in hac peregrinatione gemitu pio sempi-
ternæ patriæ suspirarunt, de quibus scriptum est ad
Heb. 11. Hebræos: Secundum fidem mortui sunt hi omnes,
in Ps. 38. cum non accepissent promissiones, sed a longe eas vi-
dentes, & salutantes, & confitentes, quia hospites, &
peregrini super terram sunt. Quid enim talia dicũt,
ostendunt, quia patriam quærunt. Ersi quidem eius
memores essent, a qua discesserant, habuissent tẽpus
reuertendi. Nunc autem meliorem appetunt, id est,
cœlestem, ideo non confunditur de his Deus, vocari
1. Cor. 15. Deus eorum, præparauit enim eis ciuitatem. Et illud,
quod legimus: quamdiu sumus in corpore, peregrina
2. Cor. 5. mur a Domino, potest intelligi, hoc non esse omniũ,
sed fidelium. Et videmus quid his verbis Apostolus
iungat, cum enim dixisset, quamdiu sumus in hoc cor
pore, peregrinamur a Domino, per fidem enim ambu
lamus, & non per speciem, vt intelligeremus eorum
esse istam peregrinationem, qui ambulant per fidem.
Infideles autem nõ possunt veraciter dicere se in ter-
ra peregrinos, non enim habent alibi ciuitatem, ac per
Isa. 28. hoc non sunt in terra alienigenæ, sed terrigenæ. Vnde
ait alia scriptura de quodam: posuit enim apud mor-
tem domum suam, & apud inferos cũ terrigenis axes
suos. Sunt autem & ipsi peregrini, & inquilini non
huic terræ, sed populo Dei a quo sunt alienigenæ. Vn-
de credentibus, & sanctam ciuitatem, quæ non est de
Ibidem. hoc mundo, habitare incipientibus Apostolus dicit:
Ergo non estis iam peregrini, & inquilini, sed estis ci-
Eph. 2. ues sanctorum & domestici Dei. Ipsi ergo sunt ciues
terreni, qui sunt in Dei populo peregrini, qui vero ci-
ues sunt in populo Dei, ipsi sunt in terra peregrini,
quia totus idem populus quandiu est in corpore pere
grinatur a Domino.

15 IDEM sic ait, Propheta Aggæus, & Zacharias eo
In Psl 148 tempore, quo captiuus populus tenebatur in Babylo-
13 nia prophetabant futurum finem captiuitatis, vt re-
in Ps. 67. staurareiur ciuitas Hierusalem, quæ bello ceciderat.
1. Esdræ 5. Significaueruntque nobis in mysterio vitam futurã,
vbi laudabimus Deum post captiuitatem vitæ præsen
tis, vbi erit innouatio ciuitatis illius magnæ Hieru-
salem, vnde peregrini suspiramus, captiuati adhuc sub
onere & sarcina corporis mortalis, vnde adhuc gemi-
mus in peregrinatione, exultabimus autem in patria.
Qui autem nõ gemit peregrinus, non gaudebit ciuis.
Prophetæ isti sancti, magnam consolationem præbue
runt tunc captiuo populo cõstituto in Babylonia sub
regibus alienigenis, ostendentes futurum tempus li-
berationis, instaurationis Hierusalem. Figurata sunt
hæc in antiquis, præsentia ostenduntur in nobis. Mo-
do dicit Apostolus, quandiu sumus in corpore, pere-
grinamur a Domino, nondum sumus in patria.

16 GREGORIVS explicans verba illa Iob cap.
Lib. 5. mo- 3. Gaudentque vehementer cum inuenerint sepul-
ral. cap. 5. chrum ait: sicut sepulchrum locus est, quo abscõditur
to. 1. corpus, ita diuina contemplatio, quoddam sepulchrũ
est mentis, quo absconditur anima. Quasi enim huic
adhuc mundo viuimus, cum mente in eum foris vaga
mur, sed mortui in sepulchro abscondimur, cum mor-
tificati exterius, in secreto internæ contemplationis
celamur. Sãcti igitur viri ab importunitate desiderio-
rum temporalium, a tumultu inutilium curarum, a cla
more perstrepentium perturbationum, semetipsos sa
cri verbi gladio mortificare non desinunt, atque intus
Ps. 30. ante Dei faciem in sinu mentis abscondunt. Vnde
bene per psalmistam dicitur: Abscondes eos in abscõ
dito vultus tui, a conturbatione hominum. Hinc est, Coloss. 3.
quod Paulus per cõtemplationem mortuos, & quasi
in sepulchro absconditos discipulos viderat, quibus
dicebat: mortui estis, & vita vestra abscondita est cũ
Christo in Deo. Qui ergo mortem quærit, gaudet dũ
sepulchrum inuenit, quia qui mortificare se appetit,
valde ad inuentam requiem contemplationis hilare-
scit, vt extinctus mundo lateat, & a cunctis exteriorũ
rerum perturbationibus, intra sinum se intimi amoris
abscondat.

IDEM explicans verba illa, tabernaculũ impio- 17
rum non subsistet, inquit: Quid hoc loco, tabernaculi Li. 8. mo-
nomine, nisi ædificatio terrenæ felicitatis exprimitur ral. c. 32.
per quam super se reprobi casura multiplicant, vt se a Iob 8.
præsentis vitæ necessitatibus, quasi ab æstu, & imbri-
bus defendant? Honoribus namque excrescere am-
biunt, ne despecti videantur. contemnunt curare qđ
sequitur, & tota intentione satagunt, ne quid in præ-
sentibus desit. Vbi ergo mentis habitationem con-
struunt, ibi proculdubio tabernacula fixerunt. Gau-
dent sibi suppetere bona quæ cupiunt, atque vbi car-
ne requiescunt, ibi & mentem extinguendo sepeliũt.
At contra iusti nec oblata bona hic pro magno susci-
piunt, nec illata mala valde pertimescunt; sed cum bo
nis præsentibus vtuntur, mala futura metuunt, & cũ
de malis præsentibus gemunt, bonorum sequentium
amore consolantur, sicque temporali refouent subsi-
dio, sicut viator in stabulo vtitur lecto pausat, & rece
dere festinat, quiescit corpore, sed ad aliud tendit mẽ
te. Nonnunquam vero, & aduersa perpeti appetũt, 18
in transitorijs prosperari refugiũt, ne delectatione iti-
neris a patriæ peruentione sequestrentur, ne gressum
cordis in via peregrinationis figant. Qui ergo contra
præsentia se aduersa non muniunt quasi contra æstus,
& pluuias habere tabernaculum nolunt. Vnde & Pe- Matt. 17.
trus iure reprehenditur, quia necdum mentis perfe-
ctione roboratus, veritatis claritate cognita, in terra
figere tabernaculum conatur. Iusti itaque hic se con-
struere negligunt, vbi peregrinos se & hospites noue-
runt. Quia enim in proprijs gaudere desiderãt, esse
in alieno fœlices recusant. Iniusti autem quanto lon-
gius ab æternæ patrię hæreditate diuisi sunt, tantò in
terra altius fundamenta cogitationis figunt. Hinc est,
quòd iusti non in hac vita, sed in futura cogitationes
habent. Vnde Paulus dicit, quòd Abraham in casulis Heb. 12.
habitabat, quia habentem fundamenta ciuitatem, quã
supernus artifex construxit, expectabat. Bene ergo di-
citur, tabernaculum impiorum non subsistet, quia vi-
tæ fugientis amatores, dum studiosè se in præsentibus
construunt, repente ad æternam pœnam rapiuntur.
Sicut qui dicebat: Anima habes multa bona posita in Luc. 12.
annos plurimos, requiesce, comede, bibe, epulare. Sed
quia eius tabernaculum in veritatis fundamento non
subsistit, illico audiuit stulte hac nocte animam tuam
repetunt a te.

IDEM explicans verba illa Iob c. 21. Interrogate 19
quemlibet de viatoribus, & hæc eadem illum intelli- Li. 15. mo
gere cognoscetis, quia in diẽ perditionis seruatur ma- ral. c. 35.
lus, inquit: Viator dicitur, qui præsentem vitam viam
sibi esse & non patriam attendit, qui in dilectione pr
tereuntis sæculi cor figere despicit, qui non remanere
in transeuntibus, sed ad æterna peruenire concupi-
scit. Qui enim in hac vita viator esse nõ appetit, huius
vitæ prospera minime contemnit, & ea, quæ ipse desi
derat, cum abundare alijs viderit miratur. Vnde Da- Psal. 36.
uid propheta, quoniam a dilectione præsentis sæculi
iam corde transierat, iniqui gloriam describens dice-
bat: vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut
cedros libani, transiui, & ecce non erat. Quia enim
cor huic mundo non subdidit, hunc iure despexit, di
cens: Transiui, & ecce non erat. Esset quippe ali-
quid in eius æstimatione impius, si ipse ab hoc sæculo

per

per intentionem minime transisset. Sed is, qui non transeunti, magnum aliquid esset, transeunti animo quàm nihil esset apparuit: quia dum æterna retributio cogitatur, præsens gloria quàm sit nulla cognoscitur. Hinc Moyses cum supernæ contemplationis gloriam quæreret, dixit: Transiliens videbo visionẽ. Nisi enim gressum cordis a sæculi amore remouisset, nequaquam intelligere superna potuisset. Hinc Hieremias Propheta luctum cordis sui considerari deposcens, ait: O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte, si est dolor, sicut dolor meus. Qui enim præsentem vitam non quasi viam transeunt, sed quasi patriam attendunt, luctum cordis electorum, considerare nesciunt. Illos ergo, vt dolorem suum considerẽt exquirit, quos in hoc mundo contingit animum non fixisse. Igitur, quia malus ad diem perditionis seruatur, & ad diem furoris ducitur, hoc, nonnisi qui est viator intelligit, quoniam, qui cor in præsentibus fixit, quæ iniquo seruantur supplicia, non deprehendit.

Exo. 3.

Tren. 1.

20 IDEM exponens verba illa Iob c. 28. Vnde ergo venit sapientia, & quis est locus intelligentiæ? Abscondita est ab oculis omnium viuentium, inquit: Sapientia, quæ Deus est, si omnium viuentium oculis occulta esset, hanc proculdubio sanctorum nemo vidisset, quod dici non debet. Datur tñ intelligi, quia quamdiu hic mortaliter viuitur mundo, Deus videri non potest. Abscondita est ab oculis omnium viuentiũ, quoniam quisquis sapientiam, quæ Deus est, videt, huic vitæ funditus moritur, ne iam eius amore teneatur. Nullus quippe eam vidit, qui adhuc carnaliter viuit, quia nullus potest Deum simul amplecti, & sæculum. Qui enim Deum videt, eo ipso moritur, quo vel intentione cordis, vel affectu operis, ab huius vitę delectationibus tota mente separatur. Vnde ad Moysen dicitur: Non videbit me homo, & viuet. Ac si aperte diceretur. Nullus vnquam Deum spiritualiter videt, & mũdo carnaliter viuit. Vnde Paulus quoque Apostolus, qui adhuc Dei inuisibilia, sicut ipsæ testatur, ex parte cognouerat, iam huic mundo totum se mortuum perhibebat, dicens: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Non sufficit, vt diceret; mundo crucifixus sum, nisi etiam præmitteret; mihi mundus crucifixus est, vt non solum se mundo mortuum, sed etiam mundum sibi mortuum esse testaretur, quatenus nec ipse mundum, nec ipsum iam mundus appeteret. Talis erat Paulus, vt nec ipse mundum, nec mundus ipsum concupisceret, ipse gloriam mundi quam appeteret, non videbat iam mortuus, mundus ipsum humilem atque despectum, videre iam non poterat.

Li. 8. Moral. ca. 28.

Galat. 6.

21 IDEM exponens verba illa: Propter nomen tuũ Domine, viuificabis me in æquitate tua, ait: Nõ viuit iustitiæ, nisi qui moritur iniquitati. Sicut aũt quod seminamus, non viuificatur, nisi moriatur prius; sic qui mundo & concupiscentijs eius non moritur, in fructu bonorum operum non multiplicatur. Superest ergo, vt mortificemus membra nostra quæ sunt super terram, quatenus viuificet nos auctor vitæ. Ad hoc enim ipse mortuus est & resurrexit, vt nos peccatis mortui, iustitiæ viuamus. Plus est autem viuificari in æquitate, quàm viuificari æquitati. Denique, qui in æquitate viuificatur, in ipsam æquitatem introducit, vt nihil iniquum sapiat, nihil impium agat. Potest etiã per æquitatem ipse Christus intelligi, in quo viuificatur qui mundo moritur.

In exposit. psal. 7. penitential.

Psal. 142.

22 IDEM exponens verba illa, Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos, & reducit, sic habet: In his verbis etiam ordo notandus est. Prius quippe mortificare dicitur, deinde viuificare, quia nisi sęculũ amare desistimus, Deo per amorem viuere non valemus, Ioanne attestante, qui ait: qui diligit mundus, non est charitas patris in eo. Vnde & is, qui se mortificatum, & viuificatum, qui se prostratum, & erectũ memineratloquebatur dicens: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Viuebat, sed non mundi vita, quia dicebat: Viuo autem iam non ego, viuit verò in me Christus. Dominus ergo mortificat, & viuificat. Mortificatum quippe, & viuificatum esse est, præsentia nulla concupiscere, & æterna desiderare Ducit ad inferos, & reducit, vt mortificet quidem ducit ad inferos, vt viuificet reducit ab inferis. Omnipotenti enim Deo ad inferos ducere est, peccatorum corda æternorum cruciatuhm consideratione terrere. Et quoq; ab inferis reducere est, territas pœnitentium mentes spe vitæ indeficientis attollere. Tunc quippe peccare desistimus, cum superna gratia mollitis cordibus, futura tormenta formidamus, & ab inferis reducimur, cum inferno visitati solatio, ad spem veniæ de pœnitentiæ lamento respiramus.

Li. 2. inc. 2. primi libri Reg.

1. Ioan. 2.

Galat. 2.

Iusti in infamijs, & persecutionibus, & laboribus vnde debent consolari. Cap. XV.

BASILIVS de re hac vltra ea, quæ diximus li. 5. c. 15. & lib. 6. c. 9. explicans verba illa; multę tribulationes iustorum, & ex omnibus his liberauit eos Dominus, ait: In omnibus, inquit Paulus, tribulati sed non angustiati, ideo Dominus discipulis suis dicit: in mundo pressuram habebitis, sed confidite, ego vici mundum. Ex quo si quando quę in morbis, in corporis mutilatione, orbitatibus, plagis, ignobilitate, omni denique rerum inopia & egestate, iustos homines cõstitutos videris, reminiscere verbi huius, quòd multæ sunt iustorũ tribulationes, & ex omnibus liberet eos Dominus. Qui autem dixerit, quòd virum plane iustum tribulatio non deceat nihil aliud dicit, quã athletæ non conuenire aduersarium. Athleta enim minime certans, quas habebit occasiones sibi coronas comparandi?

1 *Hom. 5. in Psal. 33. tom. 1.*

Ioan. 16.

2 IDEM exponens verba illa, & laborauit in æternum, & viuet adhuc in finem, ait: Si vis hæc verba de hominibus iustis intelligere, reminiscere Iob dicẽtis, homo natus est labori. Item Apostoli de se testantis, abundantius omnibus illis laboraui. Et rursum: in laboribus abundantius. Qui igitur in hoc mundo laborauit, hic viuet in finem. Qui uero in delicijs & omni genere vitæ solutioris degit, præ teneritudine, ac mollicie purpuram & byssum induit, seque quotidianis epulis lautioribus oblectat, laborem pro paranda virtute fugitans, is nec in futuro illo viuet, sed semotius, & ex longiore interuallo vitam videbit in camini flamma cruciatus. Qui vero pro virtute innumeris agonibus desudarit, & ut eam assequeretur, multis laboribus tortus, nimisq; examinatus, hic est, qui viuet in finem. Quàm multa in afflictione passus est Lazarus pauper. Quàm multis laboribus attritus Iob contra aduersarium certando. Qui enim certando delassati fuerint, ait, illic recreabuntur, eoq; Dominus istos ad requiem inuitat, qui labore lassescunt, sunt ve onerati, De his dicitur: Euntes ibant, & flebant mittẽtes semina sua, venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos, vbere fructu plenos. Qui igitur per Deum redemptus est, is quidẽ in hoc sęculo laborauit, at labore perfunctus viuet in finem, hic plane non videbit interitum cum uiderit sapientes morientes. Qui angustam & sudoribus plenam viam, præleni & solutiore elegerit, is æternam corruptionem non uidebit, afflictionem illam perpetuo duraturam die visitationis Dei.

2 *Hom. 5. in Psal. 43. Iob. 5. 2. Cor. 11. 1. Cor. 15.*

Psal. 125.

IDEM Reg. 63. in qua docere vult, quòd metuere Christianus non debet quandocumque in aliquo periculo constitutus fit, aut opem diuinam desperare, sed confidere, potius tamquam præsente Domino, & rebus ipsius omnibus consulente, & confirmante, inquit: Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animã autem

3 *Lib. Mor. sent. 19. 2.*

autem non possunt occidere. Nonne duo passeres asse væneunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro. Vestri autem etiam capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere, multis passeribus meliores estis vos. Et idem: facta est procella magna vēti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis. Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens, & excitant eum, & dicunt illi: Magister nō ad te pertinet quia perimus? Et exurgens comminatus est vento, & dixit mari: tace, obmutesce. Et cessauit ventus: & facta est tranquillitas magna. Et alibi: Exurgens princeps sacerdotum, & omnes, qui cū eo erant repleti sunt zelo, & iniecerunt manus in Apostolos, & posuerunt eos in custodia publica. Angelus autem Domini per noctem aperuit ianuas carceris, & educens eos dixit: Ite & stantes loquimini in templo plebi omnia verba vitæ huius. Et Paulus: non enim volumus ignorare vos fratres de tribulatione nostra, quæ facta est nobis in Asia, quibus verbis, illa paulo post adiungit: qui de tantis periculis nos eripuit in quem speramus, quod & adhuc eripiet.

1. Ioan. 2. Matt 10. Mar. 4. Galat. 2. Hi 1.5. 2. Cor. 1.

4 CHRYSOSTOMVS sic habet; Quādo fuit illustrior Iob, cum domum cunctis aperuit, aut eadē cadente cum benedixit Deum, nulloque amaro sermone commotus est? Quando magis claruit, cū de vellenibus agnorum suorum calefacti sunt nudorum humeri, aut cum audiens de Cœlo ignem descendisse non est turbatus, sed mansuete tulit calamitatem? Quando maior fuit cum ad oppressorum defensionem corporis sanitate vtebatur conterens molares iniquorum, & è medio dentium eorum prædam eripiens; aut cū hoc ipsum corpus, oppressorum scutum, consumi vermibus videbat, sedensque in sterquilinio idem ipse saniem radebat testam accipiens? Et illa quidem præclara gesta, hæc autem patibula, tormentaque erant. Sed tamen plus hęc, quam illa Iob clariorem ostenderunt. [Infra:] Et sicut peccatoribus duobus existentibus, alter quidem hic tormentis affligatur, alter non, afflictus ille non afflicto melior erit; sic & duobus iustis hic existentibus, si quidem alter plures, alter pauciores ęrumnas sufferat, qui plures sustinuerit beatior erit. Pauperes vel vestimentum lacerum habēt, ille verò nudus sedebat, & quod habuit indumentum a natura carnis, scilicet velamen, sanie acerba diabolus corrupit. Et pauperes quidem, vel sub tecto sunt, ille verò sub dio nocturnis semper agebat, neq; tugurij tenuis solamen habens. Et illi quidem a principio de ærumna calamitateque cogitauerunt, ille verò calamitatem inopinatam subijt, repentinam accipiens ex diuitijs mutationem. [Infra:] Si in paupertate degis, & fame, milleq; periculis, Lazari recordare paupertatis, solitudinis, milleq; alijs huiusmodi dimicantis, & hæc plurimam præstabunt virtutem. Memento Apostolorum, qui in fame, & siti, & nuditate viuebāt, Prophetarum iustorum, atque hos omnes inuenies pauperum tribulationibus, suspirijs, afflictorum partes sustulisse. Deus enim non illos odiens, tot permittebat aduersis laborare. Sed quoniam vehementer diligebat eos, per ipsa mala, splendidiores illos reddidit. Si enim homines, eos qui in eorum causa insudant, sine mercede abire non sinunt, multo magis Deus eos qui tot insudauerunt laboribus, non permittet quandoq; suorum laborum representatione fraudari. [Infra:] Multos audiui dicentes, ille & ille mansuetus quidem in iudicium trahitur, alter inique calumniatus, alter demersus est, inquit, alter præcipitatus, & Deus hæc fieri permisit. Quare? Ne cito in insaniam eleuentur mirabilium magnitudine, ac operum perfectione, permisit eos Deus affligi, atq; ne maiorem de humana natura ceteri habeant suspicionem, Deos non homines eosdem esse dicentes, & vti Dei virtus appareat per infirmos, per vinctos vincens & superans: & vt post tot mala tempestiue, atque opportune sancta eorum mens appareat, stimulati aduersis, abūdantius & solatium habeant, & fomentum, ad illos respicientes, atq; memoriam habentes eorum malorum, quæ sibi ipsis contigerunt.

1 Hom. 5. in Psal. 33. tom. 1. Hom. 5 de patientia Iob. to. 1.

IDEM ait: Deus non modo ab alijs nos sæpe tribulari sinit, sed nonnunquam ipse etiam plagam minatur, non vt eam in nos inducat, sed vt nos ad se potius adducat. Quod si quales in tribulatione sumus, tales etiam essemus in requie, nequaquam egeremus afflictionibus erudiri. Et quid ego de nobis loquor? Illis quoque, quos legimus, sanctis, plurimum eruditionis de tribulatione ueniebat, propter quod Propheta dicit: Bonum mihi quòd humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Ipse quoque Dominus Apostolis dicebat: In mundo pressuram habebitis. Et cum Paulo datus esset stimulus carnis qui eum colaphizaret, cum Dominum deprecaretur vt discederet, obtinere non potuit, quia maxima inde commoda colligebat. Quòd si etiam sancti Dauid vitam velimus inspicere, inuenimus eum profectò inter pericula clariorem, nec illum tantummodo, verum etiam ceteros sanctos. Nam beatus Iob maxime cum tribularetur, effulsit, & Ioseph, Deo in tribulatione plus placuit, Iacob quoq;, & eius pater clariores de tribulationibus texuerunt coronas, victoresque proclamati sunt. Ne ergo de his, quæ nobis accidunt quæstionem curiositatem moueamus. Nosse enim quando tribulationes auferri oporteat, illius est, qui eas permisit inferri: illas uero cum omni gratiarum actione tolerare, nostrę opus est voluntatis.

6 Ho. 10 in c. 3. Matt. to. 2. Psal. 118. Ioan. 16. 2. Cor. 12.

IDEM sic habet: Iustitia in tentationibus floret, in prosperitate autem marcida est. Quemadmodum si focum posueris super terram, comburit ipsas radices herbarum, & vt in loco illo iam non facile nascat herba; sic & tentationis ignis positus super carnem comburit radices concupiscentiarum in ea, vt non facile concupiscat. [Infra:] Explicans verba illa Matthæi 3. cuius ventilabrum in manu eius, ait: Hic triturandi sumus, hic ventilandi: Sicut enim granum tritici inclusum in palea, foras non egreditur, nisi fuerit triturat um, sic & homo de impedimentis mundialibus, & de rebus carnalibus, quasi in palea inuolutus, difficile egreditur, nisi fuerit aliqua tribulatione vexatus. Nam sicut quidem plenum granum mox vt leuiter percussum fuerit, de palea sua exilit foras, si autem subtile fuerit, tardius egreditur, quod si vacuum fuerit, nunquam egreditur, sed illic conteritur in palea sua, & ita cum paleis foras iactatur; ita omnes quidem homines in rebus carnalibus delectantur, sicut grana in palea. Sed qui fidelis est, & boni cordis habet medullam, mox vt leuiter tribulatus fuerit, negligēs quæ sunt carnalia, currit ad eum. Si autem modice infidelior fuerit, cum grandi tribulatione vix recedit, & vadit ad Deum. Qui autem infidelis est & vacuus, quātumuis contritus fuerit, sicut granum vacuum de palea non egreditur, sic nec ille de carnalibus rebus, & de impedimentis mundialibus nunquam egreditur, nec tranfit ad Deum, sed illic in malis constitutus conteritur, vt cum infidelibus quasi cū paleis foras proijciatur. Et sicut triticum, primum quidem triturat ur, & cum triturat um fuerit, in vno loco iacet cum paleis confusum, postea autem ventilatur, vt quæ fuerant iam disiuncta corporibus, separentur & locis; sic & populus in Ecclesia, aut motibus conteritur carnalium passionum animam semper vrgentium, aut castigationibus corporalibus, quasi virgis quibusdam, aut concussionibus iniquorum, quasi calcibus irrationabilium iumentorum, vt disiungantur fideles ab infidelibus, per diuersas concussionum species, cum autem disiuncti fuerint ab inuicem actibus, adhuc in Ecclesia habentur commixti. Ideo mouetur persecutio quasi uentus, vt ventilabro Christi iactati, qui iam disiuncti fuerant actibus, separentur & locis, vt si-

7 Ho. 3. imperfecti in Matth. Matt. 3.

8

out tri-

cut triticum mundum in granarijs, sic sancti probati in regnis cœlestibus reponantur. Vides ergo, quia tentatio non perdit, sed manifestat eos, qui in pace non apparebant?

9 *Hom. 9. in c. 5. epist. ad Romanos. to. 4. Ex o. 1.*

IDEM inquit; Deus nobis vitam præsentem laboriosam reddidit, vt nos mundi seruitute liberaret, & ad synceram libertatem traduceret. Sic igitur Iudæi, dum & luto, & lateritio operi addicti colligatique essent, comes erant, & faciles, Deumque assidue vocabant: at cum libertati restituti, tum murmurare tum Deum irritare, ac sese malis infinitis conficere. Quid igitur, inquiet aliquis, de ijs dicas, quos sæpenumero afflictio transuersos egit, atque in errorem induxit? Nempe quod erroris inductio non ab afflictione, sed ab illorum imbecillitate profecta sit. Nam qui ab afflictione perculsus in diuersum agitur, id multo facilius a laborum relaxatione patietur. Si enim ligatus cadit (hoc enim afflictio) multo facilius solutus. Dices quomodo fiet, vt afflictio euertere me nequeat? Si cogitaueris, velis nolis, ferendum esse, quod tibi incommodum illatum est, sed si interim gratias agis te maximum facere lucrum, sin autem ægre fers mœres, ac conuicia in Deum iacis, te non solum præsentem leuare calamitatem, sed tempestatem maiorem ac ruinam tibi adscisscere. Hæc igitur animo versantes, quod necessitatis esse viderimus, ita nos cõparemus, vt voluntatis, ac propositi nostri esse incipiat. v. g. Filium quis amisit, alius facultates omnes. Si cogitaueris fieri non posse, vt quod factum est infectum fiat, fieri vero posse, vt casum generoso animo ferens, fructum etiam aliquem ex irreparabili illa calamitate reportes, tu autem si pro maledictis laudem Domino referas, ita fiet, vt quæ tibi incommoda minime volenti allata erunt, in voluntatis ac propositi merita vertantur. Filium tibi ante tempus ereptum vides? Dicito, Dominus dedit, Dominus abstulit. Vides exhaustas tibi esse facultates? Dic, nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. In mentem tibi veniant Apostoli, qui dum flagellarentur, dum exagitarentur, dum infinita tolerarent mala gaudebãt se dignos habitos, qui pro nomine Iesu contumeliam ferrent.

Iob 1.

Act. 10.

10 *Ho. 1. in secũdã epist. ad Timot.*

IDEM ait; Non sunt casus omnes communes omnibus, alius ex vxore, alius ex filio, alius ex seruo, alius ex amico, alius ex quouis detrimento, causam mœroris ducit. Plurimæque sunt doloris causæ atq; differentes, prorsumque neminem inuenies tristitiæ ac doloris exortem &c. alius magis, minimisque alius doleat, non itaque feramus grauiter, neque nos tantummodo tristia pati arbitremur. Neque enim fas est, vt homo qui sit, mortalemq; hanc agat vitam, doloris angorisque sit expers. Sed nisi hodie, cras se ingeret mœstitiæ causa. Quemadmodum deniq; fieri non potest, vt qui nauigant absque cura sint, ita & qui vitam hanc fragilem viuunt, absque solicitudinis angore esse non possunt. [Infra:] Quemadmodum hi, quibus aliqua pars corporis dolet putant se plus dolere, quam proximos, & cui oculus dolet, nullũ putat sibi æquari posse dolorem, rursusque qui stomachi languore tenetur, illum putat dolores omnes excedere, singulique quibus detinetur incommodis, omnia vi suæ magnitudinis transcendere existimant: Ita & in angore animi ac mœstitia contingit, vt quo quisq; premitur, eum putet cæteros sua acerbitate superare, quippe qui hoc suo experimento dijudicat. Sicut qui filios non habet, nihil ea infœlicitate putat esse molestius, & qui inter paupertatis angustias filijs angitur, nihil atque eam liberorum multitudinem execratur. Miles nihil militia laboriosius, nihil periculosius putat, meliusque arbitratur, pane tantum & aqua in cibũ vti, quam tantas perferre molestias, &c. idem late ostẽdit in omnibus alijs statibus, & cõcludit prorsus perdifficile hominum genus, vbi acquiescat inueniet, cũ semper ad quærimonias indignationesque sit pronũ. Quando omnes homines simul reprehendit, quis tũc dicit nihil est homo, nisi animal infœlix laboribus, & ærumnis expositum.

IDEM explicans verba illa cap. 11. Fide Moyses grandis factus, negauit se esse filium filiæ Pharaonis, eligens magis affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere iocunditatem maiores diuitias æstimans thesauro Ægyptiorum improperiũ Christi, inquit: Non dixit Paulus: maiores diuitias æstimãs thesauris Ægypti, cœlum, & ea quæ in cœlis sunt, sed improperium Christi. Pro Christo enim improperium sustinere, melius iudicauit, quam in delicijs esse. Eligens magis affligi cum populo Dei. Vltro se ipsum proiecit in tanta pericula, cum ei liceret, & pie viuere, & sæcularibus perfrui bonis: quàm temporalem peccati habere iocunditatem. Peccatum dixit, nolle affligi cum alijs, hoc peccatum esse putauit. Si igitur ille non alacriter affligi cum alijs, peccatũ esse putauit, magnum ergo bonum est afflictio, ad quã ex fastigio regali seipsum proiecit. Maiores diuitias æstimans thesauro Aegyptiorum, improperium Christi. Improperium Christi vocat, quando quisquam a domesticis, ab his, quibus beneficium præstitit, improperium sustinet. Vnde delitiæ, & remissio, ad partem peccati pertinent, improperia vero sustinere, ad Christum.

11 *Ho. 26. in epist. ad Hebræos.*

IDEM inquit; Non potest malus, tam malus esse, sed euenit, vt & aliquid habeat boni, neque bonus, esse bonus omnino, sed & nonnulla solet habere peccata. Cum itaque malus, prosperis vtitur rebus ad capitis sui perniciem, vt enim illorum paucorum retributionem bonorum hic capiens, illic deinde punitur hac de causa recipit. Et ille præsertim beatus est, qui hic pœnas luit, vt peccatis omnibus depositis, pbatus migret, ac mundus, & insons, hocque nos docens Paulus ait: Ideo inter uos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi, & iterum: tradidi huiusmodi satanæ. Et Propheta quoque dicit: quòd susceperit de manu Domini duplicia, pro omnibus peccatis suis. Sed hæc quidem probantis sunt bonos pro peccatis, pœnas hic luentes, vbi verò bona mali recipientes hic, illic omnino cruciantur. Abraham audi dicentem diuiti: Recepisti bona in vita tua, & Lazarus mala, vnus in fœlicitate, alius in infœlicitate. Propterea nunc hic consolatur, tu vero cruciaris. Nullus athleta generosus in stadio balnea quærit, aut mensam cibis & vino redundantem. Athleta pugnat puluere, oleo, solis ardore, sudore largo, tribulatione, & angustia. Hoc est certaminis tempus & pugnæ, igitur, & vulnerum, & cruoris, & doloris. Per tribulationem cõsummari nos oportet. Sanguine plenam esse decet christianam vitam, non alienum effundendo, sed separatũ suum effundere præstando.

12 *Ho. 26. ad pop. Antiochenum.*

1. Cor. 11.

1. Cor. 5.

Esa. 40.

Luc. 16.

HIERONYMVS Blesillæ sic exorditur: Abraham tentatur in filio, & fidelior inuenitur. Ioseph in Aegyptum venditur, vt patrem pascat, & fratres. Ezechias vicina morte terretur, & fusus i lachrymas q̃ndecim annorum spacio protelatur ad vitam. Paulus lupus rapax cæcatur vt videat, & repentino tenebrarum horrore concutitur, Dominum vocat, quem dudum, vt hominem persequebatur. Ita nunc, mi Marcella, Blesillam nostram vidimus ardore febrium per triginta ferme dies iugiter æstuasse, vt sciret reijciendas esse delicias corporis, quod paulo post vermibus exarandum sit. Venit, & ad hanc Iesus, & tetigit eã, & ecce surgens ministrat ei. Redolebat aliquid negligentiæ, & diuitiarum fascijs colligata, in seculi iacebat sepulchro. Sed infremuit Iesus, & conturbatus in spiritu clamauit, dicens Blesilla, veni foras. Quæ vocata surrexit, & egressa cum Domino vescitur.

13 *Epist. 23. quæ est ad Marcellã de agror. to. 1.*

IDEM ad Iulianum, quem consolatur in amissione uxoris, & duarum filiarum, & facultatum suarum,

14 *Epist. 34.*

ait.

15 *Lib 2. aduersus Pelagianos. to. 2.*

16 *In c. 1. Iocl to. 5.*

17 *Li 2. in c. 15. Proue. to. 8.*

Eph. 5.

18 *Serm. 7. in Ps. 118. to. 5.*

ait. Audio te in breui tempore duas virgunculas filias iunctis pene extulisse funeribus, & pudicissimam ac fidissimam coniugem tuam Faustinam, inqua sola post amissos liberos quiescebas, subita tibi dormitione subtractam, quasi si naufragus in littore latrones reperiat, & iuxta eloquia prophetarum fugiēs vrsum, incidat in leonem, extendensq; manum ad parietem a colubro mordeatur. Consecuta rei familiaris damna, vastationem totus, barbaro hoste, prouinciæ, & in communi depopulatione priuatas possessionum tuarum ruinas, abactos armentorum ac pecorum greges, vinctos occisosq; seruulos. Hic est catalogus tentationum tuarum. Quæ si ad te respicias grandia sunt, si ad bellatorem fortissimum, ludus, & vmbra certaminis. Infra pag. 207. laudant te alij, & tuas contra diabolum victorias penegyricis prosequantur, quod læto vultu mortes tuleris filiarum, quòd sanctissimā coniugem tuam, non quasi mortuam, sed quasi proficiscentem deduxeris. [Infra:] Difficile imo impossibile est, vt & præsentibus, quis & futuris bonis fruatur, & vt hic ventrem, & ibi mentem repleat, vt de delicijs transeat ad delicias, vt in vtroque sæculo primus sit, vt & in cœlo, & in terra appareat gloriosus.

11 *Ho. 26. in epist. ad Hebræos.*

12 *Ho. 16. ad pop. Antiochenum.*

15 IDEM ait; Computrescant, dicit Habacuc, ossa mea, & subter me vermes scateant, tantum vt requiescam in die tribulationis, vt ascēdam ad populum fortem meum, vel accinctum. Hic tribulationes & angustias afflictionemq; animi deprecatur, vt in futuro virorum iam cum Christo regnantium numero societur, Ex quo perspicuum est, hic pugnam, atque certamen, & in futuro esse victoriam.

Lib 2. aduersus Pelagianos. to. 2.

16 IDEM explicans verba illa, ad te Domine clamabo, quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis, sed & bestiæ agri, quasi area sitiens imbrem, suspexerunt ad te quoniam exsiccati sunt fontes aquarum, sic habet: Propheta clamante ad Dominum, vel populo per Prophetā, quia ignis comederit speciosa deserti, & flamma succēderit omnia ligna regionis, bestię, & iumenta agri suspexerunt ad Dominum, quasi areola sitiens imbrem, quoniam aruerunt fontes, & ignis deuorauit speciosa deserti virentia herbis loca. Clamare autem ad Dominum, per Propheram, & iumenta ad eum suspicere fecit ignis, qui deuorauit speciosa deserti, & flamma, quæ succēdit omnia ligna regionis, vt & fruges & poma pariter interirent: simulq; consideremus, quòd nisi propter angustiam, & ablationem delitiarum, nec Propheta nec bestię clamassent ad Dominum, aut ad Dominum suspexissent.

In c. 1. Ioel to. 5.

1. *Cor. 11.*

1. *Cor. 5.*

Esa. 40.

Luc. 16.

17 IDEM explicans verba illa, omnes dies pauperis mali, secura mens quasi iuge conuiuium inquit. Omne tempus populi Dei, quandiu in præsenti pauper est, afflictionibus abundat & ærumnis, quia nec dum ad diuitias supernæ bonitatis, & perpetuæ mansionis peruenit. Vnde monet Apostolus, dicens: Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. At vero reprobi, qui metu carentes diuino, securi mundo vtūtur, quasi iugibus stulti reficiuntur epulis.

Li 2. in c. 15. Proue. to. 8.

Eph. 5.

13 *Epist. 23. quæ est ad Marcellā de agror. to. 1.*

18 AMBROSIVS exponens verba illa, memor fui nocte nominis tui, inquit: Non magnum est, si tūc Domino gratias agas, quādo in prosperis & secundis es, sed si tunc adhæreas Christo, quando te persecutor exagitat, quando aliqua procella perturbat. Amisisti filium, in illo dolore, in illa nocte, in illa destitutione memento Domini Dei tui, ne in tua puriceris ærumna. Pulsus in exilium, memento, memento Domini Dei tui, ne patriæ interdictæ charitatem Deo præferas. Alicuius diuitis oppressus potentia, amisisti proprias facultates, indiges sumptu, memento Domini Dei tui, ne nox te egestatis abducat a deuotionis affectu. Hoc est enim mandatum legis, vt in nocte magis quæras quando magis exaudiaris a Domino, & possis dicere, in tribulatione inuocaui Dominum.

Serm. 7. in Ps. 118. to. 5.

14 *Epist. 34.*

19 IDEM explicans verba illa: In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt, ait: Pressuram, & tribulationes sibi illatas, defensionem suam nuncupat. Passio enim Christianis vita est, & persecutio defensio. Pressura enim illata pro iustitia, defendit illum in die iudicij. Et quia derelictus est ab hominibus, hac de causa amplius aditum se credit a Deo, & ideo ait: Dominus autem astitit mihi, & confortauit me.

Inc 4 epist. 2. ad Timoth. to. 3.

20 AVGVSTINVS epistola, quæ est ad Chrysinum, quem consolatur, ne deficiat in aduersis, ait: Rumor ad me detulit (Deus faciat vt non sit) te animo perturbatum, vt multum mirer prudentiam tuam, & Christianum animum parum cogitare, rerum terrenarum conditionem nullo modo æquari posse cœlestibus, vbi cor nostrum, & spes nostra collocanda est. Nunquid aut totum bonum tuum in his rebus erat, quas nunc videris amittere, aut tam magnum bonum illic deputabas, vt eo subtracto, sic tenebrescebat mēs nimia tristitia, quasi lumen eius, non Deus, sed terra sit? Erige animum frater, Deus noster non perit a suis, nec perdet suos, vult autem monere nos quàm sint hæc fragilia, & non certa quæ nimis diligunt homines, vt soluat a nobis vinculum cupiditatis, per quod implicatos nos trahunt, & totum amorem nostrum consuefaciamus in eum currere, in quo nulla damna timeamus. Per mala præsentia docuit nos Deus temperanter prospera sæculi huius contemnere, & fortiter aduersa tolerare.

Epist. 33. to. 2.

21 IDEM inquit: Bonifacium presbyterum consolans, quod de adulterio infamatus falso esset, diabolus, qui vt leo circuit quærens quem deuoret, quem non potest deuorare seductum ad nequitiam, famam ipsius inquinare conatur, vt si fieri posset, opprobrijs hominum, & malarum linguarum detractione deficiat, & si in eius fauces ruat. Si autem nec famam innocentis maculare potuerit, hoc ei persuadere tentat, vt per maleuolas suspiciones, de fratre suo iudicet, & sic ab illo implicatus absorbeatur. Vt autem linguis detrahentium non deficiatis, sic per Prophetam Dominus dicit; Audite me qui scitis iudicium, populus meus, in quorum corde lex mea est Opprobria hominum nolite metuere, & detractione eorum ne superemini, nec quod vos spernant, magni duxeritis: sicut enim vestimentum, ita per tempus absumentur, & sicut lana a tinea comedētur, iustitia autem mea in æternum manet. [Infra:] Ad quid aliud sedent homines peccatores, & quid aliud captant, nisi, vt quisquis Episcopus, vel clericus, vel monachus, vel sanctimonialis ceciderit, omnes tales esse credant; sed ne omnes posse manifestari. Et tamen etiam ipsi, cum aliqua maritata inuenitur adultera; nec proijciūt vxores suas nec accusant matres suas. Cum autem de aliquibus, qui sanctum nomen profitentur, aliquid criminis, vel falsitatis sonuerit, vel veri patuerit, instant, satagunt, ambiunt, vt de omnibus hoc credatur.

In epistola. 137 quæ est ad clerū & populū Hipponensem.

Isa. 51.

IDEM inquit: Scimus ait Apostolus, quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum: omnia, inquit, nō solum ergo illa quæ appetuntur vt suauia, verum etiam illa quę vt molesta vitantur: Et secūdum præcepta diuina, in omnibus gratias agimus ei, de quo dicimus; Benedicam Dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo, & bonum mihi Domine, quod humiliasti me, vt discam iustificationes tuas. Neq; enim re vera si fallacis prosperitatis, semper hic tranquillitas arrideret, anima humana portum illum veræ certæque securitatis, appeteret.

22 *Epist. 156. quæ est ad Probam. Roma. 8. Psal. 33. Ps. 118.*

IDEM ait: Prosunt ista mala, quæ fideles pie perferunt; vel ad emendanda peccata, vel ad exercēdam probandamque iustitiam, vel ad demonstrandam vitæ huius miseriam, vt illa vbi erit beatitudo vera atq; perfecta, & desideretur ardentius & instantius requiratur. Sed circa omnes ista seruanda, de quibus Apo-

23 *Lib. 13. de Trinit. c. 3*

stolus

Rom. 3. stolus dicit: Scimus quoniam diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum.

24 Li. 83. quæstionū. t. 4 IDEM exponit locum Pauli ad Rom. 8. Expectatio creaturæ, reuelationem filiorum Dei expectat, inquit: In his verbis hoc eum puto dicere: nam & hoc ipsum, quod in nobis dolet, cū facta carnis mortificamus, ideſt, cum eſurimus & ſitimus, per abſtinẽtiam, dūm frenamus delectationem concubitus, per caſtitatem, dum iniuriarum lacerationes, & cōtumeliarum aculeos, per patiẽtiam ſuſtinemus, dum neglectis, atque reiectis voluptatib. noſtris, laboramus, quicquid in nobis in hac, atq; huiuſmodi attritione dolet, creatura eſt. Dolet enim corpus, & anima quæ vtiq; creatura eſt, expectat reuelationẽ filiorum Dei, id eſt, expectat qñ appareat, quod promiſſum eſt in gloria. Quoniã & ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis, in libertatem glorię filiorum Dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſque adhuc.

25 Li. 1. de ciuitate Dei. c. 30. to. 5. IDEM ait; Cur afflicti rebus aduerſis de temporibus quęrimini Chriſtiani, niſi quia veſtram luxuriã cupitis habere ſecuram, & perditiſſimis moribus, remota omni moleſtiarum aſperitate affluere? Neq; .n. propterea cupitis habere pacem, & omni genere copiarum abundare, vt his bonis honeſte vtamini, hoc eſt, modeſte, ſobrie, pie, ſed vt infinita varietas voluptatum inſanis effuſionibus exquiratur, ſecundiſque rebus ea mala oriantur in moribus, quæ ſæuientibus peiora ſint hoſtibus. Scipio enim iudicio totius ſenatus, vir optimus iſtam vobis metuens calamitatẽ, nolebat æmulam tunc imperij Romani Carthaginem dirui, & decernenti vt diruerẽtur contradicebat Catoni, timens infirmis animis hoſtium ſecuritatem, & tãquam pupillis ciuibus idoneum tutorem, neceſſariũ videns eſſe terrorem. Nec eum ſententia fefellit, re ipſa probatum eſt, quàm verum diceret. Delata quippe Carthagine, magno ſcilicet terrore Romanę rei publicæ depulſo, & extincto, tanta de rebus proſperis orta mala continuo ſubſecuta ſunt, vt corrupta diruptaque concordia, prius ſæuis curentibuſque ſeditionibus, deinde malarum connexione cauſarum, bellis ẽt ciuilibus, tantæ ſtrages æderentur, tantus ſanguis effunderetur, tanta cupiditas proſcriptionum ac rapinarũ ferueret immanitas, vt Romani illi, qui vita integriore, mala metuebant ab hoſtibus, crudeliora paterentur a ciuibus.

26 Lib. 2. de peccatorũ meritis, & remiſſione contra Pelag. to. 7. Gen. 3. IDEM ait; Qui autem dicũt ſi peccato mors iſta corporis accidiſſet, non vtiq; poſt remiſſionem peccatorum, quam redemptor nobis tribuit, moreremur, non intelligunt, quomodo res, quarum reatũ, ne poſt hanc uitam obſint, Deus ſoluit, tamen eas ad certamẽ fidei ſinit manere, vt per illas erudiantur, & exerceantur proficientes in agone iuſtitiæ. Poſſet enim, & alius hoc non intelligens dicere: Si propter peccatum, dixit Deus homini, in ſudore vultus tui veſceris pane tuo, & ſpinas & tribulos pariet tibi terra, quare, & poſt remiſſionem peccatorum, labor hic permanet, & hæc dura & aſpera parit etiam terra fidelium? Item: ſi propter peccatũ, dictum eſt mulieri, in dolore paries filium, cur etiam poſt peccatum remiſſum, fœminæ fideles eoſdem dolores parturiendo patiuntur? Et tamen conſtat, propter peccatum quod admiſerãt, illos a Deo primos homines hęc audiſſe, atq; meruiſſe, nec reſiſtit his verbis diuini libri quæ poſui de labore hominis, & de parturitione mulieris, niſi qui alienus a fide Catholica eſt. Verum, quia & tales non deſunt, eis

27 reſpondemus, ante remiſſionem eſſe illa ſupplicia peccatorum, poſt remiſſionem autem certamina exercitationeſque iuſtorum: ita & illis quos de morte corporis ſimiliter monet, reſpondere debemus, vt eam, & peccato accidiſſe fateamur, & poſt peccatorum remiſſionem, vt magnus timor eius a proficientibus ſuperetur, ad certam nobis relictam eſſe non dedignemur. Infra:] Vnde ſtatuit Deus, vt poſt Adæ peccatũ propagata caro peccati, ad recipiendam iuſtitiam, laboribus & moleſtijs niteretur: Propter hoc etiam de Paradiſo eiectus Adam, contra Eden habitauit, ideſt contra ſedem delitiarum, vt ſignificaret, quòd in laboribus qui ſunt delitijs contrarij, erudienda eſſet caro peccati, quæ in delitijs obedientiam non ſeruauit, antequam eſſet caro peccati. Sicut ergo illi primi homines, poſtea iuſte viuendo, ab extremo ſupplicio liberati, non tamen in illa vita meruerunt ad Paradiſum reuocari; ſic & caro peccati, etiam ſi remiſſis peccatis homo in ea iuſte vixerit, non continuo meretur eã mortem non perpeti, quam traxit de propagine peccati. Tale aliquid nobis inſinuatum eſt de Dauid, ad quem Propheta cum miſſus eſſet, eique propter peccatum quod commiſerat, euentura mala ex iracundia Dei comminaretur, confeſſione peccati veniam meruit, & tamen confecuta ſunt quæ Deus fuerat comminatus, vt ſic humiliaretur a filio, vt ſic pietas hominis in illa humilitate exerceretur atque probaretur. Sic & mortem corporis propter hoc peccatum Deus hominibus inf ixit, & poſt peccatorum remiſſionẽ, propter exercendam iuſtitiam non ademit.

Gen. 3. 2. Reg. 12.

28 In Pſ. 28. to. 8. IDEM explicans uerba illa; Dominus diluuium inhabitare facit, inquit. Dominus primum inhabitat diluuium huius ſæculi, in ſanctis ſuis, tanquam in arca, ita in Eccleſia cuſtoditis. Et ſedebit Dominus rex in æternum, & deinde ſedebit regnans in eis in æternum. Dominus uirtutem populo ſuo dabit. Quia Dominus uirtutem populo ſuo, contra huius mundi procellas & turbines dimicanti dabit, quia pacem illis in hoc mundo, non promiſit.

Gen. 7.

29 In Pſ 33. IDEM explicans uerba illa; Clamauerunt iuſti & Dominus exaudiuit eos, & ex omnibus tribulationibus eorum eripuit eos, ſic habet: Iuſti erant tres pueri, de camino clamauerunt ad Dominum, & in laudibus eorũ ignes friguerunt. Accendere, & lędere flamma non potuit laudantes, Deum innocentes. [Infra:] Dan. 3. Multæ tribulationes iuſtorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus. Nunquid dicit, ideo ſint Chriſtiani iuſti, vt nihil tribulationis patiantur? Non hoc promittit, ſed dicit multæ tribulationes iuſtorum. Magis ſi iniuſti ſunt, pauciores habẽt tribulationes, ſi iuſti ſunt, multas habent. Sed poſt paucas tribulationes, aut nullas, illi venient ad tribulationem ſempiternã, vnde nunquam eruentur: iuſti autem poſt multas tribulationes, venient ad pacem ſempiternam, vbi nunquam aliquid mali patientur. Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum, vnum ex his non conteretur. Oſſa sũt firmamẽta fidelium. Quomodo enim in carne noſtra, oſſa faciunt firmamentum; ſic in corde Chriſtiano fides facit firmamentum. Patientia ergo quæ eſt in fide, oſſa ſunt interius. Ipſa ſunt, quæ frangi non poſſunt, quia tolerantiam habent ſancti in omnibus tribulationibus.

30 In Pſ. 36. IDEM in fine explicans illa verba; Noli æmulari in malignantibus, neq; zelaueris facientes iniquitatẽ; ait: Si Deus inquis, res humanas reſpiceret, non floreret illius iniquitatis, & mea innocentia laboraret. Omnis morbus animæ habet in ſcripturis medicamentũ ſuum. Qui ergo ſic ægrotat, vt iſta dicat in corde ſuo, bibat potionem pſalmi huius Noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatẽ. Quoniam tanquam fœnum velociter areſcent, & ſicut olera herbarum cito decident. Quod tibi longum videtur, cito eſt Deo. Quod ait fœnum, hoc intelligimus, olera prati vilia quædam ſunt & ſuperficiem terræ tenentia altam radicem non habent, proinde per hyemem virent: at ubi ſol æſtatis ferueſcere cœperit, areſcent. Modo ergo tempus eſt hyemis, gloria tua nondum apparet, ſed ſi alta radix eſt charitatis tuæ, ſicut multarum arborum gloria per hyemem tranſit frigus, venit æſtas, id eſt, iudicij dies, tunc areſcet uiror fœni,

tunc

Coloſ. 3. tunc apparebit arborum gloria. Mortui. n. eſtis, ait Apoſtolus, quomodo videntur arbores per hyemem, quaſi aridæ, quaſi mortuæ. Ergo quæ ſpes, ſi mortui ſumus? Intus eſt radix. Vbi radix noſtra, ibi & vita noſtra. Et vita veſtra, inquit, abſcondita eſt cũ Chriſto in Deo. Quando areſcit, qui ſic habet radicem? Quando autem erit ver noſtrum? Cum Chriſtus apparuerit vita noſtra, tunc apparebitis & vos cum ipſo in gloria. Quid ergo modo? Noli æmulari in malignantibus, &c. quoniam tanquam fœnum cito areſcent. Quid ergo tu? Spera in Domino. Illi enim ſperant non in Domino, ſpes illorum mortalis, caduca, fragilis, volatica, tranſitoria, inanis erit. Spera in Domino, & fac bonitatem, & paſceris in diuitijs eius.

Gen. 3.

32

2. Reg. 12.

Pſ 72. Diuitiæ huius terræ, Dominus eius, Deus eius ſunt.

Pſ. 36. Ipſe eſt, cui dicit: pars mea Dominus. Dominus pars hereditatis meæ. Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Diſcerne petitionem cordis tui a petitionibus carnis tuæ. Petitiones cordis ſunt illæ, quibus petuntur carnalia; cordis autem, quibus poſtulantur ſpiritualia. Infra: Et educet iudicium tuum tanquam meridiem. Ergo modò quid? Anguſtię, & tribulationes, & tentationes, & beatus qui perdurat, quia qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit.

28

In Pſ. 28. to. 8.

Matt. 10. Ne cedat inſultatoribus, ne eligat hic florere, vt ex arbore fœnum fiat. Subditus eſto domino, exerce te operibus, labora in vinea, finito die pete mercedem, fidelis eſt, qui te adduxit ad vineam. Infra: Noli æmulari in eo qui proſperatur in via ſua. Proſperatur impius, ſed in via ſua, laboras, ſed in uia Dei. Illi proſperitas in uia eſt, in peruentione infęlicitas, tibi labor in via, in peruentione fęlicitas, quoniam iter impiorum peribit, nouit autem Dominus vias iuſtorum. Has vias ambula, quas nouit Dominus. Et ſi ambulas in eis, non te fallunt. Via vero impiorum, fęlicitas tranſitoria, finita via, peracta eſt fęlicitas, quia via illa lata eſt, finis eius in profundum inferni perducit. Via vero tua anguſta eſt, & pauci ingrediuntur per eam, ſed ad quam latitudinem perueniant, debes cogitare, ne æmuleris eum qui proſperatur in manu ſua, deſine ab ira, & derelinque furorem. Si fęlicitatem ſæculi tibi promiſit Chriſtus, murmura aduerſus illum, quando vides infidelem fęlicem. Promiſit autem fęlicitatem in reſurrectione mortuorum. Quid autem in hac vita pateris, quod non ipſe pertulerit? Non eſt ſeruus maior domino ſuo. Ille pro te dolores, flagella, opprobria, mortem paſſus eſt. Et quid horum, iuſto debebatur? Quid non tibi peccatori debebatur? Noli æmulari, vt maligneris, quoniam qui malignantur extermi nabuntur. Sed fęlicitatem eorum video. Crede illi qui dicit, exterminabuntur, quia melius ille videt, quàm tu. Suſtine Dominum. Sed quandiu peccator floret? Quandiu ſuſtinebo? Feſtinas? cito erit, quod tibi diu eſt. Infirmitas facit diu videri, cito eſt. Quomodo inueniuntur deſideria ægrotorum? Nihil tandiu quàm vt calix fitienti præparetur. Vtiq; feſtinatur a ſuis, ne forte offendatur infirmus. Quãdo fiet? quando dabitur? Celeritas eſt in illis, qui tibi ſeruiũt ſed infirmitas tua diuturnum putat, quod cito agitur. Ergo videte medicum noſtrum blandientem infirmo dicenti, quandiu durabo, quã diu erit? Et adhuc puſillum, & non erit peccator, ſuſtinentes autem Dominũ ipſi hereditabunt terram, ne ſuſtinentiam iſtam longiſſimam putes, modicum ſuſtine, ſine fine accipies quod ſuſtines; adhuc puſillum modicum, & non erit peccator.

29

In Pſ 33.

32

Matt. 7.

Dan. 3.

Iuan. 13.

30

In Pſ. 36.

33 Concione 2. eiuſdem Pſalmi. IDEM inquit: Cum ſequeris uiam Chriſti, nõ tibi ſæculi proſperitates promittas. Per dura ambulauit, ſed magna promiſit. Sequere, noli tantum attendere quà iturus es, ſed quò venturus ſis. Tolerabis dura temporalia, ſed ad fęlicitatem & lætitiam perue nies ſempiternam. Si uis ſuſtinere laborem, attende mercedem. Nam & operarius in uinea deficeret, niſi attenderet quid accepturus eſſet. Cum autem attenderis quid ſis accepturus, omnia tibi erunt vilia quæ pateris, nec digna æſtimabis pro quibus illud accipias. Miraberis tantum dari pro tanto labore. Nam vtique fratres pro æterna requie, labor æternus ſubeundus erat. Aeternam fęlicitatem accepturus, æternas paſſiones ſuſtinete deberes. Sed ſi æternum ſuſtineres laborem, quando venires ad æternam fælicitatem? Ita fit vt neceſſariò temporalis ſit tribulatio tua, qua finita, venias ad fęlicitatem infinitam. Sed plane fratres poſſet eſſe longa tribulatio pro æterna fœlicitate. Verbi gratia. Vt quoniam fœlicitas noſtra finem non habebit, miſeria noſtra, & labor noſter, & tribulationes noſtræ diuturnæ eſſent. Nam etſi mille amorum eſſent, appende mille annos contra æternitatem, quid appendis cum infinito, quantuncunque finitum. Decem millia annorum, decies centena millia, ſi dicendum eſt, & millia millium, quæ finem habent, cum æternitate comparari non poſſunt. Huc accedit, quia non ſolum temporalem voluit laborem tuum Deus, ſed etiam breuem. Paucorum dierum eſt tota vita hominis, etiam ſi læta duris non miſcerentur, quæ plura & longiora ſunt certe quàm dura, & ideo breuiora, & pauciora ſunt dura, vt durare poſſimus. Si ergo per totam vitam ſuam, homo in laboribus & in ærumnis eſſet, in doloribus & in tormentis, in carcere, & in plagis, in fame, & ſiti omnibus diebus, horis omnibus per totam vitam ſuam vſque ad ætatem ſenectutis, pauci dies ſunt tota vita hominis, quo labore tranſacto, veniet regnum æternum, veniet ſine fine fœlicitas, veniet hæreditas Chriſti, veniet cohæres Chriſtus. Veterani milites, qui laborant in militia, & verſantur inter vulnera tot annos, incipiunt militare in iuuentute, exeunt ſenes, vt habeant paucos dies quietos ſenectutis ſuæ, quando eos iam ipſa ætas incipit grauare, quos bella non grauant; quanta dura tolerant, quæ itinera, quæ frigora, quos ſoles quantas neceſſitates, quæ vulnera, quæ pericula, & non attendunt patientes hęc omnia, niſi paucos dies, quietos illos ſenectutis, ad quos vtrum perueniant, neſciunt. Ergo a Domino greſſus hominis dirigentur, & vitam eius volet. Ipſe eſt enim Chriſtianus, qui vult viam Chriſti ſequi per paſſiones ipſius. Noli per aliam viam velle ire, quam per illam, qua ipſe iuit. Dura videtur, ſed ipſa eſt tuta via, alia forte delitias habet, ſed latronibus plena eſt: Cum ceciderit iuſtus, non conturbabitur, quoniã Dominus firmat manus eius. Ecce quid eſt velle viam Chriſti. Contingat illi, vt aliquam tribulationem patiatur, aliquam exhonorationem, aliquam contumeliam, aliquam afflictionem, aliqua damna. Proponat ſibi Dominum ſuum quanta genera tentationum paſſus eſt, & non conturbabitur, cum ceciderit, quia Dominus confirmat manum eius, quia prior paſſus eſt. Quid timebis, o homo, cuius directi ſunt greſſus, vt velles viam Domini? Quid timebis? Dolores? Flagellatus eſt Chriſtus. Contumelias timebis? Audiuit, dæmonium habes, qui dæmonia excludebat. conſpirationem malorum? conſpiratum eſt aduerſus illum. falſum teſtimonium? & illud dictum eſt contra Dominum in reſurrectione ipſius.

34

Pſ. 36.

IDEM exponens uerba illa; Hæc omnia venerunt ſuper nos, nec obliti ſumus te, & inique non egimus in teſtamento tuo, & non receſſit retro cor noſtrum, & declinaſti ſemitas noſtras a via tua, ait: Quia non receſſit retro cor noſtrum, quia obliti non ſumus te, q; a inique non egimus in teſtamento tuo, poſiti in magnis tribulationibus & perſecutionibus, declinaſti ſemitas noſtras de via tua. Semitæ enim noſtræ erant in voluptatibus ſæculi, in proſperitatibus temporalium rerum. Tuliſti ſemitas noſtras de via tua, & oſtendiſti nobis quàm arcta & anguſta via eſt, quę ducit ad uitam. Et declinaſti ſemitas noſtras de via tua. Quid eſt, declinaſti ſemitas noſtras de via tua?

35

In Pſ. 43.

Matt. 7.

Tanquam

Tanquam diceret nobis, in tribulatione positi estis, multa quæ amabatis in hoc sæculo amisistis, sed non vos dimisi in via quam angustâ vos doceo. Latas semitas quærebatis? Quid vobis dico? Hac itur ad vitam sempiternam. Qua vultis ambulare, ad mortem pergitis. Quàm lata & spatiosa via est quæ ducit ad interitum, & multi ambulant p eam quàm arcta via est quæ ducit ad vitam, & pauci sunt qui ambulant per illam. Qui sunt pauci? Qui tolerant tribulationes, qui tolerat tentationes, qui in istis omnibus molestijs non deficiunt, qui non ad horam gaudent ad verbum, & in tempore tribulationis tanquam orto sole arescunt, sed habent radicem charitatis, ne eos sol vrat, sed nutriat. Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, seu infirmitatis, ergo exaltabis nos in loco fortitudinis. *Luc. 8.*

36 IDEM explicans titulum psalmi, qui est, in fine in hymnis intellectus ipsi Dauid, cum venerunt Ziphæi, & dixerunt ad Saul: nonne ecce Dauid absconditus est apud nos, inquit: Fructuosus dolor nunc est, cum te accusas, cum in te reprehendis malos mores tuos, cum reprehensos persequeris, persecutos excludis, illisque exclusis mutaris, exuens te veterem hominem, & induens nouum, eligens potius Christi opprobrium, quàm florem Ziphæorum. Latebat Dauid inter Ziphæos, nec delectabatur flore illorum. Vnde aiebat in alio psal. Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta. Quid est, discerne causâ meam, iudica me? Discerne me a Ziphæis, inter quos lateo. Pertuli eorum florem, iam ueniat & flos meus. Et illorum quidem flos, fuit temporalis, & arescente fœno decidit, flos autem meus quis erit? Plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri florebunt. *In Psſ. 53. 1. Reg. 23. Psſ. 42. Psſ. 91.*

37 IDEM explicans uerba illa; Moab olla spei meæ, inquit: Spei meæ est olla Moab, non consumptionis meæ. Vide in tribulationibus ollam spei, audi Apostolum: Sed & gloriamur, inquit, in tribulationibus scientes quia tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem. Si tribulatio patientiam, patientia probationem, probatio uero spem, olla est autem tribulatio, quę operatur spem, merito Moab olla spei meæ. Spes autem non confundit, olla non me confundet, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. *In Psſ. 59. Rom. 5.*

38 IDEM explicans uerba illa; Et senectus mea in misericordia vberi, seu pingui, inquit: Senectus mea, nouissima mea dixit: Quomodo in ætatibus nostris nouissima senectus est, sic totum hoc quod modo patitur Christi corpus in laboribus, in ærumnis, in vigilijs, in fame, in siti, in scandalis, in pressuris, iuuentus ipsius est. Senectus ipsius, ideſt, nouissima ipsius, in lætitia erunt. [Infra:] Iustus ut palma florebit, sicut cedrus libani multiplicabitur. Transit fœnum, transit flos peccatorum. Quid de iustis? Iustus ut palma florebit. In palma significauit, quia in nouissimis suis pulchra est, vt initium eius a terra ducas, finem ipsius in cacumine vbi habet totam pulchritudinem, aspera radix uidetur in terra; pulchra coma sub cęlo est. Erit ergo & tua pulchritudo in fine. Numquid cum sol exierit, arescit palma? Numquid arescit cedrus? Cum autem sol cadens aliquando fuerit, arescit fœnum. Venit ergo iudicium, ut arescant pecatores, vt virescant fideles. Cedrus, & palma, nec in tempestatibus curuantur. *In Psſ. 91.*

39 IDEM ait: Ipsa merces redditur operarijs in uinea laborantibus, secundum euangelium: Operarij sumus, & adhuc in uinea laboramus, finito die, finito opere, merces restituetur. Sed quis operarius perdurat ad percipiendam mercedem, nisi qui pascitur, cum laborat? Non enim & tu operatio tuo mercedem solam daturus es, non etiam affers illi unde uires reparet in labore? Pascis vtique cui mercedem daturus es. Similiter Deus hic nos pascit, ne deficiamus in labore. *Tractatu. 17. in Euã gel. Ioann. Matt. 20.*

40 IDEM explicans uerba illa; Venite omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos, sic habet: Mirum uidetur quibusdam cum audiunt Dominum dicentem: venite ad me omnes qui laboratis, &c. & considerant eos, qui iugum ipsum, intrepida ceruice subiecerunt, & illam sarcinam mansuetissimis humeris acceperunt, tantis agitari & exerceri difficultatibus huius sæculi, ut non a laboribus ad quietem, sed a quiete ad labores uocati uideantur, cum & Apostolus dicat: omnes qui pie volunt uiuere in Christo Iesu persecutionem patientur. Ait ergo aliquis, quomodo iugum suaue est, & sarcina leuis, quãdo illa ferre, nihil est aliud, quàm pie uiuere in Christo? Et quomodo dicitur: venite qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos, ac non potius dicitur, venite, qui uacatis, ut laboretis? Nam & uacantes inuenit, quos cõduxit in uineam, ut ferrent æstum diei. Et sub illo iugo leui audiamus Apostolum dicentem: In omnibus exhibeamus nos metipsos sicut Dei ministros in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis. Et. Et alibi: A Iudæis quinquies quadragenas una minus accepi, ter uirgis cæsus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo maris fui, & cetera, quæ numerari quidem pericula possunt, sed tolerari nisi spiritu iuuante, non possunt. Omnia ergo illa quæ commemorauit aspera, & grauia, frequentius, & abundantibus sustinebat, astante spiritu sancto, qui in exterioris hominis corruptione interiorem renouaret de die in diem, & gustata requie spirituali in affluentia delitiarum Dei, in spe beatitudinis futuræ, omnia præsentia deliniret aspera, & omnia grauia releuaret. Ecce quàm suane iugum Christi portabat, & omnia illa quæ superius enumerata dura, & immania omnis auditor horrescit, lenem tribulationem diceret, intuens interioribus & fidelibus oculis quanto pretio temporalium, emenda sit futura uita, non pati æternos labores impiorum, & fine ulla sollicitudine perfrui æterna fœlicitate iustorum. Secari, & uri se homines patiuntur, ut dolores nõ æterni, sed aliquanto diuturnioris ulceris acriorum dolorum pretio redimantur, inlanguida, & incerta uacationis breuissimæ, atque vltimæ uitæ. Immanissimis bellis miles attritus, pluribus fortasse annis in laboribus inquietus, quàm in otio quieturus. Quàm terribili, & tremenda sæuitia cęli, & maris impleti sunt mercatores, ut diuitias acquirant. Quos æstus, quæ frigora, quæ pericula ab equis, a fossis, a fluminibus, a feris perferunt uenatores, quem laborem esuriendi & sitiẽdi? Sed intus omnibus, qui hæc non amant, eadem grauia patiuntur, qui uerò amant, eadem quidem, sed non grauia pati uidentur, omnia enim sæua, & immania prorsus facilia, & propè nulla facit amor. Quanto ergo certius, ac facilius ad uerã beatitudinẽ charitas facit quod ad miseriã quantũ potuit cupiditas fecit, quàm facile tolerat quælibet aduersitas tẽporalis, ut æterna pœna uitetur, æterna requies comparetur. Non immerito Paulus dixit: non sunt condignæ passiones huius tpis ad futuram gloriã. Ecce unde illud iugum suaue est, & sarcina leuis. Etsi angusta est paucis eligentibus, facilis tamen omnibus diligentibus. Dicit psalmista: propter verba labiorum tuorum, ego custodiui vias duras. Sed quæ dura sunt laborantibus, eisdem ipsis miteſcunt amantibus. *Serm. 9. in Matthæũ. 10. 2. Cor. 4. Rom. 5. 2. Tim. 3. 2. Cor. 4. Matt. 20. 2. Cor. 6. Eccl. 7. 2. Cor. 11. 2. Cor. 4. Dan. 5. Psſ. 72. Eccl. 2. Eccl. 2. Rom. 8. Ser. 28. in Cantica. Cap. 1. Act. 5. Cant. 1. Rom. 8. Psſ. 16.*

42 BERNARDVS sic ait; Vtilis tribulatio quæ probationem operatur, ducit ad gloriam. Cum ipso sum, inquit, in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum. Agamus gratias patri misericordiarum, qui nobiscum est in tribulatione, & in omni tribulatione nostra nos consolatur. Res necessaria tribulatio, quę in gloriam vertitur, tristitia, quæ mutatur in gaudiũ. *In Psſ. qui habitat sermone 17.*

Res

Res necessaria est ista necessitas, quę coronam parit. Semẽ modicum est tribulatio, magnus exinde fructus exurgit. Forte, insipidum, forte, acerbum est, forte granum sinapis. Non consideremus quæ videntur, sed q̃ non videntur in eo. Quę.n. videntur temporalia sunt, 2. Cor. 4. quæ autem non videntur, æterna. Gloriemur in spe gloriæ magni Dei, prælibemus primitias gloriæ, sed vt dicam expressius, gloriemur in tribulationibus. In Rom. 5. tribulatione siquidem spes est, quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio vero spem. In tribulatione spes gloriæ, immo & ipsa in tribulatione gloria continetur. Sicut spes fructus in semine, sic ipse fructus in semine est. In nunc modum et modo regnum Dei intra nos est, thesaurus ingẽs in fictili vase, in agro vili. Est inquam, sed absconditum est, fœlix, qui ibi inuenerit illud. Quam veraciter hũc thesaurum inuenerat, qui aiebat: momentaneu n & leue tribulationis nostræ, supra modum in sub imitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Non dixit remunerabitur, sed æternum gloriæ pondus operatur. Gloria abscondita nobis est in tribulatione, in momentaneo hoc latet æternitas, in hoc leui, pondus sublime, & supra modũ. Omne gaudiũ existimemus, Eccl. 7. cum in varias inciderimus tribulationes. Dicamus ex animo melius est ire ad domũ luctus, quam ad domũ conuiuij. Cum ipso sum in tribulatione ait Deus, & ego aliud interim requiram quàm tribulationẽ? Descendit, vt prope sit his qui tribulato sunt corde, vt no biscum sit in tribulatione nostra. Bonum mihi Dñe tribulari, dũmodo ipse sis mecum, quã regnare sine te, epulari sine te, sine te gloriari. Bonum in tribulatione Dan. 5. magis amplecti te, in camino habere te mecũ, quam esse sine te, vel in cœlo. Quid.n. mihi est in cœlo, & a te quid voluì super terram. Aurum probat fornax, & Psl. 72. viros iustos tentatio tribulationis. Ibi ibi cum eis es Eccl 2. Dñe, ibi medius astas, sicut olim, cum tribus pueris es Eccl 2. dignatos ẽt æthnico apparere, vt diceret; quia species quarti similis filio Dei. Quid trepidamus? quid cunctamur? quid effugiamus nunc caminũ? Sæuit ignis, sed Dñs nobiscum est in tribulatione. Si Deus nobiscum, quis contra nos? Si ille eripit quis est qui rapiat Rom. 8. de manu eius? Postremo si ille glorificat, quina alius inglorium facit? Si ille glorificat, quis humiliabit?

44 IDEM explicas verba illa; Nigra sum, sed formosa, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis, Ser. 28. in Cantica. inquit: Est nigredo persecutionis, quæ pro summo ornamẽto habetur, si quidem suscipiatur pro iustitia & Cap. 1. veritate. Vnde est illud: Ibant Apostoli gaudentes a Act. 5. conspectu concilij, qm̃ digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati. Deniq; beati, qui persecutionem patiuntur, propter iustitiam. Hac potissimũ gloriari Ecclesiam arbitror, hanc libentius imitari de pelibus sponsi, qui dicebat, si me persecuti sunt, & vos persequentur. Vnde addit sponta: Nolite me considerare quod fusca sim, quia decoloraut me Sol: Hoc est. Nolite me notare, quasi deformem, quia cernitis pro ingruente persecutione minus florentem, minus secũ dum gloriam sæculi coloratam. Quid exprobratis nigredinem, quam feruor persecutionis, non conuersationis pudor inuexit? Filij matris meæ pugnauerunt Cant. 1. contra me adijciens, persecutionem passam se esse aperte significat.

45 IDEM ait: Olus, faba, pultes, panisq; cibarius cũ In epist. 1. aqua, quiescenti quidem fastidio sunt, sed exercitato, quæ est ad magnæ videntur delitiæ. Iam forte tunicis dissuetus, Robertum exhorres nimirum eas tam propter hyemis frigus, nepotẽ suũ lib 6. quam propter æstatis ardorem, sed non legisti, qui timet pruinam, irruet super eum nix? Vigilias times, & ieiunia, manuumque laborem, sed hæc ieuia sunt meditanti flammas perpetuas. Recordatio tenebrarum exteriorum facit non horrere solitudinem. Si futuram cogitas de verbis ociosis discussionem, non valde displicebit silentium. Fletus æternus & stridor ille dentium ante cordis oculos reductus, pares tibi reddet matutinum, & culcitram. His rationibus conuincebat Bernardus iuuenem, & nobilem, & delicatum, adferendos labores grandes religionis.

Iusti triflantur videntes mala proximi, si autem aliquando gaudere videntur, futura tantum prophetant mala, non optant. Cap. XVI.

ORIGENES explicans uerba illa; Et dixit Dominus ad Aaron, tu, & filij tui, & domus patris tui tecum, lumetis peccata sanctorum, inquit: Qui meliores sunt, inferiorum semper culpas & peccata suscipiunt. Sic.n. & Apostolus dicit: Vos qui firmiores estis, debetis imbecilitates infirmorũ sustinere. 1 Ho. 10. in c. 18 Numerorum. to. 1. Rom. 15.

HIERONYMVS explicans verba illa; Vindemia eos sicut vindemiatti me ait. Vindemiare est vnũ quemque operum suorum fructum metere. Vindemiat enim Dominus hostes suos, qui sanctos eius vindemiauerunt, quando pro contritione temporali, qua illos ad probationem opprimere permissi sunt, in futuro iudicio perpetuam facier recipere vltionem. Sed hoc intimandum est, quòd quando sancti viri deprecatorio more contra hostes suos rogant, non voto malitię, sed spiritu prophetiæ, hoc quod prę sciunt, futurum prædicunt. Nam iusti, conuerti homines desiderant non perire, sicut dixit Dauid: Confundantur & reuereantur, qui quærunt mihi mala. Vbi venitur ad homines corrigibiles, non maledictio funditur, sed correctio postulatur. Confundi est facta sua erubescere, & in meliorem sententiam commutari. Et vt hoc magis ad conuersionem intelligere debuisses, addidit. Reuerean ur, ideſt emendati colant, quem persequendum esse putauerant. Quando autem dicitur iudica Domine nocentes me, ideſt damna, de diabolo intelligit & ministris eius, & dicit id quod nouerat esse venturum. Nam cum Dominus præcipiat, pro inimicis orare hominibus, hæc non potest conuenire sententia, quorum damnationem, aut postulet, aut exoptet. 2 Li 1. in lamẽtationes Hier. to. 4. Psl. 39. Psl. 34. Cap. 1.

AVGVSTINVS inquit; Nihil sic probat spiritualem virum, quam peccati alieni tractatio, cum liberationem eius potius quam insultationem, potius quam exilia, quam conuitia meditatur, & quantum facultas tribuit suscipit, & ideo dicit Paulus: Fratres, etsi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis instruite huiusmodi. Deinde ne sibi quisque videatur instruere, etiam cum proterue exagitat, irridetque peccantem, aut superbe tanquam insanabilem deteritatur. In spiritu, inquit, mansuetudinis, considerans teipsum, ne & tu tenteris. Nihil enim ad misericordiam sic inclinat, quàm proprij periculi cogitatio. 3 In lib expositionis epistolæ Pauli ad Gala. to. 5.

IDEM exponens verba illa; Confundantur, & reuereantur, qui quęrunt animam meam, sic habet: In alio psalmo dolebat se non quæri ad imitandum dicens: Perijt fuga a me, & non est qui requirat animã meam: Hic autem dolet se quæri ad opprimendum, & ait: Confundantur, qui quærunt animam meam. Quæris animam iusti, cum imitari cogitas, quæris animam iusti, cum occidere cogitas. Confundantur, & reuereantur. Et vbi est, quod audisti a Domino tuo, diligite inimicos vestros, benefacite his qui vos oderunt, & orate pro his qui persequuntur vos? Ecce persecutionem pateris, & maledicis his a quibus pateris. Quomodo imitaris Dominum in cruce dicentem: Pater ignoce illis, quia nesciunt quid faciunt? Hoc optant sancti inimicis suis, confundantur & reuereantur: Quandiu enim non confunduntur, & reuerentur, necesse est facta sua defendant. Optemus hæc inimicis nostris: secure optamus, vt de malefactis confundantur. Et mentem; explicans psalmi dixerat: Est in hoc psalmo vox contri- 4 In Psl. 69. to. 4. Psl. 141. Matt. 5.

bulatorum inter passiones periclitantium, vt erãt martyres. Nos nõ tales persecutiones vrgent, quales ipsos vrgebant, sed fortasse peiores in omnimodis generibus tantorum scandalorum. Nostra enim tempora magis abundant illove quod damnauit Dominus dicens: væ mundo a scandalis. Et quoniam abundauit iniquitas, efrigescet charitas multorum. Neque enim & Loth ille sanctus in Sodomis ab aliquo corporalem persecutionem patiebatur, sed persecutionis eius, facta mala Sodomitarum erant. Inter proximorum pec cata nos gemimus, & hæc persecutio nostra est, si est in nobis charitas, qua dicat: quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror?

Matt. 18. *Matt. 24.* *2. Cor. 11.*

5 IDEM explicans verba illa de Moyse, Aaron, & Samuele, vlciscens in omnes adinuentiones eorum, disputat in quo sancti isti sunt puniti, & ait: quid est quod in illis vindicatum est quæro, & secundum homines non inuenio, secundum autem quòd scio pati seruos Dei, quotidie vindicatum est in illos. Legite, & videte vindictas, vindictas quotidie patiebantur, populos contradicentes, quotidie patiebantur, inique viuentes, & inter illos viuere cogebantur, quorum vitam quotidie reprehendebant. Hæc erat vindicta, nondum proficit, cui parua est. Tantum te enim torquet iniustitia aliena, quantum recesseris a tua. Cum enim fueris frumentum, ideſt, herba bona, de semine bono cum cœperis fructum dare, tunc tibi apparebũt zizania: cum enim creuisset, & herba fructum fecisset, tunc apparuerunt zizania. Ex sententia Domini, necesse erit parcere zizanijs, ex conditione serui, necesse erit viuere inter zizania. Separare ea non potes, tolerare tibi necesse est. Vide quantas plagas in corde patiaris, qui corpore & corde integro inter malos versaris. Qui apponit scientiam, apponit dolorem. Ecce abundet in te charitas, & plus dolebis peccantẽ. Quanto in te maior est charitas, tanto amplius te torquebit quem toleras, non torquebit tanquam irascentem illi, sed tanquam dolentem pro illo. Vide Paulũ Apostolum quid patiebatur. Dixit enim multa quæ patiebatur, & præter illa, quæ sunt exteriora, & quę patiebatur a malis persecutoribus Christi, ait, præter illa quæ sunt instantia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecclesiarum. Et videte qualis sollicitudo, quàm paterna, quàm materna. Videte quomodo cedebatur, vt vindicaretur in omnes affectiones eius. Dicemus affectiones eius, in quas vindicabat Deus: quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Quantò maior charitas, tantò maiores plagæ de peccatis alienis.

In Psal. 98. *Matt. 13.* *Eccl. 1.* *2. Cor. 11.*

6 IDEM explicans uerba illa; In quacunque die tribulor, velociter exaudi me, sic habet: Quid est in quacunque die tribulor? Non sufficeret dicere: inclina ad me aurem tuam, quoniam tribulor? In quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam. Tanquã vnitas corporis, si patitur vnum membrum, compatiuntur omnia membra. Tribularis tu hodie, ego tribulor, tribulatur alius craſtinò, ego tribulor. Post istã generationem alij posteri, qui succedunt posteris tribulantur, ego tribulor, neque in finem sæculi. Quicunque in meo corpore tribulantur, ego tribulor. [Infra:] Et ossa mea sicut in frixorio confrixa sunt. Et ipsa ossa mea, & ipsa fortitudo mea, non sine tribulatione, non sine vitione. Ossa corporis Christi, fortitudo corporis Christi, vbi maior quàm in Sanctis Apostolis? Et tamen vide ossa frigi. Quis scandalizatur, & ego non vror? Fortes sunt fideles, boni intellectores, & prædicatores verbi, viuentes vt loquuntur. Fortes plane sunt, sed omnes qui scandalum patiuntur, frixorum ipsorum sunt. Sunt ossa interiora omnibus carnibus, & portant omnes carnes. Verum si quisquam patiatur aliquod scandalum, & in anima periclitetur, tantum os frigitur, quantum amat. Desit amor, nemo frigitur, adsit charitas, etsi membrũ compatitur, patiente vno membro, quomodo non frigũtur qui portant vniuersa membra? [Infra:] A voce gemitus mei adhæserunt ossa mea carni meæ. A voce gemitus mei, non a voce gemitus illorum quibus compatior. Multi enim gemunt, gemo & ego, & hoc gemo, quia male gemunt. Amisit nummum, gemit, amisit fidem, non gemit. Acquisiuit pecuniam, perdidit iustitiam. Gemit tunc, qui gemere nouit, qui capiti propinquat, qui recte hæret corpori. Volumus eos emendare, corrigere, & quando non possumus, gemimus. Adhæserunt fortes inualidis, adhæserunt firmi infirmis. Qua lege adhæserunt, nisi quia dictum est: debemus nos firmi infirmitatem infirmorum portare.

In Psal. 105. *1. Cor. 12.* *Rom. 15.*

7 IDEM explicans uerba illa; Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi, ait: Non dicit, iniquos odio habui, & iustos dilexi, aut iniquitatem odio habui, & legem tuam dilexi, sed cum dixisset, iniquos odio habui, exposuit quare, addendo, & legem tuam dilexi, vt demonstraret, non se in hominibus iniquis odisse naturam, qua homines sunt, sed iniquitatem, qua legi quam diligit, inimici sunt.

In Psal. 118 conc. 24. *Psal. 113.*

8 IDEM exponens verba illa; Nonne omnes, qui te oderunt, Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam? inquit: Nonne cum zelus domus tuæ comedit me, videbam insensatos, & tabescebam? Nonne & tædium detinebat me a peccatoribus derelinquentibus legem tuam? Sed vbi est, diligite inimicos vestros? An quia vestros dixit non Dei? Benefacite, inquit, eis qui oderunt vos, non ait, qui oderunt Deum. Ideo iste securus dixit: Nonne eos: qui oderunt te Domine, odio habui? Non dixit, qui oderunt me. Et super inimicis tuis tabescebam: Tuis dixit, non meis. Sed qui nos propterea oderunt, & propterea nobis inimici sunt, quia Deo seruimus, quid aliud quàm eum oderunt, & eius inimici facti sunt? Nunquid ergo tales inimicos nostros diligere non debemus? Ergo attende quod sequitur, perfecto odio oderam illos. Quid est perfecto odio? oderam in eis iniquitates eorum, diligebam conditionem tuam. Hoc est perfecto odio odisse, vt nec propter vitia homines oderis, nec vitia propter homines diligas. Inimici facti sunt mihi. Quomodo ergo & in eis impleuit, quod ipse dixit: non ne eos qui te oderunt Domine oderam, & quod Dominus præcepit: diligite inimicos vestros? Quomodo implebit hoc, nisi illo perfecto odio, vt hoc in eis oderit, quod iniqui sunt, hoc diligat, quod homines sunt? Famulus Dei Moyses quomodo oderat peccatores, cum pro eis orabat, & quomodo non oderat, cum eos occidebat, nisi quia perfecto odio oderat eos? Ea namque perfectione sic oderat iniquitatem quam puniebat, vt diligeret humanitatem pro qua orabat. Corpus ergo Christi ab impijs in fine etiam corporaliter separandum est, nũc inter eos interim gemat. Sit filia, & sponsa Christi modo, sicut lilium inter spinas, &c.

In Psal. 138 *Isa. 55.* *Ser. 12. in Canica.* *2. Cor. 2.* *2. Cor. 11.* *1. Cor. 11.* *Exo. 31.* *Iob 29.* *Iob 31.*

9 BERNARDVS inquit: Quotiens peccantem videris fratrem, continuo procedere debet compassionis affectus, tanquam cognatus humanitati, quippe quem concipis ex te ipso. Vos, inquit Apostolus qui spirituales estis, instituite huiusmodi in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne & tu tenteris. Et cum exiret Dominus baiulans sibi crucem, & plangerent super eum mulieres paucæ, conuersus ad eas dixit: Nolite flere super me, sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. Ordinem diligenter attende. Super vos, inquit primo, deinde super filios vestros. Temetipsum attende, vt alij noueris cõpati, vt arguas in spiritu lenitatis. Te ipsum cõsidera, ne & tu tenteris. Sanctus quidam senex, cũ audisset peccasse vnũ ex fratrib. amarissime flebat, & dicebat, ille hodie, ego cras; Qui sic flebat super se, putas q̃ a non

Ser. 2. de resurrectione Domini. *Galat. 6.* *Luc. 23.* *Gen. 45. 11* *1. Reg. 15.*

compassus

compassus sit fratri? Sed quid agimus, quod nonnulli dura ceruice, & attrita sunt fronte, vt quo magis eis compatimur, tanto magis nostra & compassione, & patientia abutuntur? Nonne sicut compatiebamur fratri, ita & ipsi iustitiæ compatiendum est, quam videmus tam impudenter prouocari? Scio quia si qua in nobis est charitas, contemptũ hunc Dei ferre æquanimiter non possumus. Hic est zelus iustitiæ, quo aduersus delinquentes accendimur, tanquam pietateducti erga eam quam contemni videmus iustitiam Dei. Veruntamen oportet, vt priori sibi vendicet locum compassionis affectus, alioquin in spiritu vehementi conterimus naues Tharsis, conterimus quassatum calamum, extinguimus linum fumigans. Sed cum vterque aderit videlicet & compassionis affectus, & zelus iustitiæ, necesse est, vt adsit spiritus discretionis, ne forte indiscretio confundat vniuersa. Vnde Propheta regius ait: Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me. Simulare aliquis potest, vt cum priuato amore vel odio ducitur, compassionis affectum, aut zelum putet esse iustitiæ. Quærendus ergo est affectus cõpassionis, rectitudinis zelus, & spiritus discretionis. Bonitatem postulat, vt compati norit, & disciplinam, vt corrigat, & scientiam, vt cum discretione vtrunque præstet. Videas multos (sincera licet intentione, & benigno accedant animo) leuiter dicere, quod grauiter audiatur. Volat irreuocabile uerbum, & quod sanare debuerat, exasperat & exulcerat magis. Venite, emite absque argento vinum, & lac. A Domino emenda est lactis dulcedo, & vini austeritas ad corrigendum proximum.

Rom. 15.
7 In Ps. 118 conc. 24.
Ps. 113.
8 In Ps. 138
Is. 55.

10 Ser. 12. in Cantica. IDEM differuerat de vnguento contritionis, & deuotionis, & ait: Sed est vnguentum, quod ambobus longe antecellit, & hoc appellauerim pietatis, eo quod fiat de necessitatibus pauperum, de anxietatibus oppressorum, de perturbationibus tristiũ, de culpis delinquentium, & postremo de omnibus quorumlibet miserorum ærumnis, etiam si fuerint inimici. O quæcunque es anima sic affecta rore misericordiæ, sic affluens pietatis viceribus, sic te omnibus omnia faciens, sic facta ipsa tibi tanquam vas perditum, vt ceteris præsto vbique semper occurras, atq; succurras, sic denique mortua tibi, vt viuas omnibus. Tu fœlix, cuius manus distillauerunt totius suauitatis liquorẽ.

2. Cor. 2.
2. Cor. 11.
1. Cor. 11.

Sic erat Paulus vas electionis, cuius pectus sic affectum sollicitudo omnium Ecclesiarum, qui aiebat: quotidie morior propter vestra gloriam. Et rursum: quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Decebat namq; primis, & purissimis aromatibus redolere vbera quæ Christi membra lactarent, eos, quos pariebat, donec Christus formaretur in eis. Audi & de alio diuite quomodo ad manũ habebat electas species, de quibus optima unguenta conficeret. Foris, inquit, non mansit peregrinus, ostiũ meum viatori patuit. Item oculus fui cæco, & pes claudo. Pater eram pauperum, conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam. Si comedi buccellam meam solus, & nõ comedit pupillus ex ea. Si despexi prætereuntem, eo quod non haberet indumentum. Ioseph etiam suis venditoribus hanc fragrãtiam propinauit, erumpebant lachrymæ de pinguedine cordis, non iræ indices, sed gratiæ proditrices. Samuel lugebat Saul, & ad ignem charitatis incalescente pectore, liquefactus intus pietatis adeps, foras emanabat per oculos. Quid de Moyse dicam? quanto adipe, & pinguedine ipie repleuerat viscera sua? Qui inter assiduas lites, & iurgia nõ potuit domus illa exasperans furore suo vnctionem spiritus exterminare, in tantum, vt populo ingrato & rebelli, non modo non irasceretur, sed & irascentem Deum suo interuentu liniret. Si dimittis, ait, dimitte, sin autem dele me de libro, quem scripsisti. O vere hominem vnctum vnctione misericordiæ. Loquitur plane parentis affectu, quẽ

Exo. 31.
Iob 29.
Iob 31.
9 Ser. 2. de resurrectione Domini.
Gen. 45. 11
Galat. 6.
1. Reg. 15.
Luc. 23.

nulla possit delectare fœlicitas, exclusis quos parturiuit. verbi gratia, si dives quispiam mulieri pauperculæ dicat: ingredere tu ad prandium meum, sed quẽ gestas paruulum, relinque foris, quia plorat, & molestus est nobis, nunquid faciet? Nonne magis eligeret ieiunare, quàm exposito pignore charo, solam prandere cum diuites? Sic fuit & Moyses, &c. Dauid illius mortem lugebat, qui suam semper fiuerat: illius molestè ferebat decessum, cui succedebat in regnum. Plura diximus de re hac lib. 1. c. 14. & 16.

2. Reg. 1.

Iustus etsi solus mereatur nomen sapientis, simplex est, & prudens, mali autem duplici corde viuunt.

Cap. XVII.

1 Lib. 1 in c. 1. Iob 10. 2. ORIGENES explicans uerba illa; Erat Iob simplex, ac rectus, inquit: Erat simplex, non fictus. Non erat in illo duplicitas, non erat in illo hęsitatio. Non loquebatur aliud in ore, aliud vero cogitabat in corde. Non aliud dicebat verbis, & aliud cogitabat in animo. Non erant verba illius mollia in labijs, iacula vero in occulto: quemadmodũ nunc sunt plurimorum, quemadmodum sunt innumerabilium. De quibus dicitur: Molles fuerunt sermones super oleum, & ipsi sunt iacula. Et adhuc: Proximo suo loquitur bona, & intra se habet mala. Et alibi: In labijs suis blandus indulcat inimicus, in corde vero suo insidiatur. Erat Iob uerax in corde, uerax in cogitationibus, & verax in responsionibus, verax in verbis, & verax in factis, verax cum hominibus, & verax cum angelis.

Psal. 54.
Iob 40.

2 In epist. ad amicum ægrotum de viro perfecto. to. 9. HIERONYMVS sic ait: Homo noster Deum colere, principalem scit esse sapientiam, non edoctus humanæ sapientiæ uerbis, sed spiritu Dei, & eius superfusa nobis dignatione callemus. Hæc est illa stultitia sæcularium, hæc sapientia vocatorum, cogitare semper in corde: quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi. Ipsum habere semper in ore, quoniam verbum est, esurire eum, quoniam panis est. Ipsius spiritu etiam ebrios mente excedere, quia calix est noui testamenti. Illum loqui omni tempore, quoniam linguas nobis nouas spiritus eius aduexit. Quæ sunt autem istæ linguæ nouæ, nisi in sæculo esse, & seri monem de sæculo non habere, alijs linguis loqui populo, quam loqui populus secum consueuit. Dominum amare, quia interpellat pro nobis, metuere, quia pater omne iudicium dedit filio. Illum momentis omnibus adorare, & ab ille petere necessaria nobis, & ipsi placita, qui peti se vult, qui, quod est nouum inter nos, solus petentes se amat. Cui etiam solus, quod mirabile est, irascitur, nisi petatur. Nunc quare non ab hominibus istius mundi hæc sapientia cognoscitur? Quia dum diabolus hominem sibi subiugauit, ne amissam sapientiam quæreret, sic cunctis fucis suæ artis infecit, & stultitiam, sapientiæ colore vestiret, vt mala non fugerent, qui non cernerent opposita meliora. Denique ex illo tempore sic passim humanum genus graditur, stultitia pro sapientia habetur, dicente Psalmista: quoniam laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur. Tunc vita esse putatur quæ mors est, & sub specie boni, mala decipiunt cum ad intelligentiæ fraudem, dolo bonorum omnium virtus operitur. Nam diuitiæ non secuturæ post hominis mortem amantur, iniuriam fecisse, virtutis est, aliena possidere, potentiæ est, innocentem circumuenire, altutiæ est, non Christum sapere, sapientiæ est, sic plena sunt omnia erroribus, sic infusa per hominum mentes caligine, alium alio incursante, mundus inuoluitur, & ad hoc vsque veritas obscuratur, vt in mortis gremio iacuisse beatitudo dicatur. Quod vbi ille Deus nos sem-

3 Psalm. 9.

per cogitans & nostra, vidit per sapientiam mundi suam sapientiam fuisse desertam, placuit etiã ei è cõtrario aduersus astutiam diaboli, sapiẽtiæ suæ diuitijs innumerabilibus vti, & scientiæ altitudinem, quã nullus poterit inuestigare sicuti est, & suam sapientiã stultitia velare, & vitam suam, mortis quodam obscuritate celare, vt ad sapientiam peruenire non posset, qui in hoc sæculo opinionem stultitiæ fugisset, & ad vitã eius non accederet, qui non contemptum mortis habuisset. Quid igitur sequitur, nisi vt relicta sæculi sapientia, stultos nos haberi patiamur, vt in spe aduentus Domini, partem aliquam habere mereamur. Tũc enim sciſſis omnibus velamentis, talia qualia sunt singula cuncta cernentur, idest, vt stultitia mundialis falsæ sapientiæ inuolucris denudata sistetur, & mors mẽtitæ beatitudinis deoperta velamine vitalium inimica prodetur. Tunc & cœlestis sapientia, quæ sæculariter stultitia nominatur interposita, altitudinem scientiæ Dei sine alicuius labore elucubrationis intrabit.

4 *Li. 9. in c. 28. Ezech. to. 4.* IDEM exponens uerba illa; Tu signaculum similitudinis plenus sapientiæ, & perfectus decore in delicijs paradisi Dei fuisti, inquit: Vno uerbo cum dixisset: tu signaculum similitudinis, iungitur plenus sapientia, perfectus decore, siue corona decoris, vt septuaginta interpretes verterunt, vbi enim similitudo Dei est, ibi & plenitudo sapientiæ, & perfectus decor siue quasi diuersis floribus ornata, & composita corona virtutum.

5 *Li. 1. in c. 1. Prouer. to. 7.* IDEM explicans verba illa: Si quæsieris eam (sapientiam scilicet) quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis eam, Tunc intelliges timorem Domini, & scientiam Domini inuenies, inquit: Si tanta cura sapientiam, quanta cupidi quærunt pecuniam, vel certe, si tam sollicitè quæsieris sapientiam, ipsa sapientia (quasi infinitas per hanc, & ineffabiles diuitias sis acquisiturus) percipies præmia, quç subsequenter exponuntur. Qui vero thesauros effodit, ejcit rudera terræ, & facit in altum foueam, sedulus insistit labori, donec ad thesauros, quos quærit attingat. Et qui thesauros sapientiæ inuenire desiderat, quicquid sibi terrenum inesse deprehenderit expurget, carnales illecebras abijciat, fossam in se humilitatis faciat, nec quiescat ab agendo, priusquam se venam veritatis inueniſſe cognouerit. Si sollicito corde quęsieris, peruenies ad experientiam amabilis Domini, qui non initium, sed perfectio est sapientiæ cęlestis in hac vita. Quia Dominus dat sapientiam. Vnde Iacobus ait: Qui indiget sapientia postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter. [Infra:] Custodiet rectorum salutem, & protegèt gradientes simpliciter. Cognatæ sibi sunt virtutes; rectitudo, & simplicitas, neque ab inuicem, queunt separari. Vnde & sapientia, vnam sine altera non quærit, sed in quibuscunque ambæ conueniunt, hos custodit, & protegit. Denique de beato Iob dicitur: Quia erat vir ille simplex, & rectus: Simplex videlicet, per innocentiam mansuetudinis, rectus per cautelam discretionis. Simplex, quia nullum lædere, immo cunctis prodesse desiderat rectus quia se a nullo corrum pi permittebat.

Iacob 1. *Iob 1.*

6 *Lib. 2. in c. 10. Prouer.* IDEM exponens verba illa; Quasi per risum stultus operatur scelus, sapientia autem est viro prudentia, inquit. Prudentia a prouidendo nomen accepit. Stultus igitur, est qui gaudet in scelere, sapientis autẽ est, & eius qui viri nomine dignus sit, præuidere, quia risus dolore miscebitur, & gaudia peccandi, pœna sequetur vltionis.

Infra. 14.

7 *Li. 2. in c. 14. Prou.* IDEM explicans verba illa; Innocens credit omni verbo, astutus considerat gressus suos. Sapiẽs timet & declinat a malo, stultus transilit, & confidit, ait: Innocens credit, & confidit, &c. hanc innocentiam vetuit Dominus, & hanc habere astutiam docuit, cum dixit: Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint. Sapiens timet, & declinat a malo, &c. Sicut stulti est de sua alacritate confidere, torrentem rapidum, vel voraginem latiorem saltu velle transire, sapiens autem ad planum, vel pontem diuertere; ita qui peccatum, quantum valet, declinat, timens ne inuoluatur malis, sapiens est, stultus autem, ille qui contemptim peccat, blandiens sibi, quia aut posteriori tempore pœnitentiam agat cõmissorum, aut si repente moriatur, fortiter pœnas inferi sufferat. Impatiens operabitur stultitiam, & vir versutus odiosus est. Reprehensibilis quidẽ est homo impatiens, sed multo peior, & odiosior Deo est versutus, tametsi apud homines melior æstimetur. Ille enim palam omnibus suam ostendit stultitiam, iste autem, cum sit corde peruersus, sæpe simplicitatem simulat, & iustitiam, atque humano iudicio sanctum se dici delectat, cum sit diuino examine inter reprobos æstimatus. [Infra:] Corona sapientium diuitię eorum, fatuitas stultorum imprudentia. Sapientes non terreni aliquid emolumenti, pro diuitijs habent, sed coronam solummodo, quam pro virtutibus in futuro percipient: at stultorum fatuitas maxima hæc est, quia improuidi æternorum, de præsentibus tantum commodis gaudent. Imprudentia enim quasi improuidentia dicitur.

1. Ioan. 4.

IDEM explicans verba illa; Sapientiam verò vbi inuenitur, & quis est locus intelligentiæ? Nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium, &c. sic habet: In his verbis, dicens, nescit homo pretium eius, inæstimabilem esse sapientia Dei timoris significauit. Non inuenitur in terra suauiter viuentium. Hanc sapientiam non habet quispiam, nisi carnem suam crucifixerit, cum vitijs, & concupiscentijs, nisi uixerit vt Paulus & ceteri sancti in angustijs, &c. Et ideo suauiter dicti sunt viuere illi, qui nullo iugo disciplinæ tenentur, & effrenes ac præcipites in labem prorumpunt vitiorum. Abyssus dicit, non est in me, & mare loquitur, non est mecum. Hoc intelligit de illis, qui carnali conuersatione, mundi tenentur illecebris. In his sapientia inueniri non potest. [Infra:] Trahitur autem sapientia de occultis. Hæc enim non potest, nisi de supernis assumi, siue de intimis cordis affectibus, dono Sancti Spiritus trahitur, vt propheta ait: Os meum aperui & attraxi Spiritum, vt videlicet sapiat homo Deum, & timeat, ac recedere a malo intelligat. Abscondita est ab oculis omnium viuentium. Viuentium mundo intelligendum est, volucres quoque cœli latet, superbi, & leues, siue qui altum sapiunt, quod ad tumorem arrogantiæ pertinet, intelligendi sunt.

8 *Inc. 28. Iob to. 8.* *Psal. 118.*

IDEM explicans uerba illa; Vana locuti sunt vnusquisque ad proximum suum, labia dolosa in corde, & corde locuti sunt, ait: Vbi nos legimus, labia dolosa in corde, & corde, &c. Symmachus transtulit labia lubrica, in corde aliud est, & aliud loquitur. Labia dolosa, bilingues dicuntur, quia duabus linguis loquuntur, quia aliud dicunt, & aliud retinent.

9 *In Psal. 11. to. 9.*

AMBROSIVS inquit: In omnibus rebus dolus abesse debet, aperienda simplicitas, intimanda ueritas est. [Infra:] narrans Gabaonitarum dolum, qui Iosue fefellerunt fingentes se de longinquo venisse, pro ineundo fœdere cum Israeliti, ait. Non cognouit Iosue fraudes eorum, sed citò credidit. A deo sancta erat illis tpibus fides, vt fallere aliquos posse, non crederetur. Quis hoc reprehendat in sanctis, qui ceteros de suo affectu æstimant? Et quia ipsis amica est ueritas mentiri neminem putant, fallere, quid sit ignorãt, libenter credunt, quod ipsi sunt. Hinc Salomon ait: Innocens credit omni uerbo. Non uituperanda facilitas, sed laudanda bonitas. Sed propter astutiam mulctauit eos vilioris obsequio ministerij.

10 *Li. 3. officiorum ca. 10. to. 4.* *Prou. 14.*

IDEM

11 IDEM inquit: Dominus in Euangelio dixit: Vulpes foueas habent, quoniam in simplicitate cordis, & in innocentia nos iubet viuere. Dauid ait: Sicut nouacula acuta fecisti dolum. Nequitiæ arguens proditorem, eo quòd instrumentum huiusmodi ad hominis adhibetur ornatum, & plerunque vlcerat. Si quis igitur prætendat gratiam, & dolū nectat, Doeg proditoris exemplo, vt eum, quem celare, & protegere debeat, prodat ad mortem, instrumenti istius comparatione censetur.

12 IDEM ait: Astutia, vnusquisq; fratrem suum circumuenire, & decipere nititur, & in nouas se fraudes componere, vt quem vi obtinere non potest, circumscribat dolo, & fuco quodam artis obducat. Fraudulentum illud Polypi ingenium non præteribo, qui vadoso in littore petram nactus affigitur ei, atq; eius nebuloso ingenio colorem subit, & simili specie terga obductus, plurimos piscium sine vlla suspicione fraudis allapsos, dum notam non præcauent, & saxum opinantur, cassibus furtiuæ artis includit, & sinu quodā suæ carnis intercipit. Sic spontanea venit præda, & talibus capitur argumentis, qualia sunt eorum, qui ingenium suum sæpe commutant, & diuersas nocendi artes mouent, vt qui eos audiunt aut vident, incauta facilitate se credant, eoque citius labuntur, dum distinguere non norunt cauere quod noceat, dū grauior sit, & magis noxia improbitas, benignitatis obumbrata velamine. Et ideo cauendi sunt, qui crines suę fraudis, & brachia longe lateque dispergunt, vel speciem induunt multiformem. Et isti enim polypi sunt, nexus plurimos habentes, & callidorum ingeniorum vestigia, quibus irretire possint quidquid in scopulos suæ fraudis inciderit.

13 IDEM inquit: Insipiens præsentia tantummodo uidet, quæ in oculis sunt, futura non respicit, præterita non cogitat. Sapiens autem & præterita recordatur, & futura considerat. Omnis ergo mens sapiens retrorsum ambulat, hoc est, præterita spectat, nihil vacuum, nihil nudum suorum patitur esse gestorū. Hoc dicit explicans uerba illa Gen. 9. in quibus scriptum est, quòd quando Spem, & Iaphet uiderunt Noe patrem suum nudum incedentes retrorsum, operuerunt uerenda, &c.

14 IDEM explicans verba illa: Iuxta eloquium tuū, da mihi intellectum serm. 22. ait: Non intellectum generaliter dicit, sed intellectum secundum uerbū Dei. Est enim intellectus ad mortem, sicut est prudentia ad interitum. Filij huius sæculi prudentiores sunt quàm filij lucis in hac generatione. Sed prudentia ista quæ sæculi est, ad uitam non suffragatur æternam, circa honorem, circa lucella est, quæstibus coaceruandis intenta, non meritis comparandis, phalerata magis quàm uera sapientia, ut est philosophia omnis quæ aliena quærit, cum sua nesciat; Scrutatur cœli plagas, mundi spatia rimatur, quæ sibi prodesse non possunt, Deū ignorat, quem solum debet inquirere. Ideo uerus sapiens dicit: Si quis uidetur sapiens esse inter uos in hoc sęculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum. Elaborandum est igitur, vt in hoc sæculo stulti simus. Secundum verbum tuum da mihi intellectum, non secundum mercatores huius sæculi, &c. sed secundum verbum tuum.

15 IDEM explicans uerba illa; Nam prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus uita, & pax, inquit: Prudentia carnis peccatum est, quod generat mortem. Prudentia enim ideo dicitur cum res stulta sit, quia secularibus hominibus errores ex visibilibus concepti contra legem Dei prudentia videntur, maximè, quia omnis industria: & astutia illorū in eo est, vt peccent. Sapere enim sibi videntur, si istud diligentius curent, cum nihil stultius sit, quàm peccare. Est & illa prudentia carnis, quę mundanis rationibus inflata, negat aliquid fieri, quod mundi caret ratione. Prudentia autem spiritus, hæc vere est sapientia, quæ vitam acquirit & pacem. Sequens enim spiritalia contemptis illecebris vitę præsentis, æternam habebit vitam cum pace. Quoniam sapientia carnis, inimica est Deo, legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest. Qui enim in carne sunt, Deo placere nō possunt. Sapientes mundi in carne sunt, quia respiciētes mundum, spiritali sapientiæ resistunt.

16 AVGVSTINVS ait: Hæc est vera sapientia, vt id quod Domino reuelante fugiendum esse intellexerimus, cautissima vigilantia fugiamus, & id quod Domino reuelante, appetendum esse intellexerimus, flagrantissima charitate appetamus.

IDEM explicans verba illa c. 8. Prudentia carnis inimica est Deo. Legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest, sic habet: Inimicus Dei dicitur, qui legi eius non obtemperat, & hoc per carnis prudentiam, id est cum appetit temporalia bona, & timet temporalia. Definitio enim prudentiæ in appetendis bonis, & vitandis malis solet explicari, qua propter recte appellat Apostolus carnis prudentiam, qua hæc appetuntur pro magnis bonis quæ non perseuerant cū homine, & ne hęc amittantur timetur, quæ quandoque amittenda sunt. Non potest autem talis prudentia legi Dei obtemperare. Sed tunc obtemperatur legi Dei, cum hæc prudentia extincta fuerit, vt ei succedat prudentia spiritus, qua nec in temporalibus bonis, spes nostra est, neq; in malis timor. Prudentiam carnis habet, qui inferiora sectatur, & prudentiam spiritus cum superiora eligit, & diligit.

17 IDEM ait: Prudentia vobis necessaria est in eremo, quia docet quid fugiendum, & quid tenendum sit. Prudentia docet te innitaris rebus temporalibus nec mireris de rebus transitorijs, cum sint caducæ, & ea quæ possides, tanquam aliena possidere aduertas. Prudentia docet te, vt quæ non potes perpetuò tenere, fructuose permittas abire. Prudentia docet te, vt in cunctis semper idem sis, tam in prosperis, quàm in aduersis. Prudentia docet te, quomodo præsentia ordines, quomodo præteritorum recorderis, & quomodo futura prouideas. Estote igitur fratres prudētes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Duo enim sunt quæ connexa ad inuicem sunt, vt vnum sine altero, aut parum, aut nihil omnino proficiat. Simplicitas enim sine astutia, stultitia reputat, astutia sine simplicitate, superbia approbatur. Astutia serpentis in quatuor diuiditur partes. Prima est, quòd totius corporis venenum in gutture colligit, & ibi prudēter docente natura seruare studet, vt si aliquando sibi necesse fuerit, in promptu habeat vnde se defendere possit. Sed in hac parte serpens quandoque decipitur. Mustela enim semper serpenti aduersatur, & ante foramen cauernæ serpentis se ponit, & eum prouocando tandiu vmbra caudæ suæ solerter illudit, donec ipsum egredientem agnoscit. Tunc uero mustela desuper ascendit insidias tendens, vt cum serpentis caput uiderit, capitalem vindictam sumat de hoste, quē nunquam diligere potuit. Prouocatus itaq; serpens, extra cauernæ foramen caput emittit, & cū nihil deorsum videat, verso gutture respicit sursum. Sed mustela cernens tempus optatum, dentes imprimit circa uenenum, sic absque periculo inimicum occidit. Hæc est prima serpentis astutia, in qua mundi sapientes notantur, quorum prudentia non in cœlestibus, sed in terrenis tota uersatur, quibus Diabolus in vmbra mutabilium rerum alludit, alludendo decipit, decipiendo occidit. Et ne forte ualeant aspirare in ipsis terrenis cupiditatibus, sæpe eos cogit expirare. Secunda prudentia in serpente est, quòd quando in aquam descendere cupit, uenenum reponit in loco tutissimo, sed recedens ab aquis, iterum resumit uenenum. Hæc enim uestigia serpentis multi sequuntur, qui post abrenunciatio-

nem mundanæ conuersationis, post iuramentum sanctæ professionis, post agnitionem sanctæ veritatis, reuertuntur ad uenenum pravæ consuetudinis, quibus melius esset ueritatem non agnouisse, quàm post agnitionem retrorsum. 2. Pet. 2. In hoc enim vno fratres imitari debemus serpentem, quia uenenum deponit, sed non quia iterum uenenum resumit. Tertia prudentia serpentis est, quòd veterem pellem per singulos annos exuere didicit, quam depositurus, angustum foramen requirit, per quod transiens cum dolore pellem derelinquit, sciens quia pelle deposita, pulchrior apparebit. Per hoc fratres, datur intelligi, vt & nos pellem viciorum deponamus, & per foramen stigmatum Christi transeamus, & tunc pulchriores apparebimus. Per hoc foramen diues ille Zacheus intrauit, quando omnia bona sua pauperibus erogauit. Quarta serpentis natura est, quòd dum lædi quæritur in capite, vt vitã conseruet, totum corpus ad percussionem exponit. Quia licet corpus percutiatur, si caput illæsum seruauerit, damna mortis non patitur; sic & nos cuncta nobis aduersantia amore capitis sustinere non timemus, vt in beata vita requiescere valeamus.

19 GREGORIVS explicans verba illa Iob cap. 1. Simplex & rectus, ait; Nulli ita sunt simplices, vt rectum quid sit ignorent, sed eò veræ simplicitatis innocentiam deserunt, quò ad uirtutem rectitudinis non assurgunt: quia dum cauti esse per rectitudinem nesciunt, nequaquam innocentes persistere per simplicitatem possunt. Hinc est, quòd Paulus discipulos admonet, dicens: Volo uos sapientes esse in bono, simplices autem in malo. Hinc rursus dicit: Nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote. Hinc per semetipsam ueritas discipulis præcipit, dicens: Estote prudentes sicut serpentes, simplices autem sicut columbæ. Vtraque necessario in admonitione coniungit, vt simplicitatem columbæ astutia serpentis instrueret, & rursum serpentis astutiam, columbæ simplicitas temperaret.

Tib. 1. Mor. c. 2. to. 2.

Rom. 16. 1. Cor. 14. Matt. 10.

20 IDEM explicans eadem verba, inquit: Quisquis æternam patriam appetit, simplex proculdubio & rectus uiuit. Simplex videlicet opere, rectus fide. Simplex in bonis, quę inferius peragit, rectus in summis quæ in intimis sentit. Sunt namque nonnulli, qui in bonis quæ faciunt, simplices non sunt. Vnde bene prouidentem sapientem dicitur: Væ peccatori terram ingredienti duabus vijs. Duabus quippe vijs peccator terram ingreditur, quando & Dei est quod opere exhibet, & mundi quod per cogitationem quærit.

Cap. 12.

Eccl. 2.

21 IDEM explicans verba illa Iob cap. 8. Deus non proijciet simplicem, nec porriget manum malignis, ait: Maligni appellantur hypocritæ, quia benignitatẽ erga proximos ostendunt, & dolos suæ iniquitatis operiunt. Per omne namque quod faciunt vel loquuntur, simplicitatẽ exterius exhibent, sed subtilitate interius duplicitatis callent, puritatem superficie simulãt, sed semper malitiam sub specie puritatis occultant. Contra quos bene per Moysen dicitur: Non indues vestem ex lana, linoque contextam. Per lanam quippe simplicitas, per linum uerò subtilitas designatur. Et nimirum uestis, quæ ex lana, linoque conficitur, linum interius celat, lanam in superficie demonstrat. Vestem ergo ex lana linoque contextam induit, qui in locutione uel actione qua utitur, intus subtilitatem malitiæ operit, & simplicitatem foris innocentiæ ostendit. Quia enim sub puritatis imagine deprehendi calliditas non ualet, quasi sub lanæ grossitudine linum latet.

Lib. 8. Moral. c. 31.

Deut. 22.

22 IDEM explicans verba illa Iob cap. 12. Deridetur iusti simplicitas, ait: Huius mundi sapientia est cor machinationibus tegere, sensum verbis velare, quæ falsa sunt uera ostendere, quæ uera sunt falsa demonstrare. At contra sapientia iustorum est, nil per ostentionem fingere, sensum verbis aperire, uera ut sunt diligere, falsa deuitare, bona gratiæ exhibere, mala libentius tolerare quàm facere, nullam iniuriæ vltionem quærere. Sed hæc iustorum simplicitas deridetur, quia ab huius mundi sapientibus, puritas uitæ fatuitas creditur. Omne enim quod innocenter agitur, ab eis proculdubio stultum putatur, & quicquid insopere veritas approbat, carnali sapientiæ, fatuum sonat. Quid namque stultius uidetur mundo, quam mentem uerbis ostendere, nil calida machinatione simulare, nullas iniurijs contumelias reddere, pro maledicentibus orare, rapienti non resistere? Vnde bene huius mundi dilectoribus dicitur: Abominationes Ægyptiorum immolabimus Domino Deo nostro. Oues quippe Ægyptij edere dedignantur, sed quod abominantur Ægyptij, hoc Israelitæ Deo offerunt; quia simplicitatem conscientiæ, quam iniusti quique, velut infimam obiectamque despiciunt, hanc iusti in virtutis sacrificium vertunt, & excolentes recti puritatem ac mansuetudinem Deo offerunt, quam abominantes reprobi fatuitatem putant.

Exo. 8.

Psal. 40. Hiere. 8.

23 IDEM explicans verba illa; Iob 16. cap. & rugę meæ testimonium, dicunt contra me, sic habet: Quid per rugas, nisi duplicitas designatur? Rugæ itaq; iunt sanctæ Ecclesiæ, omnes qui in ea dupliciter uiuunt, qui fidem vocibus clamant, operibus denegant. Has rugas in electis suis sancta Ecclesia non habet, quia videlicet nesciunt aliud de se foris ostendere, & intus aliud habere. Vnde Paulus dixit. Vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam. Maculam quippe, & rugam non habet, quæ & turpitudine operis, & duplicitate sermonis caret. Dicit ergo nunc Ecclesia, rugæ meæ testimonium dicunt contra me. Id est, ipsi me insequendo increpãt qui nunc in meo corpore positi, duplicitatis suæ in se malitiam non emendant.

Li 13. Moral. c. 4.

Tit. 2.

24 BERNARDVS ait; Vno verbo est sapiens, cui quæque res sapiunt, prout sunt.

Serm. 1. de verbis Apostoli, nõ est regnum Dei, esca, & potus.

25 IDEM explicans uerba illa: Dedit illi scientiam sanctorum, inquit: Scientia sanctorum est, hic temporaliter cruciari, & delectari in æternum. Et in contrarium scientia malorum relabitur. Alia est scientia mundi quæ docet uanitatem, & alia scientia carnis, quæ docet voluptatem.

In serm. de expositione loci sapientia 10. iustum deduxit Dominus.

Iusti dicuntur stare, & ambulare, mali iacere; & si contigat virosque cadere, non eodem modo: soli autem iusti habitant in Cælo.

Cap. XVIII.

ORIGENES explicans uerba illa; Cum ceciderit non videtur, quia Dominus supponit animam suam, sic habet. Dixerat regius vates, a Domino gressus hominis dirigentur, & uiam eius uolet, hoc est Christum cupiet. Et statim subdit: Cum ceciderit non conturbabitur. Superius dicens; quia a Domino diriguntur gressus eius, hic de casu eius loquitur. Vide ergo, quia etiam his qui iter hoc incedunt aliquando accidit cadere, etiam his qui a Domino diriguntur: Sed est multa differentia inter casum iusti, & casum iniusti. Iustus (inquit) cum ceciderit non prosternitur, non collidetur: iniustus, & qui spem non habet in Deo positam, si ceciderit prosternitur, & non surgit, id est, si peccauerit non pœnitet, & peccatum suum emendare nescit. Iustus autem si in aliquo offenderit (in multis enim offendimus omnes) se scit emendare, scit corrigere, scit ille, qui dixerat, nescio hominem, paulo post, cũ respectus fuisset a Dño, flere amarissime, scit & ille qui de tecto mulierem uiderat & concupierat eã, dicere peccaui, quia tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Si ergo cũ ceciderit iustus non prosternitur, nõ permanebit in pec-

1 Hom. 4. in Psal. 36. 1. a

Psal. 50.

cato, sed exiliet cito, tanquã damula ex retibus, & tanquam auis de laqueo. Iniustus autem non solum permanet, sed & prosternitur in peccatis. [Infra:] Cum ceciderit non prosternitur. In quo ostenditur esse aliquos casus, qui tamen non continuo indicent esse victum, & prostratum eum qui ceciderit. Sicut enim in agone fieri solet, vt duobus inter se luctantibus, accidat, primo quidem cadere vnum, & cum ceciderit surgat & vincat; ita etiam in nostro agone, qui est nobis aduersus principem huius mundi, si forte acciderit ali quem de nobis vinci, & in aliquo peccato cadere, possibile est vt post peccatũ resipiscat aliquis & exurgat, & perhorrescat malum quod admisit, & de cætero nõ solum contineat se, verũ etiam satisfaciat Deo, lauans per singulas noctes lectum suum, accipiens uerbum propheticæ authoritatis, qua dicitur: Nunquid qui cadit non adijciet vt resurgat, aut qui auersus est, non conuertetur? Væ his, qui auersi sunt auersione impudenti, dicit Dominus. Et iste est qui cadere quidem potuit, prosterni vero non potuit. Si autem uideris aliquem cecidisse in aliquod peccatum, & post casum desperantem conuersionem, hic non solum cecidit, sed in casu suo prostratus, atque demersus est. Est quidem optabile, vt athleta pietatis, ac virtutis maneat semper immobilis, vt ne vllam quidem luctam (vt ita dicam) perdat, ne semel inclinetur, aut supplantetur. Quod si fieri non potest, sed euenerit eum cadere, nõ iaceat post casum, ne prosternatur, sed exurgat, & emendet culpam, ne de ipso Apostolus dicat: & lugeã multos ex his, qui ante peccauerunt, & non ægerunt pœnitentiam de immunditia quam gesserunt. Vigilare ergo debet agonista si fieri potest, vt semper vincat quotiescunque conflixerit, & statim capiat coronas. Cum ceciderit non prosternetur. Et quare nõ prosternetur adiecit, dicens: Quia Dominus confirmat manum eius, ne cadat, Dominus gressus eius dirigit, si autem ceciderit, non prosternitur, Dominus, inquit, firmat manum eius.

IDEM explicans uerba illa; Per vnum hominem peccatorum intrauit in hunc mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertrãsijt, inquit: Peccatum non dixit in omnes homines, sed in mundum introisse, mortem verò non in mundũ, sed in omnes homines, & non introisse, sed pertransisse, non puto, quòd frustra hac diuersitate vsus sit Paulus. Arbitror quòd mundum hic terrenos quosque, & in terrena conuersatione permanentes designet, homines uerò eos dicat, qui iam se incipiunt agnoscere, & scire quòd ad imaginem Dei facti sunt. In illos ergo, qui mundus appellantur, idest terrenos, intrasse dicit peccatum, & nusquam eius exitum ponit. In eos, verò quos iam homines uult intelligi, dicit pertransisse peccatum, idest, fuisse quidem, sed per pœnitentiã cõuersionis depulsum esse, & pertransisse, nec ultra in eis stetisse. [Infra:] Explicans uerba illa; Regnauit ergo mors ab Adam, vsque ad Moysen, ait: Regnauit nõ super omnes, sed in eos qui peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ. Nam introiuit quidem mors in mundum, & in omnes pertransijt, non tamẽ in omnes regnauit. Aliud est enim pertransire, & aliud regnare. Peccatum enim pertransijt etiam iustos, & eui quadam eos contagione perstrinxit. In præuaricatoribus verò, idest eis, qui se ei tota mente subijciunt, regnum tenet, & omni potestate dominatur.

HIERONYMVS exponens uerba illa; Et visitabo iniquitatem habitatoris terræ contra eum, ait: Habitatores terræ sunt illi de quibus dicitur in Osee, maledictio, & mendacium, & adulterium, & furtum inundauerunt super habitatores terræ. Et in Apocalypsi legimus. Væ super habitatores terræ. Porro iusti licet uideantur in terra, tamen conuersatio eorum in cœlis est, qui possunt dicere: aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei, & fruuntur habitatione altissimi, de quibus sanctus loquitur: Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cœli commorabitur.

IDEM explicans uerba illa; Et uidi, & cecidi in faciem meam, sic habet Sciendum est, quòd aliud sit in faciem: cadere, & aliud retrorsum. Abrahã postquam audiuit de natiuitate Isaac, cecidit in faciem, & risit. Heli autem qui peccauerat, retrorsum cecidit. Et de Dan in Genesi scriptum est: Fiat Dan coluber in semita, mordens plantam equi, vt cadat eques retro. Quia enim ad mortem colubri ceciderat ex equo, propterea Saluatoris expectat aduentum. Et in Euangelio secundum Ioannem, qui ad comprehendendũ Dominum uenerant, postquã ille respondit, ego sum, ceciderunt retrorsum in terram. [Infra:] Fili hominis sta super pedes tuos, & loquar tibi. Iacens, sermones Dei audire non poterat, sed audit cum Moyse, tu vero hic sta mecum: Quod & Daniel accidisse sibi commemorat. Præceperat Prophetæ sermo diuinus, & insserat: Sta super pedes tuos, sed sine auxilio Dei stare non poterat, propterea ingreditur in eum, seu assumit, & suscitat ut firmo sit gradu, & possit dicere: statuit supra petram pedes meos. Nullumque peccatorũ stantem legimus, sed ad sanctos dicitur: state ergo succincti lumbos vestros. Peccator autem illud Deuteronomij meretur audire, non erit stabile uestigium pedis tui.

AVGVSTINVS exponens uerba illa; Mane astabo tibi, & videbo, ait: Astabo qui est, nisi nõ iacebo? Quid est autẽ aliud iacere, quàm in terra quiescere, quod est in terrenis voluptatibus beatitudinem quærere? Astabo, inquit, & videbo. Non est ergo inhærendum terrenis, si uolumus Deum uidere, qui mundo corde conspicitur.

IDEM explicans verba illa; vnam petij a Domino hanc requiram, & inhabitem in domo Domini, sic habet: In alio Psalmo scriptum est, mane astabo tibi, & contemplabor te. Modo ideo non contemplor, quia cecidi, tunc astabo tibi, & contemplabor. Hæc vox humana est. Cecidit enim homo, & non mitteretur qui erigeret nisi cecidissemus. Nos cecidimus, ille descendit; ille ascendit, nos leuamur, quia qui ruit, leuatur, & stabimus & contemplabimur, & magna delectatione perfruemur.

GREGORIVS explicans uerba illa Iob 3. Obtenebrentur stellæ caligine eius, inquit. Stellę huius noctis caligine obtenebrantur, quando & hi qui magnis iam uirtutibus splendent, adhuc de obscuritate culpæ aliquid retinentes sustinent, vt etiam magnę vitæ claritate luceant, & tamen adhuc noctis reliquias nolentes trahant. Quod, ad hoc agitur, ut mens proficiens ad uirtutem iustitiæ, sua melius infirmitate roboretur, & inde verius in bonis luceat, vnde eam etiã nolentem, parua reprehensibilia humiliter obscurãt. Vnde bene cum Israelitico populo precepta repromissionis terra partiretur, Ephraim tribui, Chananæus Gentilis populus non occisus sed factus tributarius dicitur, scriptum est: habitauitque Chananæus in medio Ephraim tributarius. Quid enim Chananæus gentilis populus, nisi vitium significat? Et sæpe magnis virtutibus terram promissionis ingredimur, quia ipse intima de æternitate roboramur. Sed dũ inter acta sublimia, vitia quædam parua retinemus, quasi Chananæum viuere in terra nostra concedimus, qui tamẽ nobis tributarius efficitur, quia hoc ipsum vitium, quod subigere non possumus, ad vsum nostræ vtilitatis humiliter retorquemus, vt eo de se mens, & in summis, vilia sẽtiat, quo suis viribus ẽt parua q̃ appetit, nõ expugnat. Vnde & bene rursũ scriptũ est: Hæ sũt gentes quas Dñs dereliquit, vt erudiret in eis Israelẽ. Ad hoc namque, quædã vita nra minima retinent, vt sese nra intentio sollicitam in certamine semper exerceat, &

Exo. 8.

Psal. 40. Hiere. 8.

Tit. 2.

Li. 5. in c. 5. epist. ad Romanos. to. 3.

Li. 8. in c. 26. Is. to. 5 Osee 4. Apoc. 8. Ps. 38.

Ps. 50.

Li. 1. in c. 2. Ezechie.

1. Reg. 4. Gen. 49. Ioan. 18.

Ps. 39. Eph. 6. Deut. 28.

Exposit. in Ps. 5. to. 8.

In Ps. 26. Ps. 5.

lib. 4. Moral. c. 21.

Iosue 16.

Iudicũ. 3.

& eo de victoria non superbiat, quo viuere in se hostes conspicit, a quibus adhuc vinci formidat. Israel ergo seruatis gentibus eruditur, quando in quibusdam minimis vitijs, elatio virtutis nostrę comprimitur, & in paruis sibi resistentibus discit, quòd ex se maiora non subigit.

9 IDEM explicans verba illa; Et Philistęi congregati sunt ad præliandum contra Israel, triginta milliũ currium, & sex millia equitum, & reliquum vulgus, sicut arena quæ est in littore maris plurima, inquit: His verbis innuitur, quàm cauta, & circumspecta sem per esse debeat vita sanctorum. Apertas quidem tentationum tenebras potenter abijciunt, sed sæpe caligi nem ignorantiæ in rebus leuioribus, quasi arenę minutias, non euadunt. Continuo vsu, corpus in Dei omnipotentis seruitio dirigunt, se d eorum mens, quę foris membra perfecte ordinat, cogitationes superfluas aliquando nequaquam vitat. Quid. n. aliud tunc, quã vulgi importunam multitudinem sentiũt, qui currus & equites magna virtute prostrauerunt? Sed doctor egregius dicit: Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. Permittit quidem Deus electos suos magnis tentationibus impeti, vt magnificentissime in cęlesti regno debeant coronari, sed magna prælia permittit quæ vincant, leuia excitat, in quibus cadant, vt victoria fortium magna, fit casus innoxius, vt cadętes se facile erigant, & eos fortia, in quibus victores steterant, nõ attollant. Nam si currus & equites vincimus, extolli de victoria non debemus, quia innumerabilia sunt, quę cogitando, loquendo, videndo, gustãdo, &c. & operando committimus. Huius namque vulgi innumerabilis, tela, etiam ille vitare non poterat, qui dicebat, in multis offendimus omnes. Hinc item dilectus Iesu loquitur dicens; Si dixerimus quia peccatũ non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.

10 BERNARDVS explicans verba illa; Qui habitat in adiutorio altissimi, dicet Dño susceptor meus es tu, &c. inquit: Omnis qui adhuc in adiutorio habitat, non in regno, & frequenter opus habet fugere, & interdum cadit, sed Dñs susçipit nos. Ipse susceptor est, vt etiam cum ceciderimus non collidamur, qm̃ supponit manum suam. Homines. n. aliquando cadere necesse est, dum in hoc sæculo detinentur, sed alij colliduntur, alij non, quia Deus supponit manum suam. Nam & iustus septies in die cadit. Verum hoc interest inter eorum casus, quod iustus susçipitur a Domino, & ideo resurgit fortior. Iniustus autem, cum ceciderit non adijciet vltra vt resurgat, immo vero, aut in pudorem noxium, aut in impudentiã cadit. Aut enim excusat quod fecit, & hic est pudor adducens peccatũ, aut fit ei frons meretricis, & iam nec Deum timet, nec hominem reueretur, sed prædicat peccatum suum, sicut Sodoma. Iustus uerò super Domini manum cadit, & miro quodam modo ipsum etiam ei peccatum in iustitiam cooperatur, scimus enim quoniam diligẽtibus Deum omnia cooperantur in bonum. Nonne cooperatur nobis ille casus in bonũ, vnde & humiliores efficimur, & cautiores? Nonne Dñs cadentem illum susçipit, qui ab humilitate susçipitur? Impulsus euersus sum vt caderem, ait Propheta, sed nihil profecit, qui impulit me, quoniam Dominus susçepit me. Sic ergo dicet fidelis anima Domino, susceptor meus es tu, posunt omnia dicere, creator meus es tu, redẽptor meus es tu, at verò susceptor meus es tu, is tantũ dicere potest, Qui habitat in adiutorio altissimi. Vnde & addidit; Et Deus meus. Cur non Deus noster? Quia in creatione, & redemptione ceterisque omnibus beneficijs est Deus omnium, sed in tentationibus suis tanquam proprium eum habent singuli electorum.

11 IDEM inquit; Iustus non colliditur, quia Dominus supponit manum suam. Et has alternare vices nõ cessat in his qui spirituales sunt, uisitans eo diluculo, & subito probans illos. Denique septies cadit iustus, & septies resurgit, si tamen cadat in die, vt se cadere videat, & cecidisse sciat, & resurgere cupiat, & requirat manum adiuuantis, & dicat: Domine in uoluntate tua præstitisti decori meo uirtutem, auertisti faciem tuam a me, & factus sum conturbatus.

Iusti inter impios non corrumpuntur, si sint perfecti, quin potius ad Deum trahunt illos.
Cap. XIX.

ORIGENES explicans uerba illa; Filij autem Israel ambulauerunt per siccum in medio mari inquit: Et tu si filius Israel es, potes ambulare per siccum in medio mari. Si fueris in medio nationis prauę atque peruersæ, sicut lumen Solis verbum vitæ continens ad gloriam. Potest fieri, vt in medio peccatorũ incedentem, te non infundat humor peccati. Potest fieri, vt transeuntem te per hunc mundum nulla libinis unda respergat. Qui Aegyptius est, & sequitur Pharaonem, ille vitiorum fluctibus mergitur. Qui vero sequitur Christum, sicut ille ambulauit, & ipse ambulat.

IDEM explicans verba illa; Homo erat in terra Hus nomine Iob ait: Austitidi, viri erant ex genere Esau impij, iniusti, infideles, obscœni, insatiabiles, sicut & pater eorum Esau, qui cum esset impius, nõ docuit filios suos pietatem, neque iustitiam, sed impietatem, & iniustitiam. Quod si dixerit aliquis, cum ergo talis fuerit Esau atque generationes eius, quomodo fuit Iob ex illis, atque inter illos pius ac bonus? Ita fuit sicut mox in principio Abel innocens, cum Cain iniusto, sicut & Noe iustus inter gigantes illos sceleratos, sicut & Melchisedech sacerdos Dei altissimi, in medio maledictorum Chananęorum, sicut Abraham, qui credidit in medio Chaldæorum idola colentium. Sicut ergo omnes isti, cum essent pij, & sancti; atque religiosi, Dei amici, ex impiorum sunt generationibus procreati, ita admirabilis Iob, cum ex obscęni, atque insatiabilis Esau genere atq; cognatione prodierit, sanctus ac iustus sponte effectus est. Hoc demonstrat dicens: Homo erat in terra Hus. Erat tanquam rosa inter spinas, tanquam lilium inter tribulos cãdidus ac rubens, candidus fide ac sanctitate, rubens velut rosa, plane quia sustinuit passiones ac dolores. Homo qdam erat in regione Hausitide. Erat tanquam columba inter raptrices aquilas, tanquam agnus in medio luporum diripientium, tanquam stella in medio nubiũ teterrimarum. Homo quidam erat iustus inter iniustos, inter prophanos sanctus, pius inter impios, inter obscœnos mundus, tanquam smaragdus in luto, tanquam margarita in arena. Cum ergo inter tales esset, non talis fuit, quales & illi. Cum esset inter iniustos, non est commixtus iniustitijs, sed permansit in medio impiorum tanquam adamas immobilis, tanquam lucerna inextinguibilis, tanquã lumen quod nõ immutatur, tanquam radius qui non occidit. Sic nos oportet esse sanctos, atque immaculatos in medio generis praui atque peruersi, vt fulgeamus tanquam luminaria cęli in mundo uerbum vitæ continentes in die Christi, ut de nobis dicatur sicut de beato Iob & erat sine querela homo ille iustus, qui in regione erat Hausitide.

BASILIVS explicans verba illa; Vox Domini prępparans, & perficiens ceruos, ait: Talem hoc animal naturæ conditionem sortitum est, vt nullo veneno serpentis lædi queat, cui remedio est, siue purgationi, si forte in id inciderit (quemadmodum aiunt, qui talia obseruauerunt) vipera deuorata. Omnia uero uenenum iaculantia, iniquis & aduersis uirtutibus in sacro eloquio comparantur, dicente Domino: Dedi vobis potestatem conculcandi serpentes, & scorpiones. Trahit item ceruus oris respiratione è cauis

Prou. 24.
Psal. 29.
1 Hom. 6. in c. 16. Exodi. to. 1.
2 Li. 1. inc. 1. Iob t. 2.

uis animalia venenata latentia, quæ vi spiritus sui ex ipsis quoque lustris extrahit. Sic sanctus aduersatur improbitati ac nequitiæ. Quando igitur aliquem Dei hominem perfectum & absolutum viderimus, vtilitatem ex eius congressu & conuersatione sectemur. Nam vbi cerui præsentia est, omnium ibi serpentium malitia fugatur. Odorem cerui nulla ferunt animalia venenata, quando vel ad suffitum cornu ceruini, secedunt reptilia.

4 *Lib. de Spū sancto c. 9.* IDEM inquit: Quemadmodum corpora illustria, perlucidaque, contracta radio solis fiunt, & ipsa supra modum splendida, & alium fulgorem ex se se profundunt; sic & animæ spiritu afflatæ, ac spiritu illustratæ, fiunt & ipsæ spirituales, & in alios gratiam emittunt.

5 *In lib. constitutionū monasticarum ca. 22 com. 2.* IDEM docens religiosam societatem relinquendam non esse propter malum aliquem qui in religione habitet, ait: Si quis dicat religionem deserendam, quia mali in ea sint, non idoneam recedendi causam commentus est. Si quidem neque Petrus, neque Andreas, Ioannesve, propter Iudæ improbitatem, se a re liquorum Apostolorum choro submouerunt, neque alius de Apostolorum numero quispiam hanc ad recedendum ansam arripuit, neque quominus Christo obtemperans esset vlla in re, illius vitijs retardatus est, sed contra potius, relicta illius peruersitate, Dominicæ disciplinæ seruientes, virtutemque magno ipso studio sectabantur. Ex quo intelligitur, qui aliorum improbitate cogi se dicat, vt a spirituali se segreget societate, eum neutiquam idoneam leuitatis suæ causam inuenisse. [Infra:] Cur non hic exemplum firmæ fidei erit, & in rebus præclaris constantiæ reliquis exi stit? Vt fulgente recte factorum ipsius splendore, etiã qui in vitiorum tenebris degunt, ad meliorem per eũ viam reuocentur. Atque etiam Noe iustus ille, cum in illa pessimorum hominum colluuie versaretur, non dixit Deo; propterea oportere se exire de mundo, quòd reliqui omnes improbi essent, sed eo magis more generosi ac fortis athletæ ad hæc occalescens se obduruit, & in profundissimo vitiositatis pelago, pietatẽ a tempestate incolumem conseruauit, per vlla in re Domino prorsus repugnans fuit, sed patientia, tolerantiaque pietatis, nauigium in medijs impietatum fluctibus tutatus est. Quid? Nonne Loth cum Sodomus in tanta impietate, tanta legum omnium ac iuris peruersione versaretur, virtutem ab omni uitio integram custodiuit? Atque inter sceleratissimos hospitũ cæsores, sanctimoniam vitę perpetuo & ipse incontaminatam seruauit, & reliquis quo ad fieri poterat, exemplo suo idem secum vt facerent, auctor fuit, nempe qui in docenda honestate, antiquiora facta habuerit quàm uerba.

9 *Li. 1. in c. 5 Os. to. 1.* HIERONYMVS explicans verba illa; Et dixit Dominus ad Osee: Vade, sume tibi vxorem fornicationum, sic habet. Non culpandus est propheta, si meretricem conuerterit ad pudicitiam, sed potius laudandus, quòd ex mala bonam fecerit. Non enim qui bonus permanet, ipse polluitur si societur malo, sed qui malus est, in bonum vertetur, si boni exempla sectetur. Ex quo intelligimus non prophetam perdidisse pudicitiam fornicariæ copulatum, sed fornicariã assumpsisse pudicitiam, quam antea non habebat.

7 *Li. 1. in c. 2 Habacuc. to. 4.* IDEM explicans verba illa; Væ qui congregat auaritiam malam domui suæ, ait: Mala dicitur auaritia ad distinctionem bonæ, vt sit bona auaritia doctoris Ecclesiastici, qui nunquam satiatur multitudine sectatorum, & quanto plures habuerit discipulos, tanto magis ad doctrinæ studium concitatur.

8 *Lib. 2. in c. 22. Prou. to. 8.* IDEM explicans verba illa; Noli esse amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioso, ne forte discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ, inquit: Dicendum est, quia sicut perfecti viri peruersos proximos non debent fugere, qui illos sæpe ad rectitudinem trahunt, & ipsi ad peruersitatem nunquam trahuntur, ita infirmi quique societatem debẽt declinare prauorum, ne mala, quæ frequenter aspiciunt, & corrigere non valent, delectentur imitari.

9 *Li. 2. de doctrina christiana, c. 3.* AVGVSTINVS exponens verba illa Cantico rum: Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lauacro omnes gemellis fœtibus, & sterilis nõ est in eis, ait: In his verbis intueor sanctos, cum eos quasi dentes Ecclesiæ intueor præcidere ab erroribus homines, atque in eius corpus emollita duritia, quasi demersos, mansosque transferre. Oues etiam iucundissime agnosco detonsas, oneribus sæcularibus tanquam velleribus depositis, & ascendentes de lauacro, ideſt, de baptismate creare omnes geminos, ideſt duo præcepta dilectionis, & nullam esse ab isto sancto fructu sterilem video.

10 *Li. 2. cõtra litteras Petiliani. c. 7. 1. Tim. 5.* IDEM sic habet: Quod ait Paulus scribens Timotheo: Ne communices peccatis alienis, consensu & placito intelligi voluit. Vnde statim subijciens quomodo id agat, te ipsum, inquit, castum custodi. Neque enim & ipse Paulus communicabat peccatis alienis, quia falsos fratres, de quibus gemit, in vnitate corporali tolerabat, aut communicauerunt furto, & sceleri Iudæ, prædecessores eius Apostoli, quia cum eo iãm Domini venditore, sacrosanctam cœnam communicauerunt. Multum interest inter consentientes, quibus mala placent, & tolerantes, quibus hęc displicant. Illi enim palea fiunt, dum paleæ sequuntur sterilitatem, illi triticum, dum expectant, vt segregentur per Christum ventilatorem.

11 *in Ps. 13. to. 8. Act. 10.* IDEM exponens verba illa; Sepulchrum patens est guttur eorum, inquit; In allegoria his verbis illi intelliguntur, qui occidũt, & quasi deuorant interfectos eos, quibus suorum morum peruersitatem persuadẽt. Cui simile est e contrario, quod Petro dictum est: Macta & manduca, vt in suã fidem, & bonos mores suos, gentes conuerteret.

12 *in Ps. 34. Psal. 123. Act. 10. Exo. 32.* IDEM exponens verba illa; Ne dicant in corde suo, euge euge animę nostrę, nec dicant, deuorauimus eum, sic habet: Sancti martyres dicunt, nisi quia Dominus erat in nobis, cum exugerent homines in nos, forte viuos deglutissent nos, vel absorbuissent nos. Quid est absorbuissent nos? In corpus suum traiecissent nos. Hoc enim absorbes, quod in corpus tuum traijcis. Vult te mundus absorbere, tu absorbe mundum, & traijce illum in corpus tuum, occide, & manduca Quod Petro dictum est: Macta & manduca. Occide in eis quod sunt, fac eos quod tu es. Illi autem contra; si tibi persuaserint impietatem, absorberis ab eis, non quando persequuntur te, ab eis absorberis, sed quando tibi persuadent quod sunt. Ne dicant, absorbimus eum. Tu absorbe corpus paganorum. Quare corpus paganorum? Vult te absorbere, fac illi quod vult tibi facere. Ideo fortasse vitulus ille comminutus, in aquam missus, & in potum datus populo, vt absorberetur ab Israel corpus impiorum.

13 *Li. 1 Moral. c. 1. t. 2.* GREGORIVS explicans verba illa Iob cap. 1. Vir erat in terra Hus, nomine Iob, inquit: Sanctus vir vbi abitauerit, dicitur, vt ius meritum virtusque exprimatur. Dicatur quòd in terra gentilium Deum ignorantium habitauerit, vt hoc eius laudibus proficiat, quòd bonus inter malos fuit. Neque enim valde laudabile est, bonum esse cum bonis, sed bonum esse cũ malis. Sicut enim grauioris culpæ est, inter bonos bonum nom esse, ita immensi est præconij, bonum etiã inter malos extitisse. Hinc est, quòd idem beatus Iob sibimet attestatur dicunt: Frater fui draconum, & socius struthionum. Hinc Petrus, magnis Loth laudibus extulit, quia bonum inter reprobos inuenit, dicens: Et iustum Loth oppressum, a nefandorum iniusta conuersatione eripuit. Aspectu enim & auditu iustus erat habitans apud eos qui de die in diem animã iusti iniquis operibus cruciabant, qui nimirum cruciari

ciari non posset, nisi praua propinquorum opera, & audiret, & cerneret. Et tamen aspectus & auditu iustus dicitur, quia iniquorum vita non delectando iusti aures, atque oculos, sed feriendo tangebat. Hinc Paulus discipulis dicit: In medio nationis prauæ & peruersæ, inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Hinc Pergami Ecclesiæ dicitur: Scio vbi habitas, vbi sedes est satanæ, & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam. Hinc sancta Ecclesia sponsi voce laudatur, cum ei dicitur; sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Bene ergo beatus Iob memorata terra gentili inter iniquos vixisse describitur, vt inter spinas iuxta sponsi præconium, lilium creuisse monstretur.

Phil. 2. *Apo. 2.* *Cant. 2.*

14 BERNARDVS explicans verba illa; Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias inquit: Spina falsus frater est, spina vicinus est malus, sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. O candens lilium, o tener & delicate flos, increduli & subuersores sunt tecum, vide quomodo caute ambules inter spinas. Plenus est mundus spinis. Versari in his & minime lædi, diuinæ potentiæ est, non virtutis tuæ. Considera lilia agri quomodo inter spinas vigent, & nitent. Si fœnum quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic custodit, quanto magis amicam & sponsam suam charissimã? Denique custodit Dominus omnes diligentes se. Sicut lilium inter spinas; sic amica mea inter filias. Non mediocris titulus profecto virtutis, inter prauos virere bonum, & inter malignantes, innocentiæ retinere candorem, & morum lenitatem, magis autem, si his qui oderunt pacem, pacificum, & amicum ipsis te exhibeas. Id plane tibi similitudinem datam de illio iure quodam proprietatis specialiter vendicabit, quod ipsas vtiq; pungentes se spinas, candore proprio illustrare, & venustare non cessat.

Serm. 48. in Cant. *Luc. 12.* *Psal. 145.* *Psal. 119.*

Iusti persecutionem, & irrisionem patiuntur ab impijs, & quare, Deus tamen ista moderatur.
Cap. XX.

1 ORIGENES explicans verba illa; Et murmurauerunt filij Israel aduersum Moysen, & Aaron, dicentes: Vos occidistis populum Domini. Et factum est, cum irrueret synagoga super Moysen, & Aaron in impetu fugerunt ad tabernaculum testimonij. Illud vero obtexit nubes, & apparuit maiestas Domini, & introiuit Moyses, & Aaron ad faciem tabernaculi testimonij, inquit: Non legimus antea, quia obtexerit nubes tabernaculum, & apparuerit maiestas Domini, & receperit intra nubem Moysen & Aaron, nisi nunc, cum insurrexit in eos populus, & lapidare eos voluit. Discamus ex hoc, quanta sit vtilitas in persecutionibus Christianis, quantum gratiæ conferatur, quomodo propugnator eis fiat Deus, quomodo abundanter sanctus spiritus infundatur. Tunc enim maxime gratia Dei adest, cum hominum sæuitia concitatur, & tũc pacem habemus apud Deum, cum ab omnibus propter iustitiam bella perpetimur. Adoperuit ergo eos nubes tabernaculi, & irruit synagoga super Moysẽ, & Aaron, & apparuit gloria Domini. Quamuis magni sint, vitæ merito Moyses & Aaron. quamuis animi virtutibus polleant, apparere tamen eis gloria non potuisset, nisi in persecutionibus, in tribulationibus, in periculis, atque in ipsa penè morte iam positis. Et tu ergo non putes tibi dormienti & ocioso apparere posse gloriam Dei. Aut non & Paulus Apostolus in ijs Dei gloriam consequi meruerit? Nonne super oẽs ceteros enumerat se in tribulationibus, in necessitatibus, in carceribus fuisse? Ter lapidatum esse, naufragia pertulisse. Pericula maris, pericula fluminum, pericula latronum, pericula a falsis fratribus. Quæ quanto magis abundant, tanto amplius ijs qui patienter tulerint, conferunt gloriam Dei.

Hom. 9. in c. 16. Numerorum. to. 1.

2 BASILIVS explicans verba illa; Et qui oderunt iustum, delinquent, ait: Qui quòd in delictis viuam, iustum habent odio, tanquam qui a regula rectissima, a iusti moribus, sic isti redarguuntur comparatione melioris. Ex quo enim in peccatis vitam transmittunt, suam veriti, ne coarguantur, oderunt iustum. Rursus per id in iustos conceptum odium, se implicant peccatis, & obuoluunt. Multę enim occasiones sunt, ob quas iustus soleat odio haberi. Libertas illa dicendi inter coarguendum, oderunt enim redarguentem in porta, & sanctum abominantur sermonem. Præterea ambitio primas obtinendi partes, & imperij cupiditas multos nouit, vt meliores se infectentur, odioque habeãt. Vsu venit etiam vt propter ignorantiam verborum, & quod ignoratur quis sit iustus, odio habeantur iusti.

Hom. 9 in Is. 33. to. 1.

3 IDEM ait: Videntur mihi, qui odium inexcusabile contra nos induerunt, haud dissimile ab eo facere, quod habet Aesopica fabula. Quemadmodum enim illa lupum culpas quasdam aduersum agnum produce re facit, quasi is turpe sibi ac dedecorosũ fore putet, si præter iustam rationem interimat agnum, a quo nihil sit læsus, vt tamen, licet omnem quæ ex adornata calũnia intenditur, accusationem, agnus placide diluat, nihilo magis lupum ab impetu sibi temperare, sed etiam si iustis rationibus vincatur, dentibus tamen victorem peruincere: ita & qui odio nostri, non secus atq; rei honestæ student, turpe forsan putantes, si absque ratione nos odio persequi videantur, causa odij contra nos, & crimina fingunt. Nihil autem eorum quæ contra nos feruntur, cõstanter tuentur, sed nunc hanc, paulo post aliam, & rursum quoque aliam inimicitiæ causam assignant, atque ita nulla in re malitia illorum soli consistit, sed mox, atque ab hac intenta culpa resiliunt, alij incumbunt, & rursum illa neglecta, aliam reprehendunt; & si omnia, de quibus me accusant diluero, ab odio tamen haud recedunt.

Epist. 88. ad Euphratium medio to. 2.

4 CHRYSOSTOMVS exponens verba illa; Qui audit verba mea & facit ea, assimilabitur viro sapienti, &c. ait: Solus iustus, & quidem multo cum cumulo bonorum suorum possidet firmitatem, qui potentissima virtutum cohorte munitur, atque inter hos tumentes sæculi fluctus plurima tranquillitate perfruitur. Descendit, inquit, pluuia, venerunt flumina, flauerunt venti, & impulerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat supra petram. Pluuiam, & flumina, & ventos, translatione verborum, afflictiones, & ingruentia hominibus pericula nuncupauit, calumnias videlicet, insidias, fluctus, interitus aliorum impugnationes, ceteraque omnia vitæ præsentis incommoda. Quia fundatus est supra petram. Hoc testantur Apostoli, qui torrente totius orbis in se pariter irruente tyranorum scilicet, atq; populorum, Iudæorum, atque gentilium, suorum, & alienorum, pulsata fluctibus rupe firmius constiterunt. [Infra:] Hoc est enim maxime mirabile, quia cum plurimas illi paterentur insidias, maximeque in illos tempestatum turbines frequenter irruerent, nequaquam tamen eorum animos labefactare potuerunt, nec eis aliquem incutere mœrorem. Exagitat te vndique inimicus, & afflictionibus mille circundat, sed clariorem tibi perfecto texit coronam. Quod autem præcipue mirandum est, non modo nihil omnino lædunt, qui talibus insidias machinantur, sed eos etiam faciunt oppugnatione meliores. Qui cunque enim adamantem percutit, magis ipse percutitur. Et qui aduersus stimulum calcitrat, sine dubio ipse compungitur, suisque proprijs ictibus vulneratur, & qui impugnat virtutem tenentes, ipse profecto subruitur, & malitia tanto efficitur infirmior, quanto contra virtutem diutius præliatur. Et sicut qui ignem ligat in vestimento, illum quidem non extinguit, vestimentum verò comburit, ita etiam qui in virtute positos persequebantur, comprehendebant, ac sæpius colligabant, illos quidem reddebant ex his omnibus clariores, se autem perdebant.

Hom. 25. in Mat. to. 2.

HIE-

5 *Li. 7. in c. 23 Isaiæ. to. 5.*

6 *Lib. 1. in c. 1. Amos. to. 6.*

7 *In cap. 3. Sophoniæ.*

8 *Lib. 2. in c. 23. Prou. to. 7.*

9 *In cap. 14. Proverb.*

5 HIERONYMVS exponens verba illa; Dominus Sabaoth præcepit de Chanaã perdere robur eius, & dicent: Nequaquam adijcietis iniuriam facere, & iniquitatem virgini filiæ Sidonis, inquit: Omnis anima, quæ in sæculi fluctibus posita est, & circumfertur omni vento doctrinæ, Chanaam appellanda est, quę interpretatur, quasi fluctuatio, siue commotio. Prodest igitur Tyro, & eius angustijs robur perire Chananæũ, vt dicatur habitatoribus eius: quòd vltra non valent in iurias facere, & opprimere per iniquitatem virginem filiam Sidonis.

Li. 7. in c. 23 Isaiæ to. 5.

6 IDEM explicans verba illa; Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertam eum, eo quòd triturauerit in plaustris ferreis Galaad, inquit: Si Damascus semel meum esset populum persecutus, aut secundò, darem veniam; nunc verò cum tertiò, & quartò crudelis extiterit, vt captiuam multitudinem plaustris ferreis tereret, nonne debeo eum plagis corripere? Nonne clementiæ meæ vultum, auertare ab eo?

Lib. 1. in c. 1. Amos. to. 6.

7 IDEM exponens illa verba, Ecce interficiam omnes, qui afflixerunt te, &c. ait: Septuaginta interpretes sic verterunt: Væ qui accepit super eam opprobrium: Ecce ego faciam in te propter te in tempore illo, & saluabo expressam, & repulsam suscipiam. Hoc dicit Iesus filius Sirach, qui mittit lapidem in excelsum, super caput suum mittit. Quia enim Sion, & Hierusalem in excelso positæ sunt, quicunque Sion detrahit, & Hierusalem, & mittit in eam contumeliarum lapides, in suum eos caput iacit, & reuertetur opprobrium eius in caput suum, & dolor eius & iniquitas super verticẽ eius descendet. Quanti hodie exprobrant animæ Dei mysteria confectanti, volentique videre pacem eius, & dicunt, insanus est, & ebrius est, & musto plenus hominum cœtus fugit, delitias aspernatur, aurum pro luto computat, solam diligit paupertatem. Multi etiam fidelium, huiusce modi hominibus exprobrant, & vitam ipsorum arbitrantur amentiam, & non præsentem laudant conuersationem. Vę igitur ei, qui tulit opprobrium atque suscepit, & huiusce modi officio mancipauit, vt detraheret Sion, & ciuitati Dei, quia pro hac iniuria vrbis suæ vltor est Dominus, & dicet ad Sion: Ecce ego faciam te propter te, idest, faciam vltionem tuam, & saluabo afflictam, siue expressam, vt in Græco habetur. Vt sit sensus, ego saluabo eam, quæ in præsentiarum, quasi vua, & oliua in tẽtationibus, atque pressuris, vt prælo, & trabe, pressa est, & afflicta, vt vinũ faceret, & oleum, & de vino biberet Iesus in regno patris sui, de oleo autem vngeretur præ participibus suis. Ego puto propter expressionem talis vini, & olei, Iob multa perpessum, postquam autem vinum, & oleum fecerat, audisse a Domino: Putas me aliter tibi respondisse, nisi vt appareres iustus? Quasi ad vuam, & oliuã loqueretur: Existimas me aliter te pressisse, & afflixisse, atque contriuisse, nisi vt vinum de te, & oleum exprimerem? Tribua nobis Iesu Christe expressis, & afflictis, & repulsis in isto sæculo, vt nos recipias, & ponas in gloriam, cessent sibila, venena torpeant, & confusio eius proficiat ad salutem. Ideo enim sequitur apud septuaginta interpretes: Et confundentur in tempore illo, quando bene vobis benefecero, & in tempore cum suscepero vos, quia dabo vos nominatos, & in gloriam in cunctis populis terræ, quando conuertero captiuitatem vestram.

In cap. 3. Sophoniæ.

8 IDEM exponens verba illa; Desiderium si compleatur delectat animam, detestantur stulti eos, qui fugiunt mala, vno verbo dicit: Stulti, qui carnalibus solum desiderijs gaudent, detestantur eos, qui pro amore cœlestium infima oblectamenta contemnunt.

Lib. 2. in c. 23. Prou. to. 7.

9 IDEM exponens verba illa; Ambulans recto itinere, & timens Deum, despicitur ab eo, qui infami graditur via, inquit: Abominatio est peccatoribus, bonorum religio, stultumque videtur incredulis, cum fideles propter Dei timorem etiam tormenta rident eorum, qui occidunt corpus. De quibus adhuc aperte subiungitur: In ore vulti virga superbiæ, labia sapientum custodiunt eos. Quia stulti per vaniloquium humiles, quos despiciunt, affligunt; sed ijdem humiles, se sapiẽtia, ne decipiantur, muniunt. Præmiserat sapiens: mulier ædificabit domum suam, insipiens extructam quo que destruet manibus. Quia vna quæque anima fidelis, mansionem sibi in patria cælesti bonis actibus ædificat. At verò reprobi ea quæ bene sunt à bonis ordinata, male viuendo, aliquando etiam aperte repugnando dissipant.

In cap. 14. Prouerb.

10 IDEM explicans verba illa; Vidi impium superexaltatum & eleuatum sicut cedros libani, & transiui, & ecce non erat, duos adhibet sensus. Primus est cõmunis, secundus est iste; Quod cedrus libani, sancti dicantur propter altitudinem meritorum ipsorum. Impij super ipsos sunt: quia calcant & opprimunt illos. Transiui, & ecce non erat, quæsiui, & non est inuentus locus eius, scilicet impij. Non est inuentus locus eius, pro tanta velocitate, qua deficiunt.

in Psal. 36. to. 8.

10 IDEM exponens illa verba de Isaac, & Ismahele, sed quomodo tunc qui secundum carnem natus fuerat, persequebatur eum qui secundum spiritum, ita & nunc, inquit: Nõ puto inuenire nos posse vbi Ismahel persecutus fuerit Isaac, sed tantum illud, quod cum filio Aegyptiæ, qui maior natu erat luderet. Cum Isaac indignata sit Sara, & dixerit ad Abraham: Eijce ancillam, & filium eius. Et vtique simplex lusus inter infantes, expulsione, & abdicatione dignus est? Verum Apostolus Paulus, velut ex Hebræis Hebræus, & ad pedes magistri Gamalielis edoctus, intellexit lusum illum simplicem non fuisse. Sed quia forsitan Ismahel quasi maior natu, scriptura, iurgium parvulorum, lusum vocauit. [Infra:] Is qui secundum carnem natus est, persequitur spiritualem. Nunquam enim spiritualis persequitur carnalem, sed ignoscite, quasi rusticano fratri, scit eum posse proficere per tempus. Etsi quando Aegyptiæ filium viderit iratcentem, recordatur in magna domo non solum esse vasa aurea, & argentea, sed & lignea & fictilia.

Li. 2. inc. 4 ep. Pau. ad Gal. to. 9.

Gen. 21.

11 AMBROSIVS explicans verba illa: Redime me a calumnijs hominum, inquit: Non vnum genus nostri æ afflictionis est, & tentatio est, & calumnia, sed tentatio leuior, calumnia grauior. Est humana tentatio, quam ferre possumus, calumnia autem grauis est. Calumnia autem eo grauior est, quia non solum falsa componit, verumetiam, quæ piè gesta sunt, decolorat. Vt Ioseph nõ solum adulterij obiectione tentatus est, & inuitatus ad crimen herilis illecebræ, verumetiam tentatus calumnijs composito elogio, quod ipse adulterium dominæ suæ inferre voluisset, comprehensusq; exuerit vestem, ne fraudis indicium, atq; insigne criminis teneretur, cum vtiq; amictum ideo fugiens dereliquit, vt laqueos vim ferentis, & nexus illecebrosæ artis euaderet. Ipse Dauid senserat quod timebat. Qui bus enim Saul regis, calumnijs laborauit? Proterritis omnibus Allophylum interfecit, & retorquens in hostem totius plebis opprobrium: tamen quia iuuenculæ dixerunt Saul percussit mille, & Dauid decem millia, gloria in inuidiam uersa, odio cœpit urgeri. Susanna bene sibi conscia erat, & tamen falsum ferens testimonium damnata est. Sed hominum condemnata iudicio, nutu diuino absoluta est. Ideo ait Propheta: Redime me a calumnijs hominum, ut custodiam mandata tua. Qui enim opprimitur calumnia, non facile potest custodire mandata diuina; tristitiæ necesse est plerumque aut timori cedat, & affligatur, vel metu calumniæ, vel dolore.

Ser. 17. in Psal. 118. 1. 2.

1. Reg. 18.

12 AVGVSTINVS ait: Iusto iudicio Dei datur plerumque peccatoribus potestas, qua sanctos ipsius persequantur, vt qui spiritu Dei iuuantur, & aguntur, fiant per laborum exercitia clariores. [Infra:] Custodit

Lib. sent. to. 3.

dit nos Dominus ab omni malo, non vt ipsis aduersitatibus anima non lædatur. Omnes, qui in Christo piè volunt viuere, necesse est, vt ab impijs, & dissimilibus patiantur opprobria, & despiciantur tanquam stulti, & insani, qui præsentia bona perdunt, & inuisibilia sibi profutura promittunt. Sed hæc despectio, & irrisio in impios retorquebitur, cum & abundantia eorum in ægestatem, & superbia transierit in confusionem. Tota fidelium salus, tota patientiæ fortitudo, ad eum qui in sanctis suis mirabilis est, referenda est, quia nisi in illis Dominus esset, furori impiorum fragilitas succumberet humana.

13 *Li. 1. quæst. in Genesim to. 4.* IDEM explicans verba illa Gen. cap. 46. Abominatio est Aegyptijs omnis pastor ouium, vno verbo ait: Merito Aegyptijs, in quibus figura est præsentis sæculi, in quibus abundat iniquitas, abominatio est omnis pastor pecorum. Abominatio est enim iniquo vir iustus: Referens hunc locum infra libro quæstionum in Exodum explicat illum Exodi 8. quando dixit Moyses Pharaoni: Abominationes Aegyptiorum immolabimus Domino Deo nostro, & ait: Hoc intelligendum est mystice significari, quod etiam de pastoribus diximus, qui erant Aegyptijs abominabiles, & ideo se paratam terram Israelitæ acceperunt, cum venerunt in Aegyptum, sic & sacrificia Israelitarum abominationes sunt Aegyptijs, sicut iniquis vita iustorum.

14 *Lib. 2. contrà Gaudentiũ Donati fiam. to. 7. 2. Tim. 3.* IDEM explicans verba illa Pauli: Omnes qui pie volunt viuere in Christo, persecutionem patientur, inquit: Quandiu viuunt hic, qui volunt in Christo pie viuere persecutionem patientur, vt aut victi comprehendantur a diabolo, aut probati diabolum vincant, quos autem comprehensos, captiuosq; iam possidet, non vt obtineat persequitur, sed quia obtinet vtitur. [Infra:] Considera qualem persecutionem patiebatur, qui dicebat: Vidi insensatos, & tabescebam. Hanc persecutionẽ Loth iustus patiebatur in sodomis, &c.

Psal. 118. Gen 19.

15 *In Psal. 7. to. 8.* IDEM explicans verba illa: De reprobis, lacum aperuit, & effodit eum, & incidit in foueam, quam fecit, ait: Lacum aperire est in terrenis rebus, idest tanquam in terra fraudem parare, quo alius cadat, quem vult decipere iniustus. Aperitur autem hic lacus, cum consentitur malæ suggestioni terrenarum cupiditatũ. Effoditur vero, cum post consensionem, operationi fraudis instatur. Sed vnde fieri potest, vt iniquitas prius lædat hominem iustum, in quem procedit, quã cor iniustum, vnde procedit? Itaque fraudator pecuniæ, verbi gratia, dum cupit alium damno lacerare, ipsæ auaritiæ vulnere saucíatur. Quis autem vel demens non videat quantum inter hos distet, cum ille patiatur damnum pecuniæ, ille innocentiæ. Incidet ergo in foueam quam fecit, sicut scriptum est: Cognoscetur Dominus iudicia faciens, in operibus manuum suarũ, comprehensus est peccator. Vnde rectè subditur: Conuertetur labor, seu dolor eius, in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.

Psal. 9.

16 *In Psal. 19.* IDEM explicans verba illa; Et torrentes iniquitatis conturbauerunt me, inquit: Turbæ iniquæ ad tempus commotæ, velut flumina pluuialia cito desitura egerunt, vt conturbarent me.

17 *Expos. 2. in Psal. 29.* IDEM exponens verba illa; Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me, sic habet: Tunc non iucundabuntur inimici super iustos, cum isti stabunt in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt. Illi autem dicent intra se pœnitentes, & præ angustia spiritus gementes.

Sap. 5. Quid nobis profuit superbia, & diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt illa omnia, tanquam vmbra, & sicut nuncius præcurrens. Et quid dicent de iustis? Quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est? Tunc erit dedicatio dolosa, quæ modo in tribulationibus fabricatur. Tunc rectè dicet populus ille; Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me. Vera ergo erit vox ista in populo Dei, qui populus modo angustiatur, modo tribulatur tantis infectionibus, tanta pressura. Hæc tormenta animi non sentit in Ecclesia qui non proficit, putat enim quia pax est. Sed incipiat proficere, & tunc videbit in qua pressura sit, quia cum creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Et qui apponit scientiam, apponit & dolorem. Proficiat, & videbit vbi sit, exsistat fructus, & apparebunt zizania. Vox est Pauli, omnes, qui piè volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Maligni autem homines, & seductores proficient in peius, ipsi errantes, & alios in errorem mittentes. Et vnde sunt verba illa psalmi: Sustine Dominum, viriliter age, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Parum erat semel sustinere Dominum, nisi repeteret, ne forte sustineret, biduo, triduo, quatriduo, & maneret pressura, & tribulatio; ideo addidit, viriliter age, addidit, & confortetur cor tuum. Et quia ab initio vsque ad finem, sic erit, quod habet sententia in capite, hoc habet & in fine, hoc est, sustine Dominum. Trã sient ista, quæ te premunt, & veniet quem sustines, & exterget sudorem, siccabit lachrymam. Modo autem gemamus in tribulationibus.

Matt. 13. Eccl. 1. 2. Tim. 3. Psal. 26.

IDEM exponens uerba illa; Multa fiant labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia & contemptu, inquit: Quicunq; uoluerit iustorum, in ea humilitate ambulare, in qua didicit ambulasse Christum, contemnitur in Christo, quasi membrum Christi. Et sic necesse est, ut contemnantur totus ipse Christus a superbis & impijs, ut fiat illis, quod dicitur, muta fiant labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia & contemptu, Quando efficientur muta labia ista? In hoc sęculo nunquam. Quotidie clamant contra Christianos, quotidie blasphemant, quotidie latrant, augẽt linguis suis pœnas. Muta fient labia dolosa, quando stabunt iusti in magna constantia aduersus eos, qui se angustiauerunt. Tunc dicent illi: Hi sunt, quos aliquando habuimus in derisum, & in similitudinem improperij. Tunc efficiẽtur labia eorum muta, qui loquuntur aduersus iustum iniquitatem. Modo enim dicunt nobis, Vbi est Deus vester? Quid colitis? Quid creditis? Quid uidetis? Creditis, & laboratis, certum est, quòd aboratis, incertum est quod speratis. Quando uenerit certum quod speramus, muta efficientur labia dolosa, quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem.

18 *In Psal. 30. ẽcione 3.* *Sap. 5.* *Psal. 113.*

19 *In Psal. 43. Psal. 1.* IDEM explicans verba illa; Quoniam humiliata est in puluere anima nostra, inquit: In puluerem humiliata est anima nostra, puluis nos persequitur. Illi nos persequũtur, de quibus dixisti: Non sic impij, non sic, sed tanquam puluis, quem proijcit ventus a facie terræ. Adhæsit in terra venter noster. Pœnam nimiæ humiliationis mihi videtur expressisse, quia quisquis, quando se prosternit, hæret in terra venter eius. Quisquis enim ita humiliatur, vt genua figat, adhuc habet quo humilietur, quisquis autem sic humiliatur, vt hæreat in terra uenter eius, vltra quod humilietur non habet. Hoc ergo forsitan dixerint, nimium humiliati sumus in hoc puluere, vltra, quo humiliemur non habemus. Iam si peruenit vsque ad summum humiliatio, veniet & miseratio.

20 *In Psal. 55.* IDEM exponens verba illa; Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo, ait: Noli timere quia conculcauit te homo, vinum habeto, vna factus es, vt calceris. Tota die bellans, tribulauit me. Ne deficias in ista conculcatione, sciens quo exemplo fortis effectus sis. Primus botrus in torculari pressus est Christus Cũ ille botrus passione expressus est, manauit illud, vnde calix inebrians quàm præclarus est. Dicat ergo & corpus eius intuens caput suum, miserere mei Domine, quoniam conculcauit me homo, tota die bellans tribulauit me. Tota die, toto tempore. Nemo sibi dicat, fuerunt tribulationes apud patres nostros, apud nos non sunt.

Psal. 22.

sunt. Si putas te non habere tribulationes, nondum cœpisti esse Christianus. Et vbi est vox Apostoli, omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur? Si ergo non pateris pro Christo vllam tribulationem, vide ne nõdum cœperis in Christo pie viuere. Cum autem cœperis in Christo pie viuere, ingressus es torcular, prępara te ad pressuras, sed noli esse aridus, ne de pressura nihil exeat.

2. Tim. 3.

21 IDEM explicans verba illa; Exaudiui te in abscondito tempestatis, probaui te apud aquam contradictionis, inquit: Re vera fratres qui exauditus est in abscondito tempestatis cordis, & cui dimissa sunt peccata, debet probari in aqua cõtradictionis. Cum enim crediderit, cum viam Dei capere cœperit, habebit multos exagitatores, multos insultatores, multos detractores, dehortatores, minantes etiam vbi possunt, deterrentes, deprimentes. Hæc tota aqua contradictionis est.

in Ps. 80.

22 IDEM ait: Modo sunt grana inter paleam, est lilium inter spinas. Quid audit Ecclesia? Sicut lilium in medio spinarum, ita proxima mea in medio filiarum. Non dictum est, in medio alienarum, sed in medio filiarum. Quas dicit spinas? Ipsas filias. Spinæ sunt propter mores suos, filiæ propter sacramenta mea. Iste est maior gemitus, quoniam si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem vtique. Si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, absconderem me vtique ab eo. Tu vero homo vnanimis dux meus, & notus meus. Inter istos necesse est vt gemamus.

in Ps. 99. Matt. 3. Cant. 2. Ps. 45.

23 GREGORIVS sic ait: Omnipotens Deus, electorum suorum aduersarios temporaliter permittit excrescere, vt per malorum sæuitiam, purgetur vita bonorum. Nunquam quippe Dominus aduersum bonos eos sæuire permitteret, nisi etiam quantum prodesse videret. Nam dum iniusti sæuiunt, iusti purgantur, & vtilitati innocentium militat vita prauorum, dũ hanc & premendo humiliat, & humiliando semper ad melius formet. Vnde rectè per Salomonem dicitur: Qui stultus est, seruiet sapienti. Sed sciendum est, quia contra sapientis vitam, dum stultus præeminens terrorem potestatis exercet, dum hunc laboribus fatigat, cõtumelijs lacerat, profecto hunc ab omni vitiorum rubigine vrendo purgat. Stultus ergo sapienti etiam dominando seruit, quem ad meliorem statum premendo prouehit. Sic nonnunquam pupillis dominis ad disciplinæ magisterium serui præsunt, terrent, premunt, feriunt, & tamen esse serui nullo modo desistunt, quia ad hoc ipsum ordinati sunt, vt proficientibus dominis, etiam feriendo famulentur. Quia igitur mala reproborum, bonos dum cruciant purgant, vtilitati iustorum, militat etiam potestas impiorum. Dicit autem Iob cap. 30. Dissipauerunt itinera mea, insidiati sunt mihi, & prævaluerunt, & non fuit qui ferret auxilium. Hoc ait, quia plerunque iusti tribulatione deprehensi, tardam manum subuenientis æstimans, cum se persequentium immanitas paulo longius angustat. Et concita quidem sunt ereptoris remedia, sed hoc quod ab ereptore citius agitur, dolori tardum videtur: cumque adesse postulationi auxilium quæritur, si vocem non statim sequitur, quia desit, æstimatur. Quia supernum auxilium, etsi adest quantum ad ordinatam prouidentiam protectoris, deesse tamen creditur quantum ad concita vota patientis.

Prou. 11. Sap. 5. Ibidem. Ps. 113.

Li. 20. mora. c. 19. t. 2

In sanctorum variis sunt gradus, quibus similes modo sunt mali, qui perseuerare non debent, in omni autem statu boni sunt. Cap. XXI.

1 DE re hac diximus supra libro 5. cap. 3. Præter ea, quæ ibi adnotauimus. Origenes inquit: Intelligamus tabernaculum testimonij omnes sanctos, qui sub testamento Dei censentur, & in hoc tabernaculo esse quosdam celsiores meritis, & gratia superiores, & ex ijs, aliquos quidem candelabrum dici. Ipsos forte Apostolos, qui illuminant accedentes ad Deum. Sed etsi qui alij sunt, qui in hoc tabernaculo Dei, omnibus ingredientibus, scientiæ & doctrinæ lumen ostendũt, omnes isti candelabrum mysticum nominentur. Alij sint mensa sacra, scilicet quicunq; habent panes Dei & reficiunt, ac pascuut animas esurientes iustitiam. Alij sunt altare incensi, quicunq; orationibus ac ieiunijs die ac nocte vacant in templo Dei, orantes non solum pro semetipso, sed & pro vniuerso populo. Ij vero, quibus arcana mysteria credidit Deus, & occultorum prouidentiæ suæ iudiciorum secreta commisit, arca testamenti Dei appellentur. Porro, qui cum omni fiducia per hostias precum, supplicationumq; victimas, Deum hominibus repropitiant, & pro delictis populi interueniunt, propitiatorium nominentur. At qui meruerint multitudinem scientię, & abundantes diuitias in agnitione Dei, Cherubin intelligi possunt. Sed hos omnes, qui per hæc singula quæ numerata sunt, designantur, portari necesse est, & portari in humeris. Vnde fortassis (vt ego opinor) angeli, qui ordinati sunt propter eos qui hæreditatem capiunt salutis ipsi sint, qui singulos eorum, quos supra diximus, portat. Cum enim solutum fuerit tabernaculũ hoc, & cœperimus ingredi ad illa sancta, & pergere ad locum repromissionis, hi qui vere sancti sunt, & in sanctis sanctorum habentur, angelis sine dubio subuectantibus incedũt, & vsquequo requiescat tabernaculum Dei, portantur in humeris, & extolluntur in manibus, sicut scriptum est: Angelis suis mandauit de te, vt in manibus tollant te. Per ipsos angelos sub eodem mysterio Paulus portandos esse quosdam confirmat in nubibus obuiam Christo in aera. Portantur columnæ, & atria, & cetera, quæ a scriptura referuntur.

Hom. 5. in Num. to. 1

2

Ps. 90.

3 CHRYSOSTOMVS docens, quòd cuique homini cuiusuis status, mille positæ sunt solidæ & genuinæ vitæ imagines, inquit: Hic quidem inops claruit, ille vero cum pecunijs quoque. Helias inops, Abraham cum pecunijs. Rursus hic quidem coniugatus, ille vero virginitatem tenens. Abraham coniugatus, Helias virginitatem seruans. Alius per ieiunia, vt Ioannes, alius vero sine ieiunijs, vt Iob. Rursus hic ipse, & vxoris, & filiorum, & filiarum, & domus curam gerens, multasque diuitias possidens. Alter vero nihil possidebat nisi pilosum indumentum Dauid splenduit in regia dignitate, & nihil eum relaxauit, vel purpura, vel diadema. Alius integro populo præfectus, Moysen dico, quod quidem difficilius est. Vides & in diuitijs celebres, & probatos. Vides & in paupertate. Vides in coniugio. Vides in virginitate, & in diuitijs, & in paupertate perditos. In virginitate quinque illæ virgines perierunt. In diuitijs diues ille Lazari contemptor. In paupertate multi perierunt, & nunc quoque pauperes pereunt, in regia dignitate, in rerum publicarum administratione. Vis & in ordine militari saluatos uidere? Habes Cornelium. Et in gubernatione domestica? Habes eunuchum Aethiopissæ, &c.

Ser. 12. in epi. Pauli ad Phi. c. 4

4 IDEM docens, contra eos qui aiunt quomodo sit possibile in mundo, & in medio hominum quenquam saluari, non esse locum qui saluet, sed mores, inquit: Adam in Paradiso, ut in portu naufragium fecit. Loth in Sodomis sicut in pelago seruatus est. Iob in stercore, iustificatus est, Saul ille inter raros, regno præsenti, & futuro excidit. Non est defensio, quod dicis te non posse etiam in medio negotiorum saluari.

In serm. de Euchariestia qui inter uiginti varios huius tomi est primus. c. 5

5 AVGVSTINVS iustis associatur mali, quibus innotuerat crimen Bonifacij presbyteri Augustini, in qua declarans nullam fuisse tam fœlicem sodalitatem, in qua non aliquod flagitium extiterit, inquit: Quantumlibet uigilet disciplina domus meę, homo sum, & inter homines uiuo, nec mihi arrogare audeo, ut domus mea melior sit, quàm arca Noe, ubi tamen inter octo homines, reprobus unus inuentus est, aut melior

Epi. 137. quæ est ad clerum, & populum Hypponẽ. serm. to. 2. Gen. 9.

sit,

Gen. 21. sit, quàm domus Abrahæ, vbi dictum est: Eijce ancillam, & filium eius. Aut melior sit, quàm domus Isaac, Mala. 1. cui de duobus geminis dictum est: Iacob dilexi, Esau Gen. 49. autem odio habui. Aut melior sit, quam domus ipsius Iacob, vbi lectum patris filius incestauit. Aut melior 2. Reg. 11. sit, quàm domus ipsius Dauid, cuius filius cum sorore concubuit, cuius alter filius contra patris tam sanctam 2. Cor. 7. Phil. 2. manſuetudinem rebellauit. Aut melior, quàm cohabitatio Pauli Apostoli, qui tamen si inter omnes bonos habitaret, non diceret: Foris pugnæ, intus timores, nec diceret, cum de sanctitate Timothæi loqueretur: neminem habeo, qui germane de vobis solicitus sit. Omnes enim quæ sua sunt quærunt, non quæ Iesu Christi. Aut melior, quàm cohabitatio ipsius Domini Iesu Christi, in qua vndecim boni, perfidem & furem Iudam tolerauerunt. Aut melior sit postremo, quàm cœlum, vnde angeli cecidunt. Simpliciter autem fateor charitati vestræ coram Domino Deo nostro, qui testis est super animam meâ, ex quo Deo seruire cepi, quomodo difficile sum expertus meliores, quàm qui in monasterijs profecerunt; ita non sum expertus peiores, quàm qui in monasterijs ceciderunt, ita vt hinc arbiter in Apocalypsi scriptum: Qui iustus est, iustificatur adhuc, & Apoc. 22. sordidus sordescat adhuc. Qua propter etsi contristamur de aliquibus purgamenti, consolamur tamen etiã de plurimis ornamentis. Nolite ergo pp amurcam, qua oculi vestri offenduntur torcularia detestari. vnde apothecæ Dñicæ, fructu olei luminosioris implentur.

6 IDEM sic ait: Dominus in duodecim Apostoli, Lib de fide & operibus to. 4. vsque ad passionum diabolum pertulit, & qui ait: Sinite vtraque crescere vsq; ad messem, ne forte cum vultis colligere zizania, eradicetis forte, & triticum. Retiaq; illa in similitudine Ecclesiæ vsque ad littus, hoc Matt. 13. est, vsque ad sæculi finem, bonos & malos pisces habitura prædixit, &c. Si qua de permixtione bonorum & malorum, siue aperte, siue per similitudinem locutus est Dominus, non ideo tamen omittendam censuit Ecclesiæ disciplinam, immo adhibendam docuit, cum dixit: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum. Est ergo ratio dissimulandi, & tolerandi malos in Ecclesia, Matt. 18. & est rursus ratio castigandi & corripiendi. [Infra:] Insinuat quòd animalia munda, & immunda in arca Gen. 7. Noe significabant mundos & immundos, bonos & malos futuros in Ecclesia.

7 IDEM inquit: An vero propter aliud credendum Lib. de sanctæ virginitate. to. 6. est permittere Deum, vt misceantur numero professionis vestræ multi & multæ casuri & casuræ, nisi vt his cadentibus timor vester augeatur, quo superbia comprimatur. [Infra:] Perseuerantes in numero vestro præbeant vobis exemplum, cadentes autem augeant timorem vestrum.

8 IDEM postquàm narrauit, q̃ Imperatoris iussu, Lib. cuius titulus est, Breuiculi collationũ cũ Donatistis. to. 7. apud Carthaginem conuenerunt Donatistæ cum catholicis ad disputandum de fide, congregati sunt, & reperta sunt nomina Donatistarum Episcoporum esse ducenta septuaginta nouem annumeratis illis, pro quibus absentibus alij subscripserant, inter quos disputationis summa hæc erat: quòd Donatistæ asseuerabãt nõ esse malos in Ecclesia tolerandos, occasione huius, inquit Augustinus referens, quæ Episcopi Catholici contra hæreticos statuerunt. Illa testimonia, in quibus commendatur Ecclesia, cum malorum commixtione, hoc, tempus eius significat qualis est in præsenti sæculo, & illa testimonia, quibus commendatur non habere commixtos malos, illud eius tempus significat, qualis venturo sæculo in æternum futura est. Hæc duo tẽpora Ecclesiæ, quæ nunc est, & qualis tunc erit, significata esse etiam duobus piscationibus vnam ante resurrectionem Christi, quando mitti iussit retia, nec sinistram, nec dextram nominans partem, vt nec solos malos, nec solos bonos, sed commixto bonis malos intra Luc. 5. retia suorum sacramentorum futuros doceret, post resurrectionem autem quando iussit retia mitti in dexteram partem, vt post resurrectionem nostram, bonos solos in Ecclesia futuros intelligeremus, vbi mala non erunt, quibus modo retia dirumpuntur. De tali Ecclesia dictum est, quòd per illam non erat transiturus incircũcisus & immundus. Hoc etiam significasse, quod coruus auis immunda exierit de arca, & non redierit. Quæ tamen arca, exeunte coruo, non vtique omnibus immundis animalibus caruit, sed in ea fuerunt munda, & immunda, vsque ad diluuium, sicut in Ecclesia, boni & mali, vsque ad sæculi finem: Sed sicut non de immundis, sed de mundis animalibus, Noe obtulit sacrificium; ita non ij qui mali sunt in Ecclesia, sed qui boni sunt, perueniunt ad eum: Et vbi commemoratum est, qualis separatio bonis hoc tempore, ab impijs & malis fieri debeat, ne communicetur peccatis alienis, corde videlicet, & vitæ, morumq; dissimilitudine, debemus accipere, nec aliter intelligi debere, quod scriptum est: Exire de medio eorum, recedite inde, & immundum non tetigeritis, ideſt, discernamini aliter viuendo, & immunditiæ non consenseritis. Et Dauid: Psal. 25. Non sedi in concilio impiorum, & cũ iniqua gerentibus non introibo: Cum enim illi intrassent cum eis, quos impios putarent, quare non etiam sederunt cum eis, vt in vtroque, non corporalem, sed spiritalem consessum, & ingressum deuitasse videretur.

Isa. 52. Gen. 9. Isa. 52.

9 IDEM sic habet; Causa & persona zizaniorum; In librum ius titulus est, contra Donatistas post collationem. non præiudicat causæ & personæ tritici, quamuis in eodem agro eadem pluuia simul vsq; ad messem crescerent, quando separari oporteret: Causa & persona paleæ, non præiudicat frumento, quamuis in eadem palea simul triturentur, donec nouissima ventilatione separentur, vt hædi non præindicant ouibus, quamuis communibus pascuis vtraque pecora permixta seruentur, donec a pastore summo in iudicio segregentur, vt causa & persona, piscium malorum, non præiudicet causæ piscium bonorum, quamuis intra eadem retia tenerentur in extremo littore separanda, hoc est in finẽ sæculi: Quibus parabolis Ecclesia prænunciata est, vsq; in finem sæculi, bonos & malos, simul habitura. [Infra.] Probat, quòd non de toto mundo, vt hæretici arbitrantur, sed de Ecclesia scriptum sit, quòd vsque ad messem zizania simul sit cum tritico, & quod de futuro sæculo intelligendum est illud Isaiæ: & non adijciet, vt pertranseat in te incircunci sus, & immundus. In hoc enim, quod ait, Propheta: nõ adijciet vltra per te transire incircuncisus significat, quod nunc transeunt immundi, sed in die iudicij vltra non transibũt: Et si propterea retibus, bonos, & malos congregantibus, Ecclesiam comparauit, quia malos in Ecclesia non manifestos, sed latentes intelligi voluit, quos ita nesciunt sacerdotes, quemadmodum sub fluctibus quid acceperunt retia nesciunt piscatores: propterea etiam, & aleæ comparata est, vt etiam manifesti mali, cum bonis in ea prænunciarentur futuri: Neq; enim palea, quę in area est permixta frumentis, etiam ipsa sub fluctibus latet, quæ sic omnium oculis est conspicua, vt potius occulta sint in ea frumenta, cum sit ipsa palea manifesta: Dixit autem Hieremias: Quid paleis ad triticum? Quod ideo dixit, quia similia non sunt: Non quia permixta esse non possunt, quia in horreo non simul erunt, non quia in area pariter non triturantur, tunc enim veniet Dominus ferens ventilabrum, & purgabit aream suam, frumenta recondet in horreo, paleas autem comburet igni, & sicut pisces non possunt ante littoris exitum separari, sic nec area potest ante finem debitum ventilari.

Matt. 13. Isai. 52. Hiere. 23. Matt. 3.

10 IDEM explicans locum Ezechielis 14. Si fuerint Libro 2. de peccatorũ meritis, & remissione contra Pelagianos. in medio populi, Noe, Daniel, & Iob, ipsi animas suas liberabunt, &c. inquit In tribus illis viris, tria quędam hominum genera liberanda præfigurauit. In Noe iustos plebium præpositos, propter arcæ tanquam Ecclesiæ gubernationem, in Daniele iustos continentes, in Iob iustos coniugatos.

IDEM

11 IDEM sic habet. Iam verò, quia in vno quoque genere vitæ, quod habet aliquam professionem, non omnes inueniuntur probi, non omnes inueniuntur reprobi, ex hoc apparet, quia de quibusdam hominum generibus, quæ per similitudines in Euangelio proponuntur, sic concluditur: Vnus assumetur, & vnus relinquetur: Assumetur bonus, relinquetur malus: Videntur duo in agro, eadem professio est, sed non idem cor. Quodlibet ergo ager significet, vnus assumetur, & vnus relinquetur, non quasi dimidia pars assumetur, & dimidia relinquetur, sed genera hominum duo dicit. Et si aliud eorum sit in paucis, aliud in multis, vnus assumetur, & vnus relinquetur: hoc est, vnum genus assumetur, & alterum relinquetur: Sic in lecto, sic in molendino, Videntur mihi in agro laborare, qui præsunt Ecclesijs, sicut Paulus dicit: Dei agricultura estis. Et molendinum puto dictum mundum istum, quia rota quadam temporum voluitur, & amatores suos conterit: Sunt qui de actionibus mundi non recedunt, sed tamen & ibi, alij bene operantur, alij male; lectum autem positum arbitror pro quiete, quia sunt, qui neque actiones mundi pati volunt, sicut sunt coniugati homines, neque aliquid in Ecclesia agunt, sicut præpositi, velut in agricultura laborantes, sed velut ad hæc infirmi, secedunt ocium, & quieti esse diligunt, memores infirmitatis suæ, non se committentes magnis actionibus. Et hæc professio habet bonos fictos: proinde etiam ex his vnus assumetur, & vnus relinquetur: Ad quamcumq; professionem te conuerteris, para, te pati fictos, alioquin si te non paraueris, inuenies quod non sperabas, & deficies, aut perturbaberis.

Ch. ione 1. in Ps. 36. ro. 8. *Matt. 24.* *1. Cor. 3.* *Isa. 52.* *Gen. 9.* *Isa. 52.* *Psal. 25.* *In libroc. ius titulus est, contra Donatistas post collationem.*

12 IDEM exponens verba; Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta, ait: Nostis quia hoc genus hominum, hoc semen bonum, hoc frumentum Christi inter zizania gemit, & hoc donec veniat tempus messis & finis sæculi. Gemens ergo inter zizania, id est, inter malos homines, inter dolosos & seductores, circumspiciens simul cum illis esse se tanquam in vno agro, per totum mundum vnam pluuiam excipere, pariter perfiari, habere simul ista communia dona Dei, bonis malisque concessa communiter, ab illo qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos, & iniustos: Vides ergo semen Abrahæ, semen sanctum, quanta cum malis, a quibus quandoque separandum est, nunc habeat communia, æqualiter nasci, pariter mortalia ferre corpora; simul vti luce, fontibus, fructibus, prosperitatibus, atq; aduersitatibus sæculi, siue fame, siue abundantia, siue pace, siue bello, siue salute, siue peste, videns quanta habeat communia, cum malis, cum quibus tamen non habet causam communem, erupit in hanc vocem: Iudica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta: Nunc interim in hac peregrinatione, non discernis locum meum, quia simul cum zizanijs viuo vsque ad tempus messis. Nondum discernis pluuiam meam, nondum discernis lucem meam, discerne causam meam. Distet inter eum, qui in te credit, & eum, qui in te non credit, par infirmitas est, sed dispar conscientia, par labor, sed dispar desiderium. Ab homine iniquo & doloso erue me: quia vnus assumetur, & vnus relinquetur.

In Ps. 42. *Matt. 4.* *Matt. 13.* *Isai. 52.* *Hiere. 23.* *Matt. 3.*

13 IDEM ait: In omni congregatione multitudinis necesse est vt inueniantur mali. Deus enim, qui nouit exercendos uos, miscet nobis & non perseueraturos, aut certe ita simulatos, vt nec inchoauerint in quo perseuerare debeant: Nouit enim necessarium esse nobis, vt feramus malos, & proficiat, quòd boni sumus: Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine: Vbicumque fugeris congregabunt se cæteri, desertum tecum petent, affectabunt vitam tuam, tu repellere non potes societatem fratrum, miscentur tibi etiam mali, adhuc tibi exercitatio debetur. Attende, quia Dominus duodecim suis miscuit vnum, quem pateretur.

In Ps. 54. *Libro 2. de peccatorũ meritis, & remissione contra Pelagianos.*

14 IDEM in fine exponens verba illa; Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum, sic habet: Sunt & qui monachi falsi sunt, & nos nouimus tales, & clerici falsi, & fideles falsi. Omnia ista tua genera, fratres mei, habent bonos suos, habent malos suos. De tribus enim ipsis generibus dictum est: Duo in agro, vnus assumetur, & vnus relinquetur, & duo in lecto, vnus assumetur, & vnus relinquetur, & duæ in molẽdino, vna assumetur, & vna relinquetur: In agro sunt, qui gubernant Ecclesiã: In lecto sunt, qui amauerunt quietem, non se miscentes tumultui generis humani; in ocio seruientes Deo, & inde tamen vnus assumetur, & vnus relinquetur. Sunt ibi probi, & sunt ibi reprobi; Duæ in molendino, hoc est in isto sæculo versantur, vbi molendinum intelligitur, quia sic vertitur mundus iste, quomodo mola: væ enim quos conterit: sic ibi versantur fideles boni, vt vnus consumatur, alter assumatur. Qui assumuntur de molendino, sunt qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur, quia præteriti figura huius mundi, qui non sperãt in incerto diuitiarum, sed in Deo viuo, qui diuites sunt in operibus bonis, & facile tribuunt, diues autem pauperem Lazarum contemnens, relinquetur: Sic dicit & Ezechiel de tribus personis, in quibus non absurde hæc tria genera intelligimus. Cum miserit Dominus gladium in terra, & si fuerint in medio eorum Noe, Daniel, & Iob nõ liberabunt filios neque filias, sed ipsi soli salui erunt. Iam illi olim liberati sunt, sed in istis tribus nominibus tria genera quædam significauit. Noe significat rectores Ecclesiæ, quia ipse arcam in diluuio gubernauit: Daniel autem vitam quietam elegit in cælibatu seruire Deo. In Iob vero, qui vxorem, & filios habuit, intelligitur vna illa de molendino, quæ assumetur.

In Ps. 132. *Matt. 24.* *2. Cor. 7.* *1. Tim. 6. Ca. 24.*

15 IDEM explicans verba illa; Et exaltauit cornu populi sui, inquit. Quando exaltabitur cornu populi sui? Quando timentibus nomen Domini orietur sol iustitiæ, & sanctitas in pennis eius. Ipse sol, de quo scriptum est: sol iustitiæ, non est ortus nobis, ipse erit æstas nostra. Modo fructus per hyemem in radice non apparent. Attendis quasi aridas arbores, per hyemem. Qui non nouit videre, aridam putat vitem, & forte iuxta est, quæ vere aruit: Similes sunt ambæ per hyemem, illa viuit, illa mortua est, sed illius vita, illius mors, in abscondito est. At æstas procedit, vita illius clarificatur, mors illa manifestatur. Procedit honor filiorum, fœcũditas fructuum, vestitur vitis in facie ex eo, quod habet in radice: ergo modo fratres, tales sumus, quales sunt & alij homines: quomodo nascuntur, manducãt, bibunt, viuunt, & vestiuntur, transigunt vitam istam, sic & sancti: Aliquando res ipsæ decipiunt homines, & dicunt quia Christianus est hic, quid habet plus a me? O vitis arida attendis iuxta te vitem nudam in hyberno, sed non aridam per æstatis vim: & veniet Dominus honor noster, quia latebat in radice, & tũc exaltabit cornu populi sui, post captiuitatem in qua mortaliter viuimus. Vnde dicit Apostolus. Nolite ante tempus iudicare, donec ueniat Dominus, & illuminabit abscondita tenebrarum, & tunc laus erit unicuique a Deo. Sed dicis mihi: Vbi est radix mea? ubi est fructus meus? Si credis, ibi est ubi est fides tua, ubi est charitas tua. Audi Apostolum dicentem: Mortui estis: Quasi per hyemem mortui apparebunt. Audi quia uiuunt, & uita vestra, inquit, abscondita est cum Christo in Deo. Ecce vbi habes radicem. Quando ergo fœcunda beris fructu? Audi illum dicentem: Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria, & exaltabit cornu populi sui.

In Ps. 148. *Mala. 4.* *Sap. 5.* *1. Cor. 4.* *Colo. 3.*

16 GREGORIVS sic habet. Quia Ecclesia iustiores paucos videt homines, iniquos autem numerosiores, sicut & in tritura frugum maior est multitudo palearum, etiam iustorum vitam ex iniquorum æstimatione contemnunt. [Infra:] Non debet plurimorum malum tendere in æstimatione cunctorum, quia etsi iniqui sunt, quos cognoscentes dijudicant, nonnulli tamen

Lib. 6. moral. ca. 28. tom. 2.

men sancti sunt,quos ignorant. Triturae quippe tempus est,& adhuc grana sub paleis latent: Nullus ergo ex area fructus expectabitur, si hoc solum in ea esse creditur,quod superficie tenus videtur.

17 Lib.31.mo ral. cap.9. IDEM sic inquit;Multos hypocritas sancta Ecclesia nunc tolerat, quos cum tempus eruperit, tentatio aperta manifestat.Quia enim a bonis malisq; haec vita communiter ducitur,nunc Ecclesia ex vtrorumque numero visibiliter congregatur,sed Deo inuisibiliter iudicante discernitur,atque in exitu suo,à reproborum societate separatur:modo vero esse in ea,nec boni, siue malis,nec mali,sine bonis possunt.Hoc enim tempore coniuncta vtraque pars sibi necessario congruit, vt & mali mutentur per exemplaa bonorum,& boni purgentur per tentamenta malorum.

Iusti retro respicere non debent,sed semper in bono proficere. Cap. XXII.

1 Hom.5 in c.19. Gen. 10.1. ORIGENES referens, qua ratione Loth, & vxor eius accepto ab angelo mandato ne retrorsum respicerent, tendebant in Segor,at vxor eius immemor praecepti retrorsum respicit,impositam legem rumpit,efficitur in statuam salis, inquit: Putamus ne tantum sceleris in hoc esse commissum, vt quia post se respexit mulier,interitum quem diuino beneficio effugere videbatur, incurreret? Quid enim tantum criminis habuit,si sollicita mulieris mens, retrorsum, vnde nimio flammarum crepitu terrebatur, aspexit? Sed quia quae contingebant antiquis, in figura illis contingebant,videamus ne forte Loth, qui non respexit post se,animus sit virilis, vxor autem carnis imaginem teneat:caro est enim, quae respicit semper ad vitia, quae cum animus tendit ad salutem, illa retrorsum respicit, & voluptates requirit.Inde denique,& Dominus dicebat: Nemo mittens manuum suam ad aratrum,& respiciens retro,aptus est regno Dei.Et addit: Mementote vxoris Loth:Quod autem fit statua salis, insipientiae eius indicium videtur expositum, sal enim prudentiae loco ponitur,quae ei defuit. Pertendit ergo Loth in Segor,ibique paulis per collectis viribus, quas in Sodomis habere non potuit, ascendit in montem, & ibi habitauit.

Luca 9.

Luc. 17.

2 Hom.7.in caput 21. Geneseos. Heb. 5. IDEM docens, q; quando Isaac a lacte depulsus est,conuiuium magnum fecerit Abraham,inquit: De filijs spiritualibus,qui per Euangelium geniti sunt, cũ fuerint a lacte auulsi, fit conuiuium & laetitia magna. De his qui iam non lacte indigent sed cibo forti, qui pro possibilitate sumendi, exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali: Super his talibus, cum depelluntur a lacte, fit conuiuium magnum. Super illis autem non potest exhiberi conuiuium, nec haberi laetitia,de quibus dicit Apostolus:Lac vobis potum dedi,non escam.Nondum enim poteratis,sed nec nũc quidem potestis: Non potui vobis loqui quasi spiritualibus,sed quasi carnalibus, quasi paruulis in Christo,lac vobis potum dedi.

1. Cor.3.

3 Hom.5.in Exod. IDEM postquam in sensu morali explicuit: Stationes Iudaeorum in eremo, vt ex illis in virtute quomodo proficiscendum sit doceret,ait: Angelus Domini antecedebat castra Israel, & columna nubis stetit post illos, & intrauit inter castra Aegptiorum, & Israelitarum.Hęc columna nubis,populo quidem Dei efficitur murus: Aegyptijs verò obscuritatem imponit,& tenebras:Et tu ergo si ab Aegyptijs recedas, & de potestate dæmonum fugias, vide quanta diuinitus tibi praeparantur auxilia,vide quantis adiutoribus veteris.Tantũ est,vt permaneas fortis in fide, nec te Aegyptiorum equitatus, & quadrigarum formido perterreat,nec reclames contra legem Dei,vt illi: tanquam non essent sepulchra in Aegypto,ita adduxisti nos, vt in deserto hoc moriamur: Melius fuerat nos seruire Aegyptijs, quàm mori in deserto hoc.Haec fatiscentis in tentatione animi,verba sunt.Verum tamen,quia dicunt melius fuerat,nos seruire Ægyptijs, quam mori in eremo,tentationis & fragilitatis haec verba sunt.Lõge enim melius est in eremo mori,quam seruire Aegyptijs,qui enim in eremo moritur, hoc ipso quòd separatus est ab Ægyptijs,& discessit a rectoribus tenebrarum, & de potestate Satanae,habuit aliquem profectũ, etiam si ad integrum peruenire non potuit. Melius enim perfectam viam quaerenti est, in itinere mori, quam ne proficisci quidem ad perfectionem quaerendam.Vnde & eorum falsa videtur opinio, qui dum nimis arduũ iter virtutis exponunt, dumq; multas eius difficultates,multaq; pericula,& lapsus enumerant,ne ineundum quidem id, aut incipiendum iudicant. Sed multo melius est,me hoc in itinere, vel mori,si ita necesse est,quàm inter Ægyptios permanentem necari, atque amarissimis fluctibus obrui.

4 Homil.11. in cap 20. Leuitici. IDEM sic ait. Quicumque se consecrauerit Deo, merito extra terram, extra mundum videbitur. Potest enim & ipse dicere: Super terram ambulantes conuersationem in cœlis habemus. Salomon quoque in prouerbijs dicit: Laqueus est viro forti, cito aliquid de suis sanctificare. Postea enim quã vouerit,euenit pœnitere Et hoc est,vtiq; quod dicit: Ne quis forte cum fructus ex area,aut vinum ex torcularibus colligit, & dixerit volo tantum offerre Ecclesiae,vel in vsum pauperum,& peregrinorum tantum prębere, si postea ex his,quae vouit,aliquid ad vsus proprios praesumat,iam non de suis fructibus praesumpsit, sed sancta Dei violauit. Et ideo laqueus fortis est, sanctificare aliquid, hoc est vouere Deo, & post modum pœnitentia ductum,ad vsus proprios, ea quae consecrauerat reuocare.Sed etsi nos ipsos consecramus & offerimus Deo, obseruemus hunc laqueum,ne forte postea quam nos Deo vouerimus, iterum humanis vsibus, vel actibus subiugemur.[Infra:] Ex quibus omnibus clarum est quomodo vnusquisque nostrum,qui vult esse sanctus, consecrari debeat Deo, & nullis praeterea negotijs vel actibus,qui ad Deum minime pertinent, occupari.

5 Hom.4.in Ps.36.10.2. Exo.3. IDEM explicans verba illa; Apud Dominũ gressus hominis dirigentur,ait.Gressus a gradiendo nominatus,secundum illud, quod in Exodo scriptum est; quod Moyses vidit flammam ignis, & angelum cum rubus arderet,sed non combureretur, & dixit digrediens, siue pertransiens: videbo visionem hanc magnam Audiui quendam de sapientibus ante nos dicentem,cum explanaret hunc locum: Quia non est possibile prius videre visum magnum, atq; prospicere magna mysteria,stanti in conuersatione,& actibus mundi huius,sed transire oportet prius ab his, & transcendere omnia saecularia, & sensum nostrum,ac mentem liberam fieri,& tunc ad magnarum, & spiritalium rerum intuitum peruenire, & ita demum visum magnũ videre.Nos vero his,quae sapienter dicta sunt, haec addimus.Vnusquisque qui iter agit,ad virtutem proficit ambulando,vt paulatim per multos profectus itineris perueniat ad eam.Iter ergo agens,& velut quibusdam passibus gradiens,digreditur semper,& transit ea quae explicuit, ac posteriora omittens ad ea, quae priora sunt,se extendit. Digrediens ergo transit primum locum malitię,& inde proficiés passibus, & ingressibus, transit alias peccatorum sudes. Cum vero haec etiam euaserit,semper ad ea quae in antea sunt, se extendens, minus restat malitiae.[Infra:] Qui iter agit ad virtutẽ multa sunt quae transire habet; Ergo & tu qui ad Christum tendis,digredere luxuriam,scorta,adulteria, digredere furta, falsa testimonia, auaritiam, & omnem malam concupiscentiam, &c. Nisi haec omnia digressus fueris, visionem illam magnam Domini videre nõ poteris.Sunt gressus interioris hominis,quibus ambulare possumus hanc viam. Hoc ergo iter agentibus, multis gressibus vtendum est nobis, vt omnia illa quae supra diximus,transeamus, quia gressus hominis a Domi-

uino diriguntur. A Domino ergo gressus hominis dirigentur, & viam eius cupiet, Christum scilicet, & desiderabit manere semper in Christo.

6 IDEM explicãs verba illa; Quis parcet super Hierusalem, & quis contristabitur super te? inquit. Post hæc tu auersata es me, dicit Dominus, retro ambulabis. Iudæa, quia aduersata sit Christum, retro ambulauit corde, reuersa est in Aegyptum. Iustus, eorum quæ retro sunt obliuiscens in priora extenditur. Peccator posteriorum meminit, priora non appetens. Qui autem posteriorum meminit, præuaricatur in legem Iesu dicentis: Ne conuertatur retrorsum tollere tunicam suam inobediens est dicto eius. Mementote vxoris Lothi, cum contemnit imperium Saluatoris dicentis: Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro aptus est regno Dei. In lege quoque scriptum reperimus, angelos ad Loth egredientem de Sodomis dixisse: ne respexeris retro, & ne steteris in tota regione, in monte saluum te fac, ne forte reprehendaris. Habes & hunc intellectum dignum spiritu Dei: Ne, inquit, respexeris retro, id est in priora extende. Dimisisti Sodomam, ne reuertaris in Sodomam. Dimisisti peccata, ne regrediaris ad ea. Ne steteris in tota regione. Etiamsi præcedens imperium custodieris, de quo dicitur: Ne respexeris retro, nõ tibi sufficit ad salutem, nisi & consequens obseruaueris, ne steteris in tota regione. Non enim expedit incipienti proficere, vt stet in regionibus Sodomorum. Et si Sodomam transcendit, a regione Satanæ discedens, incipis liber esse a supplicij, expedit, vt salueris in monte, ne respexeris retro, nec steteris in tota regione, in montem saluum te fac, ne forte comprehendaris. Si vis a Sodomorum ruina non comprehendi, ne conuertaris retro, ne steteris in regione eorum, sed cum inde discesseris, ascende in montem, in quo solo salus est.

Ho. 10. in c. 15. Hier. *Matt. 24.* *Luc. 17.* *Luc. 9.* *Gen. 29.* *Homil. 11. in cap. 20. Leuitici.*

7 IDEM explicans verba illa capitis 14. Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat, inquit; Multi sunt, qui probant aliquid boni facere. Verbi gratia: seruare castitatem, &c. Sed processu temporis, vel subrepente negligentia, vel superante libidine, id quod obseruandum probauerant maculantur, & corrumpitur & est infœlix ille, qui in eo quod obseruare decreuerat, victus semetipsum iudicat, & condemnat. Beatus verò ille est, qui in eo quod probat & statuit, ita permanet fixus, & stabilis, vt in nullo semetipsum iudicet, in nullo reprehendat.

Lib. 10. in epist. Pauli ad Ro. c. 3. *Hom. 4. in Ps. 36. 10 2. Exo. 3.*

8 BASILIVS exponens verba illa Geneseos; Crescite, & multiplicamini, sic habet: Anima crescit, dum quotidiana progressione se ad perfectionem promouet. Nobis dictum est: crescite, ratione inita interioris hominis, quo se promouente, recte ad Deum contendimus. Ititiusmodi erat Paulus, qui dum adniteretur, proque virili se extenderet in anteriora, eorum quæ erant a tergo, obliuiscebatur. Ipsa hæc extensio in hoc sita est, vt ad ampliora, quotidiana progressione nos extendamus, nimirum, vt eo quidem quod assecutus iam es e memoria sublato, id demum persequare pro virili, quod ex perfectæ pietatis cumulo agnoscis tibi deesse. Talis & Isaac erat, de quo celebre illud elogium proditum memoriæ est, quia promouens gradum in sublime attolebatur, donec magnus effectus est. Non enim desijt aliquando succrescere. Neque quod in stadio virtutis aliquo vsque promouisset, desedit cunctatior: quin id potius ingent & intenta progressione procedebat. Ad obeunda virtutis opera se contulit gradu impigro. Ad apicem denique summum totius boni; his actibus iustis continenter progrediens, sublimatus est. Crescite igitur incremento perfectionis ad Deum, incremento quod interiorem hominem moderetur, & ornet. Replete terram bonis operibus.

Ho. 11. in Hexam. c. 1. *Gen. 1.*

9 IDEM exponens illa verba; Beatus vir, qui non abijt in consilio impiorum, &c. sed in lege Domini voluntas eius, ait: Principium ad bonorum apprehensionem, seu emendationem vitæ est a malis abscessio. Sapienter itaque & solerti consilio, nos ad virtutem introducere cupiens, fugam vitiorum initium fecit bonorum. Si enim statim ea quæ sunt perfecta tibi proposuisset, ad ea forte obeunda fuisses cunctatior. Nunc verò ad faciliora captu te assuefacit, vt ad ea quæ sequuntur, animo sis præsentiore. Ego quippe pietatis exercitationem scalæ a Iacob vitæ recte comparauerim, cuius pars terram attingebat, pars altera ipsi supereminens, in cœlum vsque porrigebatur. Ex quo eos admonere opus est, qui ad virtutem instruuntur, primum, vt primis admoueant gradibus vestigium, & inde paulatim ascendendo, progrediendoq; ad comprehensibilem humanæ naturæ altitudinem sensim, ac paulatim promouentes perueniant. Quemadmodum igitur in gradu scalari prima est ascensio, ab humo recessus; sic in exercitatione diuinæ conuersationis, principium profectus est discessus a malo.

Homil. in Ps. 1.

10 HIERONYMVS ait: Beati qui non de præteritæ iustitia blandientes secundum Apostolum, per dies singulos in virtute renouantur. Iustitia enim non proderit ei, a quo die, iustus esse desierit. Totum spatium vitæ tuę, sit vt peragere possis iustitiam, ne de præterita iustitia confidens, remissior efficiaris: sed sicut dicit Apostolus: Posteriora obliuiscẽs ad ea autem quæ sunt anteriora me extendens, ad destinatum persequar brauium supernæ vocationis. Idcirco age, vt ordines reliquum tempus vitæ tuæ sic vt potsis canere cum prophera: perambulabam in innocentia cordis mei. Quia inchoasse non sufficit, sed perfeciss e iustitia est.

Epi. 14. ad Gelan. matronã de vera tione pie viuendi. to. 1. Phil. 3. *Ps. 100.*

11 IDEM Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex speciem tuam. Deus ad animam loquitur humanam, vt secundum exemplum Abrahæ, exiés de terra sua, & de cognatione sua relinquat Chaldæos, dæmones, & habitet in regione viuentium. Verum nõ sufficit tibi exire de terra tua, nisi obliuiscaris populi tui, & domus patris tui, vt carne contempta, sponsi iugaris amplexibus. Ne respexeris, inquit, retro, nec steteris in omni circa regione, sed in monte saluum te fac, ne forte comprehendaris. Non expedit aprehenso aratro respicere post tergum; nec de agro reuerti domum, nec post Christi tunicam ad tollendum aliud vestimentum tecto descendere. Hæc tibi dixi, vt intelligeres exeunti de Sodoma timendum esse Loth vxoris exemplum.

In epist. 22 quæ est ad Eustoc. virginẽ de custodia virginitatis. Ps. 44. Gen. 12. Gen. 19.

12 IDEM sic habet epistolam finiens: Sanctam filiam meam Theodoram, meo sermone commendo, vt in cœpto itinere non lassetur, vt ad terram sanctam multo per eremum labore perueniat, vt non putet perfectam esse, virtutem exisse de Aegypto, sed per innumerabiles insidias ad montem Naboth, & ad Iordanem fluuium peruenire, vt accipiat secundam in Halgala circunciſionem, vt illi muri Hierico coruant.

In epi. 31.

13 IDEM explicans parabolam decem talentorum, ait, de illo, qui vnum talentum acceperat, & in sudario colligauit, siue in terra abscondit, & Domini reseruauit Aduentui. Primò considerandum, quod si iusti non spe profectus laborant, vt vult noster Zeno, sed ne perdant, quod acceperant; istæ qui talentum infodit; ne perderet quod acceperat, non peccauit; magnisque laudanda est cautio reseruantis. Quòd autem Dominus, non his contentus sit quæ habemus, sed semper maiora desideret ipse demonstrat, dicens: Quare non dediti pecuniam meam ad mensam, & ego veniens cum vsuris exissem illam? Quod quidem, & Paulus Apostolus sciens, præteritorum obliuiscitur, & ad ea quæ in ante sunt se extendit. Ideſt, quotidie proficit, nec seruat in sudario delicate gratiam quam accepit, sed aua-

Lib. 2. aduersus Iouinianũ. t. 2. Matt. cap. 25. & Luc. 19.

rus negociator renouatur de die in diem, & decrescere se putat, nisi semper creuerit.

14 *In epist. 1. quæ est ad Demet. de virg. to. 1.* IDEM sic habet: An sola studiosa vita est, quæ certamen non habet de profectu, & in qua vnusquisque hoc tantum debeat permanere, quod cœpit; nec vllo augmenti desiderio ad maiora contendat? Et cum in omnibus mundi studijs, profectu non satientur homines, hic tantum cœpisse sufficiet? Feruentissimi in terrenis, frigidissimi in cœlestibus sumus, & summam in rebus paruis exhibentes alacritatem, ad maiora torpescimus. Considerare pudet quantus sit feruor in seculo, qua cure singula quæque studia hominum quotidie ad perfectiora nitantur. Diuitiarum amor insatiabilis est, expleri nescit honorum cupido, celerem habituræ res finem, sine fine quærunt. Nos cœlestes diuitias pigra quadam dissimulatione negligimus, & spirituales diuitias, aut ne attingimus quidem, aut si leuiter degustauerimus, continuo nos putamus esse satiatos. Aliter nos diuina sapientia, ad suas inuitat epulas, dicens: Qui edunt me adhuc esurient, & *Eccl. 24.* qui bibunt me, adhuc sitient. Nullus vnquam talibus expletur epulis, nec aliquando patitur de societate fastidium. Tantò vnusquisque capacior, tantò *Matt. 5.* audior erit, quantò inde plus hauserit. Vult esurire nos hic semper & sitire iustitiam, vt in futuro, iustitiæ retributione satiemur. Considerandus vis ipsa verborum est, & ita nobis desideranda est iustitia, vt in fame, vel siti, cibus desideratur ac potus. [Infra:] Nihil in hoc proposito, ocio deterius est, quod non solum modo non acquirit noua, sed etiam parata consumit. Sanctæ vitæ ratio, processu gaudet, & crescit, cessatione torpescit, & deficit. Quotidianis ac recentibus virtutum incrementis, mens instauranda est, & viuendi nobis hoc iter, non de transacto, sed de reliquo metiendum. Quandiu sumus in hoc corpore nunquam nos ad perfectum venisse credamus. Sic enim in melius peruenitur. Tandiu non relabimur retro, quandiu ad priora contendimus. At vbi cœperimus stare, descendimus, nostrumque non progredi, iam reuerti est. Cesset omnis ignauia, & inutilis de præterito labore, securitas. Si volumus non redire, currendum est. Apostolus de die in diem viuens Deo, non quid ante fecisset, sed quid facere *Phil. 3.* deberet semper attendens, dicebat: Fratres ego me non arbitror comprehendisse aliquid, vnum autem, quæ quidem sunt retro obliuiscens ad ea vero quæ sunt priora me extendens, ad destinatum persequor brauium supernæ vocationis Dei. Si Beatus Paulus, vas electionis, qui ita Christum indutus erat, vt diceret, viuo autem iam non ego; viuit vero in me Christus, adhuc tamen se extendit, adhuc crescit & proficit, quid nos facere debemus quibus optandum est, vt in fine nostro, Pauli principio comparemur? Ergo tu obliuiscere omne præteritum, & quotidie inchoare te puta, ne pro præsenti die, quo debes seruire Deo, præteritum imputes. Optime quæsita custodies, si semper iniquitas. Damnum parata sentient, si parare cessaueris.

16 *Lib. 1. in e. 2. Exod. to. 4.* IDEM exponens verba illa, & non dixerunt, vbi est Dominus, qui ascendere nos fecit de terra Aegypti, qui transduxit nos per desertum, per terram inhabitabilem, & inuiam, per terram sitis, & imaginem mortis, per terram in qua non ambulauit vir, neque habitauit homo, inquit: In his verbis illud considerandum est, quòd quandiu in isto sæculo sumus, & de Aegypto educimur, paulatim ascendimus, & primum deserta transimus, & terram inhabitabilem, quam sanctus inhabitare non debet, & inuiam, vt difficultatem monstret itineris, per terram sitis, vbi semper maiora cupimus, vel præsentibus contenti sumus, & imaginem, siue vmbram mortis. Semper enim in periculo consistimus, & vbique diabolus tendit laqueos suos, per terram in qua non ambulauit vir, qui perfectæ ætatis in Christo est. Neque enim vnquam in ea habitat, qui homo Dei est, vel filius hominis, sed semper ad maiora festinat. Ex quo perspicuum est, non esse perfectionem in via, sed in fine viæ, & in mansione quæ sanctis in cælestibus præparatur, & qui *Psal. 133.* bus dicitur, qui statis in domo Domini in atrijs domus Dei nostri.

17 *Lib. 1. in c. 2. Ezech. Phil. 3. Luc. 9.* IDEM explicans illa verba; De animalibus sanctis, & facies, & pennas, per quatuor partes habebant, iunctæque erant pennæ eius alterius ad alteram, sic habet: In toto orbe volitantia, huc illucque discurrunt, sed semper ad vlteriora procedunt. Vnde & Paulus dicit: Præteritorum obliuiscens, & in futurum me extendens. Sancti enim præterita relinquentes, semper ad priora festinant. [Infra:] Et vnumquodque coram facie sua gradiebatur. Qui aratri stiuam tenet, *Gen. 19. 1. Reg. 4.* non debet respicere post tergum, nec imitari vxorem Loth, ne pereat cadens retro, sicut Heli. Vbi erat impetus spiritus illuc gradiebantur, nec reuertebantur, cum ambularent.

18 *Lib. de vera relig. to. 1.* AVGVSTINVS ostendens varias ætates hominis interioris, sicut & exterior habet infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentutem, virilitatem, senectutem, & decrepitam, inquit: Hæ septem ætates reperiuntur in homine interiori. Prima est infantia in vberibus, quæ nutritur exemplis. Secunda iam obliuiscens humana, & ad diuina tendens. Tertia iam fidentior, & carnalem appetitum, rationis robore maritans gaudensque intrinsecus, in quadam dulcedine coniugali, vt iam recte viuere non cogatur: Sed etiam si omnes concedant, peccare, non libeat. Quarta id multo firmius ordinatiusque facit, & emicat in virum perfectum, estque apta, & idonea omnibus persecutionibus, & mundi huius tempestatibus, ac fluctibus sustinendi, atque frangendis. Quinta pacata, atque ex omni parte tranquilla viuens in opibus, & abundantia incommutabilis regni. Sexta omnimodæ mutationis in æternam vitam, & vsque ad totam obliuionem vitæ temporalis peruenies, & transiens in perfectam formam, quæ facta est ad imaginem & similitudinem Dei. Septima enim, quies æterna est, & nullis ætatibus distinguenda. Vt enim finis veteris hominis mors est, sic finis noui hominis vita æterna.

19 *Lib. 16. de ciuit. Dei c. 15. to. 5. Gene. 12.* IDEM sic habet; Quod Abraham iam egresso de terra Chaldæorum, & in Mesopotamia constituto, dixit Deus, exi de terra tua & de cognatione tua, & de domo Patris tui, non vt corpus inde eijceret, quod iam fecerat iubebat, sed vt animam euelleret. Non enim exierat inde animo, si spe redeundi & desiderio tenebatur, quæ spes & desiderium Deo iubente & adiuuante & illo obediente fuerat amputandum.

20 *Cap. 30.* IDEM loquens de Loth, & his qui de Sodomis egressi sunt, ait: Prohibiti sunt, qui liberantur ab angelis, retro respicere, quia non est animo redeundum ad verterem vitam, qua per gratiam regenerati exuimur, si vltimum iudicium euadere cogitamus. Denique *Gen. 19.* vxor Loth, vbi respexit, remansit, & in salem conuersa, hominibus fidelibus quoddam præstitit condimentum, quo sapiant aliquid, vnde illud caueatur exemplum. Vnde Iosephus testatur se eam vidisse, post tot annos in saltem versam, in exemplum futuris, vt Viues refert in commentario huius capitis:

21 *Lib. contra Adimantū Manichæi to. 6.* IDEM explicans locum Osee 9. Da illis ventrem vaccum, & vbera arida, mortifica semen ventris ipsorum, ne pariant, inquit: Cum homines vltra non proficiunt, tunc habent ventrem vaccum, & vbera arida, & mortificatum semen. In qua sententia homines tanquam in speculo dignentur inspicere.

22 *Lib. de bono coniug.* ID. explicās verba illa Ge. Crescite, & multiplicamini, & replete terram, ait: Hoc incrementū, & multiplicatio

catio qua dictum est, crescite, & multiplicamini in
Ps.137. prouectu mentis, & copia virtutis intelligi potest. Sicut in psalmo scriptum est: Multiplicabis in anima mea virtutem.

23 IDEM explicans locum Lucæ 13. vbi Christus
Lib.6 contra Iulia. Pela. Dominus dixit. Ecce eijcio dæmonia, & sanctitates perficio, hodie, & cras, & tertia die consummor, ait. Expulsio dæmoniorum, remissio peccatorum est. Perfectio sanitatum, dum de die in diem proficit Ecclesia, & corruptionis cuius reatus ablatus est, passio quotidiana, renouatione minuitur. Tertia consummatur, quando in resurrectione, ad summam perueniet Ecclesia sanitatem. Se ergo incipere, & consummari, dixit Christus in membris suis.

24 IDEM explicans verba illa; Iordanis conuersus
In Ps.113. tom. 8. est retrorsum, inquit, Quisquis principium suum deserit: & a suo creatore auertitur, tanquam fluuius in mare, labitur in huius sæculi amaricantem malitiam. Bonum ergo illi, vt retrorsum conuertatur, atque illi Deus ante faciem, reuertenti quem sibi a tergo posuerat, & fiat illi retro mare huius sæculi, quod sibi ante faciem, cum illuc laberetur effecerat, & sic obliuiscatur ea quæ retro sunt, vt in ea quæ ante
Phil.3. sunt extendatur, quod iam conuerso vtile est. Namque antea quam conuertatur, si ea quæ retro sunt obliuiscatur, Deum obliuiscitur, quia ipsum retro fecerat ad quem dorsum posuerat, & si in ea quæ ante sunt extenditur, in sæculum extenditur, quia ipsum sibi ante faciem posuerat, quo auidius irruebat. Iordanis ergo conuertitur retrorsum, cum baptizati conuertuntur ad Deum, vt eum iam retro non habeant.

25 IDEM inquit; Psalmus iste: Ad Dominum cum
In Ps.119. Psal. 83. tribularer clamaui, primus est cantici graduum, quibus passibus mente ascendimus, sicut scriptum est: Ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum. Dixit ascensiones in corde. [Infra:] Vidit scalas Iacob, & in ipsis scalis demonstrati sunt ei ascendentes
Gen. 28. & descendentes. Possumus putare ascendentes, viros proficientes, descendentes, deficientes, quia in populo Dei alij proficiunt, & alij deficiunt. Iste qui vult proficere, & ascendere, statim experitur linguas detrahentium, & ideo ait: Domine libera animam meam a labijs iniquis, & a lingua dolosa.

26 IDEM sic habet; Via ista nostra, ambulantes quę-
Lib.de cantico nouo. to. 9. rit, tria sunt genera hominum, quæ odit, remanentem, retro redeuntem, & aberratem. Qui non proficit, remansit in via, qui forte a meliore proposito declinat, ad id quod deterius reliquerat, reuersus est retro, qui fidem deserit, a via errauit. Quis est, qui non proficit? Qui se putauerit esse sapientem, qui dixerit sufficit mihi, quod sum. Qui non attenderit eum qui dicit: Quæ retro oblitus, in ea quæ ante sunt
Philip.4. extendo me ipsum, sequor ad palmam supernæ vocationis. Currentem se dixit, sequentem se dixit, non remansit non retrospexit. Qui sunt retro redeuntes? Qui ex continentia reuertuntur in immunditiam, qui ex sancto, & singulari bono proposito in malum corrumpuntur. Hos increpat Apostolus dicens: Melius
2. Pe. 2. illis erat non cognoscere viam iustitiæ, quam cognoscentes retrorsum conuerti. O malum retro respicere. Vxor enim Loth, quæ liberata est a Sodomis,
Gen. 19. contra præceptum retro respexit, & in statuam salis conuersa est.

27 IDEM explicans verba illa Iob c. 21. per singulos
Li.22. Moral. ca.14. to.2. gradus meos pronunciabo illum, inquit: Nemo infima deserens, repente fit summus, quia ad obtinendum perfectionis meritum, dum quotidie mens in altum ducitur, velut ascensionis gradibus peruenitur.
Psal.83. Dan.10. De quibus per psalmistam dicitur: Ibunt de virtute in virtutem. Infra: Bene autem Daniel propheta, loquente ad se Domino, dum positionem nobis sui corporis insinuare studuit, hæc meritorũ incrementa signauit.

Ait enim; Audiui vocem uerborum eius, & audiens iacebam cunsternatus super faciem meam, vultusque meus hærebat terræ, & ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super articulos manuum mearum, & dixit ad me: Daniel vir desideriorũ, intellige verba quæ ego loquor ad te, & sta in gradu tuo, nunc enim missus sum ad te. Cumque dixisset mihi sermonem istum fleti tremens, & ait ad me. noli metuere. In quibus omnibus, propheta ordinem nostri profectus explicauit. Verba enim Dei in terra iacentes audimus, cum in peccatis positi, sanctorum voce, spiritalia præcepta cognoscimus. Ad quæ præcepta quasi super genua, & super manuum nostrarum articulos erigimur, quia a terrenis contagijs recedentes, quasi iã ab infimis ventrem leuamus. Sicut enim totus terræ in 28
hæret, qui consternatus iacet, ita qui in genibus & manuum suarum articulis incuruatur, inchoante profectu, ex magna iam parte a terra suspenditur. Ad extremum verò voce dominica erecti quidem, sed trementes assistimus, cum a terrenis desiderijs perfecte sublenati, verba Dei, quò plenius cognoscimus, plus timemus. Adhuc enim quasi in terra iacet, qui ad cælestia erigit terrenorum desiderijs negligit. Quasi subleuatus autem, adhuc manibus, & genibus incunbit, qui quædam iam contagia deserit, sed quibusdam adhuc terrenis operibus non contradicit. Iam verò ad verba Dei erectus assistit, qui perfecte mentem ad sublimia erigit, & per immunda desideria incuruari contemnit. Bene autem trementem, se stetisse indicat, quia examen subtilitatis interne, quo plus ad illud proficitur, amplius formidatur. Vbi apte diuina voce subiungitur, noli metuere, quia cum plus ipsi quod timeamus agnoscimus, plus nobis de Deo per internam gratiam infunditur, quod amemus. Appositis igitur quasi quibusdam gradibus profectus nostri, mentis pedem prius per timorem in imo ponimus, & post modum per charitatem ad alta amore leuamus. Infra: In eodem sensu explicat locum Ezechielis, quando in tor Ezec.47.
rentem traductus est per aquam vsque ad talos, genua, & renes, & per torrentem, quem non poterat transuadare, in quibus exordium, & profectus, & consummatio virtutis significantur.

IDEM exponens verba illa capitis primi, & non 29
reuertebantur (animalia scilicet) cum incederent, Hom 3. in Ezec. to. 2.
sed vnumquodque ante faciem suam gradiebatur, inquit: Sancti, cum incedunt minime reuertuntur, quia sic a terrenis actibus ad spiritualia pertranseunt, vt ad ea quæ reliquerunt, vlterius nullatenus reflectantur. Quasi enim per quandam viam eis incedere est, mente ire semper ad meliora. Quod contra de reprobis dicitur, quia reuersi sunt corde in Ægyptum. Per semetipsam veritas dicit: Nemo mittens manum Luc. 9.
suam ad aratrum, & aspiciens retro aptus est regno Dei. Manum quippe in aratrum mittere est, quasi per quendam compunctionis vomerem, ad proferendos fructus, terram sui cordis aperire. Sed retro post aratrum respicit, qui post exordia boni operis da mala reuertitur, quæ reliquit. Quod quia electis Dei minime contingit, recte nunc per prophetam dicitur: Non reuertebantur, cum incenderent. Qui cur non reuertantur indicat, cum subiungit. Vnumquodque ante faciem suam gradiebatur. Ante nos enim æterna sunt, post nos temporalia, quia & illa pergentes inuenimus, & ista recedentes quasi post dorsum relinquimus. Vnde & magnum illud pennatum animal di- Phil.3.
cebat, qꝰ vsque ad cęli tertij secreta volauerat, vnũ verò quæ retro sunt obliuiscens, in ea quæ sunt ante extẽdens me, sequor ad palmam supernæ vocationis. In anteriora.n. extentus, eorum quæ retro sunt oblitus fuerat, quia temporalia despiciens, sola æterna quærebat. Ante faciem ergo suã gradiuntur sancta animalia, quia & ea quæ reliquerunt, nullo iam appetitur respiciunt, & in æternis, quæ appetũt, boni operis pedem ponũt.

30 Quisquis itaque iam ante faciem suam ambulare detreuerit, magna ei consideratione pensandum est, quòd aliter retro respicitur ex opere, atque aliter ex cogitatione. Sunt etenim quidam, qui magna deliberant, & peccatorum suorum conscij, multa ex his quæ possident egenis distribuere pertractant, iamque hæc operari inchoant, & plerumque cum operantur, paupertatis timor eorum animum concutit, atque timentes, ne egeant, erga egentes tenaces fiunt, seque ab ea, quam cœperant bona operatione suspendunt. Hi nimirum incedentes reuersi sunt, quia ante faciem suam ambulare noluerunt, contra quos recte per Salomonem dicitur: Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, & non dabitur ei. Qui enim nunc propter pauorem mentis, atque torporem, bene operari negligit, cum sol iustitiæ in iudicio velut in æstate claruerit, mendicat vitam, sed non accipit, quia propter illam, bona operari contempsit. Alius despectis carnis desiderijs cuncta relinquere, & seipsum restringere castitatis freno deliberat, sed cum cecidisse alios etiam post castitatem conspicit, hoc ipsum facere quod deliberat, pertimescit. Fitque vt retro per cogitationem redeat, qui ad anteriora respiciens, iam mentis gressibus ad alta ibat.

Prou. 20.

31 IDEM loquens de arca, quæ ibat in Bethsames, inquit: Quia non ire, sed ascendere dimissa arca dicitur, altior via indicatur; quia per viam Bethsamis non recte gradiuntur, si non quotidie de bonis ad meliora proficiunt. Ascendere enim meritis virtutum quotidie ad meliora, proficere est.

Li. 3. in c. 6. primi libri Reg. 10. 10.

32 BERNARDVS ait: Hæc est vtique magna virtus, & summa securitas, quando & pie viuis, & tamen plus attendis, quæ desunt tibi, quam, quæ obtinuisse videris, oblitus, quæ retro sunt, & extendens te in anteriora.

Serm 4. in Psal. Qui habi at.

33 IDEM inquit: Ambulemus dum lucem habemus, ne tenebræ nos comprehendant. Ambulare, proficere est. Ambulabat Apostolus, qui dicebat, non arbitror me comprehendisse. Et addit: Vnum autem quæ retro sunt obliuiscens, ad ea quæ ante sunt, me extendo. Vnum autem, inquit, quasi remansit mihi ad remedium, ad spem, ad consolationem. Quid illud? Quæ retro sunt videlicet obliuiscens, ad ea quæ ante sunt me extendo. Magna fiducia, quod magnum electionis vas, perfectum abnuens, profectum fatetur. Ergo non ambulantem, sed sedentem a mortis tenebris comprehendi periculum est. Et quis sedens, nisi qui non curat proficere? Id caueto, etsi morte præoccupatus fueris in refrigerio eris. Dices Deo: imperfectum meum viderũt oculi tui, & in libro tuo nihilominus (inquit) omnes scribentur. Qui omnes? Profecto qui in desiderio proficiendi inueniuntur. Sequitur enim: Dies formabuntur, & nemo in eis, subaudis peribit. Dies proficientes intellige, qui si morte præoccupati fuerint, in eo quod eis deest, perficiendi sunt.

Serm. 49. in Cãtica. Ioan. 12. Phil. 3.

Sap. 4. Psal. 138.

34 IDEM inquit: Nemo esse bonus plus quam oportet potest. Bonus erat iam Paulus, & tamen nequaquam contentus, libenter se ad ea quæ ante se sunt extendebat, posteriora obliuiscens, & seipso semper melior effici studens. Recedant a me & a vobis qui dicunt; nolumus esse meliores quam patres nostri. Quan quam sanctus Helias, non sum, inquit, melior quam patres mei, non dixit se nolle patribus esse meliorem. Vidit Iacob in scala angelos ascendentes, & descendentes. Nunquid stantem quempiam, siue sedentem? Non est stare omnino in pendulo fragilis scalæ, neque in incerto huius mortalis vitæ quicquam in eodem statu permanet. Non habemus hic manentem ciuitatem, aut futuram possidemus, sed inquirimus. Aut ascendas necesse est, aut descendas, si attentas stare, tuas necesse est. Minime pro certo est bonus, qui melior esse non vult. Et vbi incipis nolle fieri melior, ibi etiam desinis esse bonus.

In epist. ad abbates apud Suessionẽ in celebratione capituli cõgregatos.

3. Reg. 19.

IDEM sic habet: Per vaccas Philistæorum, quæ ducebant arcam Domini ad terram Israel intelligimus figuram eorum, qui propter Deum dereliquerunt sæculum, accipientes iugum Domini super ceruices. Et sicut vaccæ, morte filiorum suorum mugiebant, & tamen non declinabant ad dexteram, neque ad sinistrã, sed recto tramite incedebant vsque Bethsames, quæ erat in introitu terræ Israel, ita serui Dei recto tramite incedere debent, & pro amore parentum suorum non debent ad dexteram, neque ad sinistram declinare a bono opere, vel proposito, sed recto itinere vsq; Bethsames, ideſt, vsque ad introitum cœlestis regni peruenire. Tu charissima egressa es de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui cum Abraham, & venisti in terram quam Deus monstrauit tibi. Obsecro ergo vt perseueres bene viuendo. Tu cum Loth egressa es de Sodoma, ideſt, de sæculari vita, ideo moneo te ne cum vxore illius retro respicias, ne quod absit, in exemplum peruersitatis omnibus hominibus fias. Cũ Loth in monte saluam te fac.

35 *Ser. 7. de ciuitate, eſt. modum bene viuendi ad sorores, qui eſt inter incentiua opera Bernardi.*

1. Reg. 6.

Gen. 12.

Gene. 19.

Iustorum conditiones, proprietates, & laudes.
Cap. XXIII.

ORIGENES explicans iustis ea quæ iussu Domini Moyses posuit in tabernaculo, ait: Põt vnusquisq; in semetipso formam tabernaculi explere. Debet columnas sibi aptare virtutũ columnas argenteas. Quas habet, qui propter verbum Dei patitur, & fert. Potest in se, & atria distendere cum dilatauerit cor suũ secundum vocem Apostoli dicentis ad Corinthios: Dilatamini & vos. Potest se & seris munire, cum se vnanimitate dilectionis adstrinxerit. Decem vero atria põt in seipso distendere, cum non in vno tantum verbo legis, aut duobus, aut tribus dilatatur, sed in toto decalogo. Habeat in se defixum & altare, in quo orationũ hostias, & misericordię victimas, offerat Deo Sciat sibi in sanctis ẽt candelabrũ luminis collocandũ, vt sint ei lucernæ semper ardentes, & succincti lumbi, & ipse tanquã seruus expectãs dominũ, qñ reuertatur a nuptijs. Sed istud candelabrum lucernarũ in austro collocet, vt ad aquilonẽ respiciat. Accẽso etenim lumine, ideſt vigilanti corde respicere semper debet ad aquilonem, & obseruare eũ, qui ab aquilone est, sicut & propheta videre se dicit succensam ollam, & facie eius a facie aquilonis. Ab aquilone. n. accenduntur mala vniuersæ terræ. Vigilans ergo & sollicitus, & ardens intueatur semper astutias diaboli, & vnde sit vẽtura tẽtatio. Habeat in penetralibus pectoris sui ẽt altare incensi, vt ipse dicat: Quia Christi bonus odor sumus. Habeat & arcã testamenti, in qua tabulæ sint legis, vt in lege Dei meditetur die ac nocte. Quia & propheta beatos dicit eos, q memoria tenent mandata eius, vt faciãt ea. Sit intra ipsum vrna mãnæ reposita, intellectus verbi Dei dulcis. Sit & virga Aaron intra eũ florida, severitas disciplinę. Sit indutus podere byssimo. Indumenti hoc genus est, qđ vsq; ad pedes deducitur totũ cõtegens corpus. In quo designatur, vt primo omniũ, totus sit castitate vestitus. Accipiat post modũ, & humerale gemmatũ, in quo fulgor operũ collocat, vt videtes homines opera vestra bona, glorificẽt patrem vestrum, qui in cęlis est. Sed & aurea lamina in fronte resplendeat, vt nomẽ Dei semper habeatur in capite, & ad vnum Deũ cuncta referantur. Habeat ẽt in interioribus Pontifex operimenta sua, habeat pudenda contecta, vt corpore & Spiritus sanctus sit, & cogitationibus, & operibus purus sit. Habeat ẽt per indumenti circuitum tintinnabula, vt ingredieus sancta det sonitum, & non intret cum silẽtio. Et hæc tintinnabula, quæ semper sonare debẽt, in extremo vestimenti sunt posita, vt de extremis temporibus nunquã sileas memor nouissimorum tuorũ, & nõ peccabis. Ad hũc modũ homo noster interior, Deo Pontifex, adornetur, vt introire possit, non solũ in sancta,

1 *Hom. 9. in Exod. 10. 1.*

1. Cor. 6.

Luce 12.

Hier. 1.

1. Cor. 2.

2

1. Cor. 9.

Matt 5.

cta, sed & in facta sanctorum, vt possit adire propitiatorium vbi sunt cherubin, & inde appareat ei Deus. Sancta possunt esse ea, quæ in præsenti sæculo habere sancta conuersatio potest. Sancta vero sanctorum ad cælum esse transitum, puta vbi est propitiatorium, & mundis corde apparere poterit Deus.

3 IDEM vbi narrantur benedictiones, quæ obseruantibus diuina præcepta dantur, inquit; docens qua ratione spirituales accipiat benedictiones, iustus legem Dei seruans, sic aiebat Paulus Ephesijs scribens. Benedictus Deus, & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cælestibus in Christo. Hoc quod addit in omni benedictione spirituali, Apostolicæ vehementiæ plenum est. Nam quia sciebat multa esse implenda, quæ mandantur in lege, & in vno quoque mandato, proprios existere agones, in quibus per singula, benedictionem, qui vinceret, tueretur; ideo dixit, qui benedixit nos in omni benedictone spiritali, vt & plures eas ostenderet esse, & spirituales. Potest autem in hoc sermone, quo ait. In omni benedictione spiritali, illud intelligi, quod iustus quisque, & perfectus capiat benedictiones Leuitici, quæ in hoc capite habentur, & eas quæ in libro Numerorum scriptæ sunt, sed & illas quæ in libro Geneseos continentur benedictiones Noe, ad Sē, & Iapheth, & benedictiones Isaac ad Iacob, & item Iacob benedictiones ad Ioseph, & Ephraim, & Manassen, & post hæc ad duodecim patriarchas. Hæ omnes benedictiones ad vnumquemque sanctorum diriguntur. Idcirco eas spirituales vocat Apostolus, vt qui cunque effici potuerit in virtute, & spiritu, verbi gratia, Sem, Iaphet, Isaac, Iacob, Ioseph, sicut & Ioannes fuit in spiritu & virtute Heliæ, possit etiam ipse benedictionis illius particeps fieri, cuius virtutem, & spiritum gesserit.

4 IDEM explicans illa verba; fuit vir vnus de Ramathain, &c. inquit. Hoc pertinet ad laudem iusti, quòd dicitur vir vnus. Nos qui adhuc peccatores sumus, non possumus istum titulum laudis acquirere, quia vnusquisq; nostrum non est vnus, sed multi, intuere namque alicuius vultum, nunc irati, nunc iterum tristis, paulo post iterum gaudentis, & iterum turbati, & rursum lenis, in alio tempore de rebus diuinis consulentis, paulo post, vel quæ ad auaritiam, vel quæ ad gloriam sæculi pertinent molientis. Vides quomodo ille qui putatur vnus esse, non est vnus, sed tot in eo personæ videntur esse, quot mores, quia & secundum scripturas, insipiens sicut luna mutatur. Vnde & luna, cum videatur vna esse, per substantiæ immutationem, tamen semper a semetipsa alia est, semperque diuersa. Sic ergo & nos qui adhuc insipientes sumus, & imperfecti, quia semper mutamus sententias, & semper diuersa cupimus, & sentimus, vnus non possumus dici. De iustis autem non solum per singulos vnus dicitur, verum, & omnes competenter, vnus dicuntur, quorum cor & anima vna esse describitur. Vnam semper omnes sapientiam meditantur, vnum sapiunt, vnum sentiunt, vnum Deum venerantur, vno spiritu Dei replentur. Vnde merito & ipsi omnes nō solum vnum, sed & vnus dicuntur, sicut & Apostolus designauit, dicens: Omnes quidem currunt, sed vnus accipit brauium. Vides manifeste, quia omnes iusti vnus est qui accipit palmam. Vere enim imitatur iustus qui talis est, & vnum Dominum, de quo dicitur Dominus Deus tuus vnus est. Vnus dicitur etiam, quia nunquam mutatur, nunquam in aliud vertitur, ego Deus, & non mutor. Immutabilis ergo est Deus, & per hoc vnus dicitur quod non mutatur. Sic ergo, & imitator Dei iustus, qui ad imaginem Dei factus est, vnus & cum ipse ad perfectum venerit, appellatur, quia non mutatur, sed vnus permanet semper. Si autem & subtilius aliquid considerare velimus, inuenire possumus, & aliam vnitatem, Verbi gratia. Si ita mortificauero membra mea, vt iam non concupiscat caro aduersus spiritum neque spiritus aduersus carnem, si iam non fit alia lex in membris meis, quæ repugnet legi mentis meæ, si omnia quæ intra me sunt, in vno atque in eodem sensu perfecta sint, & vna atque eadem sententia moueantur, tunc ero & ego vir vnus.

5 IDEM vbi lectio nostra habet, de Iob, neq; stultum quid contra Deum locutus est, Origenes, vertens non dedit insipientiam Deo, ait. Non fuit sicut domus illa, quæ super arenam fuerat fabricata, quæ non habuit fidei ac pietatis fundamentum, quę facile cecidit. Non talis Iob fuit, sed firmus & immobilis, idcirco omnes impetus nequissimi, & omnis inundatio diaboli subuertere immobilem illum non potuerunt. Hoc demonstrans dicit. Non dedit insipientiam Deo. Sicut diximus, non extitit infidelis Deo. Aut non dedit insipientiam Deo. Ac si diceret: Non fecit sermones Dei, neque testimonia eius infidelia, neque mendacia. Quæ verba Dei, vel quæ testimonia? Ea quæ ad diabolum locutus est testimonium perhibēdo, Iob non fecit infirma succumbendo, sed fidelia illa atque firma fecit, cum gratiarum actione sufferendo cuncta sibi accidentia, Merito ergo dicit. Non dedit insipientiam Deo, non extiterunt testimonia Dei de illo infirma, neque mendacia per illum, sed fidelia, firma, & vera. Non necesse habuit Deus confundi de illis, per quæ velut fideli, testimonium perhibuit illi. Ostendit enim sicut Deus dixerat, q̄ nō propter pecuniā illū colebat.

IDEM explicans de Christo domino verba illa; Butyrum & mel comedet, inquit. Qui natus est ex virgine Emanuel, butyrum & mel manducat, & quærit ab vno quoque nostrū butyrum manducare, & mel. Opera nostra dulcia, sermones nostri suauissimi, & vtiles mella sunt, quæ manducat Emanuel. Si vero sermones nostri amaritudine pleni sint, de his, ait Dominus, & dederunt in os meū fel, & nō comedit ab his sermonibus Saluator, comedet aūt saluator de sermonibus, qui sunt apud homines si fuerint sermones eorum mel.

7 CHRYSOSTOMVS virtutū ponderās Noe, ait. Vidistis, hominū qui tempore diluuij erant portentosam malitiam, didicistis quanta fuerit in media ista multitudine iusti virtus, & q̄ nihil eum nocuerit, vel illorū in malū cōspiratio, vel quod solus in medio istorum relictus, longe diuersa incesserit via. Sed quasi gubernator aliquis, mentis clauū magna vigilantia arripiens nauim suam ab irruentibus procellis malitię submergi non est passus, sed factus tempestate potentior, quasi in portu sederet, quatiebat mare, virtutis gubernaculū dirigebat, & a diluuio totum orbem deuastaturo, se eripiebat. Tanta res est virtus, tam immortalis, tā inuicta, tam nihil cedens huius vitæ verietatibus, sed super malitiæ retia volitās, quasi a sublimi specula quadam, sic omnia humana despicit, nihil quod alijs molestum est, sentit. Sed sicut is qui super excelsam petram stat, ridet fluctus, quos videt ad petram magno impetu rumpere, & protinus in spumam solui, ita & virtuti vacans, in securo constitutus loco, nihil insuaue fert a rebus turbulentis, sed tranquillus animo & quietus sedet, intelligitque, res huius vitæ nihil differre a fluminum fluentis tam rapido cursu transeuntibus.

8 IDEM laudans Ioseph in carcere positū ait; Quia prędixerat seruo regis bona euentura, memor esto mei (inquit) qñ fœlicitatem tuam ob tinueris. Hoc audiēs, ne condemnes pusillanimitatem iusti, sed ha cratione potissimum obitupesce, quod tam fortiter, & tam grato animo tulit grauem illam inhabitationē. Nam licet magnā a custode carceris potestatē acceperit, attamē grauabatur in tanto pedore cū sordidis, & luridis agēdo. Nam vide quam bene morata mente fuerit prædi-tus, & qūo fortiter tulerit oia. Et facies, inquit, in me misericordiā, & recordaberis mei apud Pharaonē, & educes me ex carcerere isto. attēde obsecro hic quomo

do nihil dicat contra sceleſtam illam adulteram, neque arguat Dominum, neque narret fratrum in ſe inhumanitatem, ſed tectis omnibus dicit, recordare mei. Hic ſole clarior exiſtens, & potens omnia cum veritate dicere, nihil dicit. Non enim humanam venabatur gloriam, ſed ſufficiebat ei gloria ſuperna, & oculum illum qui non dormitat, habere volebat laudatorem factorum ſuorum.

9 IDEM inquit; Elias zelo Dei inſignis, vt vidit
Serm. 1. de Elia. Iudæorum gentem, contempta Dei miſericordia, perpetuo in delitijs viuere, & idolorum cultui deditam, & a Deo quidem impietatem tolerari, abutique Dei longanimita, volens eos punitum iri, cogitabat quidnam aduerſus eos diuinæ bonitati opponeret, quæ paruis lachrymis ſtatim mouetur, vt iram deponat. Dicebat itaque, bonus erga illos Deus eſt, paucisque eorum flectitur lachrymis, verum bonitas illa populo male cedit, longanimitate enim abutentes, perdite viuunt, & Deus ipſe contemnitur. Vidit
3. Reg. 17. Dominus, inquit, & non erunt per annos illos ros & pluuia. Deinde cum Deus ei reſponderet, quid ergo ſi pœnitentes illi mihi blandientur, ſi lachrymas afferentes ſpectem, ſi a delictis reſipiſcentes videam, ſtatim ne dare debeo pluuiam? Minime, inquit, viuit Dominus, niſi per os meum, non erunt tribus annis ros & pluuia, niſi per ſermones oris mei. Non quando tibi videbitnr, pœnæ finem facias. Tibi enim pro clementia tua, ſemper videbitur miſericorditer agendum. Sed tunc quando ego pro eis orauero, & iudicauero, quod dignam animæ ſuæ curam gerant, probeque reſipiſcant. Igitur propheticam ſententiam reueritus eſt Deus, & honorem iuramento illi dedit. Rem tamē moderatus Dominus ſic eſt, vt Prophetam ſimul reuerteri videretur, & populi quem fame puniebat, miſereretur. Et quid facit? Prophetam vna
10 cum populo punit, vt dum etiam ipſe in famis ſupplicio comprehenditur, aliquid miſericordiæ in relaxando ſententiæ ſuæ iuramento addiſcat. Infra: oſtendit, qua ratione miniſterio corui, mulieris viduæ gentilis, Deus pauerit Prophetam, vt ſic ipſe commoueretur ad poſtulandam pluuiam, & miſereatur populo, & reuereretur Prophetam nolens mittere pluuiam contra voluntatem Prophetæ, & quia vrgentibus his neceſſitatibus, adhuc ille non eſt motus, occidit filium
3. Reg. 17. mulieris, apud quam hoſpitabatur. Et ait: Heu mihi Domine, filium viduæ apud quam ego ſuſtentabar, occiditi, non eſt mors illa naturæ euentus, tuum opus eſt, tuæ technæ, quibus me in miſericordiæ neceſſitatem adigis, vt ſi tibi dicere volucro Domine miſerere filio viduæ mortuo, tu mihi ex aduerſo reſpondeas, miſerere filio meo Iſrael. Ad miſericordiam me compellis, ſentio artes tuas. Hoc agis Domine, vt ſi dixero tibi, ſalua filium viduæ mortuum, tu mihi ex aduerſo reſpondeas, filium meum Iſrael in fame occiſum miſericordia dignare. Solue famis ſententiam, & ſoluam mortis calculum. Poſtquam igitur vidit Deus Eliam bene domitum, & aliquanto miſericordiorem redditum, tandem & ipſe miſericordiores cum eo confert ſermones. Proficiſcere, inquit. Verba legationis Dei ſunt hæc: Deus ipſe per ſemetipſum de miſericordia apud ſeruum legationis munus obit, & intercedit. Proficiſcere, inquit, quia factus es miſericor
11 dior, declara quàm miſericordes ſint ſermones tui. Omnes peccatores, ò Propheta, miſericordiæ meę chirographum habent. Ne mendacij apud illos me argui feceris, audi autem & ipſe chirographi vocem, nolo mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat.
Ezech. 18. Proficiſcere, inquit, & compare coram Achab. Reconciliari eis volo, ſed abſq; te non reconciliabor, tu gratiam illis præbe, qui nunc caſtigantur. Ego clam apud te pro illis intercedo, tu autem manifeſtus amicitiæ reſarctæ ſis auctor. Vade & compare apud Achab,
3. Reg. 18. & dabo pluuiam ſuper terram. Tu concilia, tu ſignificat, tu pluuiam conceſſam pronuncia; ego autem tuis ſententis ſubſcribam. Currit igitur volens, & nolens, & imbres futuros prædicat. Verum impietatem eorum adhuc videns, iterum triſtem quandam in eos meditabatur ſententiam. Et quid tunc ad ea Deus? Videns pertinacem Eliæ animum adhuc a miſericordia ab horrentem, a peccatoribus ipſum ſegregat. Ego, dicit, ſcio zelum tuum, grata eſt mihi anima tua. Verum interim & peccatoribus miſericors ſum cum ſupra modum puniuntur, tu verò valde ſeuerus es pietatis exquiſitor. Vnde quia peccatores ob zeli nimietatem ferre non vales, aſcende quaſi in cœlum, ego autem in terra peregrinus ero. Nam ſi diu tibi manendum in terris, prodiem humanum genus, quod a te continuò plectitur, aboletur. Tranſi in cœlum, ò Elia. Non poteſt cohabitare ignis calamo. Impeccabiles contuberniones poſt hac habiturus es, inter angelorum choros habitare te faciam, ego autem cum peccatoribus peregrinabor, qui in humeris ouem erraticam baiulare poſſum. Ex his omnibus, & Dei miſericordiam erga peccatores perpende, & quantum veneretur iuſtos.

IDEM inqnit; Quemadmodum ferrum ab ignis aſſiduo vſu, & ipſum quoque in ignem euadit, propria in natura remanens, ſic fidelium ſpiritumque habentium caro, in illam demum efficientiam tranſmutatur, tota ſpiritualis vndiq; cruci ſuffixa, atq; vna cum anima, & ipſa volatilis reddita. Quale quidem erat corpus Pauli, qui dicebat: Vos autem non eſtis in carne, ſed in ſpiritu. Vnde omnes ille delitias, voluptateſque ridebat, flagellis autem fame, & ergaſtulis delectabatur, nec dolebat illam, dum toleraret. Vſque adeo ille carnem edocuerat cum ſpiritu conſentire, atque conſpirare. 12 *Hom. 13. in epiſt. ad Rom. to. 4.*

IDEM ait; Si nos appropinquamus Deo, in cœlo 13
ſumus. Faciamus animam noſtram cœlum. Clarum *Homil. 16. in epiſt. ad Hebræos.*
quidem, & feſtiuum eſt cœlum propria natura. Neque enim in hyeme nigrum efficitur, non enim ipſum eſt quod conuerit faciem, ſed nubes concurrentes eum obtolant. Cœlum autem ſolem habet, habemus & nos ſolem iuſtitiæ. Cœlum vbique mundum eſt, & ſine macula, non in hyeme, non in nocte mutatur. Proinde & iuſti neque in tribulationibus, neque in verſutijs diaboli hoc patiuntur, ſed manent immaculati & immundi. Cœlum quippe altum eſt, & multum diſtans a terra, hoc etiam nos faciamus, ſeparemus nos a terra, & in excelſum illud, leuemur, & multum nos a terra extollamus. Cœlum ſuperius eſt, & ab imbribus, & a pluuijs, & a nullo conſumitur, hoc & nos poterimus, ſi voluerimus. Cœlum quidem putatur pati, veruntñ nihil patitur ipſum. Sic igitur & nos ac ſi putamur pati, nō patimur. Sicut. n. in hyeme multi quidē pulchritudinē eius nō agnoſcunt, ſed putāt illud mutatū, philoſophi vero ſciūt, qa nihil paſſum eſt, ſic & de nobis in tribulationibus, multi quidem putāt nos mutatos, & quia tribulatio ad ipſum noſtrū attingit cor, philoſophi aūt ſciunt, quia nō nos tetigit. Efficiamur itaque cęlū aſcendamus in altitudinē illam, & ita videbimus homines, vt putemus a formicis nihil differre. Nō pauperes dico tm̄, & plebeios, ſed magiſtratus. Si Imperator ſit, nō videbimus Imperatorem. Quid aurū, quid argentum, quid veſtis ſerica? Cuncta *2. Cor. 4.*
tanq̄ muſcas videbimus, ſi in illa altitudine ſederimus. Illic ſedebat Paulus, cum dicebat, non contemplātibus nobis quę videntur, ſed quę non videntur. Intueris qa neque videbat, quæ videntur, ſed quæ nō videntur? Intueris, quia neque videbat, quæ in præſenti ſunt? Vt autē tibi oſtendam, quia & cœlis ſuperior erat, audi illū dicentem: Certus ſum enim quoniam neque mors, ne- *Rom. 8.*
que vita, neque præſentia, neque futura, neque altitudo, ne profundum, neque alia creatura poterit nos ſeparare a charitate Chriſti. Vides altitudinem mentis? Vides tabernaculorum opificem quid factus eſt?

HIE-

14 HIERONYMVS explicans verba illa; Sumes argentum, & aurum, & facies coronas, & pones in capite Iesu filij Iosedech sacerdotis magni, inquit. Imponuntur coronæ, Iesu filio Iosedech sacerdoti magno, quia nobis proficientibus, & reuersis, ad meliora, per singulas virtutes nostras Dominus coronatur, immo nobis virtute pœnitentiæ coronatis Saluator in singulis coronam accipit iuxta illud quod Paulus loquitur: De cetero reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi iustus iudex.

Lib. 1. in c. 6. Zachariæ in. 5.

2. Tim. 4.

15 GREGORIVS exponens verba illa; Quod erat Iob familia multa nimis, ait: Multam familiam nimis possidemus, cum cogitationes innumeras sub mentis dominatione restringimus, ne ipsa sui multitudine animum superent. Cum enim ratio ad mentem redierit, mox se confusio tumultuosa conpescit, & quasi ancillæ se ad iniunctum opus tacite reprimunt. Possidemus ergo multam familiam, cum innumeris cogitationibus dominamur. Diciturq; qui huiusmodi est, magnus inter omnes Orientales, quia angelis tunc, in quantum possibilitas suppetit, sociamur. Vnde & per Paulum dicitur: nostra conuersatio in cœlis est.

Lib. 1. Moral. ca. 15. in. 2.

Phil. 3.

16 IDEM inquit; Per Moysem dicitur, vt pisces qui pennulas non habent, non edantur. Pisces namque qui habent pennulas, saltus dare super aquas solent. Soli ergo in electorum corpore quasi pisces transeunt, qui in eo quod imis deseruiunt, aliquando ad superna conscendere mentis saltibus sciunt, ne semper in profundis curarum lateant, & nulla eos amoris summi, quasi liberi aeris aura contingat. Qui ergo rebus temporalibus occupantur, tunc bene exteriora disponunt, cum sollicite ad interiora confugiunt, cum apud semetipsos intus in tranquillitatis sinu requiescunt. Prauæ etenim mentes, temporalium rerum tumultus intra semetipsas versare non cessant, etiam cum vacant. Piæ autem mentes, hæc & cum de sunt non quærunt, & grauiter etiam cum ad sunt, ferunt. Quod bene illa duorum fratrum vita signatur, de quibus scriptum est: Esau vir gnarus venandi, & homo agricola. Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. Vel sicut in alia translatione dicitur, habitabat domi. Quid enim per venationem Esau, nisi eorum vita figuratur, qui in exterioribus voluptatibus fusi, carnem sequuntur? Qui etiam agricola esse scribitur, quia amatores huius sæculi tanto magis exteriora colunt, quanto interiora sua inculta derelinquunt. Iacob vero vir simplex in tabernaculo, vel in domo habitare perhibetur; quia nimirum omnes qui in curis exterioribus sparsi, refugiunt, simplices in cogitatione atque in conscientiæ suæ habitatione consistunt. In tabernaculis enim aut in domo habitare est se intra mentis secreta restringere, & nequaquam exterius per desideria dissipare. Quiescunt etiam iusti, cum non solum nullo cupiditatum temporalium turbulento appetitu rapiuntur, verum etiam curis præsentis vitæ necessarijs immoderatius occupari refugiunt.

Lib. 5. Mor. cap. 8.

Leuit. 11.

Hom. 13. in epist. ad Rom. to. 4.

Gen. 25.

Homil. 16. in epist. ad Hebræos.

17 IDEM explicans verba illa Iob cap. 29. Et sicut palma multiplicabo dies, ait. Non immerito iustorum vita palmæ comparatur, quia scilicet palma inferius tactu aspera est, quasi aridis corticibus obuoluta, superius verò & visu & fructibus pulchra, inferius corticum suarum inuolutionibus angustatur, sed superius amplitudine pulchræ viriditatis expanditur. Sic quippe est electorum vita, despecta inferius, superius pulchra, immo ista quasi multis corticibus obuoluitur, dum innumeris tribulationibus angustatur, in summo verò illa quasi pulchræ viriditatis foliis, amplitudine retributionis expanditur. Habet aliud palma, quo ab alijs arboribus differt? Omnis namque arbor in suo robore iuxta terram vasta subsistit, sed crescendo, superius angustatur, & quantò paulisper sublimior, tantò in altum subtilior redditur. Palma verò minor ab imis inchoat, & iuxta ramos ac fructus, ampliori robore exurgit, & quæ tenuis ab imis proficit, vastior ad summa succrescit. Quibus itaque alia arbusta, nisi terrenis mentibus inueniuntur esse similia, inferius vasta, superius angusta? Quia nimirum omnes huius sæculi dilectores, in terrenis rebus fortes sunt, in cœlestibus debiles. Nam pro temporali gloria vsque ad mortem desudare appetunt, & pro spe perpetua, ne parum quidem in labore subsistunt. Pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, & pro cœlesti mercede, vel tenuissimi verbi ferre contumelias recusant. At contra ex qualitate palmarum, designatur proficiens vita iustorum, qui nequaquam sunt in terrenis studijs fortes, & in cœlestibus debiles. Sed longius, atque distantius studiosos se Deo exhibent, quàm sæculo fuisse meminerunt. Nam cum quibusdam dicitur: Humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ, sicut enim exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem, eorum proculdubio infirmitati condescenditur, ac si eis apertius diceretur: si nequaquam amplius potestis, saltem tales estote in fructu bonorum operum, quales fuistis dudum in actione vitiorum, ne debiliores vos habeat sancta libertas charitatis quàm in carne validos, habuit vsus terrenæ voluptatis. Sunt verò nonnulli, qui cum cœlestia appetunt, atque huius mundi noxia facta derelinquunt, ab inchoatione sua quotidie inconstantiæ pusillanimitate deficiunt. Quibus hos nisi arbustis reliquis comparauerim, qui nequaquam tales superius surgunt, quales inferius oriuntur? Hi quippe ad conuersationem venientes, non tales quales cœperunt perseuerant, & quasi more arborum inchoatione vasti sunt, sed tenues crescunt, quia paulisper per argumenta temporum, patiuntur detrimenta virtutum. Palma verò, sicut dictum est, vastior in summitate est quàm esse cœperit ex radice: quia sæpe electorum conuersatio plus finiendo peragit, quam proponit inchoando, & si tepidius prima inchoat, feruentius extrema consummat, videlicet semper inchoare se æstimat & idcirco infatigabilis in nouitate perdurat. Hanc iustorum constantiam Propheta intuës, ait: qui confidunt in Domino, mutabunt fortitudinem suam, assument pennas vt aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient. Mutant quippe fortitudinem, quia fortes studentesse in spiritali opere, qui dudum fuerant fortes in carne. Dicat itaque beatus Iob ex persona sua, dicat ex voce Sanctæ Ecclesiæ his quos pacis tempore ad se conuersos habuerat, atque in bonis moribus perseueraturos credebat, sicut palma multiplicabo dies. Quasi enim palmam multiplicare se dies credidit, quæ mentes fidelium ad extremum vsque robustione exigere putabat.

Lib. 19. mo. c. 16.

2. Cor. 4.

Rom. 8.

Isa. 40.

18

Rom. 6.

Rom. 6.

19 IDEM exponens illa verba; Iob 36. cap. Nec multitudo locorum inclinet te, ait: In plerisque codicibus donorum, in paucis vero, sed antiquioribus, locorum inuenimus. Sancti viri, aliena opera etiam parua mirantur, sua verò etiam magna despiciunt. At contra arrogantes, aliena etiam magna despiciunt, sua vel quæ parua sunt, admirantur, & plerunque de suis malis bona æstimant, de alienis autem bonis, mala sentire non cessant.

Lib. 26. mor. al. c. 26.

20 IDEM quæ in anterioribus, de equo Iob docet, & applicuerat Gregorius prædicatoribus, singula in hoc capite accommodat viris sanctis, dicens; Sub huius equi specie vnumquemque Christi militem describimus. Dicatur ergo: Numquid præbebis equo fortitudinem, aut circundabis collo eius hinnitum? Vnicuique animæ, cui Dominus misericorditer præsidet, ante omnia fidei fortitudinem præbet, de qua Petrus insidias diaboli referens, ait: Cui resistite fortes in fide. Huic autem fortitudini, hinnitus iungatur, dum fit quod scriptum est: corde creditur ad iustitiam,

Lib. 31. Moral. c. 17. Iob 39.

1. Pet. 5.

ore autem confessio fit ad salutem. Nunquid suscitabit eum quasi locustas? Vnusquisque qui Deum sequitur, in ipso suo exordio, vt locusta suscitatur, quia etsi in quibusdam actionibus locustarum more flexis poplitibus terræ inhæret, in quibusdam tamen expansis alis se se in area suspendit. Conuersionum quippe initia, bonis moribus malisq; permixta sunt, & dum noua iam per intentionem agitur, vetus adhuc vita ex vsu retinetur. Proinde quoniam in ipso nostræ conuersationis initio, infirma quædam, pie de nobis Dominus tolerat, vt nos quandoque ad cælestia ex perfectione perducat, quasi locustas nos in exordio suscitat; quia etsi in volatu virtutis subleuat, non tamen de terreni operis casu desperat. Gloria narium eius terror, quia inter spem & metum positus, dum futurum iudicium mente conspicit, hoc ipsum timet, vnde gloriatur. Ipsa ei sua gloria terror est, quia inchoatis iam bonis, spe de iudicio lætus est, & necdum finitis omnibus malis, perfecte securus non est. Terram vngula fodit. Vngula terram fodere est, districta abstinentia carnem edomare. Quo autem plus caro premitur, eo de cœlesti spe animus securius lætatur, vnde effossa terra addit, exultat audacter. Quia enim valenter reprimit quod impugnat, audacter exultat de his quæ in æterna pace desiderat, tantoque mens melius ad superna appetenda componitur, quantò ab illicitis, arctius corpus edomatur. Vnde recte per Salomonem dicitur: Diligenter exerce agrum tuum, vt postea ædifices domum tuam. Ille quippe mentis domum bene ædificat, qui prius agrum corporis a spinis vitiorum purgat, ne si desideriorum sentes in agro carnis proficiant, intus tota virtutum fabrica, fame boni operis crescente, destruatur. In occursum pergit armatis. Hostes armati, sunt immundi spiritus, qui cum suadere nobis iniqua nequeunt, ea sub virtutum specie nostris obtutibus opponunt, & quasi sub quædam arma se contegunt, ne in sua malitia a nubis nudi videantur. Quibus armatis hostibus in occursum pergimus, quando eorum insidias longe præuidemus. Effossa terra armatis hostibus in occursum pergere est, edomita carnis superbia contra spiritalia vitia certamen subire. Infra: Feruens & fremens sorbet terram, nec reputat tubæ sonare clangorem. Feruens, & fremens sorbet terram, quia nimio ardore semetipsum discutit, & quicquid in se terrenum reperit, quotidie proficiendo consumit. Vbi audierit buccinam dicit: Vah. Multos enim peius sua fœlicitas strauit, multos diuturna pax inertes reddidit, eoque illos inopinatus hostis grauius perculit, quò lõgo quietis vsu negligentes inuenit. Vnde sancti viri, cũ multa se proficere virtutum prosperitate considerant, quodam dispensationis supernæ moderamine exerceri se etiam tentationibus exultant, quia tantò robustius acceptam virtutum gloriam custodiunt, quantò tentationis impulsu concussi, infirmitatem suam humilius agnoscunt. Procul odoratur bellum. Bellum namq; procul odorari est, ex causis præcedentibus, quæ vitiorum pugnæ subsequantur agnoscere. Odore res non visa cognoscitur, bellum procul odorari est sicut flatu narium, sic prouisione cogitationum, nequitias latentes indagare. De quo odoratu in Ecclesiæ suæ laudibus Dominus dicit: Nasus tuus sicut turris, quæ est in libano. Quid per nasum, nisi sanctorum prouida discretio designatur? Turris vero speculationis in altum ponitur, vt hostis veniens longe videatur. Recte ergo nasus Ecclesiæ turri in libano similis dicitur, quia sanctorum prouida discretio, dum sollicite circumquaque conspicit, in altum posita, priusquam veniat culpa deprehendit, eamq; quò vigilanter prænotat, eo fortiter declinat. Hinc Abacuc ait: Super custodiam meam stabo. Hinc vniuscuiusque electi animam, Hieremias admonet, dicens: Statue tibi speculam. Speculum quippe sibi statuere est, ventura vitiorum certamina ex alta consideratione præuoscere. Vigilanti studio contemplatur quomodo ex doctrina arrogantia, ex iustitia crudelitas, ex pietate remissio, ex zelo ira, ex mansuetudine torpor oriatur.

Rom. 10.
21
22
Prou. 24.
Cant. 7.
Abac. 2.
Hier. 31.

IDEM explicans verba illa; Similitudo vultus eorum, facies hominis, & facies leonis, a dexteris ipsorum quattuor, facies autem bonis, a sinistris ipsorum quattuor, & facies aquilæ desuper ipsorum quattuor, inquit: Omnis qui in ratione perfectus est, homo est. Et quoniam semetipsum ab huius mundi voluptate mortificat, vitulus est. Quia verò ipsa sua spontanea mortificatione contra aduersa, fortitudinem securitatis habet, vnde scriptum est: Iustus autem quasi leo confidens absque terrore erit, leo est. Quia vero sublimiter contemplatur ea quæ cœlestia, & ea quæ terrena sunt, aquila est. Igitur quoniam iustus quisque per rationem homo, per sacrificium mortificationis suæ vitulus, per fortitudinem securitatis leo, per contemplationem verò efficitur aquila; recte per hæc sancta animalia signari vnusquisque perfectus potest. [Infra:] Et faciens eorum, & penne eorum extentæ desuper discribuntur, quia omnis intentio, omnisq; contemplatio sanctorum, super se tendit, vt illud possit adipisci, quod in cœlestibus appetit. Qui enim per bona, quæ facit terrenam gloriam concupiscit, pennas suas, & faciem suam deorsum deprimit. Hinc enim per prophetam de quibusdam dicitur: Victimas in profundum deferebant. Quia sunt nonnulli, qui idcirco se in prece lamentis afficiunt, vt aut terrena commoda acquirant, aut hominibus sancti esse videantur. Quid isti nisi victimas in profundum deferunt? Electi autem, quia & in bono opere omnipotenti Deo placere appetunt, & per contemplationis gratiam, æternam iam beatitudinem degustare concupiscunt, facies & pennas desuper extendunt. Duæ pennę singulorum iungebantur, & duæ tegebant corpora eorum. Quærendum est, quæ sint quattuor alæ sanctorum, ex quibus duæ superius extensæ iunguntur, duæ verò, eorum corpora contegunt. Si enim vigilanter aspicimus, quattuor esse virtutes inuenimus, quæ à terrenis actibus omne pennatum animal leuant, in futuris videlicet amor, & spes, de præteritis autem rimor, & pœnitentia. Pennæ ergo sibimet iunctæ superius extenduntur, quia sanctorum mentem, amor, & spes ad æterna subleuant. Quæ apte quoque coniunctæ nominantur, quia electi proculdubio amant cœlestia quæ sperant, & sperant quæ amant. Duę verò corpora contegunt, quia timor, & pœnitentia ab omnipotentis Dei oculis, eorum mala præterita abscondunt. Duæ itaque pennæ iunguntur sursum, quando amor, & spes, electorum corda ad superiora eleuant, ad cœlestia suspendunt. Duæ autem tegunt corpora, quando eorum mala præterita, à conspectu æterni iudicis timor, & pœnitentia abscondunt. In eo enim quod se pecasse meminerunt, quia pertimescunt, & desient, quid aliud quam corpus cooperiunt? Sicut scriptum est: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Videamus has quattuor alas in Paulo. Videamus quantus hunc amor ad cœlestia eleuet, mihi viuere Christus est, & mori lucrum. Cognoscamus quanta spe ad superiora tollitur, nostra conuersatio in cœlis est. Vnde etiam Saluatorem expectamus Dominum nostrum. Videamus si & in tantis virtutibus positus, adhuc timet: castigo corpus meum, & in seruitute redigo, ne dum alijs prædicauero ipse reprobus efficiar. Cognoscamus si hunc mala feciſſe pœnitet: ego sum minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam Dei. Quattuor itaque pennis, sancta animalia vtuntur, quia per amorem & spem ad cœlestia euolant, & per timorem & pœnitentiam, facta in se illicita deplorant.

23
Hom. 4. in Ezech. 10.
Prou. 28.
Osee. 5.
24
Psal. 31.
Phil. 3.
1. Cor. 6.
1. Cor. 15.

Iustis

Iustiin virtutis initijs, sibi, & non alijs studeant prodesse, virtutemque operentur secreto.
Cap. XXIIII.

1 ORIGENES docens qua ratione Abraham vocauerit Saram sororem, & vxorem, inquit: Puto Saram, quæ interpretatur, princeps, formam tenere virtutis: hęc virtus coniuncta est sapienti, & fideli viro. Sicut & ille sapiēs, qui dicebat de sapientia: Hāc quęsiui adducere sponsam mihi. Vide dicit Dominus ad Abraham: Omnia quæcumq; dixerit tibi Sara, audi vocem eius. Quod vtiq; in corporali coniugio non conuenit, cum potius vir vxori dominetur. Si quis ergo asciuit sibi in coniugio virtutem, audiat vocē eius in omnibus in quibus consilium dederit ei. Igitur Abraham non vult iam virtutem vxorem suam dici. Donec enim vxor appellatur, virtus propria est, & cum nullo participari potest. Et est conueniens, vt donec ad perfectum veniamus, intra nos sit animi virtus, & propria sit. Cum vero ad perfectum venerimus, ita vt idonei simus & alios docere, tunc iam virtutem, non vt vxorem intra gremium concludamus, sed vt sororem etiam alijs volentibus copulemus. Ad hos denique, qui perfecti sunt dicit sermo diuinus: Dic sapientiæ soror mea es. Secundum hoc igitur, Abraham dicebat, Saram sororem suam esse.

Hom. 6. in Gen. to. 1. Cap. 12.

Prou. 28.

Osc. 5.

2 IDEM exponens uerba illa; Mulier quædam de tribu Leui genuit puerū, videns autem infantem esse elegantem, occultauit illum mensibus tribus, sic habet: Vide si non propterea nobis præcipitur, ne bonos actus in publico geramus, ne iustitiam nostrā coram hominibus faciamus, sed vt clauso ostio oremus patrem in abscondito, & quod facit dextera nostra; nesciat sinistra. Nisi enim in occulto fuerit, diripietur ab Ægyptijs, inuadetur, in flumen iactabitur, vndis et fluctibus submergetur. Ergo si facio eleemosynam, quia opus Dei est, masculum genero. Sed si ita faciam, vt hominibus innotescat, & ab hominibus laudē quęram, & non eam occultauero, rapta est ab Ægyptijs eleemosyna mea, & in fumen demersa est, & tanto labore tantoq; studio Ægyptijs masculum genui.

Hom. 1. in Exodum.

24

3 HIERONYMVS loquens de spiritali circuncisione ait: Tu filia dilectissima circuncisione viuis, mihi tamen propositum est illud tecum loqui, quare non in digito, non in aure aliave corporis parte fiat circuncisio iudæorum, quæ causa est, vt eam parē corporis quæ secretior & occultior est, ad circuncidendū Dominus elegerit, qui vtique ob signum, quo volebat famulos suos in Abrahæ semine censeri, id potuisset eligere, quod in propatulo positum, ab omnibus cerneretur, nec in signo esset obscuritas. Sed quid in secretiori corporis parte Dominus figurauerit aduerte. Illud proculdubio, quod post modum Dominus mōstrauit, ne iustitiam nostram coram hominibus faceremus, sed in occulto coram eo solo, cui soli nihil est occultum, & quem solum remuneratorem bonorum nouimus esse factorum. Vnde non in carne palam, sed in occulto cordis, Iudæi esse debemus, non littera, sed spiritu. Nam littera oculis subiacet nostris, spiritus nobis carnalem refugit aspectum, vt laus iuxta Apostolum, ex Deo, non ex hominibus acquiratur. Vereamur autem audire a Domino: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me. Interius ergo illud est signaculum præfiguratum, quod in inuisibili mente nostra, ab illo inuisibili nostro Deo videtur. Oculi enim Domini super iustos, si ad iustitiam corde credatur. Verum autem nos credere toto corde mentimur, si ab hominibus accipimus honorem. Accipimus enim ab hominibus honorē, si eleemosynas nostras, tuba populo prædicatura præcedat.

Epist. de vera circūcisione. to. 9.

Psal. 31.

Rom. 2.

Phil. 3.

1. Cor. 6.

Isa. 29. Mar. 7.

Ps. 33.

1. Cor. 15.

4 IDEM explicans uerba illa: Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia super te, abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio, inquit: Præcipitur populo Dei, vt ingrediatur cubicula sua siue cellaria, vt claudat iuxta Euangelicum præceptum ostium cubiculi sui, & dicat cum prophetā: Pone Domine custodiam ori meo, & ostium munitum labijs meis. Et abscondatur paululum quantuncumque, donec pertranseat ira Domini, vt nihil gloriæ causa faciat, sed fruatur bono conscientiæ, & solum iudicem expectet Deum. Sunt autem cellaria quæ claudenda sunt, & abscondenda ab his qui diuites facti sunt in operibus bonis, & virtutibus, vt nesciat sinistra quid faciat dextera. Post quam autem ira Dei transierit, & mortuus fuerit homo, nequaquam cellaria vltra claudentur, sed implebitur quod scriptū est: Nihil occultum quod non reueletur, & abscondi-tum quod non manifestetur.

Li. 8. in c. 26. Isa. 4.

Matt. 6.

Ps. 40.

Luc. 3.

5 GREGORIVS sic habet: Citius bona depereunt, quæ hominibus ante tempus innotescunt, quia & arbusta plantata, priusquam fixa radice coalescant, si manus concutiens tangit, arefacit. At si in altum radix figitur, & terræ humoribus conspersa solidat, hæc & manus impellit, sed non lædit, hæc & ventorū flatus in flectendo concutiunt, sed non euertunt. Quid in rebus excrescentibus, pariete surgente robustius? Qui tamen si dum construitur, impellatur, statim sine labore destruitur, si autem per spatium temporis ab humore suo exiccari permittitur, sæpe, & arietum ictibus minime quassatur. Sic sic videlicet bona nostra, & intempestiue manifestata depereunt, & diutius occultāta solidantur, quia humanæ occupationis manus, cū incipientem conuersationis nostræ uitam contigerit, quasi recentem parietem impellit, eamque facile destruit, quia adhuc humorem infirmitatis proprię non amisit. Hinc est, quod vitam inchoantium Moyses humanis occupationibus exerceri prohibuit, dicens: Nō operaueris in primogenito bouis, & nō tondebis primogenita ouium. In primogenito quippe bonis operari est bonæ conuersationis primordia in exercitio publicæ actionis ostendere. Ouium quippe primogenita tondere est ab occultationis suæ tegmine humanis oculis inchoantia bona opera nostra denudare. In primogenito ergo bouis operari prohibemur, atque a primogenitis ouium detondendis compescimur, quia etsi quid robustum incipimus, exercere hoc in aperto citius non debemus. Et cum vita nostra simplex quid atque innocuum inchoat, dignum est, vt secreti sui velamina non relinquat, ne nudum hoc humanis oculis, quasi subducto vellere ostendat. Ad sola ergo diuina sacrificia bouum primogenita ouiumque proficiant, vt quicquid forte, simplex, innocuumque incipimus, hoc ad honorem intimi iudicis in ara cordis immolemus. Quod ab illo proculdubio tantò libentius accipitur, quanto & ab hominibus occultarum, nulla laudis appetitione maculatur. Sæpe autem nouę conuersationis primordia adhuc ex carnali vita sunt cōmixta, & idcirco innotescere citius non debent, ne cū laudantur bona quæ placent, laudatus, & deceptus laude sua animus, deprehendere in eis nequeat mala quę latent. Vnde recte per Moysen rursum dicitur: Quando ingressi fueritis terram, quam ego daturus sum vobis, & plantaueritis in ea ligna promifera, auferetis præputia eorum. Poma, quæ germinant immunda erunt uobis, nec edetis ex eis. Ligna quippe pomifera sunt opera virtutibus fœcunda. Præputia itaq; lignorum auferimus, cum de ipsa inchoationis infirmitate suspecti, primordia nostrorum operum nō approbamus. Poma autem quæ germinant, immunda dicimus nostrisque esibus nō aptamus, quia cum primordia boni laudantur operis, dignum est, vt hoc animū non pascat operantis, ne dū accepta laus suauiter sarpitur, fructus operis intempestiue comedatur. Qui ergo inchoatæ virtutis ab humano ore laudem receperit, quasi plantari ligni, ante tempus fructus co-

Li. 8. Moral. c. 29. to. 2.

Deut. 15.

6 *Leuit. 19.*

medit.

Psal. 126. medit. Hinc per psalmistam veritas dicit: Vanum est vobis ante lucem surgere, surgite postquam sederitis. Ante lucem quippe surgere est priusquã claritas æternæ retributionis appareat, in prẽsentis vitæ nocte gaudere. Quod illic est ante lucem surgere, hoc hic hypocritæ est, in ortu germen proferre, quia humanas laudes desiderans, vbi ad opus bonum nascitur, ibi mox
Matt. 23. expetit, vt gloriam retributionis assequatur. An nõ in ortu suo hi germen protulerant, de quibus veritas aiebat: amãt primos recubitus in mensis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi? Pro eo ergo, quod bene agere incipiunt, quia honorem consequi ab hominibus conantur, quasi scirpi more ab ortu suo cum germine exurgunt. Hi nimirum cum recta operari appetunt, prius mente sollicita, eiusdẽ operis sui testes quẽrunt, & tacita cogitatione pertractãt, si sunt, qui gerenda videant, si digne hæc eloqui qui viderint, possint. Interni enim arbitri oculos quasi absentes deputant, quia ab eo vicem sui operis recipere in posterum recusant. Vnde dicit de talibus Iob: Humectus
Iob 8. videtur scirpus antequam veniat sol, & in ortu suo germen eius egredietur. Quia hic sancti reputari volunt hypocritæ, & diuina gratia humectati; aduenientẽ autem diuino iudicio arescunt, quia tunc quã sint iniqui apparebunt. Humectus videtur antequam veniat sol, quia virentem se tunc humanis oculis exhibet, sed in calore tunc diuini iudicij arescet. Germen itaq; in ortu est, remuneratio in inchoatione.

7 IDEM ait: Hostes ad rapinam prouocat, q̃ suas
Capite 30. eiusdem libri. eorum notitiæ diuitias denudat. Qui ergo in itinere deprædari formidat, absondat necesse est bona, quæ portat. Intus ergo sunt seruanda quæ agimus, si ab interno arbitro, vicem recipere nostri operis expectamus. Hinc est, quod de electorum Ecclesia per psalmistam dicitur: Omnis gloria eius filiæ regis ab intus.
Ps. 44. Hinc Paulus ait: Gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Filia quippe regum Ecclesia, quæ
2. Cor. 1. in bono est opere, spiritalium principum prædicatione generata, gloriam intus habet. Gloriam suam Paulus, testimonium conscientiæ memorat, quia fauores oris alieni non appetens, vitæ suę gaudia extra semetipsum ponere ignorat. Occultanda sunt ergo quæ agimus, ne hæc in huius vitæ itinere incaute portantes, latrocinantium spirituum incursione perdamus. Et
Matth. 5. tamen veritas dicit: Videant opera vestra bona & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Sed aliud est profectò, cum in ostensione operis gloria quæritur largitoris, aliud cum laus priuata concupiscitur de dono largientis. Vnde & rursus in Euangelio hæc eadem ve-
Ibidem. ritas dicit: Attendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus, vt videamini ab eis. Opus ergo nostrum cum hominibus ostendirur, in cordis prius examinatione pensandum est, per eiusdem ostensionis studium, quid quæratur. Si enim dantis, gloriã quærimus, etiam publica nostra opera in conspectu illius occulta seruamus. Si verò per hæc nostram laudem concupiscimus, foras ab eius conspectu iam fusa sunt etiam si a multis ignorentur. Sed valde perfectorum est, sic ostenso opere, auctoris gloriam quærere, vt de illata laude, priuata nesciãt exultatione gaudere. Tũc solum namque innoxie hominibus laudabile opus ostenditur, cum per despectum mentis, veraciter laus impensa calcatur. Quam quia infirmi quique perfecte contemnendo non superant, restare necesse est, vt bonum hoc quod operantur, absondant.

8 BERNARDVS inquit; Christus nocte vo-
Serm. 3. in die natalis Domini. luit nasci. Vbi sunt qui tam impudenter ostentare gestiunt semetipsos? Christus eligit, quod salubrius iudicat, vos eligitis, quod reprobat ille. Quis prudentior e duobus? Cuius iudicium iustius, cuius sententia sanior? Denique tacet Christus, non se extollit, nõ prædicat, & ecce annunciat eum angelus, laudat multitudo cœlestis exercitus. Et tu ergo qui Christum sequeris, inuentum absconde thesaurum. Ama nesciri, laudet te os alienum non tuum, sed fileat.

9 IDEM exponens verba illa; quę de viro iusto scripta sunt; Et fructum suum dabit in tempore suo, ait: In eo quod dicitur in tempore suo, arguuntur quidã ante tempus fructificare volentes. Nonne & arboribus nostris citius quàm oporteat pullulantibus, timemus omnino floribus intempestiuis? Sic sunt aliqui, quorum fructus, quia nimis propere, minus prospere oriuntur. Hi sunt, qui in initio conuersionis suæ, alijs fructificare continuo velle præsumunt, contraq; legis decreta, arare in primogenito bouis, & ouis primogenita tondere festinantes. Vultis nosse quàm sollicitè id vitauit sanctus iste magister noster? Et hunc ramũ vobis appono, quoniam tribus annis soli Deo notus, hominibus mansit incognitus. Fructum quidem multum tulit, ipsi cernitis, sed in tempore suo.
In sermo. S. Benedicti. Psal. 1.

IDEM dicit; Duplex est operatio Spiritus sancti. Operatur enim in nobis aliud propter nos, aliud propter proximos. Propter vtilitatem nostram operat in nobis compunctionem, deuotionem, amorem, &c. Cetera charismata, sapientiam, consilia, & huiusmodi dantur nobis ad vtilitatem aliorum, vt alij ædificentur. In quibus operibus cauendum est duplex periculum, ne vel illa, quæ dantur propter nos, diuidamus proximis, ne vel illa quæ propter proximos, reseruemus nobis. Si enim quæ pro vtilitate aliorum accepimus, retinemus tantum nobis, charitatem non habemus, & dicitur nobis; sapientia abscondita, & thesaurus inuisus, quę vtilitas in vtrisque? Rursus si de donis Dei, velimus innotescere hominibus, non Deo in occultis cordis placere, humilitatem perdimus, & meritò illa voce increpamur: Quid habes, quod non accepisti? Sic vtroq; modo periclitamur, hinc humilitatem, illinc amittendo charitatem. Rectus ergo profectus nostri ordo est, vt illis donis scilicet cõpunctione & ceteris studeamus impleri primum, deinde si p gratiam Spiritus sancti cetera superuenerint, ideſt, sapientia, & scientia, curemus illa proximis partiri. Ita sane obtinebimus illud Spiritus sancti donum, quod vocatur discretio spirituum, si & ea, quæ nobis congruunt, nobis reseruemus, & ea quæ ad aliorum vtilitatem conferuntur, nobis largiamur & proximis.
10 Ser. 53. ex parui in fine. Eccl. 20. 1. Cor. 4.

IDEM explicans verba illa; Oleum effusum nomen tuum, inquit: Quicunque munere gratiæ exterioris perfusum se sentit, quo & ipse alijs refundere possit, etiam huic dicere est, oleum effusum nomen tuum. Sed sanè cauendum in his, aut dare quod nobis accepimus, aut quod erogandum accepimus, retinere. Rem proximi retines tibi, si plenus virtutibus cum sis, foris que nihilominus donis scientiæ & eloquentię adornatus, metu forte, aut segnitie, aut minus discreta humilitate, verbum bonum quod posset prodesse multis, inutili immò & damnabili ligas silentio, certè maledictus qui frumenta abscondit in populis. Rursus quod tuum est spargis & perdis, si priusquam infundaris tu totus, semiplenus festines effundere, cõtra legem arans in primogenito bouis, & ouis primogenitum tondens. Nimirum vita atq; salute tuam alteri das, te fraudas. Quamobrem si sapis, concham te exhibebis, non canalem. Hic si quidem, penè simul & recipit, & refundit: illa verò donec implentur, expectat, & sic quod superabundat, sine suo damno communicat, sciens maledictum, qui partem suã facit deteriorem. Et ne meum consilium contemptibile ducas, audi Salomonem dicẽtem: Stultus profert totum spiritum suum simul, sapiens reseruat in posterũ. Verum canales multos hodie habemus in Ecclesia, conchas verò perpaucas. Tantæ charitatis sunt, per quos nobis fluenta cœlestia emanant, vt ante effundere quàm ifisfundi velint, loqui quam audire, paratiores, & prompti docere, quod non didicerunt. Ego nullum ad salutem pietatis gradum, illi gradui anteponẽdum existimo,
11 Ser. 18. in Cantica. Prou. 11. Deut. 15. Prou. 29.

Eccl. 30. 12 Matt. 25. 2. Cor. 13. Eccl. 3. 2. Cor. 8. Ps. 62.

existimo, quem sapiens posuit, dicens: miserere animæ tuæ placens Deo. Quod si non habeo nisi parumper olei quo vngar, putas tibi debeo dare, & remanere inanis? Seruo illud mihi, & omnino, nisi ad Prophetæ iussionem, non profero. Si institerint cogitantes ali qui ex his qui forte existimant de me supra id quod vident in me, aut audiunt aliquid ex me, respondebitur eis: Ne forte nō sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Sed charitas inquis, non quærit quæ sua sunt. Et tu scis quamobrem? Nō quærit quæ sua sunt profectò, quia non desunt. Quisnam quærat quod habet? Charitas quæ sua sunt, ideſt, propriæ saluti necessaria, nunquam non habet. Nec modo habet, sed etiam abundat. Vult abundare sibi, vt prosit omnibus, seruat sibi quantum sufficiat, vt nulli deficiat. Alioquì si plena non est, perfecta non est: Ceterum tu frater, cui firma satis propria salus nondum est, cui charitas adhuc aut nulla est, aut adeo tenera, atque arundinea quatenus omni flatui cedat, omni credat spiritui, omni circunferatur vēto doctrinæ, immo cui charitas tanta est, vt vltra mandatum quidem diligas proximum tuum plusquā teipsum, & rursum tantilla, vt contra mā datum, fauore liquescat, pauore deficiat, perturbetur tristitia, curis euisceretur, honoribus tumeat, liuore tabescat, tu inquam ita in proprijs te ipsum sentiens, quanam dementia quæso, aliena curare, aut ambis aut acquiescis? Noli nimium esse iustus. Sufficit vt diligas proximum tuum tāquam te ipsum. Nam hoc est, quod ait Paulus: Non quod alijs, inquit, sit remissio, vobis autem tribulatio, sed ex æqualitate, diliges proximum sicut te. Dicit enim Dauid: Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea, & labijs exultationis laudabit os meum, infundi nimirū prius volens, deinde effundere. Nec solum infundi prius, sed & impleri, quatenus de plenitudine eructaret, nō de inanitate oscitaret. Caute quidem ne, quod alijs remissio, sibi esset tribulatio. Et nihilominus castè imitaris illum, de cuius plenitudine omnes accepimus. Disce & tu nonnisi de pleno effundere, nec Deo largior esse velis, de cuius plenitudine accepimus, inquit: Concha imitetur fontem. Non manat ille in riuum, nec in lacum extenditur, donec suis satietur aquis. Non pudeat concham non esse suo fonte profusiorem. Deniq; ipse fons vitæ plenus se ipso, nonne primum quidem ebulliens, & saliens in proxima secreta cœlorum omnia impleuit bonitate, & tunc demum impletis secretioribus, superioribusq; partibus, erupit ad terras, ac de superfluo, homines & iumenta saluauit, quemadmodum multiplicauit misericordiā suam Deus? Prius interna repleuit, & sic exundans in multis miserationibus suis, visitauit terram, & inebriauit eam multiplicauit locupletare eam. Ergo & tu fac similiter. Implere prius & sic curato effundere. Benigna prudensque charitas, affluere consueuit non effluere. Si enim tu tibi nequam, cui bonus eris? De cumulo si vales, adiuua me, sin autem parcito tibi. Qui plenus est, prædicet, fructificet, innouet signa, immutet mirabilia, non est quo se immiscat vanitas, vbi totum occupat charitas. Effundere audeamus, de plenitudine non de penuria largientes.

IDEM sic habet; Prę omnibus studeat seruus Dei non plus sapere quàm oporteat sapere, sed sapere ad sobrietatem, & secundum datam a Deo mensuram fidei bona sua non ponere in ore hominum, sed celare in cella sua, & recondere in conscientia, vt hunc quasi titulum, & in fronte conscientiæ, & in fronte cellæ semper habeat, secretum meum mihi, secretum meum mihi.

Finis Libri Noni.

Ecl. 30. 12 *Matt. 25.* — 9 *In sermo. S. Benedicti. Isai. 1.* — *2. Cor. 13.* — 13 — 14 *In tractatu de vita solitaria ad fratres de monte Dei in vltimis illius verbis. Rom. 12. Isa. 24.* — 10 *Ser. 53. ex paruis in fine.* — *Eccl. 3.* *2. Cor. 8.* *Ps. 62.* — *Eccl. 26.* — *1. Cor. 4.* — 11 *Ser. 18 in Cantica.* — *Prou. 11.* — *Deut. 15.* — *Prou. 29.*

EPITOME SANCTORVM, PER LOCOS COMMVNES AD CONCIONES CONFICIENDAS,

LIBER DECIMVS.

AVCTORE R. D. IOANNE LOPEZ

Episcopo Monopolitano Ord. Prædicatorum.

Ad labores, non ad ocium, & delitias vocati sumus, malorum autem labores etiam si non sentiantur, magni sunt. Cap. I.

1 *Serm. 1. de Prouidentia. to. 5.*

CHRYSOSTOMVS sic exordi tur; Referta est hæc vita turbellis, plena est tumultibus, at qui non tã graue, neq; dolendum hoc, quàm quod cũ possumus, quicquid idest tumultum, turbationumque, vel in tranquilliorem statum commutare, vel certe posita tristitia, patienter ferre, neutrum illorum nobis curæ est, sed omnem vitam in luctu, & mœrore desides trãsigimus. Deplorat enim alius egestatem, alius aduersam valetudinem, alius administrãdæ rei domesticæ molestias, alius in educandis pueris difficultatem, alius contra orbitatem. Et videre licet quàm dissipatur mirum in modum. Nam non solum tristes sumus, cum res ita se habent, sed & cum mutãtur, contrarioq; modo eueniunt non minus plerique tristes sumus. Profectò si rerum natura lugendi causa esset, non oportebat mutatis rebus idipsum fieri. Etenim si tam mala tamque intolerabilis est inopia, cur a luctu non vacat, qui in diuitijs est? Item si tantũ malum est orbitas, cur non semper læto animo sunt, quibus numerosa soboles contingit? Præterea si tã optabile est fungi muneribus publicis, frui honoribus, multis præesse, fugienda plane, & odio habenda vita priuata, & otiosa. Iam vero, cum videmus conqueri tam diuites, quàm pauperes, & nonnunquam diuites plus quam pauperes; videmus inquam, ægre affectis animis esse tam dominos, quàm subditos, tam habentes, quàm non habentes filios: ne dicamus huius deordinationis causas, rerum euentus, sed potius nosmetipsos reprehendamus, qui nescimus illis sicut oportet vti. Inquietudo enim illa, & perturbationum molestia, non tam a rerum euentu est, quàm a nobis ipsis, & in mente nostra, quæ si se bene haberet, & composita foret, semper nobis licere tranquille agere, dormiremusque, ceu in portu, etiam si vndequauis innumeræ tempestates insurgerent: sicut e diuerso, cum illa male se gerit, nihilo melius habemus naufrãgis, etiam si venti secundi nos comitentur. Potes tale quid, & in corporibus videre. Nam is cui corpus natura firmũ est & bene exercitatum, non solum ex intemperie cœli nullo incommodo afficitur, sed propter exercitationẽ etiam ex intemperie cui assuescit, firmitatis incrementum assequitur. Cum interim alius cui tenerum, & imbecille corpus, licet temperato cœlo fruatur, nihil melius habet: quandoquidem ob internam infirmitatem etiam in optimis temporibus offenditur. Contingere idem videmus, & in alimentis. Stomachus bene valens, nullum reijcit alimentum, sed prævalente, ac cibi vitia vincente naturali vi, cruda etiam, & incocta

in puros

in puros transformat succos: contra stomachus æger, cuius depranata, & corrupta est complexio, etiam salu berrimi succi cibos, infirmitate virtutem illorum tollente, in pessimos vertit ac corrumpit. Et nos quoq; cum videmus rerum indignitatem ac deordinationē, non Deum arguamus dilecte, non enim sic paramus remedium, sed potius vulneri vulnus addimus. Vera enim turbationis & deordinationis causa, non est illa rerum contingentia, sed animus male se gerens, qui nisi in semetipso perturbationem ac deordinationē emendet, perinde male habebit, cum multæ bonæ cōditiones ei contingunt, & cum grauis rerum est deordinatio. Et quod hæc ita se habeant exemplis videamus. Quot hodie ferunt moderatis animis inopiam, Deoque gratias agentes non deficiunt? Quot item in

3 diuitijs, & delitij, non solum non agunt Deo gratias, sed & Dominum blasphemant? Quot sunt, qui nullo graui incommodo affecti, diuinam prouidentiam arguunt? Quot item, qui omni tempore habitant in carceribus, longeque grauiores sunt, quàm hi qui nulla re indigent, & prorsus secure viuunt? Vides, quòd turbatio animæ, tam horum quàm illorum causa est, & non illorum natura? Atque adeo si diligentem mentis nostræ curam gesserimus, nulla suborietur vel turbatio, vel deordinatio, vel vlla molestia, vt concedamus euētus vitæ nostrę. Euripo instabiliores, sursū deorsumq; ferri. Et tu cum vides hominem malum hilari animo exaltari, dominari, vltionem sumere de his qui ipsum læserunt, nihil detrimenti in quopiam pati, in magna veneratione ab omnibus haberi, & diuitijs abundare, tecum vero agi modo contrario, & inuadite ab inimicis, pati insidias, & calumnias, caue ne propterea abiectum, vel derelictum te putes: sed respice ad Paulum, qui tuarum partium est, ascende ad mentem tuā, posside cogitationes tuas, ne te deijciat tristitia, ne ex præsenti vel prosperitate vel aduersitate, amicum, inimicumve Dei iudices. Similiter cum videris rectè viuentem, beatum illum dic, etiam si morbo omnia membra eius corrodantur, modo illi sit pietatis cura. Illum imitatione dignum existima, etiam si innumeris teneatur catenis, etiam si perpetuum carcerem inhabitet, etiam si indignis seruiat, paupertate prematur, & metalla effodiat, etiam si supplicijs conficiatur, & in particulas minimas eius caro conscindatur. Contra si videris quempiā in malitia, in postremis flagitijs viuere, & interim honore multo frui, in thronum regium conscendere, diademate circundari, purpura vestiri, vniuersoque orbi imperare, tunc funde lachrymas, miserumque illum esse proclama.

4 IDEM differens de tolerantia in aduersis inquit: Qui molliorem hanc solutamque vitam duxerit, etsi omnibus appareat esse beatior, cunctis tamen est profectò miserior, quandoquidem graues animæ suæ heros, tyrannosque inuexit. Eo namque Deus vitam laboriosam effecit, vt eius nos seruitute liberaret, absolutamque in libertatem induceret, propterea que, & supplicia comminatus est, & labore molliciem comprimendo, vitæ huius cohæredes effecit Nā & Iudæi, cum luto essent & lateribus operandis aditricti, & humiles erant, & Deum frequentius inuocabant. Postquam verò libertate sunt vsi, Dominum queruli ad irā concitauerunt, & malis sunt innumeris circumuenti. Qui fuerit aduersis animo consternatus, eandem vel maiorem in prosperis iacturam patietur.

Serm. 3. inter 25. varios. to. 5.

Exo. 5.

5 IDEM ait: Propterea & ab initio Deus homini laborem alligauit, non puniens neque ipsum castigās, sed corrigens, & docens. Quando illaboriosam vitam degebat Adam, paradiso excidit. Quando laboriosā, & ærumnosam Paulus agebat vitā, in labore & ærumna noctem & diem operans, tūc in paradisum raptus est. Ne igitur laborem respuamus, nec operationem vituperemus.

Hom. 1. ad populū Antiochenum Gen. 3. 2. Cor. 12.

6 IDEM in fine dicit: Magna res est remissio, & propterea ab initio Adæ dictum est. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Et vt ex afflictione multa ad requiem peruenientes, Deo gratias agant. Magnum. n. bonum est tribulatio, audi nanque prophetam dicentem: Bonum mihi Domine quòd humiliasti me. Si vero magnis & mirabilibus viris magnū quid est tribulatio, multo magis nobis. Sit aliquis valde gaudens, & lętus effususque, quid turpius? Sit aliquis dolens & mœstus, quid hoc est sapientius? Melius est. n. ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. Nō enim stat firma sede anima, sed tanquam a quodā flumine tollitur, & eleuatur a voluptate, nihil habens stabile, multa cogitationum fluctuatio, intempestiuus risus, hilaritas, ratione carens. Et quid alios commemorem sanctos? Vnum proferamus & intueamur, quis in uoluptate quidem, quis autem esset in tristitia. Vultus ipsum Dauid videamus, cum in voluptate foret & lætitia, propter multa trophæa, propter victoriam & coronas, propter delitias & fiduciam, vidit qualia, & dixit, & fecit, Ego autem dixi, in abundantia mea non mouebor in æternum. Postquam autem in tribulatione constitutus est, audi, quid dicat: Si autem dixerit mihi non places, Præsto sum faciat quod bonū est coram se. Quid hisce verbis modestius? ait enim, quomodocunque Deo gratum est, ita sit. Et iterū ad Saulem ait: Si Dominus incitat te aduersum me, odoretur sacrificium tuum. Et tunc quidem, cum in tribulatione foret, & inimicis parcebat, posthæc verò nec amicis, nec his qui nullam intulerant iniuriam. Rursum Iacob, cum in tribulatione fuit dicebat: Si dederit mihi Dominus panem ad vescendum, & vestimentū ad induendum. Et Ezechias quidem, cum esset in tribulatione, vide qualia pro salute faciebat, & sacco induebat, postquam vero voluptatem incurrit, de cordis sui cecidit altitudine, ait enim: Cum comederis, & biberis, & fueris impletus, attende tibimetipsi; præceps. n. est locus deliciarum. Cum tribularentur Israelitæ, tāto plures fiebant, postquam autem eos dimiserunt, tunc omnes perierunt.

Ho. 54. ad populum. Gen. 3.

Psa. 118.

Eccl. 7.

Psa. 29.

2. Reg. 15.

1. Reg. 18.

Gen. 28.

4. Reg. 20.

7 HIERONYMVS explicans uerba illa; Vade, & solue saccū de lumbis tuis, &c. ait. Achab rex Israel, vineam Naboth vertere in hortum cupiebat, quod ille iuxta legis tropologiam intelligens, mori maluit, quàm facere, vt hæreditas paterna, & antiqua possessio in impij regis delitias verteretur. Præcipitur autē Prophetæ, vt sacco, calciamentisque depositis, nudus, & discalciatus incedat, & in signum sit, atque portentum Ægyptijs, & Æthiopibus, qui Dei populum persecuti sunt.

Li. 7. in c. 20. Isaiæ. to. 4.

3. Reg. 21.

8 IDEM explicans verba illa; Repleuit me amaritudinibus, et inebriauit me absinthio sic habet: Ebrius quisque quod patitur nescit. Qui verò absinthio inebriatur, & hoc quod sumpsit amarum est, & tamē nō intelligit amaritudinem, qua repletur. Humanū quoque genus recto Dei iudicio, in calamitatibus suis dimissum, atque per easdem voluptates, spontaneis tribulationibus traditum, absinthio est ebrium, quia & amara sunt quæ pro huius vitæ amore tolerat, & tamen eandem amaritudinē, cæcitate cupiditatis quasi insensibilitatę ebrius ignorat. Mundi enim gloriam sitiens, dum multas pro ea tribulatione reperit, amarum est quod bibit. Sed quia hoc nimis inaniter sumpsit, eiusdem amaritudinis malū discernere iā prępsa ebrietate non sufficit. Amant enim peruersi homines pro huius mundi gloria, & tribulationes, cunctisque pro ea sudoribus libenter seruiunt, & grauium laborum iugo, deuotissime colla submittunt.

Li. 2. in c. 3. Lamentationum Hier.

9 IDEM in vltimis verbis exponens verba illa; Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo ætate, & non dabitur ei, inquit: Qui nunc propter desidiam in Dei seruitio laborare neglexit, venturo die regni, mendicabit & non dabitur ei, quia quæcunque seminauerit homo, hæc & metet. Bene ergo regnum Dei

Li. 2. in c. 20. Prou. to. 8.

æstatī

æstati comparatur, quia tunc mæroris nostri nubila transeunt, & vitæ, dies æterni, solis claritate fulgescunt.

10 *In cap. 24 Prouer.* IDEM explicans verba illa; Per agrum hominis pigri transiui,& per vineam viri stulti, & ecce totum repleuerant vrticæ operuerunt superficiem eius spinæ,& maceria lapidum destructa erat,ait: Per agrum vineamque pigri ac stulti transire est, cuiuslibet vitā negligentis inspicere,quam vrticæ, vel spinæ replent, quia in corde negligentium prurientia terrena desideria,& punctiones pullulant vitiorum,iuxta quod scriptum est: In desideriis est omnis otiosus.

11 *In c. 9. Ecclesi. to. 5.* IDEM explicans verba illa; Quodcunque facere potest manus tua instanter operare,quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos,quo tu properas,inquit: Fac quodcunq; nunc potes,& labora, quia cum ad infernum descenderis, locus non erit. Huic quid simile a Saluatore præcipitur. Operamini dum dies est, veniet nox quando nemo poterit operari.

12 *Li. de vera relig. to. 1.* AVGVSTINVS ait; Vocatur homo ad conuiuium,ideò vt ista non diligat, quæ diligi sine labore non possunt. Non otium desidiæ quærit Dominus, sed otium cogitationis. Miseri amici huius mundi, tā timent ab eius amplexibus separari, vt nihil eis sit laboriosius,quàm non laborare.

13 *In Psal. 102 to. 8.* IDEM exponens verba illa; Non in finem irascetur,inquit: Quia & quod viuimus,in flagellis, & corruptione mortalitatis de indignatione ipsius est, & de pœna hoc habemus primi peccati. Ergo ex ira ipsius *Gen. 3.* est,quod hic homo peregrinatur,& laborat. Non est ex ira ipsius,fratres mei, in sudore vultus tui, & in labore tuo edes panem tuum, & terra spinas, & tribulos pariet tibi. Ab auctore nostro dictum est. Aut si est aliud vita nostra,si poteris conuertere ad aliquam voluptatem,vbi spinas non sentias. Elige quod volueris,esto auarus,luxuriosus, ambitiosus. In honorum cupiditate quantæ spinæ? In luxuria libidinū quantæ spinæ? In ardore auaritiæ quantæ spinæ? Amores turpes,quantas molestias habent? Quantas sollicitudines in ista vita? Omitto gehennam. Vide ne iam ipse tibi gehenna sis. Hoc enim totum fratres mei de ira ipsius est, & cum te conuerteris vt iuste agas, non poteris nisi laborare in terra,& non finitur labor, nisi cum finita fuerit via. Oportet in via laborare,vt in patria gaudeamus. Ergo consolatur promissione sua laborem tuum, sudorem tuum, molestias tuas,& dicit tibi: Non in finem irascetur, neque in æternum indignabitur.

14 *In Psal. 139* IDEM explicans verba illa; Caput circuitus eorum,labor labiorum ipsorum operiet eos, dicit: Me, inquit,vmbra alarum tuarum teget,obumbrasti enim mihi in die belli. Ipsos quid teget? Caput circuitus ipsorum ipsa est superbia. Quid est circuitus ipsorum,vt circumeant, & non stent, in gyrum eant erroris,vbi iter est sine fine. Qui enim in longū it,aliunde incipit,alicubi finit. Qui in gyrum it, nunquam *Psal. 11.* finit. Ipse labor impiorum, qui hic incipit, & finem nusquam habebit. Ipse est labor impiorum, qui demonstratur in alio psalmo euidentius: in circuitu impij ambulant In omni opere malo labor est,vt inique agant,homines laborant. Et quia omnes laborant in mendatio veritas clamat: venite ad me omnes qui laboratis. Ipsa est vox clamans ad laborantes in alio *Psal. 4.* psalmo: Fili hominum vsquequo graui corde, vt quid diligitis vanitatem,& quæritis mendacium? Aperte autem,& in alio loco: labor est in mendacio. Docuerunt linguas suas loqui mendacium,vt inique agerent laborauerunt. *Hier. 9.*

15 *Li. 6. Mor. c. 7. to. 7.* GREGORIVS exponens uerba illa Iob c. 5. Homo ad laborem nascitur,et auis ad volatum ait: Ad laborem nascitur homo, quia nimirum qui præditus est ratione,cōsiderat, quòd sibi sit impossibile,vt hæc peregrinationis suæ tempora sine gemitu euadat. Vnde bene Paulus,cum tribulationes suas discipulis enumeraret,adiunxit: Ipsi enim scitis, quòd in hoc positi sumus. Sed in eo, quòd caro flagellis afficitur mēs ad appetenda altiora subleuatur, Paulo rursus attestante,qui ait: Licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Homo ergo ad laborem nascitur,& auis ad volatum,quia inde mens ad summa euolat,vnde caro in infimis durius laborat. Potest quoque appellatione hominis,carnalium vita signari. Vnde Paulus ait: Cū sint inter vos zelus & cōtentio,nonne homines estis? In hac itaque vita homo ad laborem nascitur,quia carnalis quisque,cum transeuntia appetit, desideriorum suorum se pondere affligit. Grauis quippe labor est, hanc ipsam præsentis vitæ gloriam quærere, quæsitā quandoque percipere, et perceptā, cūm omni circumspectione custodire. Grauis labor est hoc cum magna fatigatione apprehendere, quod is qui apprehendit nouerit diu stare non posse. Sancti autem, iura quia transeuntia non amant, non solum nulla temporaliū desideriorum pondera tolerant, sed etsi qua aduersa consurgunt,in ipsis suis pressuris & langoribus nō laborant. Quid enim flagellis durius? Et tamen de flagellatis Apostolis scriptum est: quia ibant gaudentes a conspectu concilij,&c. Quid ergo eorum mentibus labor est, quibus & pœna verberum, labor non est? Homo ergo ad laborem nascitur, quia ille huius mundi veraciter mala sentit, qui eius bona inhianter appetit. Nam cuius mens ad alta suspenditur, sub ipsa est quicquid exterius contra ipsam mouetur. Bene itaq; subditur,& auis ad volatum. Quia tantò animus a laboris afflictione se subtrahit,quāto per spem ad summa sustollit? An non quasi auis ad uolatum Paulus natus fuerat,qui tot aduersa sustinens dicebat: Scimus, quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur,quòd ædificationem ex Deo habemus Domum non manufactam, sed æternam in cœlis?

1. *Thess. 1.* 2. *Cor. 4.* 1. *Cor. 3.* *Act. 5.* 2. *Cor. 5.*

16 *Lib. 8. Moral. c. 5.* IDEM exponens verba illa; Iob 7. Et ego habui menses vacuos,& noctes laboriosas enumerauī mihi, sic habet. Amore conditoris præsentis vitæ tribulationibus exerceri, laboriosum quidem est, sed vacuū non est. Amore autem sæculi aduersa pati vacuum simul est & laboriosum, quia ex aduersitate mens afficitur,& remunerationis præmio non repletur. [Infra:] Quò magis æternum requiem quæritur, eò magis conspicitur,quàm vacue pro vita ista laboratur. Vnde & ipsa pœnitentiæ cura vigilanter exprimitur,vt laboriosas noctes enumerasse diceretur, quia quantò verius ad Deum reuertimur, tanto subtilius labores quos per ignorantiam in hoc mundo pertulimus,dolendo,pensamus. Nam quò vnicuique plus dulce fit, quod de æternis desiderat, eò magis ei graue ostenditur quod pro præsentium amore tolerat. De re hac plura retulimus in anterioribus lib. 5, c. 9, lib. 6. c. 9. 10. & 11. lib. 9. c. 15.

Lachrymæ commendantur, & quales futuræ sunt, vt Deo probentur. Cap. II.

ORIGENES ait; Heu mihi dolor cordis mei. Heu mihi afflictio animę meæ. Heu mihi mater, quæ peperisti me, quasi virum religiosum in impietate delapsum, virum filium regni Dei, & nunc filius regni nequam, virum decoratum honore,inhonestatem consecutum Heu mihi mater,quæ quasi peperisti turrim altam,& subitò vique ad pauimentū prostratam,sicut arborem fructiferam,& subitò marcidā, sicut lampadem luciferam, & subito extinctam, sicut fontem abundantem aquis, & nunc subitò exsiccatā. Heu mihi,qui omnibus bonis ornatus eram,& nūc ab omnibus desertus apparui. Sed quis dabit capiti meo aquam,aut oculis meis fontem lachrymarum, vt plā-

1 *In li. cuius titulus est planctus Orige. to. 4*

gam

gam me ipsum in contritione mea? Heu mihi sacerdotium quomodo te plangam? Heu mihi presbyterium quomodo te lugebo? Plangite me amici, quem planxerunt angeli. Plangite me vniuersi, quia lapsus sum a gloria mea. Sicut enim vineam fructiferam plantauit me Dominus, & pro botrionibus florui spinas. Plãgite vtique me, quia ex vineis attuli tribulos. Sed moueantur fontes lachrymarum, & irrigentur maxillæ meæ, fluant super terram, & humectent eam, quia humectatus sum in iniquitatibus. Heu mihi quid passus sum? Quomodo cecidi? Non est dolor, sicut dolor meus, & non est afflictio super afflictionem meã. Non est amaritudo supra amaritudinem meam, nec gemitus supra gemitum meum, vtique neq; peccatũ supra peccatum meum. Vbi est ille, qui ab Hierusalẽ in Hiericò descendebat, atq; a latronibus vulneratum curauit? Heu mihi doctor, nec discipuli locum teneo. [Infra:] Blebam aliquando super Sansonem, sed peiora perpessus sum Sansoni coma capitis deest, meo verò de capite, corona gloriæ cecidit. Plangite me desolatum ab omnibus bonis. Plangite me populi sancti, repulsum a Domino. Plangite desolatũ a Spiritussancto. Plangite me expulsum a thalamo Christi. Plangite me odibilem factum sanctis, & angelis. Plangite me quia in terra sum, & a conscientia iam torqueor. Si quis potest, orationibus, & lachrymis adiuuet me. Quis scit, si miserebitur mihi Deus, & respiciet ruinã meam, & miserebitur mei, & respiciet desolationem, & viscera sua super me mouebit? Sed cadam ante limina portarum, vt deprecer omnem populum, pusillum & magnum, dicamque eis: Conculcate me sal stultum, sal insipidum. Porrige mihi manum Sancti Spiritus, aperiantur mihi fontes lachrymarum, vt deleam accusationem quæ contra me est. [Infra:] Doleant super me coronæ sanctorum, quia separatus sum a bona congregatione eorum. O diabole quid fecisti mihi? Quomodo vulnerasti me? Putas ne profuit tibi ruina mea? An putas quod tu requiescas, dum ego punior tormentis? Domine procido tibi, miserere mihi nimium vlulanti, qui multas lachrymas super terram effudi, super quem luxit omnis creatura, vt quid destruxisti maceriam meam, & exterminauit me aper de silua, & singularis ferus depascitur me? Libera me a leone rugiente. Fac vt demoretur ad vesperum planctus meus, & vesperam in matutinum recipiam. Conscindatur saccus meus, vt veniat mihi lætitia, & recipiar rursus in gaudium Dei mei.

1. Thess. 5.
2. Cor. 4.
1. Cor. 3.
Act. 5.
2. Cor. 5.
Ps. 79.
16 Lib. 8. Moral. c. 5.

3 Hom. 7. in Ps. 29. to. 1

BASILIVS explicans verba illa; Ad vesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia, inquit: Vespera sæculum hoc dicitur, in quo qui ad suam beatitudinem plorauerint, adueniente postea matutino, consolabuntur. Beati, inquit, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, beati qui flent, quoniam ipsi ridebũt. Quicunque igitur dies sęculi huius in consummatione iam existentis, & ad occasum tendentis in plorandis peccatis exegerint, hi demum, vere illo matutino adueniente, gaudebunt. Qui enim seminant in lachrymis, in exultatione metent, nimirum in sæculo illo futuro.

Ps. 125.

4 Ho. de gratiarum actione.

IDEM ait; Sanctorum lachrymæ prosiliunt a feruore charitatis, qua toti erga Deum flagrant. Oculis enim cordis in eum indiuulse coniectis quem diligũt, lætitiam sibi illinc accumulant. Dumque moderant, & regunt, quæ ad conseruos suos attinent, in peccatis deprehensos lugent, & eosdem fusis lachrymis reuocant ad meliorem vitæ frugem. Vt enim qui consistũt in litore, eorum indolescunt vicem, qui marinis fluctibus immerguntur, neq; interim vllam adeunt iacturã propriæ securitatis, ob anxiã, qua periclitantibus condolent, cogitationem; itidem & qui vltroneo mærore se afficiunt ob peccata proximorum, haud quaquam per id lætitiam exinaniunt suam. Verius auctiorẽ eã, & cumulatiorem reddunt, vt qui perfrui merẽtur Domini sui gaudio ob lachrymas in gratiam fratris effusas. Apostolus igitur, vt cum flentibus ipsi fleamus dicit, quòd eiusmodi lachrymæ sint seminarium quoddam & fœnus, quibus æternum illud gaudium increscit. [Infra:] Quemadmodum nubilus aer, & adensatus, in guttarum aspergines, sic & vaporum crassamẽtum, in lachrymas resoluitur, hinc quoque mærentibus, & in luctu constitutis clam crepens, nonnihil lætitiæ, & iucunditatis oboritur per fletum, exinanito eo, quod degrauabat caput. Huius meæ rationis veritatem comitabilit rerum quæ fiunt, doctrix experientia. Ipsi enim nouimus non paucos calamitatibus deploratis, vtiq; nec curabilibus obuallatos, vi, ne distillarent lachrymis, sibi temperasse. Hi quidem in varios; & immedicabiles affectus inciderunt, ceu sunt apoplexia, & paralysis. Alij verò in mortem prorsus collapsi sunt, ac si fulcimento quopiam debili niterentur, subtractis eorum viribus, & diffractis immodico pondere mistitiæ. Namque quod cernere possis in flamma, quæ introclusione suffocatur proprij fumi, qui cũ liberè egredi non queat, implexam flammam, suo opprimit ambitu, haud secus his contingit, vitalẽ actionem intabescere, & extingui vehementiore acrimonia doloris, nulla illi ad exteriora respiratione concessa. Non tamen permittit honestatis ratio, vt immodicis se conficiant lachrymis, tantum sinuntur rebus minus lætis, & tristibus esse quadantenus tristes, ac mœsti, lenes item & nonnullas fundere lachrymas, idque silentio citra vllum frendorem, eiulatum, vestiũ cæsuram, non puluere aspergant capita, neque alio quouis pacto indecore se gerant.

5 In Hom. ad martyrẽ Iulittam.

IDEM sic ait; Salomonis sententia est, melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. Flendum igitur nobis cum flentibus. Tu enim simul atque videris fratrem ob eorum quę admisit lachrymãtem, huic collugeto, & condole. Ita enim tecum fiet, vt ex alienis malis castiges proprium. Qui enim pro peccato proximi lachrymas stillat, hoc ipso quod lapsum deflet fratris, suummet a se profligauit morbũ. Peccatum, luctu est, & implacabilibus lamentis dignum. Ob peccatum profluant effusissimę lachrymę, nec desinat ex imo pectoris recessu, iugiter prosilire suspiriosus gemitus. Flebat Paulus inimicos Crucis Christi. Flebat & Hier. internecionem pereuntis populi, qui sanè quòd lachrymæ suapte natura profluentes, no satis illi essent ad planctus magnitudinem, cupide expetebat sibi infundi lachrymarum fontem, & extremum solitudinis diuersorum dicens: & sedebo, & plorabo interfectos populi mei die ac nocte. Sane istiusmodi luctum, ac lachrymas deprædicat Apostoli sententia, & fælices astruit: at non etiam eos, quæ ad semel cõceptã animi tristitiam ex oculis facile erumpunt, at neque eum statim confirmat beatum, qui suapte natura per omnem occasionem propendet ad lamentum. Vnde de his scriptum est: date vinum merentibus, vbi hoc obseruandum dicit Dominus, ne q iusto, grauius indulgent luctui, proinde nullam admittant consolationem, vehementiore absorpta acrimonia luctus, sumere negligant alimoniam corporis.

Hier. 9.

6 Ho. de Anna, & Samuelis educatione t. 1.

CHRYSOSTOMVS vno verbo ait; Rosaria sunt virtutum, quæ nunquam marcescunt, longe vernis floribus redolentiora, vt quæ non aquarum fontibus, sed lachrymarum imbre rigantur. Neque enim proinde amnium fontes floridos reddunt hortos, vt plantam deprecationis fontes lachrymarum irrigantes faciunt in summam altitudinem excurrere.

7 Hom. 6. in Matt. to. 2.

IDEM sic habet; Nihil tam inglutinat Deo, vt illæ lachrymæ, quas & peccati dolor, & amor virtutum effundit. Qui enim talis uitæ conseruat tenorem, & si in medio vrbis videatur habitare, quasi in eremi tamen vastitate requiescit, & inter solitudines montiũ, & secreta conuallium. Nullo enim tumultu rerum, strepituque concutitur, nihil de præsentiũ auocatione con-

1 In li. cuius titulus est planctus Origẽ. to. 4

ne conſpiciens, neque vllam ſatietatem de huiuſmodi luctu lachrymiſque percipiens, ſiue propria peccata, ſiue etiam lamentetur aliena Et idcirco Chriſtus hos præ cæteris pronunciauit beatos, beati, inquiens, qui lugent. Et quemadmodum, dices, Paulus ait: Gaudete in Domino ſemper? Dixit hoc eam proculdubio, quæ ex his naſcitur lachrymis exprimens voluptatẽ. Sicut enim mundi gaudium triſtitiæ conſortio copulatur, ita etiam ſecundum Dominum lachrymæ iugẽ pariunt certamque lætitiam. Sic etiam illa in Euangelio meretrix, virgines quoq; ipſas honeſtate ſuperauit, & incendibili in Chriſtum amoris igne ſuccenſa, & a maximis ſordibus peccatorum, largiſſimo lachrymarum fonte purgata. Siquidem continuò, & crines reſoluit, & ſanctos pedes vberibus diluens lachrymis, ac proprijs extergens capillis, precioſo rigauit vnguento. Sicut poſt vehementes imbres mundus aer ac purus efficitur, ita etiã lachrymarũ pluuias ſerenitas mentis ſequitur, atq; tranquillitas, omniſq; illa de peccatorum tenebris effuſa caligo diſſoluitur. Et ſicut ex aqua, & ſpiritu, ſic rurſus ex lachrymis, & confeſſione purgamur. Sed illas ego requiro lachrymas, quę non oſtentationi proficiunt, ſed cõpunctioni, quæ funduntur occulte, quæque ex illo dolore pfluunt, quæ intra conſcientiæ theſaurum, & pectoris arcana celantur, quæ per affligtas genas nullo hominũ teſte voluuntur, quæ ſummo in ſilentio & quiete deſiliunt, quæ ex intimo cordis ebulliunt, quæ ex tribulatione & dolore naſcuntur, quæque ſolius Dei oculis offeruntur. Quales certe illæ erant Annæ aliquando lachrymæ de qua dicitur: labia eius mouebantur, vox autem eius non audiebatur. Solæ quidem lachrymæ emittebant ad Dominum vocem omni buccina clariorem, & idcirco ſterilitatem eius in fœcunditatem mutarunt, & quaſi e duro quodam ſaxo agrum fertilẽ reddiderunt. Si ergo tu quoque eiuſmodi lachrymas fundas, etiam Domini tui efficieris imitator. Nam & ipſe fleuit, & cum Lazarum reſuſcitauit, & cum ad expugnandam reſpiceret ciuitatem: Sed etiã tunc profecto, cũ de Iudæ proditione ſimul ac perditione turbatus eſt. Itaque flentem quidem illum frequenter inuenias, nunquam verò ridentem, ſed nec leuiter ſaltem ſubridendo gaudentem. Nam quod & Paulus fleuerit quidem, & per triennium noctibus id fecerit ac diebus; & alij de illo, & ipſe de ſe ipſo teſtatur. Quod verò riſerit, neque ipſe vſquam, neq; alius quiſpiam de eo oſtendit. Sed nec vllus ſanctorum, vel de ſe ipſo, vel de alio quopiam tale quid aliquando ſignificaſſe narratur. De ſola Sara legimus hoc dictum, ſed illico Dei voce correcta eſt. Et de filio Noe, ſed propter illum riſum ſeruus factus eſt ex libero. Et hæc dico, non vt riſum prorſus abſcindam, ſed vt diſſolutionem penitus extinguam. Cuius etenim rei gratia in cachinnum ſolueris, & de fluis, qui tantorum tibi ſponte factus ex cauſa mœrorũ? Ante tribunal Chriſti illud ſtaturus terribile, & ſumma cum examinatione rationem pro cunctis actibus redditurus, Pro tantis peccatis pœnas daturus, ſecurus tui ſedes, miſerabili riſu, lugendiſque facetijs, te ſimul alioq; diſperdens, & de ſola delitiarum, voluptate ſolicitus, bona æterna contemnis? Si ergo, inquis, iſta non fecero, ſed ad luctum fuero lachrymaſque conuerſus, quem tandem fructum capeſſem? Profecto maximũ, & omnino tantum, quantum ſermo explicare non ſufficit. In ſecularibus enim iudicijs, quantumlibet poſt acceptam ſententiam lamenteris & lugeas, non tamen effugies flendo ſupplicium: hic verò ſi toto corde ingemueris ad Deum, ſoluiſti repente ſententiã, veniamq; meruiſti. Idcirco multa nobis de luctu loquitur Chriſtus, & beatificando lugentes, & miſerando ridentes. Qui Noe tempore, cum per tot annos fabricari arcam viderent, fugiebant omnem compunctionis dolorem & malè blandæ tantum lætitiæ ſeruiebant, nihil omni no erant prouidi futurorum, & propterea ſubita omnes illos merſit pœna diluuij, factumque eſt, totius orbis commune naufragium. Non eſt noſtrum aſſidue ridere, reſolui cachinnis, molliri delitijs, ſed eorum potius, & earum, quæ ſpectantur in theatris, quæ in lupanaribus inquinantur, paraſitorum, & adulatorum.

Phil.4. *Lucæ 7.* *1 Reg.1.* *Ioan 11.* *Lucæ 9.* *Act.20.* *Gen.17.& 18.* *Gen.9.* *Matt.5.*

IDEM ſic habet; Mortem lugere omittens, lugę peccata, vt ipſa diſſolnas, propter hoc enim triſtitia facta eſt, non vt in morte, nec in vna alia re tali doleamus, ſed vt ipſa, ad delenda vtamur peccata, & quod hoc verum ſit exemplo facio manifeſtum. Remedia medicinalia propter illos tantum morbos facta ſunt, quos tollere poſſunt, non propter illos, quos nihil adiuuare poſſunt. Puta adhuc enim manifeſtiorem volo rationem facere, medicamentum oculos lippientes tantum iuuare valens, nullum verò alium morbum, propter oculorum ægritudinem tantum factum eſſe dicere quis poſſet, non propter ſtomachum, neq; propter manus, neque propter vllum aliud membrum. Transferamus igitur rationem ad triſtitiam, & inueniemus quòd accidentium nobis nihil adiuuat, peccatum verò ſolum corrigit, certum quòd propter huius ſublationem tantum conceſſa eſt. Percurramus igitur ingruentium nobis grauium quodq;, & triſtitiam ſuper adducamus, & videmus, quid ex hoc fiat vtilitatis. Mulctatus eſt quiſpiam pecunijs, triſtatus eſt, mulctam non emendauit, filium amiſit, doluit, mortuum non reſuſcitauit, nec defuncto profuit: flagellatus eſt quis, alapis cæſus, contumelijs affectus, doluit, nõ reuocauit contumeliam: valetudinem, quis incidit, & ægritudinem grauiſſimam, doluit, ægritudinem non fuſtulit, ſed & difficiliorem reddidit. Vides horũ nulli prodeſſe triſtitiam? Peccauit quis, triſtatus eſt, peccatum deleuit. Vnde hoc manifeſtum? Ex Domini ſententia. De quodam enim præuaricatore loquens aiebat: Propter peccatum pauliſper ipſum contriſtaui, & vidi quod triſtatus eſt, & inceſſit mœſtus, & ipſius vias correxi. Propterea & Paulus dicit: Quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur. Igitur poſtquam manifeſte oratio demonſtrauit, quòd neque pecuniarum mulctam, neque contumeliam, neque calumniam, neque flagella, neque valetudinem, neque mortem, neque aliud quid talium inducta triſtitia inſtaurare poſſet, ſed ſolum delere peccatum, & huius eſt deſtructiua, certum quòd propter hanc ſolam cauſam facta eſt. Ne amplius igitur pecuniarum iacturam doleamus, ſed cum peccamus, multa enim hic ex triſtitia vtilitas. Mulctatus es? ne doleas, neq; enim proderit. Peccaſti? dole, vtile namque eſt. Peccatum nobis triſtitiam peperit, & hæc illud conſumit. Sicut enim vermis ex ligno naſcitur, & illud rodit, & comedit, ſuam ab ipſo originem habens: ſic & triſtitia de peccato nata eſt, & ipſum abſumit.

9 *In finit.* *3.Reg.21.* *2.Cor.7.*

HIERONYMVS explicans verba illa; Secundum multitudinem dolorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam, ſic ait: Hoc ipſum & Apoſtolus loquitur, quoniam ſecundum labores, & miſerias, quas in iſto ſæculo patimur, habemus mercedem apud Deum in cęlis. Magnitudo tribulationum, magnitudo eſt præmiorum. Quot patimur vulnera, tot meremur & coronas. Hoc eſt quod dicit, quoties egi pœnitentiam, toties me conſolatus es. Vnam fudi lachrymam, vnam merui conſolationem. Decem fudi achrymas, decem conſolationes merui. Quantumcumque fuit pondus lachrymarum & pœnitentiæ, tantus fuit, & conſolationum numerus.

10 *In Pſ.93. to.7.* *1.Cor.3.*

IDEM explicans verba illa; Venit contra illos ex aduerſo flentium ait: Tradunt Philiſthæos idolum habuiſſe, cui in lachrymis hominum ſacrificium parabatur. Huic illi more ſuo lachrymas ſacrificabant. Et eis ex

Li.Quæſt. Hebraicarum in lib. Paral. to.3

eis ex aduerso Dauid venit, in quorum capitibus iam furor Domini sæuiebat, quando ad eos ventum est. Ideo timuerunt gentes Dauid propter idolum destructum, cui humanis lachrymis sacrificabatur. Tales sunt lachrymæ, quæ reprobantur a Deo.

11 AMBROSIVS sic inquit: Respexit Dominus Petrum, & prorupit ad lachrymas, nihil voce precatus. Inuenio.n. quod fleuerit, non inuenio quid dixerit. Recte plane Petrus fleuit & tacuit, quia quod defleri solet, non solet excusari, & quod defendi non potest, ablui potest. Lauat enim lachryma delictũ, quod voce pudor est confiteri. Lachrymæ ergo, verecundiæ consulunt & saluti, nec erubescunt in petendo & impetunt in rogando. Lachrymæ inquam, tacitæ quodammodo preces sunt, veniam non postulant, & merentur, causam non dicunt, & misericordiam consequuntur, nisi quod vtiliores lachrymarũ preces sunt, quàm sermonum, quia sermo in precando forte fallit lachryma omnino non fallit. Sermo.n. interdum non totum profert negotium, lachryma semper totũ prodit effectum. Et ideo Petrus iam non vtitur sermone quo fefellerat, quo peccauerat, ne per id ei non credatur ad confitendum, quo vsus fuerat ad negandum, ac per hoc mauult causam suam flere, quàm dicere, & quod voce negauerat, lachrymis confiteri. Inuenio autem & aliud cur tacuerit Petrus, ne tam citò veniæ postulatio, per impudentiam plus offenderet, quàm impetraret. In omni igitur culpa ante flendum est, & sic precandum. Videte ergo quantum fletus profuerit Petro, antequam fleret lapsus est, postea quam fleuit, electus est, & qui ante lachrymas præuaricator extitit, post lachrymas, pastor assumptus est.

Ser. 46. de panitentia Petri. to 3. — *Matt. 26. Lucæ 22.*

12 AVGVSTINVS inquit: Aeneæ nescio cuius errores legebam, oblitus errorum meorum, & cogebar plorare Didonem mortuam, quia se occidit ob amorem, cum interea me ipsum in his ad te morientẽ, Deus meus, vita mea siccis oculis ferrem miserrimus. Quid.n. miserius misero non miserante seipsum, & flente Didonis mortem, quæ fiebat amando Aeneam non flente autem mortem suam, quę fiebat non amãdo te? Deus lumen cordis mei, & panis animæ meæ, vt vir maritans mentem meam, & sinum cogitationis mentis meæ, non te amabam, & fornicabar abs te, & fornicati sonabat vndiq; euge, euge. Amicitia enim mundi huius fornicatio est abs te. Et hæc non flebã, sed flebam Didonem extinctam.

Lib. 1. confessionum. c. 13. to. 1. — *3. Reg. 21.* — *2. Cor. 7.*

13 IDEM sic habet: Et misisti manum tuam ex alto, & de hac profunda caligine eruisti animam meam, cũ me ploraret ad te mater mea fidelis tua, amplius quã flent matres, corporea funera. Exaudisti eam, nec despexisti lachrymas eius, cum profluentes rigarent terrã sub oculis eius in omni loco orationis eius, & exaudisti eam. Nam vnde illud somnium, quo consolatus es eam, vt viuere me secum crederet, & habere secum eandem mensam in domo, quod nolle cæperat auersans, & detestãs blasphemias erroris mei? Vidit enim aduenientem ad se iuuenem splendidum hilarẽ, atq; arridentem sibi, cũ illa esset mœrens, & mœrore confecta. Qui cum causas ab ea quæsisset mœstitiæ suæ, quotidianarumq; lachrymarum, atq; illa respondisset perditionem meam se plangere, iussisse illum quo secura esset, atq; admonuisse, vt attenderet, & videret vbi esset illa, ibi esse & me. Facta est, spe quidem alacrior, sed & fletu & gemitu non segnior, non desidens horis omnibus orationum suarum de me plangere ad te. Et c. 12. narrat adijsse matrẽ suam Episcopũ quendam catholicum, quem instanter precabatur, vt ipsũ alloqueretur vt abduceret ab errore Manichæorum quo detinebatur, & ille facere recusaret, illaq; instaret magis deprecando, & vbertim flendo, vt me videret, mecum dissereret, ille iam substomachans tædio, vade, inquit a me, fac quod agis, hoc est, lachrymis insta, fieri.n. non potest, vt filius istarum lachrymarum pereat. Quod illa ita se accepisse inter colloquia sua mecum sæpe recordabatur ac si de cęlo sonuisset.

Li. 3. cõfessionũ. c. 11

IDEM inquit: Absterget Deus omnem lachrymã ab oculis sanctorum, & iam non erit amplius, neq; luctus, neq; clamor, quoniam priora transierunt. Quis enim tam sit absurdus, & obstinatissima contentione vesanus, qui audeat affirmare in huius mortalitatis ærumnis vnumquemque sanctorum, nullas habentẽ lachrymas, & dolores, cum potius quanto quisq; est sanctior, & desiderij sancti plenior, tanto sit eius in orando fletus vberior. An non est vox ciuitatis sãctæ Hierusalem, quæ dicit: Factæ sũt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte? Et lauabo per singulas noctes lectum meum, in lachrymis meis stratum meũ rigabo: Et gemitus meus a te non est absconditus: Et dolor meus renouatus est. An uerò nõ eius filij sunt, qui ingemiscunt grauati, in quo nolunt expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est a uita? Nonne ipsi sunt, qui primitias spiritus habẽtes in semetipsis ingemiscunt expectantes redemptionẽ corporis sui? An ipse Apostolus Paulus non erat supernus Hierosolymitanus, uel non multo magis hoc erat, qñ pro Israelitis fratribus carnalibus suis tristitia illi erat magna, & continuus dolor cordi eius? In sæculo autẽ futuro absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum.

14 *Lib. 20. de ciuit. Dei c. 17. to. 5.* — *Apoc. 21.* — *Ps. 41.* — *Ps. 6.* — *Ps. 37.* — *Ps. 138.* — *2. Cor. 5.* — *Rom. 8.* — *Rom. 9.*

IDEM exponens uerba illa; Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo, dicit: Lectus est hoc loco arpellatus, ubi acquiescit animus æger & infirmus, ideſt, in voluptate corporis, & omni delectatione sæculari. Quã delectationem lachrymis lauat, qui se ab illa conatur extrahere. Videt.n. iam se damnare carnales concupiscentias, & tñ delectatione tenetur infirmitatis, & in ea libenter iacet, vnde resurgere, nisi sanatus animus non potest. Lectum lauabit per singulas noctes, vt tantis lachrymis impetret efficacissimam de Dei misericordia medicinam. Lachrymis meis stratum meum rigabo. Rigabo, amplius est aliquid quam lauabo, quoniam põt aliquid in superficie lauari, rigatio verò ad interiora permanat, quod significat fletũ vsq; ad cordis intima.

15 *In Psal. 6. to. 8.*

IDEM exponens verba illa; Rugiebam a gemitu cordis mei dicit: Attenditis plerumq; interpellare gemitibus seruos Dei, & quæritur causa, & nõ apparet, nisi gemitus alicuius serui Dei, si tñ ad aures hominis circa illum positi peruenerit. Est.n. gemitus occultus, qui ab homine non auditur, tamen si tanta occupauerit cor cogitatio desiderij cuiusdam, vt voce clariore exprimatur vulnus interioris hominis, quæritur causa, & dicit homo apud semetipsum: forte illud est, vnde gemit, & forte illud illi factum est. Quis põt intelligere, nisi ille in cuius oculis & auribus gemit? Propterea rugiebam, inquit, a gemitu cordis mei, quia homines si qñ audiunt gemitum hominis, plerumq; gemitum carnis audiunt, gementem a gemitu cordis nõ audiunt. Abstulit nescio quis res huius, rugiebat, sed nõ a gemitu cordis, alius quia abstulit filium, alius quia vxorem, alius quia grandinata est vinea, quia cuppa acuit, quia diripuit iumentum ipsius nescio quis, alius quia timet inimicum suum. Omnes isti a gemitu carnis rugiunt. At uero seruus Dei, quia ex recordatione sabbati rugit, ubi est regnum Dei quod caro & sãguis non possidebit, rugit a gemitu cordis sui. Et gemitus meus a te non est absconditus: A te non est absconditus, a multis autem hominibus absconditus est. Videtur aliquando humilis seruus Dei dicere, & gemitus meus a te non est absconditus. Videtur aliquando, & ridere seruus Dei, sed desideriũ eius & gemitus eius, licet non semper perueniat ad aures hominum, sed nunquam recedit ab auribus Dei.

16 *In Ps. 37.*

IDEM explicans illa uerba; Quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me, sic habet: Consolatus es me in tristitia Populus meus, qui vos

17 *In Ps. 85.*

Iac. 4. fœlices dicunt, in errorem vos mittunt. Sicut Apostolus Iacobus, ait: Miseri estote, & lugete, risus vester in luctum conuertetur. Vtique regio ista scandalorum est, & tentationum, & omnium malorũ, vt gemamus hic, & mereamur gaudere ibi, hic tribulari, & consolari tibi, & dicere: quoniam ecce eripuisti animã meã a laqueo, oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu: quoniam placebo Domino in regione viuorum. Ista regio, mortuorum est. In regione mortuorum, labor, dolor, timor, gemitus, suspirium. Nunc quia miser es Dominum audi dicentem; beati lugentes? O beati lugentes. Nihil tam coniunctum miseriæ quàm luctus, nihil tam remotum & contrarium miseriæ, quàm beatitudo. Tu dicis lugentes, & tu dicis beatos? Lugentes in re, beati autem in spe. Etenim lugent in morte ista, in tribulationibus istis, in peregrinatione ista. Et qui agnoscunt se esse in ista miseria, & gemunt, beati sunt.

Psal. 114. 18 IDEM explicans verba illa; Conuerte Domine captiuitatem nostram sicut torrens in austro dicit: Vita humana, quam ingressi sumus, misera est, laboribus plena, doloribus ærumnis, tentationibus. Nolite seduci gaudio rerum humanarum, flenda in rebus humanis aduertite. Poterat ridere prius puer, qui nascitur? Quare a fletu incipit viuere? Ridere nondũ nouit, quare plorare iam nouit? Quia cœpit ire in istam vitam. Sed si de illis captiuis est, hic & gemit, sed veniet gaudium. Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent. In ista vita, quæ plena est lachrymis, seminemus. In lachrymis seminatis, in gaudio metetis; euntes ibant & flebant mittentes semina sua. Venientes autem venient portantes manipulos suos, coronã scilicet gaudiorum, & exultationis in resurrectione mortuorum.

In Psal. 125. 19 IDEM sic habet; Scitote fratres, quòd post mundi gaudia sequentur æterna lamenta, quia nemo potest hic, & in futuro gaudere. Exul es patriæ cœlestis, sed si hic ploraueris, iam patriæ cœlestis ciuis constitueris. Beati, inquit, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Sed dicet quis: Quid flere oportet, & quare flere debemus? Flere debemus peccata quę commisimus. Iste enim fletus sit panis noster, quem quotidie comedere debemus die ac nocte. Flere etiam debemus populorũ peccata, quasi nostra vulnera. Si enim Paulus faciebat, dum clamabat. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Flere etiam debemus de dilatione regni æterni, quod bene attendebat ille propheta Dauid, qui dicebat: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est. Iste sunt tres miseriæ, quibus texitur liber Hieremiæ, quibus plangit peccata animæ, insultũ miseriæ, & dilationem patriæ. Horum fletuum imbribus debemus irrigare terram mentis nostræ, vt pariat fructus bonorum operum, diuersos; flores virtutũ. Istj quoque fletus sunt tres fluuij, per quos filij Israel transierunt ad terram promissionis. Vere peccatores ex Aegypto vitiorum exeunt, mare rubrum transeuntes, dum submerguntur hostes, & vitia suffocantur. Vere cantant Domino glorioſe, dum intrantes cœlestem Hierusalem, deposita corruptibili veste, sanctis Angelis sunt sociati. O monache, fac vt mens tua sit liber quem uidit Ezechiel, in quo scriptæ erant lamentationes, & væ. O monache, ad has lamentationes te conuertas, hos dolores amplectere cunctis diebus vitæ tuæ, flendo tua peccata, & proximi. Caueto tamen ne fleueris mortem corporalem alicuius, nec substantiarum amissionem, nec corporis infirmitatem. Ponas te in Dei voluntate, quicquid tibi acciderit, libenter suscipe. Quotidie fleas peccata tua, & aliena. Sic. n. peccatrix illa Maria, non solum in domo Simonis, sed etiam post aduentus sancti Spiritus, hoc idem ardenter perfecit. Semper. n. dolebat semper in vita sua flebat, quæ commiserat. Sic fecit & Maria mater Domini, quæ dum iuxta crucem staret, non sua peccata fle-

Serm. 11. ad fratres in eremo, qui est de lachrymis. to. 10.

2. Cor. 11.

Psal. 109.

Exo. 14.

Ezec. 2.

Luc. 7.

Ioan. 19.

bat, quæ nulla habebat, sed flebat non tantum filij passionem, sed & Iudæorum damnationẽ. Sed dices mortuum fratrem vel amicum video, naturalis infirmitas me inuitat ad planctum. Ego autem dico tibi monache, tempera luctum tuum. Non. n. tuum est, mortuos fere, sed sæculi. Non tamen prohibeo lachrymas naturales, quas naturalis necessitas exprimit. Depone quantum potes, si vis in æternum viuere, fletum pro terrenis, & assume lamentum pro cęlestibus: Beati inquit, qui fletis, quia ridebitis. Diligamus igitur lachrymas, quia suaues sunt diligentibus Deũ. Delectemur igitur semper in hac infirma vita in fletu, & lamento, simus tantum proni ad lamentum, & fletum, quantũ fuimus ad culpam audaces. Holocaustum medullatũ est cor peccatoris humiliatum, & quotidianis lachrymis rigatum. Grauia peccata grauissimis lamentis indigent. O monache punge oculum mentis, vt lachryma prodeat compunctionis. O compunctio, quàm sancta, & mirabilis prædicaris, tu spiritale lauacrũ es, tu stimulus per quem Deus ad hominem inclinatur, tu ligamen per quod Deus fortiter astringitur. O cõpunctio lachrymosa, o lachryma mentem purgãs, intentionem fęcundans, confessionem irrigans, animã sanctificans. Hæc est lachryma, sanctæ compunctionis soror, quæ motus illicitos extinguit, Paradisũ aperit, infernum claudit, mundumq; despicere in cunctis facit. O felix lachryma, tu carnalẽ cogitationẽ extinguis, peccatorũ morbum expellis, virus culpę euomis. O felix tabula? O vitalis nauicula, per quam naufragus redire potest ad portum salutis. O aqua salutaris, per quàm omne peccatum destruitur. O via per quã ad Paradisum gradimur. O fęlix lauacrum lachryma rum, quod toties vales ad purgandum, quoties purgatione indiget cor humanum. Hæc est fratres mei herba cælestis illius fullonis, qua uestes seruorum suorũ deturpatas a sorde quotidie purgat. Hoc est cæleste nitrum, quod de rore diuinæ gratiæ confectum absterget maculas peccatorum. Hoc est lixiuium quo interioris hominis caput optime abluitur. O lachryma, tu contra ruinas hominum suaue solatium, quæ passionis Christi es vicaria. O monache ergo ad lachrymas, quis continere se poterit? Intremus obsecro conscientias nostras, etsi risimus in iuuentute, saltem in senectute fleamus, cogitantes quid Christo, & quid diabolo tempore nostrę iuuentutis persoluimus.

20 GREGORIVS explicans uerba illa Iob c. 9. si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ, tamen sordibus intinges me, sic habet: Aquæ niuis sunt lamenta humilitatis. Quæ profecto humilitas, quia ante districti iudicis oculos cæteris uirtutibus pręeminet, quasi per magni meriti colorem candet: sunt nanque nonnulli, qui lamenta habent, sed humilitatẽ non habent, quia afflicti plãgunt sed tamen in ipsis fletibus, vel contra proximorũ vitã superbiunt, vel contra ordinationẽ conditoris erigũtur. Hi nimirum aquas habent, sed niuis aquas nõ habent, & mundi esse nequeunt, quia humilitatis fletibus minime lauantur. Aquis autem niuis a culpa se lauerat, qui confidenter dicebat: Cor cõtritum, & humiliatum Deus non spernit. Qui enim lamentis affliguntur, sed murmurando rebelles sunt, mentem quidem conterunt, sed humiliari contemnunt. Quamuis & aquæ niuis intelligi aliter possunt. Aqua enim fontis, & fluminis ex terra oritur, aquę verò niuis ex aere proruit, & sunt plerique qui per lamenta se cruciant, sed tñ totis lamentorũ laboribus, ad sola terrena desideria exudant, compunguntur in precibus, sed fęlicitatis transitorię gaudia requirũt. Hos itaq; niuis aqua non abluit, quia eorum fletus abimis venit. Quasi. n. ex terræ aqua perfusi sunt, qui pro terrenis bonis in precibus compunguntur. Qui verò idcirco plorant, quia æterna ꝑmia desiderãt, aqua niuis hos diluit, q̃a cęlestis compunctio infundit. Nã cũ perennẽ patriã, per la-

21 li. 9. Mor. c. 19. 16.

Psal. 50.

Psal. 19.

Psal. 63.

23 In Serm. 1. omniũ sanctorum. Matt. 3.

Eccl. 7.

per lamenta appetunt, eiusque accensi desiderijs plangunt, a summis accipiunt, vnde mundentur.

22 Homil. 20. in Ezech. lo. 2. Cap 4. IDEM exponens verba illa, in quibus loquitur de porta, quæ respiciebat ad aquilonem, dicit: Ibi lauabant holocaustum, sic habetur: Qui se per fidem in conuersatione sancta, Domino deuouerunt, holocaustum Domino facti sunt. Sed quia adhuc multa in se de corruptibili sua carne patiuntur, quia adhuc in eis cordis munditia sordidis cogitationibus inquinatur, quotidie ad lachrymas redeunt, assiduis fletibus affliguntur. Sanctorum enim patrum dicta & facta considerant, & cum se indignos pensant, in portarum ostio holocaustum lauant. Infra; Sciendum nobis est, quia sunt quidam, qui etiam sæculum relinquentes, totum quidem quod habent offerunt, sed tamen in bonis q̃ agunt minime compunguntur, & bonum quod agũt holocaustum est. Sed quia flere ac semetipsos dijudicare nesciunt, seque ex amore ad lachrymas non accendunt, perfectum eorum holocaustũ non est. Hinc

Psal. 19. per psalmistam dicitur: Memor sit omnis sacrificij tui, & holocaustum tuum pinguefiat. Holocaustum quippe siccum, est bonũ opus, quod orationis lachrymæ non infundunt. Holocaustum verò pingue est, quando hoc quod bene agitur corde humili, etiã per

Psal. 63. lachrymas irrigatur. Vnde rursum dicitur: Holocausta medullata offerã tibi. Quisquis enim bonũ opus agit, sed omnipotentis Dei amore, atque desiderio flere nescit, holocaustum habet, sed medullam in holocausto non habet. Qui verò bona operatur, & visioni iam sui creatoris inhiat, seq; ipsum ex amore quo accenditur, in fletibus mactat, holocausta Domino medullata dedit. Consideremus opus nostrũ quale sit, quæ cogitatio in opere, quæ intentio in cogitatione: & cum nostro bono operi admixtum aliquid malitię vel prauæ cogitationis videmus, redeamus ad lachrymas, lauemus holocaustum. Infra: Iusti per vitã quã tenent, holocaustum sunt, sed per vitam malam quã ante tenuerunt, inquinatum. Lauant ergo holocaustum in ostio portarum, quia lamentis se quotidianis afficiunt, & mundant vitam lachrymis, quam prauis aliquando actibus inquinauerunt. Ecce patientiam nos seruare decreuimus. Sed adhuc ira perturbat; si mentem tacitus dolor excruciat, redeamus ad lachrymas, lauemus holocaustum. Magnus est etenim creatori nostro ad recipiendos fletus humilium misericordiæ sinus. Vbi enim innumerabilium hominum fletus suscepti sunt, ibi locum suum inuenturæ sunt & lachrymæ nostræ.

21 li 9. Mor. c. 19. 23 In Serm. 1. omniũ sanctorum. Mat. 3. BERNARDVS exponens verba illa; Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur, inquit: Equum in domitum flagella domant, animam immitem cõtritio spiritus, & assiduitas lachrymarum. Ergo in omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, mortis horrorem, iudicij timendum discrimen, ardentis gehennæ metum, ab oculis cordis tui elongari nullatenus patiaris. Cogita peregrinationis tuæ miseriam, recogita annos tuos in amaritudine animæ tuæ, cogita vitæ humanæ pericula, cogita fragilitatem propriã, & in huiusmodi cogitatione, si perseueraueris, dico tibi parum senties, quidquid foris videtur esse molestũ

Psal. 50. dum toto corde, circa interiorem molestiam occuparis. Sed nec patietur Dominus sine consolatione te esse, quoniam pater misericordiarum est, & Deus totius consolationis, & complebitur omnino quod veritas pollicetur. Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Concordat etiam huic sententiæ etiam illud quod in Salomone legisti, melius est ire ad domum luctus, quam ad domum conuiuij. Propterea beata esses

Eccl. 7. Eua, si post culpam consolationem quæreres lachrymarum, & veniam citius obtineres. Nunc autem miserrimam quæsisti consolationem de simili casu viri tui, & veneno pessimo totam infeciisti posteritatem tuam, vt vsque hodie perditionem alterius, alter suã reputet consolationem. Misera hæc consolatio, sed beati qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.

Lex naturalis indita cordi, noua autem & vetus, valde inter se differunt. Cap. III.

1 Hom. 7. in Exo. to. 1. ORIGENES sic habet; Ex diuinis scripturis apparet, quòd in die dominica, primo in terris datum est manna, & sabbato non pluit manna de cœlo, vt intelligant Iudæi, iam tunc prælatam esse dominicam Iudaico sabbato, iam tunc indicatum, quod in sabbato ipsorum gratia Dei ad eos de cœlo nulla descenderit. Dicit n. & alibi propheta: Diebus multis sedebunt filij Israel sine rege, sine principe, sine propheta, sine hostia, sine sacrificio, sine sacerdote. In nostra n. dominica die semper Dominus pluit manna de cœlo. Ideo nos fœlices, qui tale manna suscepimus. Illi non manducant, quod est minutum in similitudinem coriandri. Nihil. n. in verbo Dei minutũ, nihil subtile, nihil sentiunt spiritale, sed totum pingue, totum crassum, incrassatum. n. est cor populi illius.

Osee 3.

2 Lib. 7. in epist. ad Romanos. to. 3 IDEM exponens verba illa c. 9. Quia verbũ breuitum faciet Dominus super terram, inquit: Verbum breuitum, vbi multi sunt vocati, pauci vero electi. Possumus autem & totius doctrinæ verbũ dicere breuiatum, vt quod prius lex & prophetæ continebant in latitudine præceptorum, veniens Dominus pronuntiaret, & diceret: Diliges Dominum Deum tuum ex toto

Matt. 22. corde tuo, & proximum tuum, sicut te ipsum. In his duobus mandatis pendet omnis lex, & prophetæ. In quo euidenter prophetas, & legem duobus his sermonibus breuiauit. Infra: Quid ergo dicemus, quòd gentes, quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam? Gentes non sectari iustitiam dicuntur. Sectari dicitur ille, qui per doctrinam, & lectionem multam assequi aliquid potest. Vnde & a sectando sectæ appellatæ sunt huiusmodi doctrinæ, quæ hominũ traditione discuntur. Gentes verò, quia legem tabulis,

Rom. 9. vel libris sic scriptam nõ habuerunt, non dicuntur sectatæ esse iustitiã. Habuerunt tñ insita, quæ lex eos naturalis edocuit. Israel verò sectando legẽ iustitiæ, in legẽ iustitiæ non peruenit. Quia sectando legẽ iustitiæ secundum litterã, in legem non peruenit spiritus.

3 Hom. 7. in 1. epist. Pauli ad Cor. to. 3. CHRYSOSTOMVS ait: Quod magna librorum sacrorum copia perijt tempore captiuitatis Babylonicę, & pauca ex priori captiuitate uolumina extiterunt. Paulus autem vtpote legis peritus, & a spiritu locutus, credibile est omnia proculdubio cognouisse. Et quid ego captiuitatem memoro? Nam etiã ante captiuitatem multa abolita sunt librorum volumina, cum Iudæi in ultimam prolapsi sunt impietatem. Liber enim Deuteronomij vix maiorum nostrorũ temporibus inuentus est in luto obrutus. Ideo Paulus in

Exec. 20. suis epistolis multa adducit loca voluminum, quę nõ reperiuntur. Infra: De Iudaicis præceptis, dicit Propheta: Dedi eis præcepta non bona. Non bona, hoc est, nihil magnum ad virtutem proficientia. Ideo ait, iustificationes, in quibus non viuent. Leges multas instituit, quibus eorũ compesceretur licentia, & pro quodam fræno eis datas, ad nullam autem perfectam virtutem ducentes.

4 Homil. 12. ad pop. to. 9 IDEM ait: Ab initio Deus hominẽ formans, legem ipsi naturalẽ indidit. Et quid tandẽ est lex naturalis? Conscientiã nobis expressit, & per se discibilem constituit bonorũ & contrariorũ scientiam. Non. n. opus habemus discere quod malum est fornicatio, & bonũ continentia, sed ab initio hoc scimus. Et ut discas quod ab initio hoc scimus, legislator postea leges sciens, & dicẽs: Nõ occides, nõ intulit, malũ. n. cędes,

Exo. 20. & Deut. 5. sed simplicẽ non occides, inquit: Prohibuit. n. peccatum, nõ docuit. Quare igitur qui dixit, non occides, non addidit, quod malum cædes? Qm̃ prævenies cõscientia, nos hoc docuit, & tanquã scientibus, & intel

ligentibus ita loquitur. Nec inde tantum, sed aliunde vobis demonstrare conabor, quomodo per se docilis erat homo ad virtutis cognitionem. Primum Adam patrauit peccatum, & post peccatum statim se occultauit. Neque enim erant litteræ, non lex, non Moyses, vnde igitur nouit peccatum, vt se abscõderet? Nec tantum se celat, sed accusatus in alium conatur transferre causam, dicens: Mulier quam dedisti mihi, dedit mihi de ligno & comedi, & illa crimẽ transfert in serpentem. Rursum in Cain & Abel, idem videre licet, qui primitias Deo ferebant laborum suorum. Quod homo peccatum esse malum iam sciret, demonstrauit Adam, quod autem virtutem etiam esse bonum iam sciret, demonstrauit Abel. Non enim ab vllo discens, neque legem de primitijs differentem audiens, sed a conscientia doctus, sacrificium illud obtulit. [Infra:] Quæ dixerat ostendit testimonio Pauli dicentis: Cũ enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea, q̃ legis sunt faciunt, eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. Quomodo sine litteris? Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus. Et iterum: Quicunque sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Non lege accusante, sed conscientia & cogitationibus: si verò legem non habuissent conscientiæ, nec ipsos perire peccantes oportebat. Sine lege autem dicit, quia legem non habebant scriptam, bene tamen habebant naturæ legem.

Gen. 3.

Rom. 2.

5 HIERONYMVS exponens verba illa; Et dabit vobis Dominus panem arctum & aquam breuẽ, sic habet: Si hæc verba ad Saluatoris referantur aduentum, panis arctus & aqua breuis, iuxta Apostolũ Paulum, & hunc eundem Italam, Euangelicus sermo præ dicitur; qui pro laciniosis legis obseruationibus, atq; mandatis, in vno verbo recapitulauit omnia, Diliges proximum tuum sicut teipsum. Cõsummatum enim & abbreuiatum sermonem fecit Dominus super terram. Et subdit: Et non faciet vltra auolare a te doctorẽ tuum. Cum Dominus credentibus dederit panem arctum, & aquam breuem, nequaquam vltra faciet auolare ab eis illum, qui docet hominem scientiam, sed semper videbunt oculi eius præceptorem suum.

Li. 9. inc. 38. Isa. t. 4.

Gal. 5.

6 IDEM exponens uerba illa; Pasce populum tuũ in virga tua, inquit: Quia populus Israel duræ cerui cis erat, & semper carnes Ægyptias suspirabat, vius est Moyses non solum aduersus Ægyptios, quos percussit decem plagis, sed aduersus populum in solitudine virga legali, virga percutiente; & omnia vasa testea & fragilia confrigente, Apostolis autem Domini Saluatoris, qui sapientiam loquebantur inter perfectos, virgam excussam esse de manibus, quia perfecta dilectio foras mittit timorem. Quia Dominus loquebatur carnali Israel: idcirco dictum est de eo, vt pascat in virga populum & gregem suum, Apostolis autem virgã excussam esse de manibus, & seueritatem legis, Euangelij clementia temperatam.

li. 2. inc. 7 Michęę. to. 5.

7 IDEM explicans verba illa; Denudasti fundamẽta vsq; ad collum, inquit: Septuaginta sic verterunt, suscitasti vincula vsque ad collum in finem. Suscitauit Dominus vincula charitatis, vt priori onere depositio, & grauissimo iugo, quo premebantur Iudæi in lege abiecto, leue Christi susciperemus iugum.

Li. 2. in c. 3 Abacuc

AMBROSIVS ostendit quapropter pleraque in lege præcepta sint, quæ per Euangelium vacuata videntur, & ait: Quid ergo causæ sit, consideremus nõ enim ociose dixit Apostolus. Quia lex pædagogus noster fuit in Christo. Pædagogus, cuius est, maturioris an adolescentis, & pueri, hoc est ætatis infirmæ? Pædagogus sicut etiã latina interpretatio habet, doctor est pueri, qui vtique imperfectę ætati, non potest perfecta adhibere præcepta, quæ sustinere non queat.

Epist. 72. quæ est ad Irenæum. to. 5.

Gal. 3.

Denique per prophetam Deus legis ait: Dedi eis præcepta non bona, hoc est, non perfecta. Idem aũt Deus Euangelio perfectiora seruauit. Quæ igitur istius causa distantiæ nisi humana varietas? Sciebat duræ ceruicis populum Iudæorum, lapsum humilem, perfidiæ promptiorem, qui aure audiret, & non audiret, oculis videret, & non videret, lubrico quodam infantiæ, leuem & immemorem præceptorum, & ideo legẽ tanquam pædagogũ mobili plebis ingenio, & menti adhibuit infirmæ, ipsaque legis præcepta moderatus, aliud legi voluit, aliud intelligi, vt insipiens saltẽ quod legeret custodiret, & a præscripto litterę non recederet, sapiens intelligeret diuinæ mentis sententiã, quã littera non resonaret, insipiens seruaret legis imperiũ prudens mysterium. Ideo lex seueritatem gladij habet tanquam pædagogus baculum, vt imperfectæ plebis infirmitatem pœnæ saltem denunciatione deterreat. Euangelium autem indulgentiam habet quo peccata donantur. Iure ergo ait Paulus, quia littera occidit; spiritus autem viuificat. Littera occidit exiguam corporis portionem, spiritus intelligens circuncisionem totius animæ corporisque custodit; vt superfluis amputatis, vitia rẽ secentur, & virtutes diligantur. Signum igitur circuncisio corporalis, veritas autem circuncisio spiritualis est. Illa membrum amputat, ista peccatum. Ergo sicut pueris ita Iudæis mandata sua non plena præcepta, sed ex parte, & velut vnã membri sui partem mundam seruare, præcepti sunt, qui totum corpus suum mundum seruare non poterãt. Sabbati quoque ferias vno die in hebdomada celebrare iussi sunt, vt nulli oneri subderentur, quia mundanis operibus absoluti vtinam sic abissent, vt in illud perpetuum futurorum sabbatum sęculorum, nulla secum grauium veherent onera delictorum. Sed quia lubricum populum Deus nouerat, partem infirmioribus dici vnius obseruatione pręscripsit, plenitudinem fortioribus reseruauit, synagoga diem obseruat, ecclesia immortalitatem. In lege legitur portio, in Euangelio autem perfectio est. Populus Iudæorum, ligna portare prohibetur; Hic præcipit Deus diuitibus, vt relinquant ligna sua, vt onus suum futuro incendio incrementum non addat. Tanquam perfectus erudi tus in lege, confirmatus in Euangelio vtriusq; fidem susci pe testamenti. Beatus enim qui seminat super omnem aquam, vbi bos & asinus calcat. Hoc est, qui sequuntur testamenti vtriusque doctrinam. Bos est ille aratorius, iugum legis portans, bos habet cornua plena terroris, Taurus ferociam habet, Asinus mansuetudinem, in vtroque autem hoc vt iusque legis intelligitur differentia.

Execaꝛ.

Li. 1. quæst. ad Simplicianũ. to. 4

Li. 22. contra Faustũ Manichęũ to. 6.

8

2. Cor. 3.

Li. 2. cõtra aduersarium legis & prophetarum.

Isa. 32.

IDEM explicans verba illa; Pax multa diligentibus legem tuam, inquit: Lex vetus non potuit introducere populum in terram promissionis in cœlum. Lex pacem non potuit dare, ideo Moyses, qui illius fuit figura, quoad vixit, semper prælians est. Semper legis populus versatus in ancipiti bellorum est. Iesus autem Naue plebis animos profunda pace composuit: quoniã qui sub lege est agitatur incertis, qui sub Euangelio audit dicentem: Pacem relinquo vobis, pacem meam do uobis.

9

Ser. 21. in psal. 118. to. 2.

IDEM explicans verba illa; Scimus quod lex spiritalis est, inquit: Legem Moysi spiritualem vocat, quæ quia peccare prohibet spiritalis est, quippe cum visibilia atque carnalia coli prohibeat. Hæc ad commendationem legis pertinent, ne culpa digna putaretur, quia seueritatem exercuit in peccatores. Lex spiritualis est, hoc est firma & iusta, & caret culpa. [Infra:] Lex spiritus vitæ, in Christo liberauit me a lege peccati. Lex spiritus vitæ, ipsa est lex Euangelica. Nam & Moysi lex spiritalis est, quia prohibet peccare, non tamen uitæ, quia reis mortis peccata remittere non potest, vt viuificet mortuos. Hæc uerò quia & peccare non uult, & a morte reuocat, lex

10

In c. 7. Epi. ad Roma. to. 3.

Hom. 4. in Exo. vbi loquitur de decem plagis Ægypti. to. 1.

eat, lex spiritus vitæ appellatur, quæ liberat a lege peccati, & mortis.

11 *Li. 1. quæst. ad Simplicianū. to. 4* AVGVSTINVS explicans verba illa Isaiæ 10. Verbum consumans, & breuians faciet Dominus super terram, inquit: Hoc dixit propheta, vt compendio fidei per gratiam saluos faciat credentes, non per innumerabiles obseruationes, quibus illa multitudo seruiliter onerata premebatur. Per gratiam quippe nobis verbum consummans, & breuians fecit super terram, dicens: Iugum meum suaue est, & onus meum leue.

12 *Li. 22. contra Faustū Manichęū to. 6.* IDEM docens illud vulgatum, quod peccatū est dictum, vel factum, vel concupitum contra legē ęternam ait: Lex æterna est ratio diuina, vel voluntas Dei ordinem naturalem conseruari iubens, perturbari vetans. Quisnam igitur sit in homine naturalis ordo quærendum est. Constat enim homo ex anima & corpore. Nulli autem dubium est, animam corpori naturali ordine præponendam. Verum animæ hominis ineſt ratio. Proinde sicut anima corpori, ita ipsius animæ ratio ceteris eius partibus, quas habent & bestiæ, naturæ lege præponitur, in qua ipsa ratione contemplatio præcellit. Nos pro modulo infirmitatis nostræ, secundum æternam legem viuimus, qua naturalis ordo seruatur, si viuamus ex fide non ficta, quę per dilectionem operatur. Homo ergo subdat Deo quod habet commune cum angelis.

13 *Li. 2. cōtra aduersarium legis & prophetarum.* IDEM explicans verba illa 2. Corinth. 3. Quòd si ministratio mortis litteris formata in lapidibus fuit in gloria, &c. quare non magis ministratio spiritus erit in gloria? inquit: Ministrationem mortis vocat Apostolus, legem Moysi, quia littera occidit, spiritus autem viuificat. Lex enim quamuis iusta & sancta & bona, præuaricatoribus intulit mortem, quos Dei gratia non adiuuit ad iustitiam legis implendam. Oportebat enim, vt in testamento veteri lex imponeretur superbis, & de suæ voluntatis virtute fidentibus, quæ non daret iustitiam sed iuberet, ac sic morti præuaricationis impliciti ad gratiam consurgerent, non iubēte tantummodo, sed iuuantem, quæ nouo testamento est reuelata. Legem distinguimus a gratia, eo quòd sub illa elidantur elati, sub ista erigantur elisi, & quod illa in tantum bona sit, vt bona iubeat, hæc in tantum, vt bona conferat, illa iustitiæ facit auditorem, ista factorem. Et ideo sub illa peccator, insuper etiam præuaricator amissa excusatione ignorantiæ conuictus iacet, sub ista verò, & parente, & opitulante, nec quia mala est operatus, extinguitur, & vt bona operetur. Quid ergo mirum, si illa dicta est ministratio mortis, vbi litera occidit malum prohibendo, quod fit, & bonum imperando, quod non fit; ista verò dicta est ministratio spiritus vtique viuificantis, vt a præuaricationis morte surgamus, & iustitiam non reilegamus in tabulis, sed liberi in cordibus, & in moribus habeamus. Hoc est testamentum nouum distans a vetere, quia ibi vetus homo formidinis coarctatur angustijs, hic nouus homo spatiatur latitudine charitatis. [Infra:] Gloria autem vultus Moysi, & claritas dicitur euacuari, quia quæ in vmbris tradita erant Iudæis in veteri testamento, necesse fuit euacuari reuelatione testamenti noui.

Exod. 20.

Isa. 32.

9 Ser. 21. in psal. 118. to. 2.

10 In c. 7. epi. ad Roma. to. 3.

Libertas vera, & dominium, & seruitus in quo consistant, & in quibus reperiantur, & sint.

Cap. IIII.

1 *Hom. 4. in Exo. vbi loquitur de decem plagis Ægypti. to. 1.* DIXIMVS de re hac lib. 4. c. vlt. Quibus adenda sunt hæc, Origenes in primis, inquit: Quòd autem locustarum, in octauo loco fit mentio, puto p hoc genus plagæ, dissidentis semper a se, discordantisq; humani generis inconstantiam confutari. Locusta enim cum regem non habeat, sicut scriptura dicit, vna acie ordinatum ducit exercitum, homines verò cum rationabiles a Deo facti sint, neq; semetipsos ordinate regere potuerunt, neq; Dei regis patienter moderamina pertulere.

2 *Lib. 2. aduersus Iouinianum. to. 2.* HIERONYMVS sic habet; Hebræus in septimo anno liber efficitur. Hoc non de præsenti sæculo dicitur, sed de futuro, quia in sex diebus huius sęculi seruientes, in septimo die, verò & æterno sabbato liberi erimus. Si tamen voluerimus esse liberi, dū adhuc seruimus in sæculo. Si autem noluerimus, perforabitur nobis auricula in testimoniū inobedientię, & cum vxore & liberis nostris, quos prætulimus libertati, ideſt, cū carne, & operibus eius, iugiter seruiemus.

3 *Li. 2. Epistolarū epī stola 7. ad Simplicianū, in qua disputat de vera libertate, et seruitute elegāter. to. 5.* AMBROSIVS sic ait: Hæc epistola de sententijs est Pauli Apostoli, qui nos a seruitute in libertatē vocat, dicens: Pretio empti estis, nolite fieri serui hominum, ostendens libertatem nostram in Christi esse sapientia. Quæ sententia, magno a philosophis fluctuata atq; iactata est disputationis molimine, dicentibus; quia omnis sapiens liber, omnis autem insipiēs seruiat. Vnde tamē hoc plenius hauserit philosophia consideremus. Nonne primus Noe cum aduertisset, quia insipienter filius suus Cham riserat nudatum patrem, maledixit ei, dicens: Maledictus Cham. Seruus erit fratribus suis, & præposuit ei fratres eius Dominos, qui sapienter patris senectutem honorandam putarunt. Nonne etiam fons ille disciplinarum omniū Iacob, vbertatem disputationis eius omnium pectoribus infudit, qui sapientiæ merito prælatus est fratri seniori? Vnde pater pius, qui inter duos alios affectu disceptabat paterno, benedixit Esau, vt seruiret fratri suo, ostendens ita deteriorem esse seruitute insipientiam, vt remedio ei seruitus sit, quia stultus regere se non potest, & nisi moderatorem habeat, præcipitatur propriis voluntatibus. Diligens ergo pater & consulens, seruū eum fratris sui fecit, vt eius regeretur consilio. Imposuit igitur insipienti velut indomito iugum, & cui in gladio suo viuendum dixerat, libertatem negauit, ne temeritate laberetur, præfecit ei fratrē, cuius authoritate, & moderatione subiectus proficeret ad conuersionem. Primo ei iugum imposuit necessitatis, postea benedictionem ei voluntariæ subiectionis impertiuit. Non igitur natura seruum facit, sed insipientia, nec manumissio liberum, sed disciplina. Denique Esau liber natus est, & seruus factus est. Ioseph venditus in seruitutem est, & electus est ad potestatē, vt suis emptoribus imperaret. Vnde pulchre psalmista ait: In seruum venundatus est Ioseph, humiliauerunt in compedibus pedes eius, non animam eius. Quomodo n. humiliata est anima, de qua dicit, ferrū pertransiuit anima eius? Nam cum aliorum animas peccatum transeat (ferrum enim peccatum est, quod est penetrabile.) Ioseph sancti anima, ita non patuit peccato, vt magis peccatum ipsa penetraret. Denique nec herilis illecebræ flexus est delinimento, quia eloquiū Dñi inflammauit eum, quo extinxit ignitas diaboli sagittas. In seruum venundatus est, non seruus factus. Quomodo hic seruus, qui erudiuit principes populi in illa frumentaria dispensatione, vt futuræ inopiæ consulerent, & declinando prouiderent? Aut quomodo seruus, qui totam terram acquisiuit, & vniuersum populum Ægyptiorum in seruitutem redegit? Non fecit ergo eum seruum venditio. Verū si pretium spectes, multos inuenies, qui emerunt sibi puellas formæ elegantiores, quarū amore capti turpi seruitio se dederunt. Deniq; famulo sapiēti multi (vt ita dicā) seruiunt liberi, & est seruus intelligens, qui regat Dominos stultos. Sola est sapientia libera, quę diuitibus, pauperes præficit, & quę seruos proprij fœnerari Dominis facit, fœnerari non pecuniam, sed intellectum: Fœnerati talentū illius dominici æternique thesauri. Liber est ergo qui sapiens est, pretio emptus oraculorū cęlestiū, & sanguinis Christi & gratiæ liber est ille, qui progrediens in bellum, si viderit mulierē bonā a-

Ecclus. 10.

Psal. 104.

Gen. 9.

Isa.55. spectu,& depredatus opes inimicorũ suorum,repertam illic concupierit eam,dempus superfluis,& indumento captiuitatis detracto, in vxorem eam sibi copulauerit,iam non seruam,sed liberam; intelligit.n.famulatui disciplinam non subiacere. Ideoque lex dicit:Non venundabitur pecunia.Ille liber, qui intra se liber est,qui legibus naturæ liber est,legem sciens naturæ præscriptam esse moribus non conditionibus. Vnde vere ait Scriptura;Quia pauperes diuitum præpositi erunt,& priuati vtique administrantium. An tibi liber videtur, qui popularibus auris mouetur? Ille qui reformidat sibi um vulgi? Sed non ista libertas, sed virtutem libertatem esse arbitror, quæ non suffragijs defertur alienis,sed magnanimitate propria vendicatur,ac possidetur. Sapiens ergo liber, quia qui ea facit quæ vult,liber est,si ea bona sint:sunt autem bona quæ sapiens facit. Etenim qui neque cogi potest, neque prohiberi,is nequaquam seruus.Sapientis aũt est,neque cogi,neque prohiberi. Liber igitur est sa-
1. Cor. 9. piens.Apostolus quoque sic definit,dicens: Nõ sum liber?non sum Apostolus?Sed adeo liber,vt cũ subintrassent quidam tentare libertatem eius, nec ad horã (vt ipse ait) cederet subiectioni, vt veritas Euangelij prædicaretur. Liber itaque secundum Apostolum sa-
Gal. 5. piens.Vnde & ipse clamat:In libertatem vocati estis, tantum ne libertatem in occasionem carnis detis.Docuit me tamen Apostolus, quod vltra ipsam libertatem sit,vt & seruire libertas sit.Cum liber, inquit,essem,omnium me seruum feci: vt plures lucrifacerem.
1. Cor. 9. 6 Quid est vltra libertatem,nisi habere spiritum gratię, habere charitatem? Libertas enim liberum facit hominibus,charitas amicum Deo.Bona charitas,de qua dicitur:Per charitatem spiritus seruite inuicem.Seruiuit & Christus,vt omnes liberos faceret. Formam serui accepit, & omnia omnibus factus est, vt omnibus salutem afferret. Est ergo sapienti & seruire libertas. Vnde colligitur,quia stulto & imperare seruitus est, & quod pejus est,cum paucioribus præsit, pluribus dominis & grauioribus seruit. Seruit enim proprijs passionibus,seruit cupiditatibus suis, quarum dominatum,nec nocte potest fugere nec die, quia intra se dominos habet,intra se seruitium patitur intolerabile.Gemina enim seruitus est, altera corporis, animarum altera.Domini autem corporis quidem homines animarum autem malitiæ, & passiones, a quibus sola animi libertas sapientem vendicat, vt seruitio ei liceat exire. Quæramus igitur illum vere sapientem, vere liberum,qui quamuis sub plurium hominum dominatu degat,liber dicit:Mihi autem pro minimo est, vt
1. Cor. 4. a vobis iudicer,aut ab humano die.Qui enim iudicat me,dominus est. Vera libertas hominis spiritualis, quia dijudicat omnia,ipse autem a nemine iudicatur, sed soli Deo se subditum nouit. Quis est qui Sophoclea in medium ferat carmina dicentia:

Iuppiter mihi præest, nullus autem hominum.

Sapiens qui liber est,insurgit quasi victor,debellatis a se ac triumphatis libidinis,timoris,ignauiæ, tristitiæ, ceterisque vitijs, donec ea de possessione suæ mentis eliminet,& omnibus terminis, finibusque suis propulset ac arceat. Dicit iustus, quia nec angustijs, nec
7 persecutionibus,nec fame,neque periculo mortis terretur. Qui verò hæc timet,qui mortem reformidat, quomodo non seruus?Seruit profecto,& miserã quidem seruitutem. Vide quàm seruus. Abscondam me
Gen.4. inquit,& ero vagus & profugus in terra, & quicunq; inuenerit me,occidet me. Itaq; quasi seruus signum accepit,nec sic tamen necem potuit euadere. Seruit igitur peccator formidini,seruit etiam cupiditati,seruit auaritiæ,seruit libidini,seruit iracundiæ,& videtur huiusmodi sibi liber?Sed magis seruit quàm si sub tyrannis positus. Quàm miserum igitur, vt qui nascimur in libertate,moriamur in seruitute [Infra:]Non liber ille,cui dominatur ira,subijcitur enim iugo peccati. Qui facit peccatum,seruus est peccati. Sed ille liber qui potest dicere, omnia mihi licent, sed ego sub nullius redigar potestate. [Infra:] Insipientis in libertate ruina, vehementior est. Recidenda igitur insipienti potestas, non adijcienda libertas est. Seruitus enim ei conuenit. Vnde dicitur: Spinæ nascuntur in manu ebrioſi, seruitus autem in manu imprudentis. Quia sicut ille suis vulneratur poculis,ita insipiens suis factis trahitur in seruitutem. Videbat se Paulus in captiuitatem trahi a lege peccati, & ideo vt liberaretur confugit ad libertatis gratiam. Non sunt igitur liberi insipientes, quibus dicitur: Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. In chamo & fræno maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Deponamus igitur tam grauem seruitutis sarcinam,renunciemus luxuriæ ac deliciis,quæ nos quibusdam astringunt nexibus cupiditatum,& vinculis ligant.Ergo liberati a peccato, quasi pretio empti sanguinis Christi, non subijciamur seruituti hominum,vel passionum.

Ioan.8. 1.Cor.6. Rom.7. Psal.31.

IDEM exponens uerba illa; Et dixit Deus ad 8
Abraham, postquam recessit ab illo Loth, respice oculis, & vide a loco in quo nunc tu es ad Aphricum, & aquilonem,& orientem,& mare,quia omnem terram quam tu vides,tibi dabo inquit: Hinc tanquam a fonte hauserunt Stoici philosophi dogmatis sententiam; omnia sapientis esse. His enim quatuor partibus quas Deus promisit Abrahæ, & semini eius, totus mundus includitur. Hæc cum promisit Deus Abrahæ, quid aliud declarat, nisi sapienti & fideli præsto omnia, deesse nihil? Vnde & Salomon in Prouerbijs ait: Eius qui fidelis sit, totus mundus diuitiarum.Sed forte dicas quomodo sapientis totus mundus? Quoniam ipsa natura dat illi sortem omnium, etiã si ipse nihil possideat. Domina est, & possessor sapientia, quæ sua putat naturæ munera, quoniam in vsum hominum data sunt, nec vllis indiget, etiam si desint ei ad victum necessaria. Cum ad imaginem Dei conditus fuit homo,dictum est ei: Crescite,& multiplicamini,& dominamini in ea,&c.

Li.2.de Abrahã Patriarcha.c. 7 to.7. Gen. 13.

AVGVSTINVS exponens parabolam Mat- 9
thæi 13.de thesauro abscondito in agro, ait: Pretium eius nos sumus, qui ad eam possidendam non sumus liberi, nisi omnibus pro nostra liberatione contemptis, quæ temporaliter possidentur,venditis enim rebus nostris, nullum earum maius accipimus pretium, quam nos ipsos,quia talibus implicati,nostri nõ eramus, vt rursum nos ipsos pro illa margarita demus. Non quia tanti valeamus,sed quia plus dare non possumus.

Li.Quæst. in Matth. to.4.

IDEM explicans verba illa; In libertatem vocati 10
estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem detis carnis,inquit:Ne audito nomine libertatis, impune vobis peccandum esse arbitremini.Sed per charitatem seruite inuicem.Qui enim per charitatem seruit, libere seruit,cum amore faciendo quod docetur, non cum timore quod cogitur.

Expost.in epist.ad Galat.

IDEM inquit: Iustis quicquid malorum ab ini- 11
quis Dominis irrogatur, non est pœna criminis, sed virtutis examen. Proinde bonus etiam si seruiat,liber est,malus autem etiam si regnet, seruus est, nec vnius hominis,sed quod est grauius, tot dominorum quod vitiorum. De quibus vitijs,cum ageret Scriptura diuina;A quo enim,quis inquit,deuictus est, huic & seruus addictum est.

Li.4. de ciuit. Dei. c. 3. to.5. 2.Pet.2.

IDEM loquens de peccato superbiæ,ait:Propter 12
hoc uitium dedignantur colla subdere iugo Christi, obligati arctius iugo peccati. Non enim seruire non eis continget, nam nolunt seruire, sed eis expedit seruire. Nolendo seruire nihil aliud agunt, quam vt bono domino non seruiant. Non vt omnino non seruant, quia qui noluerit seruire charitati, necesse est,vt seruiat iniquitati.

In Ps.118. to.8.

IDEM

15 IDEM explicans illa verba; Auertisti captiuitatem Iacob inquit: Quæ est ista captiuitas vnde nos quærimus liberari? Puto enim neminem nostrum modo esse apud Barbaros, neque aliquam gentem irruisse armatam, & captiuos duxisse nos. Sed modo ostendo quandam seruitutem in qua gemimus, & aqua quærimus liberari. Paulus illam dicit, cum ait: Condelector legi Dei secundum interiorem hominem. Intus me delectat lex Dei. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, agnouimus enim captiuitatem. Quis nostrum est, qui nolit se de ipsa captiuitate liberari? Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum. De hac gratia hic dicitur Christo Domino: Auertisti captiuitatem Iacob. Attendite captiuitatem Iacob, attendite quia hoc est, auertisti captiuitatem nostram, non liberando a Barbaris, in quos non incurrimus, sed liberando nos ab operibus malis a peccatis nostris, per quæ nobis Satanas dominabatur. Si quis enim liberatus fuerit à peccatis, non habet vnde ei dominetur princeps peccatorum. Ista liberatio captiuitatis spiritualis est, intus agitur. Remisisti, inquit iniquitatem plebis tuæ, operuisti omnia peccata eorum. Ecce vnde auertit captiuitatem, quia remisisti iniquitatem, iniquitas tenebat captiuum, remissa iniquitate liberaris. confitere ergo re esse in captiuitate, vt dignus sis liberari. Nam qui hostem suum non intelligit, quomodo inuocat liberatorem?

In Psal. 84. *Rom. 7.* *Rom. 7.* *Psal. 31.*

14 IDEM explicans verba illa; Seruite Domino in lætitia, sic habet: Omnis seruitus amaritudine plena est, omnes conditione seruili obligati & seruiunt, & murmurant. Nolite timere illius Domini seruitutem; non erit tibi gemitus, non murmur, non indignatio. Nemo se petit inde venalem, quia dulce est, quod redempti omnes sumus. Magna fœlicitas est fratres, esse in ista domo magna seruum, etsi cum compedibus. Noli timere serue compedite, confitere Domino. Meritis tuis attribue compedes tuos; confitere in compedibus tuis si vis, vt in ornamenta vertantur. Non frustra nec sine exauditione dictum est: Intret in conspectu tuo gemitus compeditorum. Seruite Domino in iucunditate. Libera seruitus est apud Dominum, libera seruitus vbi non necessitas, sed charitas seruit. Vos, inquit, in libertatem vocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem carnis detis, sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Seruum te charitas faciat; quia liberum te veritas fecit. Si manseritis in verbis meis: vere discipuli mei eritis, & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Simul es & seruus, & liber. Seruus, quia factus es, liber, quia amaris a Deo, a quo factus es. immo etiam inde liber, quia amas eum, a quo factus es. Noli seruire cum murmure: non enim id agunt murmura tua, vt non seruias, sed vt malus seruus seruias. Seruus es Domini, libertus es Domini, non te sic quæras manumitti, vt recedas de domo manumissoris tui.

In Psal. 99. *Psal. 78.* *Galat. 5.* *Ioan. 8.*

15 IDEM exponens verba illa; Ordinatione tua perseuerat dies, quoniam omnia seruiunt tibi, inquit; Omnia, quę pertinent ad hunc diem seruiunt tibi. Im pij quippe, sed quibus dicitur: Nocti similaui mater vestram: non seruiunt tibi. Deinde respexit vnde liberaretur hæc terra, vt fundata permaneat, atque subiecit: Nisi quod lex tua meditatio mea est; tunc forte perijssem in humilitate mea.

Concione 21. in Psal. 118. *Osee 4.*

16 IDEM exponens verba illa; Si filius vos liberauerit, verè liberi eritis, inquit: Qui facit peccatum, seruus est peccati. O miserabilis seruitus. Plerunque homines, cum dominos malos patiuntur, venales se petunt, non quærentes Dominum non habere, sed talem mutare. Seruus peccati quid faciat? Quem interpellet? Apud quem se venalem petat? Deinde seruus hominis aliquando sui domini duris imperijs fatigatus, fugiendo requiescit. Seruus peccati quo fugit? secum se trahit; quocunque fugerit. Non fugit seipsam mala conscientia, non est quo eat, sequitur se, imò nō recedit a se, peccatum enim quod fecit intus est. Ad Christum oēs fugiamus, contra peccatum, Deum liberatorē interpellemus; venales nos petamus, vt eius sanguine redimamur. Dicit enim Dominus: Gratis venundati estis, & absq; argēto redimemini, sine pretio scilicet vestro, quia meo. Liberat ergo ab hac seruitute solus Dominus, qui illam non habuit ipse de illa liberat; solus enim venit sine peccato, nā paruuli nōdum ambulant, & iam sūt compediti, traxerunt.n. de Adam qđ soluatur a Christo. Non hēt Deus liberos inimicos, necesse est serui sint, & serui remanebunt, nisi ab illo liberentur, cui peccando inimici esse voluerunt. [Infra:] Si filius vos liberauerit: tunc vere liberi eritis. Hęc spes nostra est fratres: vt a libero liberemur, & liberando seruos nos faciat. Serui enim eramus cupiditatis; liberati serui efficimur charitatis. Nō ergo dicat Christianos; liber sum, in libertatē vocatus sum, seruus eram, sed redemptus sum, & ipsa redēptione liber effectus sum, facia qđ volo, nemō me prohibeat a voluntate mea si liber sum, sed si ista voluntate peccatum facit, seruus est peccati. Noli ergo libertate abuti ad libere peccandū; sed vrere ad non peccandū, erit enim voluntas tua libera si fuerit pia, eris liber si fueris seruus, liber peccati seruus iustitiæ, dicēte Apostolo: Cum serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ, nunc autem liberati a peccato, serui autem facti Deo habetis fructum vestrum in sanctificationem, finem vero vitam æternam. Hoc conemur, vt id agamus. Prima libertas est, carere criminibus. Quemlibet valde iustum discutias in hac vita, non est tamen sine peccato dicente Ioanne: Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus. Crimen autem est peccatum graue, accusatione & damnatione dignissimum. Prima ergo libertas est carere criminib. & cū cœperit ea nō habere Xpianus, incipit caput erigere ad libertatē. Sed ista, inchoata est, nō pfecta libertas? Quare nō est perfecta libertas? Quia inuenio aliā legē in mēbris meis repugnantē legi mentis meæ. Caro concupiscit aduersus spūm & spūs aduersus carnem, vt non ea quæ vultis illa faciatis, ex parte libertas, ex parte seruitus, nondum tota, nondum pura, nondum plena libertas; habemus enim ex parte infirmitatem, ex parte accepimus libertatem, ex qua parte seruimus Deo liberi sumus, ex qua parte seruimus legi peccati, adhuc serui sumus. Vnde dicit Apostolus, quod dicere cœperamus, condelector legi Dei secundum interiorem hominem, ecce vnde liberi, vnde condelectamur legi Dei. Libertas enim delectat, nam quandiu timore facis q̄ iustū est, non Deus te delectat, quandiu adhuc seruus facis, non te delectat, delectet te & liber es. Video autem aliam in membris meis. Ex hac parte sentit captiuitatem, vbi non est impleta iustitia, nam vbi condelectatur legi Dei, non captiuus, sed legis amicus est, & ideo liber, quoniam amicus. Sed tunc vere liberi eritis, quando perfecta libertas, quando nouissima inimica destruetur mors.

In Psal. 18. to. 8. *Tract 41. in Ioan. to. 9.* *Ioan. 8.* *Rom. 7.* *Galat. 5.* *Rom. 7.*

IDEM explicans verba illa; Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, vt non dominetur mei omnis iniustitia, sic habet: Ab huius pessimæ dominæ dominatu, pretioso sanguine redempti sumus. Ego carnalis sum venundatus sub peccato. Noli ergo mirari, ò venundate sub peccato, si tibi dominatur, cui es venundatus. Contra talem dominam inuocamus Dominum, cum dicimus; Gressus meos dirige secundum eloquium tuum, vt non dominetur mei omnis iniustitia. Ipse homo se vendidit per liberum arbitrium, sed dominante iniquitate; & accepit pretium exiguum, de arbore vetita voluptatem. Vendidi me arbitrio meo, redime me sanguine tuo. [Infra:]

18 *Ser. 12. de verbis Apostoli. to. 10. Ps. 118. Rom. 7.*

Rom.6. Non dominetur mei omnis iniustitia. Hoc est, quod dixit Apostolus: Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. Quid est non regnet? obediendo desiderijs eius. Non dixit, noli habere desideria mala. Quomodo enim in hac carne mortali, vbi caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, nō habeo desideria mala? illud ergo fac, non regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desiderijs eius. Et si sunt desideria non eis obediatur, ne iniquitas dominetur. Non fiant membra tua arma iniquitatis peccati, & non dominetur tibi omnis iniquitas.

19 GREGORIVS exponens verba illa Iob c. 36.
Li 30 moral c. 12. to 2. Quis dimisit onagrum liberum in solitudinem, & vincula eius quis soluit? sic habet: Onager, qui in solitudine commoratur, non incongrue vitam eorum significat qui remoti a turbis sæcularibus conuersant. Qui Qui apte etiam liber dicitur, quia magna est seruitus sæcularium negotiorum, quibus mens vehementer atteritur, quamuis in eis sponte desudet. Cuius seruitutis conditione carere est, in mundo iam nil concupiscere. Quasi enim quodam iugo seruitutis premunt prospera dum appetuntur, premunt aduersa dum formidantur. At qui semel a dominatione desideriorum temporalium colla mentis excusserit, quadam iam etiam in hac vita libertate perfruitur, dum nullo desiderio fœlicitatis afficitur, nullo aduersitatis terrore coarctatur. Hoc graue seruitutis iugum Dominus vidit sæcularium ceruicibus impressum, cum di-
Matt. 11. ceret: Venite ad me oēs qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim meum suaue est, & onus meū leue. Asperum quippe iugum & duræ, sicut diximus, seruitutis, pondus est subesse temporalibus, ambire terrena, retinere labentia, velle stare in non stantibus, appetere quidem trā-
20 seuntia, sed cum transeuntibus nolle transire. Dum. n. contra votum cuncta fugiunt, quæ prius mentem ex desiderio adeptionis affixerant, post ex pauore amissionis premunt. Liber ergo dimittitur, qui calcatis terrenis desiderijs, ab appetitione rerum temporalium, securitate mētis exoneratur. Et vincula eius quis soluit? Subaudis, nisi ego. Soluuntur vero vniuscuiusque vincula, dum diuino adiutorio, interna desideriorum carnalium retinacula dirumpuntur. Cum enim pia intētio ad cōuersionem vocat, sed adhuc ab hac intentione carnis infirmitas reuocat, quasi quibusdam vinculis anima ligata præpeditur. Multos enim sæpè videmus vitam quidem sanctæ conuersationis appetere, sed ne hanc assequi valeant, modo irruentes casus, modo futura aduersa formidare. Qui ĩcerta mala dū quasi
Prou. 15. cauti prospiciunt, in peccatorum suorum vinculis, incauti retinentur. De quibus bene per Salomonem dr: Iter pigrorum, quasi sepes spinarum. Nam cum viam Dei appetunt, eos velut spinæ obstantium sepium, sic formidinum suarum oppositæ suspiciones pungunt. Quod quia electos prepedire nō solet, bene ibi adiungitur; Via iustorum absque offendiculo. Soluit itaque Deus onagri vincula, quando ab electi vniuscuiusque animo, infirmarum cogitationum nodos rumpit, & propitius dissipat, omne quod illectam mentem ligabat.

Libri in sacra Scriptura dicuntur creaturæ, in quibus Deum legimus. Cap. V.

1 BASILIVS inquit: Vniuersa hæc mundi moles perinde est, ac liber litteris exaratus, palam con-
Ho. 11. in Hexamerō to. 1. teitans ac deprædicans gloriam Dei, illiusque augustissimam maiestatem, arcanam alioqui & inuisibilē, abunde enuncians tibi intellectuali creaturæ, quate-
2 nus ad cognitionem attinet veritatis.
Hom. 9. ad pop. to. 1. CHRYSOSTOMVS Quærendum est ait cur post tot annos æditæ sint scripturæ. Non enim Noe tempore, & Abrahā sed Moysi liber hic traditus est. Et multos audio dicentes, quod si vtilis erat, ab initio datum esse oportebat, si vero inutilis erat, neq; posthæc oportebat dari. Sed vana hęc ratiocinatio, non. n. omnino, si quid postea vtile est futurum, ab initio tradi debet. Neq; si quid à principio datum est, hoc omnino debet & postea manere. Quoniam & lac vtile, sed tñ non continue datur, sed pueris tantum nobis datur. Et solidum nutrimentum vtile, sed nemo nobis ipsum in principio tradit, sed postquam puerile fuerimus ætatem egressi. Rursus æstas vtilis, sed non semper apparet, & hyems commoda, sed & hæc transit. Quid igitur, inquis, scripturæ non sunt vtiles? vtilissimæ nempe, & admodū necessariæ. Et si vtiles, inquis, qua de causa non sunt traditæ nobis ab initio? Quia non per litteras, sed per res Deus hominum naturam docere volebat. Quid tandem est per res? per ipsam creaturam. In hanc enim sententiam incidens Apo- *Rom.1.*
stolus: Et in gentiles intendens dicentes, Non ab initio Dei cognitionem ex scripturis didicimus, vide quomodo respondet. Cum enim dixisset, reuelatur ira Dei de cęlo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniustitia detinent, & vidissent obiectionem sibi occurrentem, & multos contradicturos, vnde gentiles Dei veritatem cognouissent, intulit dicens: Quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Et quomodo manifestum est illis? Quomodo Deum videre poterāt? Quis 3
ostēdit dic? Deus enim illis manifestauit, inquit; Quo pacto? Quem prophetam mittens? quem Euangelistam? quem doctorem, si scripturæ nondum erant? inuisibilia enim ipsius, inquit, a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius & diuinitas. Quod autem dicit tale est; Ante omnium oculos creaturam in medio proposuit, vt ex operibus Creatorem conijciāt. Quod 6
quidem & alius dicebat; Ex magnitudine & pulchri- *Sap. 13.*
tudine creaturarum proportionabiliter earum auctor consideratur. Vidisti magnitudinem? considera potentiam conditoris cum admiratione. Vidisti pulchritudinem? sapientiam obstupesce. Quod & propheta demostrans dicebat: Cęli enarrant gloriam Dei. Quo- *Psal. 18.*
modo igitur narrant dic mihi? Vocem non habent, os non possident, ipsis non est lingua, quomodo igitur narrant? Per ipsum aspectum. Cum enim videris pulchritudinem, magnitudinem, celsitudinem, situm, formam per tantum temporis permanere, tanquam vocem audiens, adoras eum, qui tam pulchrum, & ad mirabile corpus creauit. Tacet cęlum, sed ipsius aspectus vocem tuba clariorem emittit, per oculos, nō per aures nos docens. Hic enim sensus a natura est illo certior, & manifestior. Si enim per libros docuisset & literas, literarum quidem peritus scripta didicisset, ne sciens verò, nihil inde adiutus abijsset, si quis alius nō induxisset. Et diues quidem librum emisset, pauper autem emere non potuisset. Rursum vocem quidem illam per litteras significatam, sciens intus positam nosset. At Scytha & Barbarus, & Indus, & omnes lingua carentes, illa nihil docti abijssent. Hoc autem de 4
cęlo discere datur. Sed Scytha, & Barbarus, & Indus, & Ægyptius, & omnis homo super terram vadens, hanc vocem audiet, non enim per aures, sed per oculos in mentem incidit nostram. Visibilium autem participatio eadem, neq; differens sicut linguarum. In hunc pariter librum, & idiota, & sapiens pariter intueri poterunt, & pauper & diues, & quocunque 7
quis venerit, in cęlum respiciens sufficientem capiet *Psal. 23.*
doctrinam ex aspectu, quod quidem & ipse propheta innuens, & demonstrans quòd vocem creatura Barbaris emittit, & Græcis, & omnibus vniuersaliter hominibus sic intelligi facilem dicebat: Non *Psal. 135.*
sunt loquelæ, neq; sermones, quorum non audiantur voces eorum. Quod autem dicit tale est? non est gēs,

neque

neque lingua, quæ hanc vocem intelligere non possit. Sed talis est ipsorum vox, vt ab omnibus hominibus audiri possit, nec cœli tantum, sed & diei, & noctis. Et quomodo diei, & noctis? Illud enim & per pulchritudinem, & per magnitudinem, & per alia omnia spectatores percellit, & in ipsius creatoris admirationem immittit. Dies verò & nox, quid nobis ostentare possunt? Huiusmodi quidem nihil. Alia verò docent non inferiora. Cum enim cogitaueris quomodo totum per annum distribuûtur, & tanquam in libra & bilance totius spatij longitudinem diuiserunt, eum qui ordinauit admiraberis. Velut enim sorores quædam paternam hæreditatem partitæ, cum charitate multa nullo modo inter se sibi calumniantes, sic & dies & nox, cũ omni diligentia annum æquitate tanta distribuunt, & proprios conseruant fines, nec vnquam alteram altera pellit. Nũquam igitur hyeme dies fuit longa, sicut nunquam æstate longa fuit nox tot præteritis generationibus, sed in eodem interuallo, & longitudine, neque modicum, nec dimidiam horam, nec oculi momentum, altera quam altera plus habuit. Propterea & psalmista ipsius æqualitatem admiratus clamabat, dicens: Nox nocti indicat scientiam. Si hæc meditari scias, sic admiraberis eum qui ab initio hos immobiles terminos statuit. Et considera mihi legislatoris sapientiam. In hyeme longam noctem esse iussit; quando molliora semina, & magis frigescere indigentia, nec calidiorem radium tolerant, postquam verò aucta fuerint, vnà cum ipsis crescit rursus dies, & tunc fit longior, quando iã viget fructus. Hoc verò non seminibus, tantum, sed etiam corporibus opportunum. Quoniam enim hyeme, nauta, gubernator, & viator, miles, & agricola multum domi sedent, gelu constricti, & ocij tempus est in hyeme, plus temporis in nocte impendi Deus constituit, ne diei longitudo superflua sit nihil hominibus facere valentibus. Quis anni partium ordinem dicere possit, quomodo cum multa ratione sese subsequuntur, & paulatim. Non ab hyeme nos excipit æstas, nec ab ipsa statim hyems, sed medium ver interpositũ est, ita vt quietè & paulatim succedentibus, densata corpora nostra æstati fine tristitia adducat, quoniam enim collatæ in contrarium mutationes, nocumentum & morbum pariunt extremum, dispensauit Deus ab hyeme quidem vernos excipere, a vere porro æstatem, ab æstate autumnum, & sic hyemi transmittere. Itaque innocuæ & procedentes paulatim mutationes, ex contrarijs horis per media nobis eueniunt. Habeo quid dicam & his maius, non enim magnitudo tantum, & pulchritudo, sed & ipsæ creationis modus, omnium moderatorem demonstrat. Condenti, & creanti omnia ab initio non aderamus, neque quomodo fiebant scire poteramus, etsi præsentes essemus inuisibili virtute cuncta componente, ipsum creationis modum, optimum nobis magistrum esse fecit, supernaturali consequentia componens omnia quæ fiebant. Forte quod dixi obscurum est, dicam clarius. Omnes vtique annuerent, quod naturæ consequentia est, aquam super terram, & non terram ab aquis ferri. Terra quippe cum sit densa, & aspera, & reuerberãs, & continua, facile potest aquarum naturam sustinere; aqua verò cum liquida sit, & mollis, & diffluens, & omnibus cedens occurentibus, nullum corpus vnquã sustinere valeret, etiam si leuissimum sit. Nam sæpe lapillo incidenti paruo, cedit, & refugit, ipsumq; ad profundum dimittit. Cum videris igitur non lapillum paruũ, sed terram omnẽ super aquas ferri, neque submergi, admirare potentiam supra naturam, hæc mirabiliter operantem. Et vnde hoc manifestum quod terra super aquas fertur? Ipse super maria fundauit eum, ait Prophera, & super flumina præparauit eum; & rursum: Qui fundauit terrã super aquas. Quid dicis? Lapillum exiguum aqua in superficie ferre non potest, & terram tantam gerit, & montes, & colles, & vrbes, & plantas, & viros, & bruta, & non submergit. Et quid dico, non submergit? Quomodo inferius, circunstante sibi aqua, tanto tempore non est dissoluta, & lutum omnia facta sunt? Si enim lignorum natura parum temporis aquis immoretur, corrumpitur, & dissoluitur. Quid dico lignorum natura? Quid ferro validius esse possit? Sed & hoc sæpe molliscit, cũ semper in aquis maneat. Igitur & ferrum quidem molliscit, & ligna marcescunt, & lapides corrumpuntur aquarum natura, terræ verò magnitudo, tanto tempore aquis imposita, non est submersa, nec dissoluta, nec perdita. Et quis hæc non obstupescat, & superadmiretur, & cum fiducia semper dicat, non esse naturæ opera, sed prouidentiæ naturam excedentis? Propterea qui dam dicit: Qui suspendit terram super nihilo. Alius quidam verò: in manu ipsius fines terræ. Item super maria fundauit eam. Et hæc quidem contraria esse videntur, multam tamen habent consonantiam. Qui enim dixit, super maria fundauit eam, idem dixit cum eo qui ait: quod super nihilo terram suspendit. Super aquas enim consistere æquale est, & super nihilo suspendi. Vbi igitur suspensa, & statuta est? audi eundem dicentem: In manu ipsius fines terræ. Non quod manus habeat Deus, sed vt discas, quod ipsius potentia omnibus prouidens, ipsa est quæ corpus terræ continet, & portat.

Rom. 1.
Psal. 18.
Sap. 13.
Psal. 18.
Psal. 23.
Psal. 135.
Iob 26.
Psal. 94.
Psal. 23.
Psal. 94.

AVGVSTINVS exponens verba illa psalmi 130. Extendens cœlum sicut pellem, inquit: Cœlum intelligitur per figuram libri legis, & hoc est, extendens cœlum sicut pellem, si extenditur sicut pellis, tanquam liber est extensus, vt legatur. Transacto autem tempore hoc, cum venerimus ad illam sapientiam, quæ implet corda & mentes intuentium, non opus erit, vt aliquid ibi nobis legatur, quia illa lex veritatis fixa permanens inebriat corda videntium, quia in lumine eius videbimus lumen. Modo ergo lectio necessaria est, quandiu ex parte cognoscimus, ex parte prophetamus, cum autem venerit quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Non enim liber necessarius erit, neque legemus in illa ciuitate Hierusalem. Cum transeunt tempora necessitatis librorum, fit quod scriptum est, cœlum plicabitur, vt liber. Modo vis cogitare cœlum librum Dei cogita. 8

in Psal. 93. to. 8.
Psal. 35.
1. Cor. 13.
Isa. 14.

GREGORIVS explicans verba illa Iob. 35. c. Suspice cœlum, & intuere, contemplare a terra, quòd altior te sit, inquit: Si vigilãter exteriora conspicimus, per ipsa eadem ad interiora reuocamur. Vegilitia quippe creatoris nostri sunt mira opera visibilis creaturæ. Ipsum namque adhuc videre non possumus, sed iam ad eius visionem tendimus, si eum in his quæ fecit miramur. Eius ergo vestigia creaturam dicimus, quia per hæc quæ ab ipso sunt, sequendo imus ad ipsum. Vnde Paulus ait: Inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius virtus & diuinitas. Vnde & in libro sapientiæ scriptum est: Per magnitudinem enim creaturæ; & speciem, potest intelligibiliter creator videri. Menti enim nostræ peccato suo exterius sparsæ nec dum Deus sicut est inferius innotescit, sed dum facturæ suæ decus foris proponit, quasi quibusdam se nobis nutibus innuit, & quæ intus sequimur ostendit, ac miro modo ipsis formis exterioribus nos ad interiora perducit, innuit immensa admiratione quod est, mira hæc exterius ostendo quæ non est. Hinc enim de sapientia scriptum est: In vijs ostendit se illis hilariter, & omni prouidentia occurrit illis. Viæ quippe ad creatorem sunt opera considerata creatoris. Quæ dum facta cernimus, potentiam factoris miramur. In istis vijs a sapientia omni nobis prouidentia occurritur, quia factoris nobis virtus inquirẽda proponitur in omne quod mirabiliter factum videtur, & quocunque se verterit anima, sic vigilanter intendit, in ijsdem ipsis Deum inuenit, per quæ reliquit, eiusque potentiam ex eorum consideratione cognoscit, quorum amore deseruit, & per quæ peruerse cecidit, per 9

Li. 26. Moral. c. 8.
Rom. 1.
Sap. 13.
Sap. 6.
10

per hæc conuersa reuocatur. Vbi enim lapsi sumus, ibi incumbimus vt surgamus, & quasi ibi surgendo manum considerationis figimus, vbi pedes amoris lubrici corruentes negligendo iacebamus. Quia enim ab inuisibilibus per visibilia cecidimus, dignum est, vt ad inuisibilia, ipsis rursum visibilibus innitamur, vt quo casu anima venit ad intima, eo gradu reuertatur ad summa, atque eijsdem, quibus corruit passibus surgat, & illa nos ad Deum bene considerata reuocent, quæ nos ab eo mala electa diuiserunt. Ipsis rebus creatis, atque corporeis agnoscimus, quantum a creatoris nostri sublimitate distamus, quia per omne quod cernimus, esse humiles admonemur, vt quasi quædam sit lectio mentis nostræ species considerata creaturæ.

Lingua vtendum in eum finem ad quem data est. Cap. VI.

1 ORIGENES explicans verba, quæ dixit Dominus Moysi; Ego aperiam os tuum, & instruam te quæ oporteat te loqui, inquit: Beati sunt, quorum Deus os aperit, vt loquantur. Prophetis Deus aperit os, & replet illud eloquio suo, sicut in præsenti dicit: ego aperiam os tuum, & instruam te quæ oporteat te loqui. Sed & per Dauid dicit Deus: dilata os tuum, & implebo illud. Similiter & Paulus dicit: vt detur mihi sermo in adapertionem oris mei. Eorum ergo qui verba Dei loquuntur, os Deus aperit. Vereor tamen ne sint aliqui, quorum contrario os diabolus aperiat. Nam qui loquitur mendacium, certum est, quia diabolus aperiat os eius, vt mendacium loqueretur. Qui falsum testimonium dicit, qui scurrilitates, ac turpitudines, ac cetera huiusmodi de ore suo proferunt, diabolus aperuit os eorum. Vereor ne & susurronum, & detractorum os diabolus aperiat, sed & eorum qui ociosa verba proferunt. Sed sicut Deus aperit os sanctorũ, ita puto, quòd & aures sanctorum Deus aperiat ad audienda verba diuina. Sic enim dicit Isaias Prophetа: Deus aperuit mihi aurem, vt sciam quando oporteat dici verbum. Sic & oculos aperit Dominus, sicut aperit oculos Agar, & vidit puteum aquæ viuæ. Sed & Eliseus Propheta dicit: Aperi Domine oculos pueri huius, vt sciat quia plures nobiscum sunt, quàm cum aduersarijs. Et aperuit, inquit, Dominus oculos pueri, & ecce totus mons plenus erat equitibus. Aperit ergo (vt diximus) Deus & os, & aures, & oculos, vt vel loquamur, vel cernamus, vel audiamus, quæ Dei sunt.

Hom. 3. in c. 3. Exodi to. 1.
Psal. 80.
Ephes. 6.
Isa. 50.
Gen. 21.
4. Reg 6.

2 IDEM explicans verba illa; Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium, ait: Lex volens nos aperire os ad verbum Dei, præcepit dicés? Loqueris hæc sedens in domo, & pergens in via, & iacens, & surgens. Sed & Salomon in Prouerbijs simile aliquid breui commonitione distinguit dicens: Aperi os tuum verbo Deo. Similiter etiam nunc Prophetа nos docet, cum dicit: Os iusti meditabitur sapientiam. Reuera enim nec debet aliud procedere de ore iusti, nisi sapientia. Si igitur Christum semper loquamini, si semper eius verba meditemini, si præcepta eius in ore teneatis, digne os vestrum meditabitur sapientiã. Beatus ergo qui os suum aperit verbo Dei, & in psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus, vel in oratione, & honore Dei frequenter aperit os suum. Est enim hæc non parua sapientiæ meditatio, vt per hoc inueniatur semper os iusti meditari sapientiam. Et lingua eius loquetur iudicium. Duplici modo lingua iusti intelligitur loqui iudicium, siue pro eo quod omnia recto iudicio, & cum deliberatione & cum consilio loquitur quæ loquitur, & nihil per iracundiam, nihil vt hominibus placeat, nihil ex tristitia, nihil lex metu, quę singula solet, vtique non integrum hominibus seruare iudicium, vel certe quòd semper de futuro iudicio loquitur iustus, vt commonens semper, vel semetipsum, vel qui se audiunt de futuri iudicij metu, & de supplicijs, quæ præparata sunt peccatoribus, de futura examinatione, sed & de repromissionibus sanctorum, quæ præparatæ sunt eis a Deo, & semetipsum saluum faciat, & eos qui se audiunt: & hoc modo complebitur, quia lingua iusti loquetur iudicium: lex Dei eius in corde ipsius. Non solum in ore iustus meditabitur sapientiam, & lingua loquetur iudicium, sed & in corde suo legem Dei gerit, quia lex, velut radix quædam in profundo cordis posita, germinat verba iustitiæ, verba sanctitatis, quæ profert iustus de corde suo, & non solum verbum, verum & actus etiam, & gesta. Ne de nobis dicatur, quod de Iudæis scriptum est: populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longe est a me. Quæ omnia sic custodierimus de nobis, dicetur, quod subditur: & non supplantabuntur gressus eius.

Hom. 5. in Ps. 36. to. 2.
Prou. 31.
Deut. 6.

HIERONYMVS exponens verba illa, Eructauit cor meum verbum bonum, sic habet: Ructus proprie dicitur degestio cibi, & concoctarum escarum in ventum efflatio. Quomodo enim iuxta ciborum qualitatem de stomacho ructus erumpit, & boni, vel mali, odoris flatus indicium est, ita interioris hominis cogitationes verba proferunt, & ex abundantia cordis os loquitur. Iustus comedens replet animam suam. Cumque sacris doctrinis fuerit satiatus, de boni cordis thesauro proferet ea quæ bona sunt, & cum Apostolo loquitur: An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Christus? [Infra:] Eructauit cor meum, in laudes Dei, sermonem meum ipsi potissimum consecraui. Debeo ergo & linguam meam, quasi stylum, & calamum præparare, vt per illam in corde, & auribus audientium scribat Spiritus sanctus. Meum enim est, quasi organum præbere linguam, illius quasi per organum sonare, quę sua sunt. Ideo ait: lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Pro quo nos interpretati sumus, lingua mea stylus scribæ velocis.

4 *In epist. ad Principiã. in qua explicat Psal. 44. tom. 3.*

AVGVSTINVS magnificiens salutationem istam, Deo gratias, ait: Quid melius, & animo geramus, & ore promamus, & calamo exprimamus, quàm Deo gratias? Hoc nec dici breuius, nec audiri lætius, nec intelligi grandius, nec agi fructuosius potest.

5 *Epi. 77. quæ est ad Auxilium. to. 2.*

IDEM, est hæc sententia, vera confessio est benedicentis, cum idem sonus est, & oris, & cordis. Bene autem loqui, & male viuere, nihil aliud est, quam se sua voce damnare.

6 *In lib. sententiarũ, quæ decerptæ sunt ex Aug. to. 3.*

IDEM exponens verba illa: Lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam, inquit: Et cuius lingua durat meditari tota die laudem Dei? Suggero remedium, vnde tota die laudes Deum, si vis. Quicquid egeris, bene age, & laudasti Deum. Quando cantas hymnum, laudas Deum. Lingua tua quid agit, nisi laudet conscientia tua? Et quoties tu cessasti ab hymno cantando, discedis, vt reficiaris, noli inebriari, & laudas Deum. Discedis, vt dormias, noli surgere ad malefaciendum, & laudasti Deum. Negocia agis, noli fraudem facere, & laudasti Deum. Agrum colis, noli fraudem facere, & laudasti Deum. In innocentia operum tuorum, præpara te ad laudandum Deum tota die.

7 *Conc. 2. in Ps. 34. n. 8*

IDEM exponens verba illa: Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labijs meis, inquit: Non dixit clausturum continentiæ, sed ostium, ostium aperitur, & clauditur. Ergo si ostium est, & aperiatur, & claudatur. Aperiatur ad confessionem peccati, claudatur ad excusationem peccati. Ita enim erit ostium continentiæ, non ruinæ. Quid enim nobis prodest hoc ostium continentiæ? vt non declines, inquit, cor meum in verba malitiæ.

8 *In Ps. 140*

Lingua frænanda est ad omnibus, & in omni loco, maxime autem a fœminis, & in mensa. Cap. VII.

1 *Iob. 3. in Iob 10. 2.*

ORIGENES in vltimis verbis exponens verba illa; Post hæc aperuit Iob os suum, sic habet: Hæc verba dixit, quia omni rei tempus sub sole, tempus tacendi. Tacuimus (inquit) o viri vsq; ad tempus: loquamur nunc in tempore. Hæc itaq; dicens, aperuit Iob os suum. Persarum (inquiens) ac Medorum, atq; Caldæorum regna, & gentes omnes pariter pusilli, & magni, cum manducauerint, non loquuntur; cum biberint, non fermocinantur, maximam notam irrationabilitatis, hanc esse æstimantes, si manducans quis loquatur: vel bibens concionetur. Idcirco in escis ac potibus, os non aperiunt ad loquendum, neque qui ministrant, neque quibus ministratur, sed nutibus, omnibus ministrantibus præcipiunt. Hanc consuetudinem pro mandato a prioribus accipientes, & uelut legem, hanc cum sollicitudine obseruantes: & qui hanc violauerit, tanquam maxima transgrediens iura, torquetur.

2 *Hom. 1. in Ps. 38.*

IDEM explicans verba illa; Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea, sic habet: Quoniam multorum peccatorum initium, humanus est sermo, & os nostrum multis malis ministrat, & valde difficile est inuenire hominem, qui vna saltem hora os suum & linguam suam custodiat a peccato, ait: dixi custodiam vias meas. Mihi ipsi dixi, & infra me locutus sum: & hæc addidi. Si uolo seruare vias meas, vt non peccem, hoc modo seruare possum, si custodiam linguam meam. Ex verbis enim (inquit) tuis iustificaberis: & ex verbis tuis condemnaberis. Posui ori meo custodiam. Alibi scriptum est: omni custodia serua cor tuum, hic autem posui ori meo custodiam. Et iterum alibi scriptum est: Vide circunduc septem spinarum circa possessionem tuam. Et iterum: pecuniam tuam, & aurum tuum alliga, & ori tuo facito ostium, & seram: & verbis tuis iugum, & stateram. Ego arbitror, quòd obseruatio horum mandatorum, obseruantem, & mansuetum faciat, & beatum: non solum rerum exitus, verum etiam ipsa obseruantia. Dum enim semper obseruat os suum, & linguam custodit, ne prius sermonem proferat quam discutiat, & pertractet apud semetipsum, si oporteat dici, si sermo talis est qui debeat proferri, si persona talis, quæ aut debeat, aut possit audire, si tempus opportunum est proferendi sermonem, dum singula ista perpendit, sermo proferentibus gratiam præstat, & audientibus medicinam. Verum quoniam in illo maxime tempore peccamus, quando peccator consistit aduersum nos, instigans, & prouocans, vt aliquid tale emittamus ex ore, in quo rei teneamur in futuro iudicio, Hoc describens sanctus Propheta dicit: Dum consisteret peccator aduersum me, obmutui. Si quando peccator loquebatur de me male, Si quando obtrectabat, & irridebat, & irritabat me, vt similia redderem, & patria de meo ore proferrem, ego in illo tempore silentium meditabar.

Prou. 4. Matt. 12. Eccl. 26.

3 *Hom. 4. in c. 6. Is.*

IDEM explicans verba illa; Et missus est ad me vnus de Seraphin, & in manu sua habebat carbonem, ait: Per ignis vstionem purgantur labia Prophetæ. Tangat labia nostra, vt & nos dicamus: & tetiget os meum. Si mundauero os meum, vt nihil ociosum, nihil fatuum, nihil turpe, nihil lucrile (vt omnia semel nominem) nihil eorum quæ interdicta sunt, loquar, Tunc possumus dicere, tetigit os meum.

4 *Ho. 4. inter sexdecim varias tom. 5.*

CHRYSOSTOMVS inquit: Vndique nobis diabolus insidias parare consueuit, sed facilius lingua, & ore peccante: nullum enim æque congruum illi organum in ministerium est interitus, atque peccati. Nã inde nobis mos, inde lapsus, inde perditio, inde naufragium præparatur. Nam & mentium lapsus, ex linguæ garrulitate venientes, quidam declarans, ait: Multi ceciderunt in gladio: sed non tanti quanti per linguam. Et grauem casum monstrare festinans, ait: Lapsus de pauimento, aut lapsus de lingua. Quod dicit tale est. Conducibilius est, inquit, ruere, & corporis sentire iacturam, quàm verbum tale proferre, vnde anima poterit deperire. Et suadet multam adhibere cautelam, dicens: Fac ori tuo ostium, & seram. Non vt portas corpori faciamus, sed vt non facile verba proferantur: & ad congrua dicenda se lingua cum omni cautela contineat. Et alibi ostendens, quia ad hanc seram retinendam solertiæ nostræ etiam diuinum necessarium sit auxilium, ad Deum manum protendens dicebat Propheta: Eleuatio manuum mearum sacrificium vesperunum. Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labijs meis. Et qui priora persuasit, ipse iterum ait: Quis dabit ori meo custodiam, & labijs meis sigillum astutiæ? Vides hos lapsus singulos formidare, vides omnes lamentari, omnes suadere, omnes orare, linguam suam cautela custodire, ac retinere? Et cur, inquis hoc membrum, quod tantum nobis periculum adfert, Deus ab initio dedit? Quia & multum nobis hinc commoditatis est, & volentibus nonnunquam prodesse consuescit, nec mortem habet, nec peccatum concedit inuito. Et vide quid ille ait: In manu linguæ vita, & mors. Et Christus significans, ait: De sermonibus tuis iustificaberis, & de sermonibus tuis condemnaberis. Media namq; vtriusque partis lingua est; etsi vtriusq; est, tu Dominus es. Nam & gladius in medio positus, si quidem fuerit aduersus hostes arreptus, salutaris arripienti reperitur, si verò tenentis vlceribus inferatur, mortem præparat inferenti, non quia talis ferri natura, sed quia vtentis tale consilium est, ita lingua æstimetur gladius in medio positus. Armetur aduersus peccata tua, non ad fratris plagam præparetur. Et ideo Deus eam velut muro duplici voluit circundari. Nam dentium tegmine, & labiorum custodia continetur, ne verba improuida garrulitate proferantur. Refrena igitur linguam, & si non patitur reticere, dentium morsu quiescat, & tanquam carnifici tradatur dentibus. Nam hoc est ei conducibilius sustinere; quam postea aquæ stillationem nullatenus promereri. Et alia quidem multa peccata admittere consueuit; vt cum blasphemat, cum turpia verba componit, cum calumniatur, cum iurat, cum peierat.

Ibid. 20. *Ibid. 28.* *Ps. 140.* *Prou. 18. Matt. 12.*

5 *Epi. 14. ad Celantiam matronam de ratione pie viuendi to. 1.*

HIERONYMVS sic habet; Sit sermo tuus in omnibus moderatus, & parcus, & qui necessitatem magis loqui indicet, quam voluntatem. Diu ante considera quid loquendum sit, & adhuc tacens prouide ne quid dixisse pœniteat. Verba tua ponderet cogitatio, & linguæ officium animæ libra dispenset. Vnde scriptura dicit: Argentum, & aurum tuum confla, & verbis tuis facito stateram, & frænos ori tuo rectos, & attende ne forte labaris lingua. Nunquam malum verbum de ore tuo procedat, quæ ad cumulum benignitatis iuberis etiam maledicentibus benedicere. Mentiri verò, & iurare, lingua tua prorsus ignoret, tantusque in te sit veri amor, vt quicquid dixeris iuratum putes. In omni igitur verbo quieta mens, & placida seruetur, semperque cogitationi tuæ Dei præsentia occurrat.

6

IDEM inquit; Mulierc̃larum quarundarum solet esse moris, vt plurimum, vt semper garrulæ nihil secretum habeant, quod audiunt; immò potius quod ne sciunt, dicunt; nihilque, scandali seminarium, norunt tacitum tenere, hinc inde autem proferentes verba nociua, aut seminates discordiam, aut audientes, alios ad detractionem incitant. In hoc conuentu ancillarum Dei, muliebris omnis expellatur infirmitas. Illud Iacobi verbum in corde vestro multoties repetatur in die. Si quis putat se religiosum esse non refrenans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio. Religio igitur sancta non potest esse in loquacibus, quæ nullo possunt tempore silere, nec abstinere ab inutilibus verbis. Et hoc enim in eremo sancti patres edocti sum-

Iac. 1.

Esa. 28.

In epist. ad Principiã. in qua explicat Psal. 44. tom. 3.

Epi. 77. quæ est ad Auxilium. to. 2.

In lib. sententiarũ, quæ decerptæ sunt ex Aug. to. 3.

Conc. 2. in Ps. 34. to. 8.

In Ps. 140.

summa cum diligentia obseruant sancta silentia, tanquam sanctæ contemplationis causam. Plures me reperisse non ambigo, qui per septennium nullum prorsus verbum homini alteri emiserant, scientes, quod non in commotione Dominus potest haberi. Propterea volo charissimæ, vt in conuentu vestro ter, aut pluries in hebdomada (exceptis festiuitatibus) loqui omnino nisi vrgente causa perutili & necessaria nullatenus liceat, nec simul, nec cum alijs extra. Diebus verò omnibus, quibus & pro remedio & pro salute loqui conceditur, non singulis horis vacandum est verbis, quæ vix proferri sine peccato possunt, sed hæc inuiolabilis obseruatio vigeat, quod singulis noctibus post peractam horam completorij vsque post missam, & a tertiis vsque ad nonam sacra obseruentur silentia, quatenus & linguæ Deum laudandi concedatur opportunitas, & inutilia verba penitus abscindantur. Et in capite 23. ait: Nequaquam charissimæ Iacobus Apostolus experientiam poneret religionis in refrenatione linguæ, nisi certo sciret indicio, quod mors & vita est in manibus linguæ. Nam vt innuit, in ipsa benedicimus, & maledicimus Deum. Propterea post multa quæ de lingua pronunciauerat, quandam ex omnibus dictis conclusionem infert. Quicunque, inquit, refrenat linguam suam, hic beatus in facto suo erit. Ecce quod in refrenatione linguæ beatitudo ponitur, vt deo intelligi, quod multiloquio Deus qui est beatitudo nostra, haberi & contemplari non potest. Refrenatio linguæ est, cum linguæ quæ ex sui initio semper prona est ad mendacia, aut silentium imponitur, ne in displicentiam Dei prorumpere audeat, aut ad bonum exercetur, vt diuinas laudes persoluat. Sic ergo filiæ, vt beatæ esse possitis linguas domate. Si quando mulierculæ de viris, prijs, de filiis, de vestibus, de mundi vanitatibus garrulando loquacitentur, vt moris est, eis mox verba frangantur, mox ociosum verbum, & nociuum diuino cedat sermoni. Si diuinum introduci non poterit talicolloquio, in detestationem criminis fenestra claudatur in faciem, & velox fuga testetur sanctitatem intrinsecam, ne hæc quæ per exteriora corporis intrant, cogitationem molestent, cum mens diuinæ contemplationi exponitur.

8 Iacobi 3.

9 Lib. 2. in c. 17. Proner. to. 8.

IDEM exponens verba illa; Qui dimittit aquam caput est iurgiorum, sic habet: aquam dimittere, est linguam in fluxum eloqui relaxare, quo contra in bonam partem dicitur: Aqua profunda, verba ex ore viri. Qui ergo dimittit aquam, caput est iurgiorum, quia qui linguam non refrenat, concordiam dissipat. Vnde e diuerso scriptum est. Qui imponit stulto silentium, iras mitigat.

Prou. 26.

10 Li. 3 in c. 25. Prou.

IDEM explicans verba illa; Sicut vrbs patens, & absque murorum ambitu, Sic vir, qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum, inquit: Si enim murum filetij non habet, patet inimici iaculis ciuitas mētis; & cum se per verba extra semetipsam iacit, apertā se aduersario ostendit, quàm tanto ille sine labore superat, quanto & ipsa quæ vincitur, contra semetipsam per multiloquium pugnat.

11 Li. 3. in c. 31 Proner. Eph. 5.

IDEM explicans mulieris fortis laudes, dicit: Os suum aperuit sapientiæ, inquit: Ad hoc tantum loquens, os aperuit, vt sapientiam doceret; iuxta illud Apostoli: Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat, sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus.

12 In Psa. 38 to. 7. Matt. 12.

IDEM exponens verba illa; Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea, ait: Non aliter scio vitæ meæ custodire vias, nisi vt non loquar fatua, aut ociosa. Ex verbis (inquit Dominus) tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis. Dixi custodiam vias meas, ideſt, disposui custodire opera mea, scilicet quinque sensus corporis. Vt non delinquam in lingua mea. Non peccem, quia, qui custodit linguam suam, custodit animam suam; quia mors & vita in manibus linguæ. Et iterum cultus iustitiæ, silentium, & pax. Posui ori meo custodiam, iuxta illud: Pecuniam, & aurum tuum alliga bene, & facito ori tuo ostium, & seram; Beatum enim hominem, oris custodia facit, cum non profert inania, sed quæ Deo sunt digna.

Prou. 18. Isa. 2. Eccl. 28.

13 In Psa. 16. to. 7.

AVGVSTINVS exponens verba illa; vt non loquatur os meum opera hominum, vno verbo dicit: Postulat a Deo, vt aliud non procedat ex ore suo, quā id quod pertinet ad gloriam & laudem ipsius; non ad opera hominum, quæ faciunt præter voluntatem Domini.

14 In Psa. 39

IDEM explicans verba illa; Vir linguosus non dirigetur in terra, sic habet: Vir linguosus amat mendacia. Quid enim illi est voluptas nisi loqui. Non enim attendit quid loquatur dum loquitur, non potest fieri, vt iste dirigatur. Qualis ergo debet esse seruus Dei, accensis illis carbonibus, de quibus dixerat: cadent super eos carbones, & ipse carbo salutaris effectus. Qualis esse debet? Vt magis optet audire, quàm dicere, sicut scriptum est: Sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum: & si fieri potest, hoc cupiat, non habere necessitatem loquendi. Vnde & Ioannes non tam gaudebat; quia loquebatur, sed gaudebat, quia audiebat. Ait enim, amicus autem sponsi stat, & audit eum, & gaudio gaudet propter vocem sponsi. Itaque vnusquisque probet se, non vt loquatur, sed vt de alio locutionis officium exigat. Gaudium autem taciturnitatis intus habeat in voluntate; vocem doctrinæ in necessitate. Gaudium tibi sit in auditione Dei, necessitas tibi sit in locutione tua, & non eris vir linguosus, ne non dirigaris. Quare vis loqui, audire nō vis? Semper foras exis, intus redire detrectas?

Iacob. 1. Ioan. 3.

15 Trac. de cō flictu vitiō & virtutū. to. 9. Prou. 10.

IDEM Vitandum multiloquium, sed tamen non ille reus tenebitur, qui plura quidem, sed bona loquitur, sed ille qui saltem rara, sed mala dicere probatur. Discreta est taciturnitas, quia dum multa bona proferri videntur, sæpe contingit, vt a bonis locutio inchoata ad aliquod prauum deriuetur. Hoc ipsum sancta Scriptura denunciat dicens: In multiloquio nō deerit peccatum. An forte inter innumera verba declinantur criminosa? Sed nunquid declinari poterunt inutilia, atq; ociosa, de quibus vtique ratio in futurum erit reddenda? Tenendus est ergo modus in loquendo, & ab ipsis nonnunquam vtilibus verbis parcendum, sicut psalmista legitur fecisse. Dicit enim, humiliatur sum, & silui a bonis.

Psal 38.

16 Serm 3 ad fratres in eremo. to. 10.

IDEM sic habet; Silentium fratres inter cætera vobis in eremo summe necessarium est. Omne enim, quod non ædificat, in periculum vertitur dicentium, & audientium. Lingua nostra sensum nostrum sequatur, & rationem, non voluntatem; debemus enim linguas infra dentes reseruare illæsas, sermo enim vanus vanæ conscientiæ index est. Qualis enim es, tales sermones loqueris, talis & mens comprobatur; & qualis fueris in factis, talis comprobaueris in verbis. Stultus enim nalde est, qui non prius uerbum ducit ad linguā rationis, quam educat ad linguam oris. Qualis est homo in mente, talem uerbositas depingit in ore. Inflammat linguæ mobilitas in adolescentia ad iocosa, in virili ætate, ad fraudulenta, sed in senili, ad detractoria. Restringenda est igitur hæc parua faulla, ne in magnam uertatur flammam, furculus, ne crescat in syluam, gutta, ne tumescat in fontem. Maius est denique fratres linguam refrænare, quàm capere ciuitatem, quia hic sumuntur arma contra te ipsum; ibi contra alterum. Summa tamen uerecundia est non posse linguam refrænare, & aule non posse ligare membrum. Ecce lingua egredi quærit, motum perquirit. Tu verò per temperantiam ipsam refræna, appone ei pessulum rationis; circuncide eam maturitate discretionis. O lingua, tu periculum immitis, tu luctum producis, discordiam sæpe spargis, & perditionis venenum, & ad infernum, qui tibi credunt, conducis. Infra: Si interro-

gatus

Prou. 17. Psal. 139. Iacob. 1. Prou. 10. 17 Lib 5. Moral ca. 11. to. 2. Prou. 17. 18 Lib. 7. Moral. c. 17. Psal. 139. Prou. 10. Isa. 32. Iaco. 1. Iaco. 3. Matt. 12. 19

gatus fueris, melius est ad singula respondere breuiter, quàm diutius immorando verba curiosa & prolixa extendere. O loquax cognosce teipsum, nam loqui nunquam erubescis, nec consideras quid, sed quantũ dicere possis. Non mensuras verborum sententias; sed tantum vt satieris. Lege quia vir linguosus non dirigetur super terram, nec dirigetur in terra promissionis. Attende monache, quia qui non refrænat linguam suam, huius vana est religio. Qui non custodit linguã suam, monachus non est, qui autem moderatur linguam suam, prudentissimus est, verusque monachus. Amate ergo silentium, ponite custodiam ori vestro, estote muti, ne sitis loquaces.

17 GREGORIVS explicans verba illa Iob cap. 4. Conceptum sermonem tenere quis poterit? inquit: Sunt nonnulli qui & ad loquendum praua concipiũt, & a locutione sua nulla silentij grauitate refrænantur. Sunt alij qui cum praua concipiunt, magno se silentij iugo restringunt. Et sunt nonnulli, qui virtutum vsu roborati, vsque ad eam celsitudinem prouehuntur, vt ad loquendum, ne in corde quidem peruersa concipiant, quæ silentio compescant. Eliphaz itaque ex quo sit ordine testatur, qui conceptum sermonem tenere se non posse demonstrat. Qua ire & illud innotuit, q; se loquendo offensurum nouit. Neque enim retinere verba, quæ non potest, uellet, nisi per hæc se vulnera inferre prænosceret. Boni enim viri freno consilij retinent præcipitationem verbi, & caute considerant, ne relaxantes linguæ lasciuiam, auditorum conscientiam incauta locutione transfigant. Vnde bene per Salomonem dicitur: Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum. Aqua quippe dimittitur, cum linguæ fluxus effrenatur. Sed dimissor aquæ, caput iurgiorum efficitur, quia per linguæ incontinentiam, discordiæ origo propinatur. Igitur sicut praui in sensu leues sunt, ita in locutione præcipites, & reticere pertractando negligunt, quæ loquantur, sed quod leuis conscientia concipit, leuior protinus lingua prodit. Vnde Eliphaz ex suo experimento colligit, quod desperare de omnibus sentit dicens; Sed conceptum sermonem tenere quis poterit?

18 IDEM explicans illa verba Iob cap. 6. ad increpãdum tantum eloquia conciunatis, & in ventum verba profertis, inquit: In ventum verba proferre est ociosa dicere. Nam sæpe dum ab ociosis verbis nequaquam lingua compescitur, ad temeritatem quoque stultæ increpationis effrænatur. Nam dum ociosa verba cauere negligimus, ad noxia peruenimus. Infra: Qui imponit stulto silentium, iras mitigat. Quia autem multiloquio quisque seruiens; rectitudinem iustitię tenere non possit, testatur propheta qui ait, vir linguosus non dirigetur in terra. Hinc Salomon iterum dicit: In multiloquio peccatum non deerit. Hinc Isaias ait: Cultus iustitiæ silentium, videlicet in dicans, quia mentis iustitia desolatur, quando ab immoderata locutione non parcitur. Hinc Iacobus dicit. Si quis putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum huius vana est religio. Hinc rursum ait: Sit autem omnis homo velox ad audiendum tardus autẽ ad loquendum. Hinc iterum adiungit; lingua, inquietum malum plena veneno mortifero. Hinc per semetipsam nos veritas admonet, dicens; Omne verbum ociosum quod locutioni fuerint homines, reddent de eo rationem in die iudicij. Si ergo ratio de ociosa sermone exigitur, pensandum valde est, quæ pœna illud multiloquium sequatur, in quo etiam per superbiæ verba peccatur; Sciendum quoque est, quod ab omni rectitudinis statu depereunt, qui per noxia verba dilabuntur. Humana etenim mens, aquæ more, & circumpulsa ad superiora colligitur, quia illud repetit vnde descendit, & relaxata deperit, quia se per infirma inutiliter spargit. Quot enim superuacuis verbis a silentij sui censura dissipatur, quasi tot riuis extra se ducitur. Vnde & redire interius ad sui cognitionem non sufficit, quia per multiloquium exterius sparsa, vim intimæ considerationis amittit. Totam igitur se se insidiantis hostis vulneribus detegit; quia nulla se munitione custodiæ circumcludit. Vnde scriptum est: Sicut vrbs patens & absque murorum ambitu; ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum. Quia enim murum silentij non habet, patet inimici iaculis ciuitas mentis; & cum se per verba extra semetipsam eijcit, apertam se aduersario ostendit, quam tanto illæ sine labore superat, quanto & hæc eadem quæ vincitur contra semetipsam, per multiloquium pugnat. Infra: Lingua sub magni moderaminis liberatione frænanda est, non insolubiliter liganda, ne aut laxata in vitium defluat, aut restricta etiam ab vtilitate torpescat. Hinc per sapientem dicitur, sapiens tacebit vsque ad tempus, vt nimirum cum opportunum considerat, postposita censura silentij, loquendo quæ congruunt, in vsum se vtilitatis impendat. Hinc Salomon ait: Tempus tacendi, & tempus loquendi. Discrete quippe vicissitudinem pensanda sunt tempora, ne aut cum restringi lingua debet, per verba se inutiliter soluat, aut cum loqui vtiliter potest, semetipsam pigre restringat. Quod bene psalmista considerans, breui postulatione complexus est dicens: Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labijs meis. Ostium namque aperitur, & clauditur. Qui ergo ori suo nequaquam poni obstaculum, sed ostium petijt, aperte docuit, quòd & per disciplinam retineri lingua debeat, & ex necessitate laxari, quatenus os discretum, & congruo tempore vox aperiat, & rursum congruo taciturnitas claudat.

20 IDEM in fine sic habet; Per Moysen recte dicitur, vas quod non habuerit operculum nec ligaturam desuper, immundum erit. Quasi vas sine operculo, & ligatura polluitur, qui per studium ostentationis patens, nullo velamine taciturnitatis operitur.

21 IDEM in fine explicans verba illa; Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam, inquit: Hactenus os meum ego ipse aperui: & ideo ex vaniloquio peccatum contraxi. Nunc verò vt tu aperias desidero, quia nihil nisi quod suggesseris loqui concipisco. Illius labia Deus aperit, qui non solum quid loquatur, sed etiam quando, & vbi & cui loquatur attendit. Sapientia namque Dei dicit, Dominus dedit mihi linguam eruditam, quando scilicet oporteat sermonẽ dicere. Merito ergo sapiens est, quia accepit a Domino, quo tempore sibi loquendum sit. Vnde non inconuenienter ait scriptura, vir sapiens tacebit vsque ad tempus. Iugum etiam in verbis nostris esse & statera præcipitur, vt omne quod loquimur, & humilitate cõdiatur, & mensura ponderetur. Proferamus ergo sermones examinatos libra iustitiæ, vt sit grauitas in sensu, modus in verbis, pondus in sermone. Nec prius loquendo os aperiamur quàm expediat, sed examinemus verba nostra, si tacendum hoc, si dicendum, si tempus sit sermonis huius, postremo si a virtute modestiæ non dissentiat. Et quia ad hoc idonei non sumus, nisi diuina adsit gratia, clamandum est cum propheta, Domine labia mea aperies.

22 BERNARDVS inquit; loquens de silentio virginis, in omni textu quatuor Euangeliorum non nisi quater Maria loquens auditur. Primo quidem ad Angelum; sed cum iam semel atque iterum allocutus eam fuisset. Secundo ad Elisabeth, quando vox eius exultare Ioannem fecit. Tertio ad filium cum iam esset annorum duodecim. Quartò in nuptijs ad filium & ministros. Venientes pastores primam omnium Mariam inuenerunt, sic & magi non sine Maria infantem inuenerunt, & inducens filium in templum multa a Simeone audiuit, tam de Deo, quam de se ipsa, ad loquendum tarda, velox ad audiendum. Et quidem Maria conseruabat omnia verba hæc conferens in corde suo, sed in his omnibus, neque de ipso dominicæ incarnationis sacramento quodcunque verbum fecisse reperies. Væ nobis,

Prou. 18. Isa. 2. Eccl. 28.
In Psa. 16. to. 7.
Psal. 139. Iacob. 1.
Prou. 10.
In Psa. 39
Lib 5. Moral ca. 11. to. 2.
Iacob. 1.
Ioan. 3.
Prou. 17.
Trac. de cõfictu vitiõ & virtutũ. to. 9.
Prou. 10.
Psal 38.
Lib. 7. Moral. c. 17.
Prou. 27.
Psal. 139. Prou. 10. Isa. 32. Iacob. 1.
Iacob. 3.
Matt. 12.
Serm 3 ad fratres in eremo. to. 10.
Prou. 25.
Eccl. 20.
Eccl. 3.
Psal. 145.
Li 23. Moral cap. 4. Num. 19.
Expos. in 4. Psal. pœnitentialem. Psal. 50.
Isa. 50.
Eccl. 20.
Ser. 7. assũptionis de verbis Apocalypsis 12. Signũ magnũ apparuit in cælo.
Lucæ 2.

bis, qui spiritum habemus in naribus, væ qui totum proferimus spiritum, qui iuxta illud comici, pleni rimarum effluimus vndique.

23 *In li. cuius tit. est Speculum Monachorum.*

IDEM habet hanc sententiam; Si vocatur religiosus ad colloquium, si secundum regulam leuiter & sine risu pauca verba & rationabilia loquatur, & antequã ea proferat, bis ad limam veniant, quam semel ad linguam. Si cum seculari loquendum est, tunc maxime adhibeat custodiam ori suo, vt nihil proferat quod non ædificet audientem. Et nemo dubitet cum eum viderit & audierit, quin vere sit monachus.

24 *In trac. de passione Domini c. 31.*

IDEM inquit, Grandi sollicitudine virgo custodire debet ora sua, & cum omni munditia conseruare, non solum ab omni actu polluto, sed ab omni verboluxurioso, turpi, scurrili, iocoso, immo & ocioso. Eruntq; sicut in cantico sponsæ dicitur, sicut vita coccinea labia virginum, & eloquium earum dulcet. Sicut enim vita coccinea sunt labia, quæ semper verbis ardentis charitatis abundant, quibus verbis, motus & cogitationes carnales restringuntur. Per coccineum quippe colorem charitas, per vittam qua crines restringuntur restrictio cogitationum carnalium, quæ per crines figurantur, accipitur. Sponsarum ergo agni labia præcipue decet esse, sicut vitta est coccinea; vt sermo earum semper charitate ardeant, passione agni & sponsi rubeat, qui semper debet esse in corde, semper sit in ore: candidus & rubicundus, dulcis Iesus: securrilia verò, turpia, iocosa, & ociosa verba, verbis passionis conuenire non possunt.

Lingua commune malum, in quo pauci non labuntur, propter eius periculum. Cap. VIII.

1 *Lib. 3. in c. 3. ep. ad Rom. c. 3. Ps. 5. Matt. 23.*

ORIGENES explicans verba illa, quæ adducit Paulus, sepulchrum patens est guttur eorum, inquit: Diuersa in his, humani generis peccata describit, omne sepulchrum immunditiam defuncti cadaueris contegit, vnde & Dominus in Euangelio de scribis, Pharisęis dicebat, ꝙ essent sepulchra dealbata, quæ foris quidem speciosa videntur hominibus, intus autem plena sunt omni immunditia. Videtur autem Paulus in hoc loco maius aliquid in istis de quibus sermo est, ostendere criminis, cum eos sepulchrum non tectum, nec coopertum, sed patens appellat. Clausa enim sepulchra dicuntur ij, quos aliquantulum pudor cohibet palam delinquere, & proferre ad publicum crimina sua. Patens vero sepulchrum dicuntur ij, qui immundi tias suas, & impuritates in pro patulo habent. Quibus assiduitas, & vsus scelerum, quod est in malis vltimũ, etiam commissorum verecundiam sustulit; vt iam nõ aperiant os suum, & proferãt verbum Dei viuum, sed aperiant guttur suum, & proferant verbum mortuũ: verbum diaboli non de corde, sed de sepulchro. Si quando videris ergo hominem lasciuo ore impudica verba iactantem, aut tumido, & furibundo contumelias & maledicta proferentem, non dubites de hoc dicere, quia sepulchrum patens est guttur eius. De abun-

Matt. 12. dantia enim cordis os loquitur. Ad hæc additur, linguis suis dolose agebant. Dolus est cum aliud quis lin-

2 *Psal. 5.* gua loquitur, & aliud velutat in corde. Quod crimen

Psal. 13. nescio, si vel iustos quosque & electos relinquat immunes: sed puto quod alius plus, alius autem minus, nemo tamen sit ab hoc ad perfectum purus, nisi ille de quo scriptum est, qui peccatum non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Vnde & Petrus sciens istas esse

1. Pet. 2. Simile. diuersitates doli, in epistola sua scribit, dicens: Deponentes ergo omnem dolum, & simulationem, & inuidiam, & detractionem, quasi modo geniti infantes rationabiles, sine dolo lac concupiscite. Venenum aspidum sub labijs eorum. Morsus serpentis, veneno corpus interimit. Morsus verbi venenati; fraudem animã

Ps. 13. Deut. 32. necat. Sicut sunt hi, qui calumniarum commentis circumueniunt homines. Quorum amaritudine os plenũ est, & maledictione. De veneno quidem aspidum non dixit plena esse labia. In illo enim vitio plures fortasis inueniuntur, non tamen plures qui plene & ad integrum veneni illius virus exerceant. Maledictione autem & amaritudine repleri os, valde multorum est. *Ps. 13.* Quis enim ita emendatioris est, quem non maledicendi consuetudo sollicitet? Non dicam aduersus eos qui maledicto digni sunt, sed aduersus eos, quos dominus non maledixit, idest, iustos & innocentes viros, promptum hoc & procliue vitium est fragilitatis humanæ. Et ideo plenum est os eorum, & tanquam de pleno oris vasculo indesinenter dicitur fluere maledictio Huic tamen & amaritudo coniungitur, quia ex iracundiæ felle depromitur. Per iracundiam enim ac furorẽ: ad maledicendum lingua compellitur.

Isa. 30.

Prou. 20.

7

BASILIVS explicans verba illa; Prohibe linguã tuam a malo; & labia tua ne loquantur dolum, sic habet: Si quidem vis in diebus esse bonis, si diligis vitam: fac obserues mandata vitæ Primum autem mandatum est prohibere linguam suam a malo, & cauere ne labia tua loquantur dolum. Peccatum quod per linguam admittitur, omnium fere propensissimum, sed & idẽ multiforme. Iratus es? mox lingua occurrit. Concupiscentia teneris? Habes & hic linguam ante omnia, quasi lenam, & conciliatricem, quæ cooperetur peccato, quæ per simulationem proximis imponat. Est tibi lingua quoque vice scuti ad iniquitatem, cum non ex corde loquitur, sed ea promit, quæ ad fraudem, & impostu-

Psal. 38.

ram faciunt. Denique quid opus commemorare, quæ per linguam peccentur? vita nostra referta est linguæ delictis, turpiloquio, vrbanitate, stultiloquio, & quæ non conueniunt, detractione, ocioso sermone, periurio, falsis testimonijs. Hæc mala omnia, & alia illis plura, sunt linguæ opera. Qui verò aduersus Dei gloriam os aperiunt, & iniquitatem in excelso loquũtur, aliquo aliquo, quàm linguæ organo impietatem suam perficiunt? Quoniam igitur ex tuis verbis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis; prohibe linguam tuam a malo, nec vana mendacique lingua, iram tibi thesaurizabis. Prohibe item labia tua ne loquantur dolum, hoc est, quæ tibi instrumenta sunt data administrando sermoni, fac vacare a praua operatione. Est autem dolus, maleficium occultum proximo oblatum, sub prætextu & simulatione rei melioris.

3 *Hom. 9. in Ps. 33. circ. fin.*

Dent. 6.

8

Lib. eod. cap. 3.

HIERONYMVS explicãs verba illa; pelli meę consumptis carnibus adhæsit os meum, & derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos, inquit: Ad hoc diabolus consumptis carnibus sancti Iob, labia eius integra dereliquit, vt haberet positus in tormentis, quibus posset facile blasphemare, quasi cordis blasphemia nõ fit, pro qua ipsæ Iob, sicut pro cæteris peccatis holocausta Deo pro filijs suis offerebat, sed ideo diabolus linguã reseruauit, vt intelligere posset, si Iob ob cordis simplicitatem, blasphemiam proferret in labijs.

4 *In c. 19. Iob 10. 8.*

IDEM exponens verba illa; Cum enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua ait; Dulcia mala sunt impio blasphemia, & cætera oris peccata. Abscondet sub lingua sua dicens: Vbi est ei labor, & dolor, & defendet atque celabit, vt ait scriptura. Qui contegit iniquitatem suam non prosperabitur. Et celabit in gutture suo, illud mihi dicere videtur, quòd semper sit ad blasphemandum paratus, & non prius saltem per aliquam moram cogitat quid dicturus est, quia iam paratam habet blasphemiam, quam cum maledictione cordis effundat.

5 *in cap. 28. Iob.*

Prou. 4.

Isa. 6.

Eccl. 28.

9

AMBROSIVS docens, quòd tacendo fugimus periculum, & discimus recte dicere, inquit: Quid autem præ ceteris debemus, discere, quàm facere, vt possumus loqui, ne prius me vox condemnet mea, quàm absoluat aliena? Scriptum est enim: Ex verbis tuis condemnaberis. Quid opus igitur vt properes periculum *Matt. 12.* suscipere condemnationis loquendo, cum tacendo

6 *Lib. 1. Offic. c. 2. in. 4.*

pos-

possis esse tutior? Complures vidi loquendo in peccatum incidisse, vix quemquam tacendo. Ideoque tacere nosse, quàm loqui difficilius est. Scio loqui plerosque, cum tacere nesciant. Rarum est tacere quemquam, cũ sibi loqui nihil prosit. Sapiens est ergo, qui nouit tacere. Denique sapientia Dei dixit: Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt sciam quando oporteat sermonẽ dicere. Merito ergo sapiens, qui a Domino accipit, quo tempore sibi loquendum sit. Vnde bene ait Scriptura: Homo sapiens, tacebit vsque ad tempus. Ideo sancti Domini, qui sciebant, quia vox hominis plerunq; peccato adiuncta est, & initium erroris humani sermo est hominis, amabat tacere. Denique sanctus Domini ait: Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea, Sciebat enim, & legerat diuinæ esse protectionis, vt homo a linguæ suæ flagello absconderetur, & a conscientiæ suæ testimonio. Verberamur enim tacito cogitationis nostræ opprobrio, & iudicio conscientiæ verberamur vocis nostræ verbere cum loquimur ea quorum sono cæditur animus noster, & mens conscientiatur. Quis enim est, qui mundum cor habeat a peccatorum colluuione, aut non delinquat in lingua sua? Et ideo quia neminem sciebat castum os seruare posse ab immunditia sermonis, ipse sibi silentio legem imposuit innocentiæ, vt tacendo culpam declinaret, quam vix effugere posset loquẽdo. Audiamus ergo cautionis magistrum: Dixi custodiam vias meas, hoc est, tacito cogitationis præcepto indixi mihi, vt custodirem vias meas. Aliæ sunt viæ, quas debemus sequi, aliæ quas custodire. Sequi vias Domini, custodire nostras, ne in culpam dirigantur. Potes autem custodire; si non citò loquaris. Lex dicit: Audi Israel Dominum Deum tuum: Non dicit, loquere, sed audi. Ideo Eua lapsa est, quia loquta est viro, quod non audierat a Domino Deo suo. Prima vox Dei dicit tibi: Audi. Si audias, custodies vias tuas. Tace ergo prius, & audi, & non delinques in lingua tua. Graue ergo malum, vt aliquis ore suo condemnetur. Etenim si pro ocioso verbo reddet vnusquisque rationem, quanto magis pro verbo impuritatis, & turpitudinis?

IDEM ostendens taciturnitatem moderandam esse, & quod ira silendum sit, ait: Quid igitur, mutos nos esse oportet? Minime. Est enim tempus tacendi, & tempus loquendi. Deinde si pro ocioso verbo reddemus rationem, videamus ne reddamus, & pro ocioso silentio. Est enim & negotiosum silentium, vt erat Susannæ, quæ plus egit tacendo, quàm si esset locuta. Tacendo enim apud homines, locuta est Deo. Nec vllum maius indicium suæ castitatis habuit, quàm silentium: conscientia loquebatur, vbi vox non audiebatur, nec quærebat pro se hominum iudicium, quæ habebat Domini testimonium. Ipse Dominus in Euangelio, tacẽs operabatur salutem hominum. Rectè ergo Dauid non silentium sibi indixit perpetuum, sed custodiam. Custodiamus ergo cor nostrum, custodiamus os nostrum. Vtrunque enim scriptum est hic, vt custodiamus os. Alibi tibi dicitur; omni custodia serua cor tuum. Si custodiebat Dauid, tu non custodies? Si immundi labia habebat Isaias, qui dixit: Væ mihi quia vir pollutus labijs ego sum, Si Propheta Domini immunda habebat labia, quomodo nos munda habemus? Et cui nisi vnicuique nostrum scriptum est. Sepi possessionem tuam spinis, & aurum, & argentum tuum alliga, & ori tuo fac ostium, & vectem, & verbis tuis iugum, & statera. Possessio tua, mens tua est. Aurum tuum, cor tuum est. Argentum tuum, eloquium tuum est Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum. Bona etiam possessio mens bona. Sepi ergo hanc possessionem, & circumuallato cogitationibus, munito spinis sollicitudinem, ne in eam irruant, & captiuam ducant irrationabiles corporis passiones, nec incursent motus graues, ne diripiant vindemiam eius, transeuntes viã. Custodi interiorem hominem tuum, noli eum quasi vilem negligere, ac fastidire, quia pretiosa possessio est, cuius fructus stabilis, & æternæ salutis est. Alliga sermonem tuum, ne luxuriet, ne lasciuiat, & multiloquio peccata sibi colligat. Sit restrictior, & ripis suis coercea tur, citò lutum colligit, amnis exundans. Alliga sensum tuum, non sit remissus, ac defluus, ne dicatur de te, nõ est malagma ponere, neque oleum, neque alligaturam. Habet suas habenas, mentis sobrietas, quibus regitur, & gubernatur. Sit ori tuo ostiũ, vt claudatur, vbi oportet, & obseretur diligentius, ne quis in iracundiam excitet vocem tuam, & contumeliam rependas contumeliæ. Sed iugum sit verbis tuis, & statera, hoc est humilitas, atq; mensura, vt lingua tua menti subdita sit. Restringuatur habenæ vinculis, frænos habet suos, quibus reuocari possit. Ad mensuram sermones proferat, libra examinatos iustitiæ, vt sit grauitas in sensu, in sermone pondus, & in verbis modus.

IDEM docens, quod insidias loquenti tendit diabolus, inquit: Custodiendo os suum, retinendo linguam suam, nec prius loquendo, quàm interroget, & expendat atque examinet verba sua, si dicendum hoc, si dicendum aduersus hunc, si tempus sermonis sit huius, is profectò exercet modestiam, ac mansuetudinem, & patientiam, vt non ex indignatione, & ira in sermonem erumpat, non alicuius passionis inditum det in verbis, non ardorem libidinis flammare in sermone suo indicet, & inesse dictis suis stimulos iracundiæ, postremò ne sermo qui commendare interiora debet, vitium aliquod esse in moribus aperiat, & prodat. Vnde non immerito propheta dixit: Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium, & a verbo aspero. Symmachus irritationis verbum dixit, Alij perturbationis: Laqueus aduersarij est sermo noster, sed etiam ipse non minus aduersarius est nobis. Loquimur plerumque quod excipiat inimicus; & quasi nostro gladio nos vulneret. Quanto tolerabilius est alieno gladio, quam nostro perire? Explorat ergo aduersarius nostra arma, & concutit sua tela. Si emisero verbum indecorum, laqueum suum stringit: Si quis ergo istum aduersarium sentit præsentem esse, tunc magis custodiam adhibere debet ori suo, ne det locum aduersario.

IDEM vbi docet quòd primum officium sit linguæ moderatio, inquit: Pythagoras Socrate antiquior prophetam secutus Dauid legem silentij dedit suis. Sed ille, ut per quinquennium discipulis vsum inhiberet loquendi, Dauid autem non vt naturæ munus imminueret, sed vt custodiam proferendi sermonis doceret. Et Pythagoras quidem, vt non loquendo loqui doceret, Dauid vt loquendo magis disceremus loqui. Ipsa natura nos paruulis docet, quod prius sonos meditantur loquendi, vt loqui discant: Ita ergo qui volunt discere cautionem loquendi, quod naturæ est non negent, quod custodiæ est exerceant, vt qui in specula sunt, speculando intendant, non dormiendo. Ergo Dauid tacebat non semper, sed pro tempore. Non iugiter neque omnibus, sed irritanti aduersario, prouocãti peccatori non respondebat. Et sicut alibi ait: Loquẽtes vanitatem, & cogitantes dolos non audiebat quasi surdus, & quasi mutus non aperiebat illis os suũ. Quia & alibi habes: Noli respondere imprudenti ad imprudentiam suam, ne ei similis fias. Primum igitur officiũ est loquendi modus. Hoc sacrificium laudis Deo depẽditur. Scio loqui plerosque, cum tacere nesciant. Rarum est tacere quenquam, cum sibi non prosit loqui. Sapiens, vt loquatur, multa prius considerat, quid dicat, aut cui dicat, quo in loco, quo tempore. Est enim tacendi, & loquendi modus.

IDEM sic habet: Deesse sermonem virgini, quàm superesse malo. Nam si mulieres etiam de rebus diuinis in Ecclesia iubentur tacere, domi viros suos interrogare, de virginibus quid cautum putamus, in quibus pudor ornat ætatem, taciturnitas commendat pudorem

Pſ. 13.
Iſa. 50.
Prou. 20.
7
3 Hom. 9. in Pſ. 33. 11.
Pſal. 38.
Deut. 6.
8 Lib. eod. cap. 3.
4 In c. 19. Iob. 8.
5 in cap. 28. Iob.
Prou. 4.
Iſa. 6.
Leui. 28.
9
6 Lib. 1. Offi. c. 2. 10. 4.
Matt. 12.
10 Lib 1. Offi. c. 4. 10. 4.
Pſal. 90.
11 Li 1. Offi. cap. 10.
Pſ. 37.
Prou. 27.
12 Libro 3. de virginitate

rem? Maxima est virtus tacendi, præsertim in Ecclesia. Nullum ex ore verbum, quod reuocare velis, proferas; sed parcior loquendi, fiducia sit. Copiosum quippe in multiloquio peccatum. Frequens sermo est, cum plurima ranarum murmura, religiosæ auribus plebis obstre perent, sacerdotem Dei præcepisse, vt conticerent, ac reuerentiam Sacræ deferrent orationi, tunc subito circumfusos strepitus quieuisse. Silent igitur paludes, homines non silebunt?

13 *Serm. 2. in Ps. 118. to. 4. Tren. 3.* IDEM exponens verba illa; in quo corrigit adolescentior viam suam ait: Iunior dicitur sedere solitarius & tacere; & tacens leuabit se supra se. Sedet solitarius & tacet, ne rudis ætatis facilitate labatur, laudandus eo, quia prius vult loquenda cognoscere, quàm proferre quæ sentiat, antequam loqui discat, timens ne multiloquio peccatum contrahat. Vnde puto & Pythagoram illum philosophum imitatorem iuuenis huius Prophetici, instituisse sectam: vt discipuli sui quinquennio non loquentes, tanto silentio loqui discerẽt, cum præsertim Dauid, superioris ætatis quàm Pythagoras dicat: Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam. Et quia fortasse aliquãdo aliquid locutus esset incautius; ideo postea a Deo poni ori suo custodiam postulauit. Isaiã quoque Pythagoricis anteriorem fuisse quis nesciat? qui cum audisset, clama, non prius clamauerit, quam audiret, quid clamare deberet. Respondit enim. Quid clamabo? iuuenis si in consilio seniorum sederit: manũ adhibebit ori suo, vt audiens sententias colligat, quas ad maturiorem seruet ætatem. Quemadmodum Maria, cum verba Christi audiret, conferebat ea omnia in corde suo.

Ps. 38. *Ps. 140.* *Is. 40.* *Eccl. 25.*

14 *Lib. de natura et gratia contra Pelagianos to. 7. Iac. 3.* AVGVSTINVS sic habet; Quod Apostolus Iacobus ait: linguam autem nullus hominum domare potest, non mihi videtur ita intelligendum, quasi diceret per exprobationem: tanquam diceretur ergo ne linguam nullus hominum domare potest? tanquam obiurgans, & dicens domare feras potestis, linguam non potestis, quasi facilius sit linguam domare quam feras. Si enim hoc sentire vellet de facilitate domandæ linguæ, cetera sequerentur in bestiarum comparatione. Nunc vero sequitur, inquietum malum, plena veneno mortifero, vtique nocentiore quàm bestiarum est, atque serpentium. Nam illud, carnẽ interficit, hoc verò animam. Os enim quod mentitur occidit animam. Nõ ergo quasi id esset facilius, quàm mansuefactio bestiarum sanctus Iacobus illam sententiam pronunciauit: sed potius ostendens quantum sit in homine linguæ malum, vt a nullo homine domari possit; cum ab hominibus domentur & bestiæ. Neque hoc ideo dixit, vt huius in nos mali dominationem per negligentiã permanere patiamur: sed vt ad domandam linguam, diuinæ gratiæ poscamus auxilium Non enim ait linguam nullus domare potest, sed nullus hominum, vt cum domatur, Dei adiutorio, Dei misericordia, Dei gratia fieri fateamur. Conetur ergo anima domare linguam, & dũ conatur, poscat auxilium, & oret lingua, vt dometur lingua. Itaq; præcepto facere commonemur, quod conantes, & nostris viribus nõ valentes, adiutorium diuinum precemur.

Sap. 1.

15 *In Ps. 38. to. 8.* IDEM explicans verba illa; Dixi custodiam vias meas, vt non delinquam in lingua mea, inquit: Quia difficile est, vt quisquam lingua non labatur, & peccet, & qui lingua non peccauit, vt scriptum est, hic perfectus est uir, aliqua forte pœnitenda dixerat: & lapsa erant ab ore, quæ vellet reuocare, nec posset. In lingua enim facile labimur. Videns ergo quàm esset difficile, vt necessitatem loquendi haberet homo, & in loquendo non aliquid diceret, quod se dixisse nollet, & tædio affectus ex his peccatis, quæsiuit euitare talia. Cum ergo ei hæc contigissent statuerat non loqui, ne aliquid diceret, quod locutum se esse pœniteret, ait: Dixi custodiam vias meas, vt nõ delinquam in lingua mea.

Luc. 3.

IDEM exponens verba illa; De gladio maligno eripe me, inquit: Gladium malignũ dixit, est enim gladius sine dubio benignus, de quo Dominus dicit: non veni pacem mittere in terram, sed gladium. Glaudius putredinẽ abscindens, membra autem Christi sanans. Gladius autem malignus est, quo homines loquuntur vanitatem; quia benignus est, quo Deus loquitur veritatem. Ergo de gladio maligno eripe me. Filij quippe hominum dentes eorum arma, & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Ab hoc gladio maligno erue me. Attendite, quia inter istos periclitamini, inter horum linguas aduersus carnis vestræ desideria dimicatis, inter horum linguas positas in manu diaboli, de quibus pugnant, colluctationem habetis. 16 *In Ps. 14. Matt. 10.* *Psal. 56.*

IDEM explicans verba illa; Qui dixerit fratri suo fatue, reus erit gehennæ ignis, inquit: Linguam nullus hominum domare potest. Et homo domat feram, non domat linguam; domat leonem, & non refrænat sermonem; domat ipse, & non domat seipsum: domat quod timebat, & vt se domet, non timet, quod timere debebat. Linguam nullus hominum domare potest. Ibunt ergo omnes in gehennam ignis? Absit. Sed intelligamus, quia si linguam nullus hominum potest domare, ad Deum confugiendum est, qui domet linguam nostram. Si enim tu eam domare volueris nõ potes, quia homo es, & linguam nullus hominum domare potest. Attendite similitudinem ab ipsis bestijs, quas domamus. Leo nõ se domat, elephantus nõ se domat, equus non se domat; sic & homo non se domat Sed vt dometur equus, elephantus, leo, camelus, quæritur homo: ergo Deus quæratur, vt dometur homo. Domuisti leonem, quem non fecisti, non domat te, qui fecit te? imago Dei domat feram, & non domat Deus imaginem suam? 17 *Serm. 4. de verbis Domini in Euangelium Mat. to. 10 Iaco. 3.*

IDEM sic habet; Maiora vulnera sunt linguæ, quam gladij. Gladius corpus interficit, animam autem non interficit. Videte fratres: quanta mala habet lingua, in bono magna est, in malomors est. Diabolus vnde cecidit? Nunquid furtum fecit, aut homicidium, aut adulterium? Diabolus non propter hoc cecidit, sed propter linguam, quia dixit: in cœlum conscendam, supra sydera exaltabo solium meum, & similis ero altissimo. Quid dicit Salomon? Mors & vita in manibus linguæ. Propheta quia immunda labia habet, non potest prophetare. 18 *Ser. 45. ad fratres in eremo. Prou. 18. Isa. 14. Prou. 18. Isa. 6.*

BERNARDVS ait: Quis numeret quantas modicum linguæ membrum contrahat sordes, quàm multiplex in labijs incircuncisis immunditia copuletur, quàm sit grauis pernicies oris incircũspecti? Est enim lingua dissoluta in sermonibus ociosis, est lingua impudica, est & magniloqua, quarum prima lasciuiæ, sequens arrogantiæ famulatur. Est etiam lingua dolosa, & item lingua maledica, quarum altera in falsiloquiã, & adulatoriam subdiuiditur, altera verò nunc in facie contumelias irrogat, nunc detrahit in occulto. Quod si de omni, vel ocioso verbo quodcunque locuti fuerint homines Deo reddituri sunt rationem in die iudicij; quanto districtius de verbo mendaci, & iniurioso, de elato, vel lasciuo, vel adulatore, aut detractorio iudicabuntur? Quam vera sententia fratres, in multiloquio non effugiendum peccatum. Nemo vestrum fratres parui æstimet tempus, quod in verbis cõsumitur ociosis. Volat verbum irreuocabile, volat tempus irremeabile: nec aduertit insipiens, quid amittat. Libet confabulari, aiunt, donec pertranseat hora. O donec prætereat hora, donec pertranseat tempus. Donec hora præ tereat, quam ad agendam pœnitentiam, ad acquirendum gratiam, miseratio conditoris indulget? Infra: Lingua maledica vipera est. Ferocissima plane, quæ tã læthaliter tres inficiat flatu vno illum qui loquitur, & de quo loquitur, & quem verbis suis scandalizat. Nunquid nõ lancea est ista lingua? Profecto, & acutissima, quæ tres penetrat ictu vno. Lingua eorum gladius acutus 19 *Ser. de triplici custodia manus, linguæ, & cordis.* 20 *Prou. 18.* *Psal. 56.*

tus. Gladius equidem anceps, immo triceps est lingua detractoris. Nec verò eiusmodi linguam ipso etiã mucrone, quo Dominicum latus confossum est, crudeliorem dicere verearis. Fodite enim hac quoque Christi corpus, nec iam exanime fodit, sed facit exanime fodiendo. Ipsis quoque nocentior est spinis, quas illi tam sublimi capiti furor militaris imposuit, seu etiã clauis ferreis, quos sanctissimis manibus illis & pedibus consummatio Iudaicæ iniquitatis infixit. Nisi enim huius, quod nunc pungitur, & transfoditur, corporis sui vitã illius vitæ corporis prætulisset, nũquam illud pro nobis mortis iniuriæ, Crucis ignominiæ tradidisset. Leuis quidem res sermo, quia leuiter volat, sed grauiter vulnerat; leuiter transit, sed grauiter vrit; leuiter penetrat animum, sed non leuiter exit; profertur leuiter, sed nõ leuiter reuocatur; facile volat, atque ideo facile violat charitatem. Tenerum membrum lingua, attamen vix teneri potest; substantia quidem infirmum atque exiguum, sed vsu magnum & validum inuenitur; Modicum membrum est, sed nisi caueas, magnum malum. Vilis res est musca moriens, sed exterminat Deũ suauitatis. Tenuis est, & lata lingua, aptissimum vacuandis cordibus instrumentũ, sicut multorum mihi inter vos cõscientias arbitror attestari. Facile lingua labitur, nec minus facile illabitur cordi, ita vt multis inter loquendum minus profuerit, quod propriã cohibuerint, dum non cauerint alienam. Tu qui crebris experimentis, saltem solerter aduertisti, quantum noceant verba, non desipies si solicitus fueris, quãdo quidem interesse necesse est collocutioni. Nõ modo ori circumspectionẽ, sed & auri nihilominus adhibere cautelam, sed memẽtote quoniam lingua est, quæ contra vitia linguę loquitur, vt in eo vel maxime haberi debeat excusata, q̃ nec sibi parcat, & aduersus propria quoque sui ipsius pericula muniat audientes. Ventus est sermo: sed non semper est ventus vrens. Est quoque magna nihilominus sermonis vtilitas, & frequenter in lingua fructus pretiosissimus reperitur. Nec sola mors est in manibus linguæ; sed etiam vita. Nunc verò ponenda nobis ori nostro custodia, & ostium circumstantiæ labijs, vt nec vitalem ædificationẽ clausura damnet æterna, nec læthalis pernicies liberum fortiatur egressum. Vigilemus super verba nostra, ne in eis, vel offendere Deum, vel proximo nocere contingat. Fœlix siquidem, quem in omni confabulatione duplex timor ille sollicitat, & duorum consideratio stimulat auditorem; primum quidẽ diuinæ maiestatis in cuius manus incidere prorsus horrendum; dehinc fraternæ infirmitatis, cui nihilominus perfacile est offendiculum dare.

16 *In Psal. 14.* *Matt. 12.*

Psal. 56.

17 *Serm. 4. de verbis Domini in Euangelium Matt. to. 10* *Iaco. 3.*

21

Prou. 18.

18 *Ser. 45. de fratres in eremo.* *Isa. 14.*

Prou. 18. *Isa. 6.*

19 *Ser. de triplici custodia manus, linguæ, & cordis.*

Locus communiter multum iuuat ad virtutem, etiam si aliquando hominum culpa non proſit.

Cap. IX.

1 *Ep. 13. quę est ad Paulinũ de instit. monachi. to. 3.*

DE re hac multa diximus liber nonus, capit. decimusnonus, dicenda quę sunt liber undecimus, capitu. octauo, de malorum societate vitanda, maxime ab imperfectis, vltra illa Hieronymus, inquit: Non Hierosolymis, fuisse, sed Hierosolymis bene vixisse laudandum est. Illa expetenda est ciuitas, non quæ occidit Prophetas, & Christi sanguinem fudit; sed quam fluminis impetus lętificat, quæ in monte sita celari non potest, quam matrem sanctorum Apostolus clamitat, in qua se municipatum cum iustis lætatur habere. Neque verò hoc dicens, memetipsum inconstantiæ redarguo, damnoque quod facio, vt frustra videar ad exemplum Abraham, & meos & patriam reliquisse: sed non audeo Dei omnipotentiam angusto fine concludere, & coarctare paruo terræ loco, quem non capit cœlum. Singuli quique credentium, non locorum diuersitatibus sed fidei merito ponderantur. Et veri adoratores, neque Hierosolymis, neque in monte Garizin adorant patrem: quia Deus spiritus est, & adoratores eius in spiritu, & veritate adorare oportet. Spiritus spirat, vbi vult. Domini est terra & plenitudo eius. Et de Hierosolymis, & de Britannia, æqualiter patet aula cœlestis. Regnum enim Dei intra nos est.

Ioan. 4. *Psal. 23.* *Ioan. 27.*

AMBROSIVS explicans verba illa Genesis secundo, & apprehendit Deus hominem, quem fecit, & posuit eum in paradiso, operari & custodire, sic habet: Erat Adam in terra psalmationis suæ. Apprehendit ergo eum virtus Dei inspirans processus, & incrementa virtutis. Denique in paradiso eum collocauit; vt scias apprehensum, quasi afflatum diuina esse virtute. Illud autem aduerte, quia extra paradisum vir factus est, & mulier intra paradisum, vt aduertas non loci, non generis nobilitate, sed uirtute, vnusquisq; gratiam sibi comparare. Denique extra paradisum factus, hoc est, in inferiore loco vir melior inuenitur. Et illa quæ in meliore loco, hoc est in paradiso facta est, inferior reperitur. Mulier enim prior decepta est; & ipsa decepit. Vnde Paulus ait: Quia Adam non est seductus, mulier autem seducta in prævaricatione fuit.

2 *Lib. de Paradiso c. 4. tom. 1.*

1. Tim. 2.

AVGVSTINVS docet qua ratione Deus permittat iustos tentari, & ait: Iob in stercore est cautior, quã Adam in paradiso. Nam Adã in paradiso cõsensit mulieri, vt de paradiso emitteretur, Iob in stercore respuit mulierẽ, vt ad paradisum admitteretur. Quid ergo Iob in stercore, parturiens immortalitatẽ intrinsecus, vermibus fluescens extrinsecus, quid ait mulieri? Tanquam vna ex insipientibus mulieribus locuta es, si bona suscepimus de manu Domini, mala quare non sustineamus.

3 *Exposit. 2. in Psal. 29. to. 8.*

Iob 2. *Gen. 3.*

GREGORIVS explicans verba illa; Sermones eorũ ne metuas, quia increduli, & subuersores sunt tecum, inquit: Mali cum teneriores quosdã bona incipere, mala iam deuitare cognuerint, modo irridendo, q̃d in cellis ꝓmittitur, modo despiciendo, quod Deus omnipotens de inferni supplicijs minatur, modo laudando bona temporalia, & delectationes præsentis sæculi callida persuasione pollicendo, deflectunt mentes innocentium, eorumq; itinera peruertunt. At si fortasse iustum quempiam tantæ iam virtutis inuenerit, vt ei loqui contraria non præsumant; quia subuersores esse nõ possunt, statim scorpiones fiunt. Scorpio enim palpando incedit; sed cauda ferit. Nec mordet a facie; sed a posterioribus nocet. Scorpiones ergo sunt, qui blandi & innoxij in facie uidentur; sed post dorsum portant, vnde uenenum fundant. Vnde etiam per psalmistam dicitur: Circundederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis. Apes enim in ore mel habent in aculeo caudæ uulnus. Et omnes qui lingua blandiuntur, sed latentes ex malitia feriunt, apes sunt: quia loquendo dulcedinem mellis proponunt, sed occulte feriendo uulnus inferunt. Dicatur ergo, increduli, & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Increduli. s. Deo, subuersores verò infirmantibus proximis, scorpiones uerò etiam fortibus, & robustis. Non est perfecte bonus, nisi qui fuerit & cum malis bonus. Hinc Iob de semetipso dicit, frater fui draconum, & socius struthionum. Hinc Paulus discipulis ait: In medio nationis prauæ, & peruersæ, inter quos lucetis, sicut luminaria in mundo. Hinc Petrus dominici gregis pastor dicit. Iustum Loth oppressum a nephandorum iniuria, conuersatione eripuit. Aspectu enim, & auditu iustus erat, habitans apud eos, qui de die in diem animam iusti iniqui operibus cruciabant. Sæpe verò cum de uita proximorum querimur, mutare locum conamur, secretum vitæ remotioris eligere, videlicet ignorãtes, quia si desit spiritus, non adiuuat locus: idẽ enim Loth de quo loquimur, in Sodomis sanctus extitit, in monte peccauit. Quia autem loca mentem non mu-

4 *Hom. 9. in Ezec. to. 2. cap. 2.*

Psal. 117.

Iob 30. *Phil. 2.*

5 *2. Pet. 2.*

Gen. 19.

niunt, ipse humani generis primus testatur parens, qui & in paradiso cecidit. Sed minus sunt omnia, quæ loquimur ex terra. Nam si locus saluare potuisset, satan de cęlo non caderet. Vnde Psalmista vbique in hoc mundo tribulationes esse conspiciens, quæsiuit locum quo fugeret, sed sine Deo inuenire non potuit munitum. Ex qua re & ipsum sibi locum fieri petijt, propter quem locum quæsiuit; dicens: Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum, vt saluum me facias. Vnum verò est pro quo vitari societas debet malorũ, ne si fortasse corrigi non valent, ad imitationem trahant. Et cum ipsi a sua malitia non mutantur, eos qui sibi coniuncti fuerint peruertant, vnde Paulus ait: Corrumpunt bonos mores colloquia mala. Et sicut per Salomonem dicitur: Noli esse amicus homini iracundo, nec ambules cum viro furioso; ne forte discas semitas eius, & sumas scãdalum animę tuæ: Nã sicut malus aer assiduo flatu tractus, inficit corpus; ita peruersa locutio assidue audita, infirmãtium inficit animum, vt tabescat delectatione praui operis assidui, iniquitate sermonis.

Gen. 3.
Psal. 30.
1. Cor. 15.
Prou. 22.

IDEM sic ait; Cœlestis gratia, & nos in vrbibus, & vos in eremo protegat, quia antiquus hostis terrarum locis a tentatione non excluditur, quia si in paradiso hominem strauit, quis locus extra Paradisum esse potest, in quo mentes hominum penetrare nõ valeat? In sola ergo creatoris nostri protectione fidẽdum est, cui ex intimo corde clamemus; Esto mihi in Deũ protectorem, & in locum munitum, vt saluum me facias.

6 Lib. 8. epi. ex regist. indict. 3. epist. 45. ad Palla. pref byterum. Psal. 70.

Finis Libri Decimi.

EPITOME SANCTORVM PER LOCOS COMMVNES AD CONCIONES CONFICIENDAS,

LIBER VNDECIMVS.

AVCTORE R. D. IOANNE LOPEZ

Episcopo Monopolitano Ord. Prædicatorum.

Mandata implenda primum, deinde inspirationes, ac diuina consilia, quæ Dominus nostro reliquit arbitrio. Cap. I.

1 Li. 3. in c. 3. epi. Pauli ad Rom. 10. 3.

ORIGENES explicans verba illa, quæ ex psalmo Paulus retulit; Omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, inquit: Propter hoc puto, & Dominum in Euangelijs dare mandatum, vt cum omnia præcepta fecerimus, meminerimus tamen quid simus, & dicamus: Serui inutiles sumus, quod debuimus facere, fecimus. Donec enim quis hoc facit tantũ quod debet, ideò ea quæ præcepta sunt, inutilis seruus est. Si autem addas aliquid præceptis, tunc iam nõ inutilis seruus eris. Sed dicetur ad te: euge serue bone, & fidelis. Quid autem est quod addatur præceptis, & supra debitum fiat, Paulus Apostolus dicit: De virginibus præceptum Domini non habeo, consilium autem do, tanquam misericordiam consecutus a Deo Hoc opus, super præceptum est. Qui ergo completis præceptis addiderit etiam hoc vt virginitatem custodiat, iã non inutilis seruus, sed seruus bonus & fidelis vocabitur. Et iterum præceptum est, vt qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuant. Paulus tamen dicit: Quia nullo horum vsus sum; & ideo non inutilis erat seruus, sed fidelis, & prudens.

Luc. 17.
Matt. 25.
1. Cor. 7.
1. Cor. 9. 2 in epist. 26 quæ est ad Pãmachiũ quem consolatur in obitu Paulinæ uxoris suæ, to. 1. Matt. 19.

HIERONYMVS explicans verba illa; Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus. Si vis perfectus esse. Semper grandia in audientium ponuntur arbitrio. Et ideo virginitatẽ Apostolus non imperat. Quia Dominus disputans de eunuchis, qui se castrassent propter regna cœlorum, ad extremum intulit: Qui potest capere, capiat. Si vis perfectus esse, non tibi imponitur necessitas, vt voluntas præmium consequatur.

3 in epist. 1. quæ est ad Demetriadem virginem. 8. 4.

IDEM sic habet; Scito in Scripturis diuinis, p quas solas potes plenã Dei intelligere voluntatem, prohiberi quædam, præcipi quædam, concedi aliqua, nonnulla suaderi. Prohibentur mala, præcipiuntur bona, cõcedũ

tur

tur media, perfecta suadentur. In duobus illis quę prio ri loco sunt, peccatum omne concluditur; in utroque enim Dei continetur imperium. Et non solum præcipere, sed & prohibere ipsum iubentis est. Generaliter namque omnibus mandatur iustitia, quam Saluator in Euangelio breuiter quidem, sed plenissime comprehendens ait: Quæcunque vultis, vt faciant uobis homines, hæc & uos facite illis, hoc est, vt nihil mali inferamus alijs, sed præstemus omne quod bonũ est, quia volumus hoc ab alijs in nos vtrun que seruari. Hæc sententia æquo iure præcepti vniuersos tenet. Nec vlli omnino transgredi licet, quod omnibus imperatum est, apertusque contemptus Dei est, vel facere prohibita, vel iussa non facere. Duo verò reliqua quæ sequuntur, quorum vnum cõceditur, & sua detur alterũ, in nostra potestate dimissa sunt, vt aut cũ minor gloria concessis vtamur, aut ob maius præmium etiam ea, quæ nobis promissa sunt, respuamus. Conceduntur quidem nuptiæ, carnium vsus, & vinũ; sed horum omnium abstinentia consilio perfectiore suadetur. Ad virginitatis honorem pertinet licentia nuptiarum, & escarum indulgentia virtutem abstinentiæ clariorem facit. Contempsisti virgo coniugium licitum tibi, priusquam contemneretur. Maioris prę mij amore flagrans, uouisti Deo non imperatam, sed laudatam virginitatem, & consilio Apostoli legem tuam feciſti latiorem. Certaminis ingressa campum, non tam laborem cursus, quàm brauium victoriæ cogitasti. Legeras credo, illud Euangelicum de perpetua castitate præconium, & ipsius te Domini sermo ad amorem seruandæ virginitatis accenderat, qui Petri super hoc sententiam ipsa rei magnitudine ac difficultate laudauit, & voluntarijs spadonibus regnum cę lorum promittens, ait: Qui potest capere capiat. Rem itaque tam magnam non impero, non impono, sed offero: neque quenquam ad hoc cogo, sed prouoco. Et Apostolus de virginibus, præceptum quidem se dicit non habere Dei, sed dat consilium. Perfectionis igitur secuta consilium, beatitudinem specialis aggressa propositi seruat generale mandatum. Dixi, idemque nunc repeto: in causa iustitiæ, omnes vnum debemus, virgo, vidua, nupta, summus, medius, & imus gradus, æqualiter iubetur implere præcepta. Neque a lege soluitur, qui supra legem facere proponit. Quinimmo nullus magis illicita vitare debet, quam qui respuit, quæ licebant. Nec quisquam ita a se mandata pollicetur implenda, vt ille qui amore perfectionis supra mandata conscendit, & dum amplius statuit facere quam præceptum est, ostendit minus sibi præceptum esse quàm potuerit. Deinde qui tantæ se esse obedientiæ profitetur, vt etiam consilium diuinum libenter audiat, quomodo non debet audire præceptum? illa enim res electionis est; ista necessitatis. De virginitate dicitur, qui potest capere capiat. De iustitia non dicitur, qui potest facere faciat; sed omnis arbor, quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Considera quæso quantum a consilio distet imperium. Ibi aliquos excipit, hic omnes generaliter comprehendit. Ibi præmium proponit, hic pœnam. Ibi inuitat vt facias, hic nisi feceris comminantur. Hæc igitur optima ratione distinguens animaduerte quid offeras; animaduerte quid debeas: immo quia vtrunq; iam debes, & virginitatem, quam vltro obtulisti Deo, & iustitiam, quam ipse præcepit, integrum vtrunque persolue. Ille seruus Domino placet, qui ita aliquid vltro operis exercet, vt tamen etiam imperata perficiat, qui non facit aliud pro alio, sed vtrunque, nec mutat, sed addit obsequium. Nec te earum exempla decipiant, quæ sibi in sola castitate plaudentes, vt post suas voluntates eant, Dei voluntatem abijciunt. Quæ, perpetuæ castitatis bonum non cum iustitia, sed pro iustitia offerre volunt, & in compensatione peccatorum, præmium virginitatis annumerant.

Matt. 7. Luc. 6.

Matt. 19.

1. Cor. 7.

8

Matth. 7.

6 Lib. 8. epi. ex regist. indict. 3. epist. 45. ad Palla. presbyterum. Psa. 70.

1. Cor. 5. 2 in epist. 26 quæ est ad Pãmachiũ quem consolatur in obitu Pauli næ uxoris suæ, to. 1. Matt. 19.

3 in epist. 1. quæ est ad Demetriadem virginem. n. 4.

Ornetur morum sanctitate virginitas, & perfectum gradum vitæ perfectio subsequatur.

IDEM exponens verba illa; Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo, inquit: No tandum quòd ita nos disciplinam patris audire præcipit, vt legem quoque matris nulla ratione dimittamus. Quia non sufficit, vt præceptis Dei obtemperare se dicat, nisi diuinam gratiam docentem sequatur, vel audiat Ecclesiam. Vt addatur gratia capiti, & torques collo. Mos apud veteres fuit, vt legitime certantes coronã in capite, torquem in collo acciperent. Et nobis ergo si disciplina cõditoris nostri, si gratia matris sit ad custodiam, maior inde spiritualium virtutum claritas augetur. Additur enim gratia capiti, cum charitas, quæ principale mentis ornat, ardentius inflammatur. Additur & collo torques, cum fulgore perfectæ operationis sermo prædicationis confirmatur.

6 Lib. 1. in c. 1. Prou. 1. &

IDEM explicans verba illa; Seruans semitas iustitiæ, & uias sanctorum custodiẽs, sic habet: Vias sanctorum generalia Domini mãdata, semitas iustitiæ arctiora uitę cœlestis instituta, quę perfectis solum accessibilia sunt, dicit. Vtrasq; autem sapientia seruat, ut in quocunque virtutum gradu rectos iuuet, ac simplices.

7 in c. 2. Pr.

Mandata Dei scienda, & festinanter implenda, ad quod timore saltim adducendi sunt homines. Cap. II.

ORIGENES exponens verba illa; Si auditu audieris vocem Domini Dei tui, & quę placent coram illo feceris, & audieris præcepta eius, & custodieris, omnem infirmitatem, quam induxeram Aegyptijs, non inducam super te. Ego enim sum Dominus tuus, qui sano te, inquit: In his uerbis uidetur exponere, quo prospectu data sunt Iudæis testimonia, & mandata legis. Dantur enim eis præcepta, in quibus tententur. Inde est, q̃ per Ezechielem Prophetam dicit Dominus ad eos; Quia dedi uobis præcepta, & iustificationes nõ bonas, in quibus nõ viuetis in eis. Tentati enim in præceptis Domini, non inueniuntur fideles. Ideo enim inuentum est eis mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem: quia vnum atque idem mandatum, si seruetur, vitam, si non seruetur generat mortem. Secundũ hoc ergo q̃ non seruantibus generat mortem, dicũtur mandata non bona, in quibus non uiuant in eis. Seruãtibus autem ea, dicuntur mãdata vitæ. Audi Israel mandata vitæ, quia seruantibus ea, dant vitam.

1 Ho. 7. in c. 15. Exo. s. 1

Ezech. 20.

IDEM exponens verba illa; Homo si maledixerit patrem, vel matrem suam moriatur, & post multa inquit, quæ præcepit, quibus etiam pœnas præuaricationis adscripsit addit in clausula, & seruate omnia præcepta mea, & iustificationes meas, & iudicia mea. Vnde & consequens mihi uidetur requirere quid in his singulis indicetur; equidem secũdum quod obseruare potui, præceptum est illud, quod in decalogo dicitur, & in Exodo dicitur: Non occides, nõ adulterabis, hoc enim solum præcipitur, & non adscribitur pœna commissi. Nunc autem iterantur quidem eadem, sed addit his pœnas, dicitur enim; Homo quicũque adulterauerit vxorem viri, & vxorẽ proximi sui morte moriatur. Et qui dormierit cum vxore patris sui, morte moriantur ambo. De his autem in prioribus iam data fuerant præcepta, sed non obseruantem, quæ maneret pœna, non fuerat adscriptum. Nunc ergo eadem repetuntur, & vnius cuiusque pœna peccati decernitur, & ideo hæc rectè iustificationes atque iudicia appellantur, quibus quod iustum est recipere iudicatur ille qui peccat. Sed intuere ordinem diuinæ sapientiæ, non continuo pœnas cũ primis statuit præceptis. Vult enim ut non metu pœnę, sed amore pietatis, patris præcepta custodias; sed si contempseris, non tam homini iam quàm contemptori mandatur pœna. Primo ergo benignitate prouocaris vt filius; filij enim excelsi omnes. Quod si filius

2 Ho. 11. in c. 20. Leu.

Exod. 22.

esse obediens non uis, contemptor plecteris ut seruus. Post hæc dicit: Et si quis dormierit cum nuru sua, morte moriantur ambo, & hæc præcepta, absque pœnis superius dederat, dixerat enim: Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis, quoniam uxor filij tui est, & omnia quę subsequuntur. Et hunc locum simili modo ibi absque supplicijs, hic uerò cum diuersis supplicio- *Heb. 10.* rum generibus adscripsit. Vnde Paulus ad Hebræos scribens ait: Irritam quis faciens legem, Moysi, sine vlla miseratione duobus aut tribus testibus moritur; quãto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit, in quo sanctificatus est? vbi vides quod in hoc sæculo, vel in futuro semper maneat pœna peccantibus, diuinaque mandata transgredientibus.

4 *In tract. 2. de baptism. c. 3. to. 1. Ioan. 3.* BASILIVS sic habet: Quòd iram ac mortem cuiusque verbi Dei inobedientia promereatur Ioannes Baptista docet, cum dicit: Qui credit in filium, habet vitam æternam: qui vero non credit, (quod autem indefinite loquitur, neminem non includit) non videbit vitam, sed ira Dei manet super ipsum. [Infra:] Per Moysen absque adiectis contra transgressores aut neglectores legis nimis generalem aduersus omnes maledictionem, grauissimum sane supplicium euidenter exprimentem subiecit dicens: Maledictus omnis qui *Deut. 27. Gal 3* non permanet in omnibus quæ scripta sunt in libro legis huius. Et alibi: Maledictus sit, inquit, qui facit opera Domini negligentur. Quod si maledictus est, qui illa negligenter facit; quo non supplicio dignus est, qui omnino non facit? Et Dominus dixit: Qui audit sermones meos, & non fecit eos, assimilabitur viro fatuo, qui ædificauit domum suam super arenam, & descendit imber, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & cum fragore proruperunt in domum illam, & lapsa est, & fuit ruina illius magna. Et iterum: Ficum habebat quis plantatam in vinea sua, & venit quærens ex ea fructũ, *Luc. 13.* nec inuenit. Et dixit ad vinitorem suum. Ecce iam tres anni sunt, ex quo venio quærens fructum in ficu hac, nec inuenio. Excide eam. Vt quid vel terram occupat? *Ibidem.* Et alibi apertius iudicium hoc exponit dicens, Discedite a me maledicti in ignem æternum. Et addit non patrationem vetitorum, sed omissionem eorum operum, *Matt. 25.* quæ vt fiant decreta sunt dicens: esuriui, & non dedistis mihi manducare, &c. Ex quibus demonstratur q̃ non solum ij, qui mala faciunt digni sunt morte, quibus & ignis inextinguibilis paratus est; sed cum his cõdemnatur etiam illi, qui a bonis operibus vacant. Vnde & Ioannes Baptista dicebat: Genimina viperarum, *Luc. 3.* quis demonstrauit vobis fugere a ventura ira? Iam securis ad radicem arboris posita est. Omnis ergo arbor, *Matt. 7. & Luc. 3.* quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.

5 *Regula 18. c. 5. Moral. sent. to. 2. Matt. 5. Phil. 3.* IDEM docet quod mandata Domini inexplebili cum desiderio fieri debent, & ait: Beati, qui esuriunt, & sitiunt iustitiam. Fratres ego me nondum arbitror comprehendisse. Vnum autem, quæ retro sunt obliuiscens, ad ea vero, quæ priora sunt, extendo me ipsum.

6 *In li cuius titulus est, De regulis fusius disputatis.* IDEM inquit: Tripartitam ego summam, Deo parendi animaduerto. Nam aut metu supplicij a uitijs declinamus, atq; ita animum seruilem induimus, aut mercedis spe ducti, ad vtilitatem nostram præceptorum obseruationem referimus, atque hoc modo mercenarijs efficimur similes, Aut certe honestate ipsa impulsi charitateq; quam erga ipsum habemus, a quo legem accepimus, gaudentes quòd digni habiti simus, qui adeo glorioso, & benigno seruiremus Deo, ipsi paremus, atque hoc modo bonorum filiorum erga parentes suos animum imitamur. Neque igitur, qui aut supplicijs metu imperanti aliquid Deo optemperat, assidueque suspectam negligentiæ pœnam habet, is cum eorum, quæ facere iussus fuerit, partem executus fuerit, partem omittet, quin potius vbicunque dicto, audiens non fuerit, imminentis sibi supplicij grauitatem pertimescet, quæ quidem causa est quare beatus nominetur quicumque ex religione ad omnia paueat, in veritate autem stabilis stat, vereque illud dicere poterit: Prouidebam Dominum in conspectu meo sem- *Ps. 15.* per, quoniam a dextris est mihi ne commouear. Siquidem volens animum nunquam inducit, vt eorum quic quam prætermittat, quæ officij necessitas fieri oportere præscribit. Similiterque & illud etiam, Beatus vir *Ps. 111.* qui timet Dominum. Quid ita? Quia in mandatis eius volet nimis. Ex quo sane colligitur non esse eorum, qui timent Deũ aliquid prætermittere quæ præcepta sint, aut negligenter exequi. Sed neque mercenarius animũ 7 vnquam inducet, vt eorum sciens aliquid negligat quę præcepta sunt. Qui enim fieri poterit, vt suscepti in cultura vineæ laboris mercedem ferat, nisi quæ ex pacto conducta re ipsa præstiterit? quãdo quidem, si vel vnũ modo de his, quæ necessaria sunt neglexerit, is inutilẽ seipsum Domino redidit. Tertium erat, opera, quæ ex charitate dabantur. Hic quæro quis est filius, qui proposita ipsi parentis gratia, cum in rebus illi maioribus obsequatur, in ijs quæ leuioris momenti sunt, prudens ipsum velit offendere? Ac non multo magis verborum Apostoli illorum meminerit: Et nolite contristare Spi- *Eph. 3.* ritum sanctum, in quo signati estis; Qui igitur maiorẽ præceptorum partem obite neglexerint, hi quo tandẽ in horum se numero reponi volunt? qui neque Deo, vt parenti obsequantur, neque vt magna pollicenti obediant, neque vt Domino seruiant? Si enim pater sum, *Malac. 1.* inquit, vbi est honor meus? Et si Dominus sum ego, vbi est timor meus? Qui enim Dominum timet is in mandatis eius volet nimis. Per transgressionem autem *Rom. 2.* legis, inquit, Deo contumeliam facis.

8 *In lib. regũ larum bre. uiũ respon sion. 291. Is. 41. Phil. 2.* IDEM explicans verba illa Isaiæ. Calamum quassatum non conteret: & linum fumigans nõ extinguet, ait: Sane perquassatum calamum illum intelligi arbitror, qui non ea qua oportet animi sinceritate mandatum Dei exequitur, quem non conterere conuenit, nec abscindere, sed sanare potius. Sicut Apostolus præcipit dicens: Omnia facite sine murmurationibus, & disceptationibus. Linum vero fumigans, quotiescunque quis mandatum quidem exequitur, sed non ardenti deliderio, aut pleno studio, sed segnius quodammodo ac lentius, qui ideo non est deterrendus, sed excitandus potius admonitione assidua iudiciorum Dei, & promissorum ipsius.

9 *Epist. 14. ad Celantiam matronam de ratione pie viuendi. to. 1. Deut. 6.* HIERONYMVS sic habet; Præcipua tibi cura sit legem nosse diuinam, per quam possis quasi præsentia cernere exempla sanctorũ, quid faciendum sit, q̃d ve uitandum, illinc consilio disce. Maximum enim auxilium ad iustitiam est, implere diuinis eloquijs animum, & quod opere exequi cupias semper corde meditari. Rudi adhuc populo, & hominibus ad obedientiam insuetis per Moysen imperatur a Domino, ut in signum memoriæ, qua præcepta Domini recordentur, per singulas uestimentorum fimbrias, habeant cum coco hyacinthini coloris insignia, ut etiam casu huc, illucq; respicientibus oculis, mandatorum cœlestium *Matt. 23.* memoria nascatur. De quibus fimbrijs Pharisæi redarguuntur a Domino, quòd eas peruerso usu, non ad commonitionem præceptorum Dei, sed ad ostentationem sui habere cœperint, ut scilicet quasi de maioris obseruationis diligentia, sancti a populo iudicarentur. Tibi uero seruanti non tam litteræ præcepta, sed Spiritus diuinorum mandatorum memoria, spiritualiter excolenda est. Cui non tam frequenter recordanda sunt præcepta Domini; quàm semper cogitanda. Sint ergo diuinæ Scripturæ semper in manibus tuis: & iugiter mente uoluantur. Nec sufficere tibi putes mãdata Dei memoria tenere, & operibus obliuisci: sed ideo illa cognosce, ut facias quicquid faciendum didiceris. Non enim auditores legis iusti sunt a- *Rom. 2.* pud Deum: sed factores legis iustificabuntur. Diuinam

Scri-

Scripturam semper cognoscere, secumque reuoluere, ingens ad conseruandam iustitiam beneficium est.

10 *Epist. 1 quæ est ad Demetriadem virg. to. 1.* IDEM sic ait: Prima igitur virginis cura, primum que studium sit, scire voluntatem Domini sui, & quid ei placeat, quid ve displiceat diligenter inquirere; vt secundũ Apostolum rationale Deo reddat obsequiũ, totumque vitæ suæ cursum ex eius possit ordinare sententia. Impossibile est enim ei quemquam placere, cui quid placeat ignorat, fieriq; potest, vt etiam obsequendi voto offendat, cui quomodo obsequi debeat ante non didicit. Et vt maius est voluntatem Domini facere quam nosse; ita prius est nosse, quàm facere. Illud enim merito præcedit hoc ordine. Vnde & Propheta dicit: Et tu Israel noli ignorare. Et beatus Paulus: qui autem ignorat, ignorabitur. Idemque alibi? Propterea noliter fieri imprudentes: sed intelligentes, quæ sit voluntas Domini. Initium obedientiæ est, quid præcipiatur velle cognoscere, & pars est obsequij, didicisse quid facias.

Rom. 12. *Ps. 15.* *Ps. 111.* *1. Cor. 14.*

11 *Li 2. in c. 5. Hier. to. 4.* IDEM explicans verba illa; Me ergo non timebitis, ait Dominus, & a facie mea non dolebitis, qui posui arenam terminum mari præceptum sempiternum, quod non præteribitur, inquit: Non dilectionem desidero perfectorum, sed timorem incipientium, qui posui arenam terminum mari, qui tam potens elementum, & immensas gurgitum moles meo præcepto littoribus refrænaui, iuxta illud quod scriptum est: Præceptum posuit, & non præteribit. Audiunt me, & sentiunt, qui sensum non habent audiendi, populus autẽ meus, suo vitio stultus effectus, contemnit, nec dixerũt metuamus eum, qui dat nobis pluuiam temporaneam, & serotinam, vt hac ratione commoti mandata seruarent.

Ps. 148. *Eph. 3.* *Malac. 1.* *Rom. 2.*

12 *Inc. 3. Ionæ. to. 5.* IDEM exponens verba illa; Et surrexit Ionas, & abijt in Niniuem, iuxta verbũ Domini, & Niniue erat ciuitas magna itinere dierum trium, & cœpit Ionas introire in ciuitatem itinere diei vnius, sic habet: Statim Ionas quod fuerat sibi imperatum opere perfecit. Niniue autem erat ad quam pergebat Propheta ciuitas magna, & tanti ambitus, vt vix trium dierum possit itinere circumiri. At ille præcepti, & superioris naufragij memor, viam trium dierum, vnius diei festinatione compleuit.

In lib. regu larum be. nitũ respon sion. 29. Is. 41. Phil. 2.

13 *In cap. 2. Nahum.* IDEM exponens verba illa; Contemplare viam, conforta lumbos, robora virtutem valde, ait: Tria præcipiuntur Iudę, primum, vt contempletur viam, & iter per quod ambulaturus est diligenter aspiciat, iuxta illud, quod in Hieremia scriptum est: State in vijs, & interrogate semitas æternas, & videte quæ sit via bona, & ambulate in ea. Deinde dicitur ei, vt teneat lumbum ideſt, vt post electionem viæ, mortificet corpus suum, & seruituti subijciat. Vnde Paulus ait: State ergo accincti lumbos mentis vestrę in veritate. Licet enim plurimum, vitæ continentia præstet super mortificatione lumborum, tamen nihil eos ita mortificat, vt cognitio veritatis. Vnde dicitur: accingite lumbos vestros in veritate. Tertio præcipitur, conforta virtutem valde: elegisti, inquit, viam, tenuisti lumbum, assume virtutem, vt possis pugnare cum hostibus.

Hiere. 6. *Eph. 6.* *Epist. 14. ad Celantiam matronam de ratione sui viuendi. n. 9.* *Deut. 6.* *Matt. 33.*

14 *In c. 3. Nahum.* IDEM explicans verba illa; Ecce ego ad te dicit Dominus exercituum, & reuelabo pudenda tua in faciem tuam: & ostendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam, & proijciam super te abominationes, & contumelijs afficiam, & ponam te in exẽplum, sic habet: Discooperiam pudenda tua in facie tua, vt quæ prius non videbas, ante tuum ponantur aspectum. Ostendam gentibus nuditatem tuã, & regnis ignominiam tuam, vt qui tecum fornicati sunt, ipsi te irrideant, & contumelijs afficiant, & eris exemplum vniuersis videntibus. Septuaginta sic verterunt: Reuelabo posteriora tua in facie tua, ideſt, præcepta mea, atque sermones, quæ proiecisti post tergum tuum, licet non merearis, faciam te videre. Ego enim mandauerã tibi de sermonibus meis, vt semper ante oculos tuos mouerentur, ligati essent, atque penderent. Tu autem contempto iubentis imperio, post tua eos vestigia reliquisti, vt non solum non faceres, sed nec dignareris quidem videre quod iusserant. Et ponam te in exemplum, vt similitudo formidatæ pœnæ, similitudinem prohibeat delinquendi.

Rom. 1.

15 *Lib. 2. in c. 3. Habacuc* IDEM explicans verba illa; In fremitu conculcabis terram, ait: Septuaginta interpretes transtulerunt. In comminatione imminues terram, imminutam cõminatione terram, hoc est, opera terrena intelligere possumus & eos, qui constituti peccatores in Ecclesia non expectant, vt furore Domini corripiantur. Sed audientes in Scripturis, quæ supplicia impendeant peccatoribus, agunt pœnitentiam, & paulatim imminuũt terram suam, ad cœlumque proficiunt. Si quis nostrum comminationem Domini reformidat, huic terra imminuitur.

16 *Lib. 1. in c. 3. Pro. t. 7* IDEM exponens verba illa; Ne dicas amico tuo: vade, & reuertere, & cras dabo tibi cum statim possis dare, inquit: Non solum de eo qui eleemosynam pecuniæ petit hoc mãdatum datur, vt beneuoli, & prompti ad largiendum existamus, sed & per omnia Christi mandata, qui ait: Vos amici mei estis, si feceritis, quæ ego præcipio vobis, statim facere, & non in crastinum differre iubemur.

Ioan. 15.

17 *in c. 7. Pr.* IDEM explicans verba illa; Serua mandata mea, & viues, & legem meam quasi pupillam oculi tui, ait: Iam sollicitè serua quæ doceo, quasi nil rectè sine his aspicere valeas. Liga eam in digitis tuis, scribe illam in tabulis cordis tui. In digitis, in actibus dicit, in tabulis cordis, in latitudine cogitationis.

18 *Lib. 2. in c. 2. Prou.* IDEM exponens verba illa; In labijs sapientis inuenietur sapientia, & virga in dorso eius qui indiget corde, sic habet: Virga in dorso est vindicta in posteris, ideſt, in sequenti vita, quam bene plaga illa famosa, qua Philisthæi in natibus feriebantur, exprimit. Qui ergo nõ vult virgã in dorso portare, portet in labijs sapientiam, & præcepta Dñi, & laudes loquatur Christi.

1. Reg. 5.

19 *Lib. 7. in c. 10. Lucæ, to. 3.* AMBROSIVS explicans verba illa; Et neminem salutaueritis in via, inquit: Fortasse quibusdã hoc durum, & superbum, nec mansueti, & humilis Domini præcepto conuenire videtur, vt hoc loco mandet discipulis neminem salutaueritis in via, cum iste communis sit vsus gratiæ. Sic inferiores superiorum sibi fauorem conciliare consueuerunt. Gentiles quoque cum Christianis habent huiusmodi officiorum commercia, quomodo Dominus hunc vsum humanitatis auellit? Sed considera non hoc esse solum, neminem salutaueritis, sed non frustra additum, in via. Denique & Heliæus, cum mitteret seruum suum, vt baculum eius poneret supra corpus pueri defuncti, mandauit ei, ne per viam aliquem salutaret. Festinato enim iubebat eum conscendere, vt celebrandæ resurrectionis exequeretur officium, ne confabulatione alicuius obuij, mandato flecteretur a munere. Ergo & hic non salutationis officium, ac sedulitas aufertur, sed obstaculum impediendæ deuotionis aboletur, vt quando diuina mandantur, pauliſper sequestrentur humana. Pulchra est salutatio, sed pulchrior, quo maturior executio diuinorum, quæ per moram sæpe traxit offensam. Ideo autem & honesta prohibentur, ne impediat ministerium, cuius mora culpa sit.

20 *Li. 4. de doctrina Chriſtiana ca. 12. t. 3.* AVGVSTINVS inquit; Homines, qui adhuc nesciunt legem prius docendi sunt, quàm monendi. Et fortasse rebus ipsis cognitis ita monebuntur, vt eos non opus sit maioribus eloquentiæ viribus iam moneri. Quod tamen, cum opus est, faciendum est. Tunc autem opus est, quando cum scierint quid agendum sit, non agunt; ac per hoc docere necessitatis est. Possunt enim homines, & agere, & non agere quod sciũt. Quis autem dixerit eos agere debere quod nesciunt,

21 IDEM inq; Decẽ quidã fratres fuerũt, quorũ septẽ

sũt mares, tres fœminæ, de Cœsarea Cappadocie, suo rũ ciuiũ nõ ignobiles, maledictio mis receti patris eo rum obitu destitutæ, quæ iniuriam sibi ab eis factam acerbissime tulit, tali pœna sunt diuinitus coerciti, vt horribiliter quaterẽtur omnes tremore membrorum. In qua fœdissima specie, oculos suorum ciuium non ferentes, quaquauersum cuique ire visum est, toto penè vagabantur orbe Romano. Ex his etiam ad nos venerunt duo, frater, & soror Paulus, & Pauladia, multis alijs locis miseria diffamante, iam cogniti. Venerunt autem ante Pascha ferme dies quindecim, Ecclesiam quotidie ingredientes, & in ea memoriam glorioſissimi martyris Stephani frequentabant orantes, vt iam sibi placaretur Deus, & salutem pristinam redderet. Et illic, & quocunque ibant, conuertebant in se ciuitatis aspectum. Hi duo sanati sunt orationibus, & reliquijs beati Stephani mirante Augustino, eiusque populo Hypponensi.

Lib. 22. de ciuit. Dei c. 8. to. 5.

21 IDEM exponẽs verba illa; In de cachordo psalterio cum cantico in cithara, ait: Decachordum psalteriũ significat decem præcepta legis. Sed cantare in illo opus est, non portare psalterium. Nam & Iudęi habẽt legem, portant, & non psallunt. Qui sunt qui psallunt? Qui operantur. Parum est? Qui operantur cum tristitia, nondum psallunt. Qui sunt qui psallunt: Qui cum hilaritate faciunt bene. In psallendo enim hilaritas est. Dicit Apostolus: hilarem datorem diligit Deus. Quidquid facis, cum hilaritate fac bonum, & benefacis. Si autem cum tristitia facis, portas magis psalterium, nõ cantas. In psalterio decachordo cum cantico in cithara, hoc est, in verbo, & opere: cum cantico in verbo, in cithara, in opere. Si verba sola dicis quasi canticum solum habes, citharum non habes. Si operaris & non loqueris, quasi solam citharam habes. Propter hoc, & loquere bene, & fac bene, si vis habere cãticũ cũ cithara.

In Ps. 91. to. 8.

2. Cor. 9.

22 IDEM explicans verba illa; Non abscondas a me mandata tua, sic habet: Qui tandẽ sunt a quibus Deus abscondit mandata sua? Nõne illa vbique Deus voluit prædicari? Vtinam quàm multis clara sunt, tam multis chara sint. Nam quid est clarius, quàm diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximũ tuum sicut te ipsum? In quibus mandatis tota lex pendet, & Prophetæ. Et quis est quem lateant ista mandata? Nẽpe & omnibus fidelibus, & plurimis infidelibus nota sunt. Cur ergo poscit fidelis ne abscondantur sibi, qđ nec infideli cernit abscondi? Multi proximum non cognoscunt, inter quos ille erat, qui Domino dicebat: Et quis est meus proximus? Multi, nec se ipsos nouerunt; quia & se ipsum nosse quemadmodum homo sibi debet innotescere, non omnium hominum est. Quomodo ergo diligit proximum tanquam se ipsum, qui nescit & se ipsum? Sicut filius ille prodigus in se reuersus est, quia reliquerat se, & omnino nesciebat se. Quocirca & aliquatenus ista sciuntur, & vt magis magisque sciantur, non immerito scienda poscuntur. Quapropter vt sciamus diligere Deum, sciendus est Deus, & vt sciat homo diligere proximum, tanquam se ipsum, prius debet diligendo Deum diligere se ipsum. Rectè itaque dicitur Deo: incola ego sum in terra, nõ abscondas a me mandata tua. Meritò namque absconduntur eis, qui non sunt incolæ in terra. Hæc enim mandata etsi audiunt, nõ sapiunt, quia terrena sapiũt. [Infra:] concione 10. Doce me iustificatione tuas. Sic, doce me, vt agam, nõ vt tantummodo sciam, quid agere debeã. Sicut enim dictum est de Domino: quod non nouerat peccatum, & intelligitur non fecerat, sic & iustitiam ille vere dicendus est nosse, qui facit: Viam iustificationum tuarum instrue me, & exercebor in mirabilibus tuis.

In Ps. 118. cõcione 3.

Matt. 22.

Luc. 10.

Luc. 10.

24 IDEM exponens verba illa; Hymnum cantate nobis de canticis Sion, inquit: Plenus es malis cupiditatibus. Si dicam quæ postulas non capis, oportet vt exinaniaris quo plenus es, vt possis impleri quo inanis es. Ergo noli facile hinc aliquid dicere: lignum est salicis, lignum est sterile. Noli percutere organum, vt sonet, suspende potius. Sed ille dicturus est, dic mihi, canta mihi: Non vis, inquit, vt dicam, non bono animo audis, nõ sic pulsas vt tibi dignum sit aperiri, nõ quæris quid discas, sed quid reprehendas. Si dixerit, cantate nobis de canticis Sion, respõdebimus: Babylonia te portat, Babylonia te continet, Babylonia te nutrit, Babylonia de te loquitur, non nosti capere, nisi quod fulget ad tempus, æterna meditari ignoras, non capis, quod interrogas. [Infra:] Inter verba dolosorum, inter verba quærentium, & scire nolentium sumus, Babylonius, cuius erat ille, qui Dominum interrogabat: Magister bone, quid faciendo, vitam æternam possidebo? Nonne de vita æterna quærens, quasi canticum Sion interrogabat? Serua mandata, ait illi Dominus, & ille de fausto cum audiuit, respondit: Hæc omnia seruaui a iuuentute mea. Et Dominus dixit illi aliqua de canticis Siõ, & nouerat, quod non caperet, sed exẽplum dedit nobis quomodo quærant multi quasi consilium ad vitam æternam, & tamdiu nos laudant, quamdiu respondeamus quod volunt. Dedit de illo documentum, tanquam nobis dicturis aliquando talibus hominibus: Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Ecce ait: Si vis perfectus esse, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo. Vt discat multa cantica de canticis Sion, prius impedimenta reijciat, expeditus ambulet, ne vllo onere prægrauetur, & discet aliquid de canticis Sion. Ille autem contristatus abscessit. Dicamus post illum, quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?

Matt. 19.

In Ps. 136.

IDEM sic ait: Si vultis, vt diuina vobis præcepta proficiant, subtrahite vos aliquibus horis ab occupationibus mundi, in quibus etiam in domibus vestris diuina eloquia relegentes, ad integrum vos Dei misericordiæ consecretis, in vobis fœliciter impleatur, qđ de beato viro scriptum est, quia in lege Domini meditabitur die, ac nocte, & illud: Beati qui scrutantur testimonia eius, in toto corde exquirunt eũ. Et illud: in toto corde meo abscondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Sicut enim, vt ipsi audistis, ille qui abscondit in corde suo eloquia Dei, non peccat; ita & ille qui non abscondit, peccare non cessat. Si enim agricolæ diuersa genera seminum conantur serere, vnde sufficienter sibi & suis cibum valeant præparare: quanto magis nobis non debet sufficere, quod in Ecclesia lectiones diuinas audiatis, sed in domibus, & in cõuiuijs vestris, & quando dies breues sunt, etiam aliquibus horis in noctibus lectioni diuinæ debetis insistere, vt in horreo cordis vestri spiritale possitis triticũ comparare. Et illud fratres charissimi diligenter attendite, quòd Scripturę diuinæ, quasi litterę de patria nostra nobis transmissæ sunt, & cum Scripturas eius rebelli spiritu fragilitas humana contemneret, dignatus est per seipsum descendere, vt nos doceret. Cum hæc ita sint fratres charissimi, quid de se cogitant serui, qui ita præsumunt præcepta Domini sui contemnere, vt nec ipsas inuitatorias litteras, quibus ad regni beatitudinem eos inuitat, dignentur relegere? Quomodo enim si aliquis nostrum ad procuratorem suum litteras dirigeret, & ille nõ solũ non impleret, quod præcipitur, sed etiam nec ipsa iussoria relegere dignaretur, non indulgentiam, sed pœnam, & carcerem mereretur. Ita ille qui diuinas Scripturas de patria ęterna transmissas dissimulat legere, timere debet, ne fortè præmia æterna non accipiat, sed etiam pœnam perpetuam non euadat. Nam in tantum periculosum est nobis diuina præcepta non legere, vt propterea Propheta lugubriter clamet: Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam. Qui autem ignorat, ignorabitur. Sine dubio qui Deum per diuinam lectionem in hoc sæculo dissimulat inquirere, & Deus illum in æterna beatitudine dedignabitur agnoscere. Et timor

25 *Ser. 56. ad fratres in eremo tom. 10.*

Ps. 1.

Ps. 118.

26

Is. 5.

1. Cor. 16.

Matt. 25.

Prou. 23.

Homil. 16. in c. 26. Læ titici. to. 1.

Matt. 5.

Deut. 32.

Heb. 6.

Matt. 24.

no

nobis debet esse, ne clausis ianuis cum stultis virginibus, foris exclusis, mereamur audire: Nescio vos. Eos enim, quos in ignem mittit, nescit quia eum in hoc sæculo, legendo, nolunt intelligere. Et illud, quod in Salomone scriptum est, non negligenter, sed cum grandi sollicitudine & timore debemus audire: Qui obturat, inquit, aurem suam ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis. Debet primus ipse audire Deum, qui vult exaudiri a Deo. Nam qua fronte vult, vt Deus eum exaudiat, quem in tantum despicit, vt eius præcepta legere dissimulet? Et illud quale est, fratres mei, quod nonnulli Christiani, & quod peius est, aliquoties etiam clerici, quando iter acturi sunt, panem, & vinum, & diuersas sibi impensas ordinant præparari. Et cum tanta vnusquisque in terreno itinere præparat, vnde viuat caro sua, quare tantum ſi bellum legere non curat, vnde hic & in æternum reficiatur anima sua?

Matt. 25.

Prou. 23.

Matt. 19.

Ad mandato Domini implenda, quæ reuera grauia sunt, multa nos debent mouere, frivolis excusationibus omissis. Cap. III.

1

ORIGENES sic habet; Præcepta diuina seruantibus, ait Dominus: Dabo pluuiam vobis in tempore suo. Quod de temporali pluuia intelligi non valet, quia de hac scriptum est: Quia pluit Dominus super iustos, & iniustos. Quæramus ergo in Scripturis, quæ sit pluuia, quæ sanctis tantummodo datur, & de qua mandatur nubibus, ne pluant pluuiam istam super iustos. Hæc pluuia est, de qua in Deuteronomio dicitur: Attende cœlum, & loquar, & audiat terra verba oris mei, expectetur vt pluuia eloquium meum, & descendant sicut ros verba mea. Sicut imber super gramen, & sicut nix super fœnum. Ecce quomodo Moyses verbum legis, nunc pluuiam, nunc rorem, nunc imbrem & etiam niuem, dicit. Vnusquisque Prophetarum cum aperuerit os, imbres deducit super faciem terræ, hoc est, auribus & cordibus auditorum. Hoc sciens & Apostolus Paulus, dicebat: Terra sæpe venientem super se bibens imbrem, & germinans herbam opportunam ijs a quibus colitur, accipit benedictionem a Deo, quæ autem protulerit spinas, & tribulos, reproba est, & maledicto proxima, cuius consummatio est in combustionem. Nostra enim terra, & nostrum cor, si susciṗiat frequenter venientem super se pluuiam doctrinæ legis, & attulerit fructum operum, accipit benedictiones a Deo: si ver non opus spiritale, sed spinas, & tribulos, idest, sollicitudines sæculi habeat, aut voluptates, & diuitiarum cupiditates, reproba est, & maledicto proxima, cuius finis erit ad exustionem.

2

Propterea vnusquisque auditorum cum conuenit ad audiendum, suscipit imbrem verbi Dei, & si quidem fructum attulerit operis boni, benedictionem consequetur: Si verò susceptum verbum Dei contempserit, & frequenter audita neglexerit, ac sollicitudini rerum sæcularium se subiecerit, tanquam qui spinis suffocauerit verbum, maledictionem pro benedictione conquiret. Dabo ergo, inquit, vobis pluuiam in tempore, necessario addit & in tempore. Sicut enim imber iste terrenus, si importune veniat, idest, cum messis colligitur, cum frumenta teruntur in areis, obesse magis, quàm prodesse videbitur: ita & ij, quibus pluuia verbi Dei ministranda committitur, obseruare debent id quod dicit Scriptura, vt in tempore præbeant, idest, ne ebrio, ne occupato in alijs animo, cum attentus esse non potest, vel cum alicuius vitij languore constrictus est, & non doctori, sed morbo proprio interior præstatur auditus. Prudenter ergo conijciat vbi potest vacare mens, vbi sobrius, vbi intentus auditor est; & ibi pluuiam ministret in tempore, sicut & tritici mensuram seruus fidelis & prudens in Euangelio conseruis dare iubetur in tempore. Sed & aliter possumus intelligere, quod mandatur imber dandus in tempore. Puer est aliquis. & paruulus in fide indiget pluuia, sed lactis pluuia. Sic enim dicit ille qui sciebat pluuias in tempore dispensare. Lac vobis potum dedi non escam, nondum enim poteratis. Profecit post hæc in fide, creuit ætate & sapientia, aptus sine dubio factus est qui solidiorem percipiat cibum. Oportet ergo metiri doctrinam pro virium qualitate. Et dabit terra fructum suum. Hæc est secunda benedictio, quæ consequitur ad priorem. Inuenimus, quia & Isaac benedicens Iacob dixerit: Det tibi Dominus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, & vini. Putasne tale frumentum in benedictione dabat Isaac filio suo Iacob, quale habent & peccatores homines, & quali abūdat etiam impius Pharao? Hæccine erat tanti Patriarchæ benedictio? Iniqui cuiusdā diuitis ager, multos attulit fructus, qui dixit, destruam horrea mea, & maiora reædificabo, & dicam animæ meæ, manduca, & bibe, & lætare. Talia ergo credimus esse bona, quæ diuinis benedictionibus, sanctis quibusque & fidelibus tradebantur? Alios ergo terræ fructus aspicio, & aliter multitudinem fructuum intueor. Sicut semen, quod cecidit in terram bonam, & dedit fructum centesimum, & sexagesimum, & tricesimum. Sed & lingua, inquit, camporum dabunt fructum suum. Hæc sunt ligna, de quibus scriptum est: Quia non potest arbor bona malos fructus facere, nec arbor mala bonos fructus facere. Non est ficus, neque malum, nec vitis. Sed vna arbor iustitia vocatur, alia prudentia, alia fortitudo. Et si vis maiorem adhuc arborum multitudinem discere, quibus fortassis dignius putabitur consitus etiam paradisus Dei. Est enim ibi arbor pietatis, est & alia arbor sapientiæ, est & alia scientiæ boni & mali. Super omnia verò est arbor vitæ. Non tibi videtur magis q̃ pater cœlestis agricola huiusmodi arbores in anima tua excolat, & huiusmodi plantaria in tua mente constituat? Sic ergo dicit Saluator: Non potest arbor mala bonos fructus facere, neque bona fructus malos facere. Hoc est quod docet, arbor pudicitiæ bona est, non potest afferre fructus impudicitiæ. Arbor iustitiæ bona est, & afferre fructus iniustitiæ non potest. Sic e contrario si habeas malæ arboris radicem in tua mente plantatam: bonos reddere non potest fructus. Si enim sit in te radix, malitiæ, fructus non dabit bonos. Si sit intra cor tuum stultitiæ planta: nunquam proferet sapientiæ florem. Si iniustitiæ, si iniquitatis arbor sit, numquam huiusmodi ligna gaudere bonis fructibus possunt. Si ergo seruemus mandata Dei, susceptа pluuia verbi Dei, etiam arbores quę in campis animæ nostræ, & cordis nostri latitudine plantatæ sunt, lætū & bonæ suauitatis afferent fructum. Et apprehendet messium tritura vindemiam. Si seminatum est in anima semen bonum, & susceptа a Deo pluuia creuit, & venit ad spicam, necessariò consequetur & messis. Et si messis, consequetur etiam trituratio, in qua frumenta purgentur. Quæcunque de continentia, & custodia mandatorum Dei dicuntur, hæc possunt videri frumentum, ex quo panis efficitur, & auditorum corda confortat, Ea verò quæ ad scientiam pertinent, & occultorum explanatione, mentes lætificant audientiū, vino ac vindemiæ videbuntur aptanda. Cordi enim lætitia tribuitur, cum ea quæ occulta & obscura sunt, explicantur. Et vindemia, inquit, comprehendet sationē, vt si dicamus, primo seminaui quæ legis sunt, & postea quam seminatum est, oraui vt daret Dominus pluuiam in tempore, & facta est messis. Et manducabitis panem vestrum in saturitate. Nec hoc ego corporalis esse benedictionis accipio, quasi qui custodiat legem Dei, panem istum communem in abundantia consequantur. Quid enim? Nonne & impij panem istum, non solum in abundantia, sed in delicijs comedunt? Magis ergo si respiciamus ad eum, qui dixit: Ego sum panis vitæ,

3

4

Matt. 24.

1. Cor. 3. Hebr. 5.

Leuit. 26.

Ibidem.

Ioan. 6.

qui de cœlo descendi,& qui manducauerit ex hoc pane,viuet in æternum,& aduertamus, quia qui hæc dicebat,verbũ erat quo animæ pascuntur,intelligimus de quo pane dictum sit in benedictionibus a Deo, & manducabitis panem vestrum in saturitate. Similia his,Salomõ in Prouerbijs pronuntiat de iusto,dicẽs: Iustus manducans replet animam suam, animæ autẽ impiorum in ægestate erunt. Hoc secundum litteram
1. Cor. 4. accipi non potest. Paulus enim iustus erat,& dicebat: Vsque in hanc horam & esurimus,& sitimus. Et iterũ
5 dicit: In fame,& siti,in ieiunijs multis. Et quomodo dicit Salomon,quia iustus manducans,satiat animam
Leuit. 26. suam? Sed si intueris quomodo iustus semper manducet de pane viuo,& repleat animam suam,ac satiet eã cibo cœlesti,qui est verbum Dei,& sapientia eius,inuenies quomodo ex benedictione Dei manducet iustus panem in saturitate,Et habitabitis tuti super terram vestram. Iniquus numquam tutus est,sed semper mouetur & fluctuat & circumfertur omni vento doctrinæ,in fallacia hominum ad deceptionem erroris. Iustus vero,qui legem Dei custodit, tutus habitat super terram suam. Sensus enim eius, firmus est dicẽtis ad Deum: Confirma me in verbis tuis,& cõfirmatus, & tutus,& radicatus habitat super terrã,quia domus eius supra petram, & non super arenam fundata est,
Prou. 3. Et dormietis,& non erit qui vos exterreat. Et Salomon in libro Prouerbiorum dixit: Si enim sederis,sine timore eris,& si dormieris,libenter somnũ capies, & non timebis terrorem superuenientem tibi. Si.n.
Prou. 28. iustus efficiar,nemo erit qui me exterreat. Nihil timeo aliud,si Deum timeam. Iustus enim, inquit, confidit vt leo: & ideo non timet leonem diabolum, nec
Psal. 26. draconem sathanam. Dominus illuminatio mea, & salus mea,quẽ timebo? Dominus defensor vitæ meę,
6 a quo trepidabo? Et iterum: Si consistant aduersum me castra,non timebit cor meum. Vides constantiã, & virtutem animæ custodientis mandata Dei. Infra:
Leuit. 26. Post hæc,exterminabo malas bestias de terra vestra. Qui enim diuina præcepta seruauerit,& fecerit ea,pugnam & bella non patitur. Sed Deus auferet ea de terra eius,& non sinit ea transire per animam iusti. Et persequemini inimicos vestros. Diabolum scilicet. Persequemur eas,non solum,ut a nobis ipsis effugemus,sed & ab alijs quos incursant, si diuina præcepta seruemus. Persequemini inimicos vestros,& cadent
Rom. 16. in conspectu vestro in morte. Si conterat Sathanam sub pedibus nostris velociter Deus,cadent inimici in cospectu nostro morte. Cuius morte? Ego arbitror q̃ nostra. Si enim nos mortificemus membra nostra q̃
Coloss. 3. sunt super terram, fornicationem immunditiam, si hanc mortem inferamus membris nostris, illi cadent in conspectu nostro. Quomodo cadent in conspectu nostro? Si tu iustus sis, cecidit iniustitia in conspectu tuo. Si castus sis cecidit libido. Si pius etiam ipsa impietas corruit ante te. Et cadent inimici vestri in cõspectu gladij. Gladius ille est,de quo Paulus dixit:
Heb. 4. Viuus est sermo Dei & efficax,& penetrabilior omni gladio ancipiti. Hic est gladius,cuius acie cadunt inimici nostri. Sermo namque Dei est,qui prosternit omnes inimicos,& ponit eos sub pedibus suis, vt subdi-
Leuit. 26. tus fiat omnis mundus Deo. Et respiciam super vos,
7 & augebo vos. Plenum beatitudinis est hoc ipsum, si quem respiciat Deus. Respexit Dominus Petrum post peccatum negationis, statimque reuersus in se, prolapsum de præcipitio reuocans pedem,fleuit amarissimè,atque ita respectus a Deo,locum suum flendo recepit,quem negando perdiderat. Respiciam ergo, inquit,super vos,& augebo uos,tanquam si sol respiciat segetem, & afferat fructus quam vtique si nõ respexisset,infructuosa mensisset. Ita Deus segetẽ cordis nostri respiciens,& radijs nos uerbi sui illuminãs auget nos & multiplicat, vt vltra iam non simus paruuli,sed magni,sicut magnus fuit Moyses,& Iacob,& Ioannes. Et statuam testamentum meum uobiscum. Vide quantæ benedictiones promittantur, si mandata seruemus,& mãducabitis uetera,& ea nouis superuenientibus proijcietis. Eijcimus uetera,deponentes
Leuit. 26. Eph. 4. veterem hominem, & induentes nouum, qui secundum interiorem hominem renouatur de die in diem. Et ponam tabernaculum meum in uobis,& non abominabitur uos anima mea. Non nos abominabitur anima Dei,si obseruemus mandata eius.

IDEM explicans verba illa; Qualis est iste,quia 8
venti & mare obediunt ei,inquit: Iste vno verbo man Hom. 6. in
dat illis,qui non habent uerba, & obediunt ei, hi qui c. 3. Matt.
non habent auditum,& obtemperant ei. Hi qui pru- to. 3.
dentiæ,& intellectus expertes sunt,inclinantur iubenti ad confusionem mortalium, ad condemnationem corruptibilium. Iubet mari,& non contemnit. Dicit ventis,& tempestatibus, & mox compescuntur. Iubet & omni creaturæ,& non supergredietur iussionẽ eius. Et unum hominum genus,& vnum,quod secundum similitudinem Dei honoratum est, cui uerbũ & prudentia data est,hi soli homines resiliunt,hi tãtum inobedientes sunt,hi soli contemnunt. Ideoque & hi in iudicio damnabuntur, uelut deteriores mutis animalibus,uel ijs, quæ sine spiritu,& anima sunt in isto mundo.

IDEM explicans verba illa; Humanũ dico pro- 9
pter infirmitatẽ carnis uestræ,sicut exhibuistis membra uestra seruire in iustitiæ & iniquitati ad iniquitatem,ita nunc exhibete membra uestra seruire iustitiæ in sanctificationem,sic habet: Pudorem quemdã per hoc incutit Apostolus auditoribus, ut hoc saltem obsequij depẽdant iustitię,& sanctificationi,quod prius immunditiæ,& iniquitati detulerant. Quid ergo tam humanum,hoc est,quid tam leue, quid tam sine onere, & quod nulla ratione prorsus possit infirmitatis excusari? Sicut,inquit, exhibuistis membra uestra seruire iniquitati,ita nunc exhibite membra uestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Inglorioſum quidem est,ut ita quis uirtutibus,sicut uitijs seruiat. Multo.n. amplius, & multo intentius honoranda iustitia est. Sed & ego,inquit,humane,& communiter ago,similia requiro. Dudum currebant pedes uestri ad dęmonum templa, nũc autem concurrant ad Ecclesiã Dei. Currebant prius ad effundendum, nunc autem ad liberandum sanguinem currant. Protendebantur manus prius,vt aliena diriperent, nunc protendantur, vt propria largiantur,circumspiciebant prius oculi alienum ad concupiscendum,nunc circunspiciãt pauperes ad miserendum,& uniuscuiusque membri ministerium quod exhibuit uitijs,aptet uirtutibus,& actũ quem exhibuit immunditiæ, ad castitatem nunc ad sanctitatemque conuertat. Videtur hanc hic iustitiam pro omnibus simul uirtutibus nominasse,sicut e contrario iniquitatem pro omnibus simul uitijs posuisse.

BASILIVS docet; Quòd omnis, qui iussis Do- 10
mini aduersatur,licet is amico & pio animo faciat, is Li. Moral.
tamen ob eam causam abalienatur a Domino: quod- sententiarũ
que quicquid a Domino dicatur, id summa cum ani- to. 2.
mi expletione debemus suscipere. Ad hoc adducit factum Christi Domini lauantis pedes Petri, cum dixit Apostolus: Non lauabis mihi pedes in æternum. Re- Ioan. 13.
sponditque ei Iesus: si non lauero te,non habebis partem mecum.

HIERONYMVS sic habet; Non omnis, qui 11
dicit mihi,Domine Domine,intrabit in regnum cœ- Epist. 14. ad
lorum: sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cę- Celantiam
lis est. Quomodo enim ex animo ac uere dicimus,Do matronam
mine Domine, si eius quem Dominum confitemur, de ratione
præcepta contemnimus? Vnde ipse in Euangelio di- pie uiuendi
cit: Quid autem uocatis me,Domine Domine, & nõ to. 1.
facitis quæ dico? Et rursus loquitur per Prophetam: Matt. 7.
Filius honorificat patrem, & seruus dominum suum Malac. 1.
timet. Et si pater ego sum, ubi est honor meus? Etsi

Dominus

Dominus ego sum, vbi est timor meus? Ex quo appa-
1. Reg. 2. ret, nec honorari ab eis Dominum nec timeri, qui eius præcepta non faciunt. Quod ad Dauid expressius dici tur, qui peccatum admiserat: Et pro nihilo duxisti Deum. Et ad Heli fit sermo Domini: Qui glorificat me, glorificabo eum, qui autem pro nihilo me habent, ad nihilum redigentur. Et nos securo, ac bono animo sumus, qui per singula quęque præcepta inhonorantes Deum clementissimum ad iracundiam prouocamus, eiusq; imperium superbissimè contemnendo, in tantæ maiestatis imus iniuriam? Quid n. unquam tam superbum, quid uero tã ingratum uideri potest, quã aduersus eius uiuere voluntatẽ, a quo ipsũ uiuere acceperis? quàm illius præcepta despicere, qui ideo aliquid imperat, vt causas habeat remunerandi? Neque enim obsequi nostri Deus indiget, sed nos illius indigemus imperio. Mandata eius desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum nimis, & dulciora super mel & fauũ; quoniam in custodiendis illis retributio multa. Et ideo nobis irascitur, idcirco magis, immensa illa Dei bonitas offenditur, quia eam per tanti etiam præmij detrimenta contemnimus, nec solum imperata, sed etiam promissa illius pro nihilo ducimus. Vnde sæpe, immò semper illa nobis Domini reuoluenda sententia: Si uis ad uitam ingredi, serua mandata. Hoc enim lex, hoc Prophetæ, hoc Apostoli docent, hoc a nobis, & uox
2. Cor. 5. Christi, & sanguis efflagitat. Qui ideo pro omnibus mortuus est, vt qui uiuunt iam non sibi uiuant, sed ei qui pro ipsis mortuus est. Viuere autem illi, non est aliud, quem eius præcepta seruare, quæ nobis ille, quasi certum quoddam dilectionis suæ pignus, seruanda mãdauit. Si diligitis me, inquit, mandata mea seruate. Et
Ioan. 14. qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est, qui diligit me. Acrursum: Qui diligit me, sermonem meum seruabit, & pater meus diliget eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Qui non diligit me, sermones meos non seruat. Nos si uerè Christum diligimus, si eius nos redemptos sanguine recordamur, nihil magis uelle, nihil omnino debemus agere, quàm quod illum uelle agnoscimus. Inf. Est prudentissimus, qui non tam considerat, quod iussum sit, quam illum qui iusserit, nec quantitatem imperij, sed imperantis cogitat dignitatem.

IDEM ait cum dicat Iob; Quis mundus a sorde? Ne unus quidem etiam si unius diei fuerit uita eius super terram. Hoc loco non pro impossibili, sed pro ualde difficili accipiendum est. Vnde ergo illud est Pelagij, quod dixisti, facilia Dei esse mandata, & ea facile posse compleri dicente Scriptura: Vir in dolore laborat sibi, & uim facit perditioni suæ, ut oppressa, & subiugata, & moriente carne, uiuat in eo spiritus. Vnde in
Pron. 20. Prouerbijs dicitur: Quis gloriabitur, castum se habere cor, aut quis confidit se mundum esse a peccato? Rade
1. Ioan. 5. ergo de libro tuo, facilia Dei esse mandata. Quod si illud Ioannis Apostoli, apposueris, & mandata eius gra
Matth. 11. uia non sunt, & de Euangelio: iugum meum suaue est, & onus meum leue, facile reuinceris. Leuia enim certum est dixisse Euangelij mandata, ad comparationem superstitionis Iudaicæ, in qua uaria ceremoniarum genera quærebantur, quæ iuxta litteram, & beati Petri sententiam nullus potuit implere. Vnde & in actis Apostolorum scribitur. Nunc ergo quid tentatis imponere iugum super ceruicem discipulorum, quod neq; patres nostri, neque nos portare potuimus? Infra: In
Act. 15. ultimis uerbis. Vis audire facilitatem præceptorum
Matth. 7. Dei? Ausculta, quod dicitur. Quam arcta uia est & angusta quæ ducit ad uitam, & pauci sunt, qui inueniunt eam. Pauci enim inueniunt, & multo pauciores ingrediuntur per eam. Non dixit, qui gradiuntur per eam, hoc enim difficillimum est, sed qui inueniunt eam.

IDEM exponens uerba illa; A mandatis tuis intellexi, uno uerbo dicit: quòd post opera, & adimplectionem mandatorum Dei cœperit habere cognitionem secretorum Dei.

IDEM sic habet; Omnia, inquit Paulus, fecite sine murmuratione, & hęsitatione, ut sitis irreprehẽsibiles, & simplices, sicut filij Dei immaculati. Omnia, inquit, facite. Non. n. quasi ad arbitrium nostrum, quædam ex mandatis Dei debemus eligere, sed generaliter uniuersa cõplere. Nec aliqua præcepta eius quasi uilia munuscula ac parua contemnere, seu imperantis in omnib. maiestatẽ aspicere. Nullum quippe mãdatum Dei, cõtemptibile nobis videri põt. Si eius semper cogitemus auctorẽ. Sine murmuratione, & hęsitatione. Viles, & ignobiles dominos palã contemni videmus a seruulis, eisq; ad minima quęq; pręcepta in faciẽ resisti solere. At hoc in personas nobiles iã nõ admittitur, quanto-
16 que potẽtiores domini, tanto serui ad obedientiã proniores sunt. Cumque difficiliora pręcipiunt, libentius audiuntur. Certe ad Regis imperium ita omnes parati sunt, & in procinctu obedientiæ constituti, vt etiam optent iuberi. Et non solum bene merituros esse credunt, si iussa fecerint, sed tanquam iam meruissent, qđ iussi sunt, ita pro dignitate præcipientis, seruitium, beneficij loco ducitur. Nobis uerò Deus ipse, æterna illa maiestas, ineffabilis atq; inæstimabilis potestas, sacras litteras, & verè adorandos pręceptorum apices mittit, & non statim cum gaudio, ac veneratione susc ipimus, nec pro magno ducimus beneficio tantæ ac tam illustris potestatis imperium, maxime cum non iubentis quæritur commodum, sed vtilitas subsequentis; verũ e contrario, fastidioso ac remisso animo, superborum nequam seruorum more, in os Domini reclamamus, & dicimus: Durum est, arduum est, non possumus, homines sumus, fragili carne circundamur. O cæcam insaniam, ò prophanam temeritatem. Duplici ignorantia accusamus Deũ, scientiæ, ut uideatur nescire quod iussit, quasi oblitus fragilitatis humanæ, cuius auctor ipse est, imposuerit homini mandata, quæ ferre non possit. Simulque (proh nefas) ascribimus iniquitatẽ iusto, pio crudelitatem, dum eum primo impossibile aliquid præcepisse conquerimur, deinde pro his damnandum putamus hominem ab eo, quæ vita re non potuit, vt (quod etiam suspicari sacrilegium est) uideatur Deus non tam salutem nostram quæsisse, quàm pœnam. Itaq; Apostolus sciens a Domino iustitiæ & maiestatis, nihil impossibile esse præceptum, aufert a nobis uitium murmurandi, quod tunc vtiq; nasci solet, cum aut iniqua sunt quæ iubentur, aut iubentis minus
17 digna persona est. Quid tergiuersamur in cassum, & præcipienti opponimus naturæ fragilitatem? Nemo magis nouit mensuram uitium nostrarum, quàm qui ipsas vires nobis dedit. Nec quisquam melius quantum possimus, intelligit, quàm qui ipsam virtutem nobis donare potuit; nec impossibile aliquid voluit imperare, qui iustus est, nec damnaturus hominem fuit, pro eo quod vitare non potuit, qui pius est; sicut filij Dei immaculati. Non est exhortatio vehementior, quàm qua nos scriptura diuina filios Dei vocat. Quis enim non erubescat, & metuat, tanto patre agere aliquid indignum, vt qui dicitur Dei filius, ipse efficiatur vitij seruus? Vt simus immaculati. Neque enim connit filijs Dei, quia ipse est fons iustitiæ, peccati maculam reperiri. In medio nationis prauæ, atque peruersæ, hoc est, dicere: Quamuis infinita vos cingat peccantium multitudo, & innumera sint exempla vitiorum, nos tamen ita cœlestis natiuitatis debetis esse memores, vt inter malos viuentes, omne malum vincatis.

IDEM exponens verba illa; Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis, inquit: Liberum ser
18 uat arbitrium, vt in vtramque partem ex merito singulorum, vel pœna, vel præmium sit. Bona autem terræ illa puto dici, de quibus in psalmo dicitur: Credo videre bona Domini in terra viuentium. Et beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Vel certè quia Iudæis

Leuit. 26. *Eph. 4.* *Hom. 6. in c. 3. Matt. to. 3.* *Li. 6. in. 6. epistо ad Romanos.* *Li. Moral sententiarũ to. 2.* *Ioan. 13.* *Epist. 14. ad Celantiam matronam de ratione pie uiuendi to. 1.* *Matt. 7.* *Malac. 1.* *in epist. ad Paulã. t. 1 Psal. 118. 15* *epist. 1. quæ est ad Demetriadem virginẽ de virg. to. 4.* *Phil. 2.* *Li. 2. aduersus Pel. t. 2* *Li. 1. in c. 1. Isa to. 4.* *Psal. 26.* *Matth. 5.*

dæis loquebatur, qui necdum poterant capere spiritualia, pollicetur eis bona præsentis sæculi, vt saltem
Isa. 1. præsentibus inuitati, faciant quæ præcepta sunt. Et quia noluerunt audire, sed e contrario prouocauerũt ad iracundiam sanctum Israel, propterea eos gladius deuorauit, id est, Romanꝰ deleuit exercitus. Ideo ait: Si nolueritis, & nõ audieritis, gladius deuorabit vos.

19 IDEM exponens verba illa; De mane vigilabo ad
Li. 8. in c. 26. Isa. t. 4 te, ait: Mane consurgit spiritus iusti ad Dominũ, quia lux præcepta tua super terram. Seruans enim manda ta tua, & illuminatus eorum lumine, de quibus dicit,
Psal. 18. Præceptum Domini lucidum illuminans oculos, dor mire nequeo, sed omni tempore te desiderans, meo ad te consurgo spiritu.

20 IDEM explicans uerba illa; Vtinam attenden-
Li. 13. in c. 48. Isa. disses mandata mea, facta fuisset sicut flumẽ pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris, sic habet: Si seruasses præcepta mea, fuisset sicut flumen pax tua, & iusti tia tua sicut gurgites maris. In quibus uerbis abundã tiam omnium rerum, copiamque significat. Et fuisset sicut arena semen tuum, & stirpes veteri tui, vt lapilli eius nõ interissent, & non fuisset attritum nomẽ eius a facie mea. Quæ verba de illo accipienda sunt semine, de quo scriptum est. Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus. Qui enim mandata Dei seruant, hoc semine multiplicantur, hæc recipiunt bona.

21 IDEM exponens verba illa, Hæc dicit Domi-
Li. 5. in c. 26. Hie. to. 4. nus: Si non audieritis me, vt ambuletis in lege mea, quam dedi vobis, vt audiatis sermones seruorũ meorum Prophetarũ, quos ego misi ad vos de nocte consurgens, & dirigens, & non audistis, dabo domũ istã sicut Silo, & vrbem hanc dabo in maledictionẽ cunctis gentibus terræ, inquit: His verbis diuina flagella minatur his qui mandata Domini non seruant, vt in malum ipsorum & templum Domini destruatur, & consequenter destructo templo ciuitas sit in maledictionem cunctis gentibus terræ, vt sic terrore moti mandata Domini implerent. Prophetæ autem frequenter aiebant: Hæc dicit Dominus, vt populus, quę iubebantur exequeretur. Non sicut a Prophetis iussa, sed a Domino populo mandata, & præcipientis mouerentur auctoritate.

22 IDEM explicans verba illa; Inualuerunt super
In c. 3. Ma lach. to. 5. me verba vestra, dicit Dominus, & dixistis, quid locuti sumus contra te? Dixistis vanus est, qui seruit Deo & quod emolumentum, quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes corã Domino exercituum? ait: Et nunc beatos dicimus arrogantes, si quidem ædificati sunt facientes impietatem, & tentauerunt Deum, & salui facti sunt. In præsenti sæculo mercedem pro Dei exigunt seruitute, ideo non recipiunt, & beatos dicunt arrogantes, quia post scelera, & blasphemias, prosperis omnibus fruuntur. Tentauerunt Deum, & salui facti sunt. Salutem, & fœlicitatem præsentis sæculi putant, & idcirco decipiuntur erroribus. Tunc locuti sunt timentes Deum vnusquisque cum proximo suo. Illis Dei iudico blasphemantibus, qui timent Deum ad inuicem sunt locuti, quod retributio bonorum, vel malorum non sit de p̃senti sæculo breui, sed in futuro, & æterno. Hæc loquuntur iusti contra eos qui dicunt, quod emolumẽtum, quia custodiuimus præcepta Dei? Et attẽdit Dominus, & audiuit & scriptus est liber monumenti coram eo timentibus Dominum, & cogitantibus nomẽ eius. Scriptus est liber monumenti, vt cum dies iudicij venerit, reddat & blasphemantibus pœnas, & timentibus præmia. Tunc, qui dicitis, quod emolumentum, quia custodiuimus præcepta eius? videbitis quid sit inter iustum & impium, inter seruientem Deo, & non seruientem ei.

AMBROSIVS exponens uerba illa; Congre- 23
Li. 3. Hexame. c. 1. to. 1. getur aquæ, quæ sub cęlo sunt in locum vnum, sic habet: Congregetur aqua dictum est, & congregata est, & frequenter dicitur, congregetur populus, & non congregatur. Non mediocris pudor est, imperio Dei insensibilia parere elementa, & homines non obedire, quibus sensus ab ipso tributus est autore. Nec hoc solum obedientis aquæ exemplum habemus; nam & alibi scriptum est: Viderunt te aquę Deus, viderunt te *Ps 76.* aquæ, & timuerunt. Et alibi mare vidit, & fugit, quãdo scilicet transiuit Israel mare rubrum. Nouit ergo *Ps. 113.* aqua, & congregari, & timere, & fugere, quando Deus præcipit, quam imitari nos debemus.

IDEM in fine exponens verba illa; Germinet 24
Eodem lib. c. 17. terra herbam uirentem, & statim omni surgente germine, inquit: Terra complecta est. Et homini dicitur: Dilige Dominum Deum tuum; & nõ est charitas Dei *Matt. 22.* omnium infusa viscеribus. Surdiora corda hominum sunt, quam dura saxorum. Terra indebitos fructus no *Gen. 1.* bis ministrat, dum obsecundat autori; nos debitũ mu nus negamus, dum non veneramur autorem.

IDEM dicit, sunt aliqua genera piscium, qui nõ 25
Li. 5. Hexame. c. 10 ingenij facilitate loca mutent, sed fouendi partus necessitate; quæ oportuno, atque legitimo procurantes tempore, e pluribus locis a diuerso finu maris, innumeri, velut communi consilio conuenientes, coniuncto agmine Aquilonis flatus petunt. Quis piscibus hæc annunciat loca, præcepta tempora? Quis tribuit dispositionem viandi, comitandi ordinem, & tempo ra reuertendi? Homines suum imperatorem habẽt; cuius expectatur imperium. Quis imperator, piscibus præceptum dedit? Qui duces, iter dirigunt, vt nullius desit occursus? Sed agnosco, quis ille sit imperator, qui ordinatione diuina sensibus vniuersorũ suum infundat imperium, qui tacitus mutis animantibus naturalis disciplinæ ordinem tribuat. Diuinæ legi, piscis obsequitur, & homines contradicunt. Piscis solemniter obaudit mandata cęlestia. An cõtemptibilis tibi videtur, quia mutus est, rationisque expers? Sed vide ne tu tibi magis incipias esse contemptui, si irrationabilior deprehendaris.

IDEM explicãs uerba, quæ Euæ dixit Deus; Sub 26
Li. de Paradiso. c. 14 viri potestate eris, inquit: In his verbis designatur Ecclesiæ ad Christum futura conuersio, & religiosa seruitus subdita Dei uerbo, quæ multo sit melior, quàm sæculi huius libertas. Denique scriptum est: Dominũ *Gen. 3.* Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Hæc igitur seruitus, Dei donum est. Denique inter benedictiones numeratur huius seruitutis obsequium; nam & *Matt. 4.* Isaac in loco benedictionis eam dedit Esau filio suo, vt seruiret fratri suo, ista seruitute pollet populus christianus; sicut Dominus ad discipulos suos ait: Qui *Matt. 20.* vult inter uos primus esse, sit omnium seruus.

AVGVSTINVS sic habet: Bruto quia filios 27
Li. 5. de ciuit. Dei. c. 18. to. 5. occidit, infelicitatis perhibet testimonium etiam poeta laudator. Ait enim:

---natosq. pater noua bella mouentes,
Ad pœnam pulchra pro libertate vocabit
Infœlix, vicumq; ferent ea fata minores.

Sed versu sequenti consolatus est infelicem.

Vicit amor patriæ, laudumq; immensa Cupido.

Hæc sunt duo illa, libertas, & cupiditas laudis humanæ: quæ ad facta compulere miranda Romanos. Si ergo pro libertate morituros, & cupiditate laudũ, quæ a mortalibus expetuntur, occidi filij a patre potuerunt, quid magnum est, si pro uera libertate, q̃ nos ab iniquitatis, & mortis, & diaboli dominatu liberos facit, nec cupiditate humanarum laudum, sed charitate liberandorum hominum, nõ a Tarquinio rege, sed a dęmonibus, & dæmonum principe, non filij occidũtur, sed Christi pauperes inter filios computantur? Si alius etiam Romanus princeps, cognomine Torquatus, filium, non quia contra patriam, sed etiam pro

patria,

patria,tamen quia contra id quòd imperauerat pater imperator,ab hoste prouocatus, iuuenili ardore pugnauerat, licet vicisset, occidit; ne plus mali esset in exemplo imperij contempti, quàm boni in gloria hostis occisi: vt quid se iactent, qui pro immortalis patriæ legibus,omnia quæ multo minus quàm filij diliguntur,bona terrena contemnunt? Infra: Curtius armatus equo concito in abruptum hiatum terræ præcipitem dedit se,Deorum suorum oraculis seruiês, qui iusserant, vt illuc quod Romani haberent optimum, mitteretur,nec aliud intelligere potuerunt, quàm viris armisque se excellere,vnde videlicet oportebat,vt Deorum iussis in illum interitum vir præcipitaretur armatus: quid se magnum pro æterna patria fecisse dicturus est,qui aliquem fidei suæ passus inimicum,nõ se vltro in talem mortem mittens, sed ab alio missus obierit: quandoquidem a Domino suo eodemq; rege patriæ suæ, certius oraculum accepit: Nolite timere eos,qui corpus occidunt,animam autem non possunt occidere.

23 *Li.3. Hexame.c.1. to.1.*

Psal. 76.

Psal. 113.

24 *Eodem lib. c.17.*

Matt. 22.

Matt. 10.

Gen. 1.

20 IDEM inquit; Quis ita desipiat,vt existimet aliquibus vsibus Dei,esse necessaria quę in sacrificijs offeruntur? Dixi Domino,Deus meus es tu,quoniã bonorum meorum non eges. Non solum igitur pecore, vel qualibet alia re terrena,sed ne ipsa quidem iustitia hominis,Deum egere credendum est; totumq; quod rectè colitur Deus,homini prodesse non Deo. Neque enim fonti se quisquam dixerit profuisse, si biberit, aut luci,si viderit.

Lib.10. de ciuit. Dei. c.5.

Psal. 15.

25 *Li.5. Hexame.c.10*

IDEM explicans verba illa; Iudicia Domini vera iustificata in semetipsa; desiderabilia super aurum & lapidem pretiosum multum,& dulciora super mel & fauum,sic habet: Aut multum aurum; aut multũ pretiosum,aut multum desiderabilia. Et dulciora super mel,& fauum. Sed hoc aduersum est erranti,mel amarum est febricitanti,dulce tamen & acceptabile sanato. Nam & seruus tuus custodit ea. Quàm dulcia mãdata tua sint,custodiendo probat seruus tuus,non loquendo, custodit ea seruus tuus, quia & nunc dulcia sunt,& in posterum salubria sunt. Nam in custodiendis illis retributio multa.

Mandata Dei leuia sunt amanti, quibus obediendum est semper. Cap. IV.

26 *Li. de Paradiso.c.14*

1 DIXIMVS de re hac multa lib.1. c.8. Chrysostomus explicans verba illa; Et præcepit Dominus Deus Adæ,dicens: De omni ligno,quod est in Paradiso comede, de ligno autem scientiæ boni & mali,ne comedas,ait: Vide statim ab initio,quanto honore hominem prosequitur. Neq; enim dixit imperauit vel iussit, sed præcepit; Sicut amicus amico de rebus necessarijs præcipiens loquitur; ita & Deus humanæ naturæ,quasi hoc honore ad obediendum ijs quę a se præcipiebantur,attracturus. De omni ligno Paradisi comede,&c. Magna huius præcepti facilitas est. Sed dilecte,graue malum est desidia,facitque vt facilia omnia videantur difficilia, sicut studio & vigilantia etiã omnia ardua & difficilia,facilia nobis fiunt. Quid.n. dic quæso hoc mandato facilius? quid hoc honore maius? concedebat enim versari in Paradiso, & visibilium formositate oblectari, & aspiciendo exhilarari,& fruendo magnam voluptatem percipere. Cogitą quàm iucundum fuerit videre arbores fructibus oneratas,florum varietatem, herbarum diuersitatem, atque alia,quæ verisimile est in Paradiso esse,& in Paradiso a Deo plantato. Propter hoc enim superius diuina scriptura dicit: Oririque fecit adhuc ex terra omne lignum,pulchrum ad videndum, & bonum ad comedendum,vt scire possimus,quomodo fruês tanta ubertate per magnam intemperantiam & desidiã datum sibi mandatum præuaricatus sit. Cogita obsecro honoris eminentiam, quia illum prosequutus est: Data illi mensa propria,& segregata in Paradiso, vt ne putet eandem sibi & iumentis instrui,sed haberet,quasi rex in Paradiso agens,deliciarum copiã, & quasi Dominus aliam quàm ministri, habitationem sortiretur. Ex omni ligno Paradisi comede,&c. Quasi diceret ad illam, non molestum aliquid, & graue petam ex te, frui enim omnibus tibi permitto. Vnum præcipio ne tetigeritis. Et magnam pœnam decerno, vt vel timore coercitus datum a me mandatum custodias. Hæc faciebat, quasi Dominus aliquis liberalis domum magnam alicui concredens,ut & dominium sibi saluum maneat, paruam tamen pecuniam dandã ab illo præscribat: Sic sane & misericors noster Dominus concesso omnium, quæ in Paradiso sunt, fructu,ab uno tantum ligno abstinere iussit, vt scire debeat quòd sit sub Domino,cui obedire debeat, & parere,si quid ille imperarit. Participem omnium quæ sunt in Paradiso esse voluit, ab vno solo ligno abstinere præcipit, monstrans re ipsa, nullius alterius gratia hoc ipsum se facere, quam vt tantorum beneficiorũ auctorem agnoscere possit, accepto leui illo mãdato.

Ho. 14. in Gen. to 1.

Matt. 4.

Matt. 20.

27 *Li.5. de ciuit. Dei c. 18. to.5.*

Gen. 2.

3 IDEM exponens uerba illa, Matt. 11. Iugum meũ suaue est,& onus meum leue,ait: Sic & Paulus persuadet dicens, quod momentaneum est, & leue tribulationis nostræ. Sed quomodo inquies, leue hoc onus est,cum dicatur,nisi quis odio habuerit patrẽ,& matrem,& nisi quis tollat crucem suam,& sequatur me, non est me dignus,& nisi quis omnibus rebus suis renunciauerit,non potest meus esse discipulus,cum iubeat ipsam quoq; animam esse tradendam? Quomodo leue sit docet Paulus,dicens: Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Et Apostoli ibant a conspectu concilij gaudẽtes,quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliã pati. Quòd si adhuc iugum & onus audiendo formidas nimium, atque perhorrescis, non naturæ rerum huiusmodi timorem,sed ignauię totum attribuas. Nã si accinctus,& præparatus eris,& nulla desidia effęminatus, cuncta tibi facilia læuissimaque videbuntur. Quapropter etiam Christus, ut quanta cura vigilandum esset certiores nos redderent,nõ siluit onera,nec suauia tacuit,sed vtrumque complexus,& iugũ dixit, & suaue appellauit,onus apposuit, & leue adiecit, & ne aut tanquam laboriosa nimium fugeres, aut tamquam nimium facilia contemptu prosequereris. [Infra:] Non ergo pertimescas onus, nec ab eo iugo resilias,quo te Christus ab omnibus mundi oneribus vẽdicat; sed omnia alacritate animi, iugum hoc subeas, & tunc quàm suaue sit facile agnosces. Nec enim teret ceruicem tuam,sed ornatus gratia imponitur.

Hom. 39. in Matth. to.2.

2. Cor.4.

Luc.14.

Rom.8.

Act.5.

4 IDEM explicans illa verba Matthæi, tollite iugũ meum,de quibus dudum diximus,inquit: Post adorationem vituli, & idololatriã talia præcepta Dominus imposuit populo Iudæorum, vt de ipsis diceret Petrus: Quid tentatis imponere iugum super ceruices discipulorum,quod neque nos,neque patres nostri portare potuimus? At apud Iudæos erat etiam lex leuis, idest decalogus,quem ante idololatriam acceperunt; sed sine gratia inueniebatur grauis,sine hac enim omnis iustitia grauis est hominibus, hac autem fit leuis. Vnde per Salomonem dicitur: Transite ad me omnes qui concupiscitis me, spiritus enim meus super mel dulcis. Nec ideo solum gratia leuis est, quia leuia ponit mandata: sed quod fieri præcepit,& ipsa in nobis faciendi operatur virtutem. [Infra:] Tollite iugũ meum super vos. O grauissimum pondus, quod magis confortat portantes. Nam pondus terrestriũ dominorum atterit paulatim ministrantium vires, pondus autem Christi magis adiuuat baiulantes; quia non nos portamus gratiam, sed gratia nos: gratia.n. ad auxilium nostrum data est. Tollite iugum meũ,& discite a me,ideſt,ex ipso iugo meo,quia suaue est, &

Hom. 28. in imperfect oin Mat.

Act. 15.

Eccl. 24.

ex ipso

ex ipso onere meo, quia leue est, experimentum accipite. Consequenter, & Propheta dicit de Christo; Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus. Inexpertis enim grauis est iustitia Christi: expertis aût suauis est. [Infra:] Et inuenietis requiem animabus vestris. Non dixit inuenietis requiem, & tacuit, sed addidit animabus vestris; quoniam mandata Christi in hoc seculo animarum requies sunt, non corporum, quoniam etsi laborant, & tristantur in corpore, animæ eorum requiescunt, & gaudent in spiritu, & spe.

Matt. 11. 33.

I.

5 IDEM ait; Aspera est virtus si ad imbecillitatẽ nostram comparetur. Nam quod facilis, & leuis sit, audi Christum testantem, iugum meum suaue est, & onus meum leue. Quod si non intelligis, nulla te admiratio teneat. Non enim forti animo es. Vt enim cum animi vis adest, grauia leuia fiunt: sic cum abest, leuia grauia. Quid quæso manna suauius? Quid magis in promptu? ægre tamen Iudæi tulerunt cum eo in delicijs vescerentur. Quid fame, & cæteris, quos Paulus perpessus est laboribus grauius? Gaudebat tamen ille, & exultabat, dicens; Nunc glorior in infirmitatibus meis. Quæ igitur horum causa? Animi diuersitas, quem si qualem esse oportet institueres, facilitatem virtutis dignosceres. Quid ergo pleriq; hãc non eligunt facilitatem? Quoniam multi etsi credãt, animum coinquinatum habent, & satius caducam, quam æternam ducunt voluptatem. Et quemadmodum febricitantes non quoniam suauis sit breuis voluptas, & diuturnus ardor, idcirco frigidam potionẽ esse lagitant, sed quoniam suam nequeunt cohibere auiditatem, itidem ij.

Ho. 14. in 1. epist. Pauli ad Cor. to. 4.

Num. 11.

2. Cor. 11.

6 HIERONYMVS explicans verba illa; Consummationem, & abreuiationẽ Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ, inquit: Abbreuiatus atque perfectus sermo Euangelicus est, qui pro cunctis lacinijs legis ceremonijs, dedit præceptum breuissimum dilectionis & fidei; vt quod nobis fieri noluerimus, ne fecerimus alteri. Vnde & Dominus in Euangelio, in his duobus præceptis inquit, vniuersa lex pendet, & prophetæ.

Lib. 4. in c. 10. Isa. 1. 6

Matt. 22.

7 IDEM ait: Imitatores Christi audiunt illud, quod de eo scriptum est: Et erit iustitia cingulum lumborũ eius, & fides cinctorium renum eius. Hac ipsa zona, qui sanctus est, & ad virtutum culmen ascenderit, nequaquam violenter astringitur, ne inuitus bonũ continentiæ seruare videatur, & in sudore vultus sui comedere panem, sed præceptum Domini facere voluntate. Et hoc est, quod hic dicit Ezechiel: Et fœminalia linea erunt in lumbis eorum, & non accingentur in sudore, siue violenter, vt septuaginta interpretum habet lectio.

Lib. 13. in c. 43. Ezec. Isa. 11.

8 IDEM explicans verba illa; Odite malum, & diligite bonum inquit: Odit malum, qui non solum voluptate non vincitur, sed odit opera voluptatis, & diligit bonum, qui non inuitus aut necessitate, aut metu legum facit quod bonum est, sed idcirco quia bonum est, vt mercedem boni operis habeat conscientiam suam, & dilectionem quam erga bonum possidet. Vnde & Apostolus ait: Hilarem enim datorem diligit Deus.

Li. 2. in c. 5. Amos. 1. 5.

2. Cor. 8.

9 AVGVSTINVS inquit; Qui iustitiã diligit, facit quod Apostolus admonet: humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis membra uestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; sic nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Quid enim est, sicut illud, ita & hoc, nisi quemadmodum ad peccandum nullus vos cogebat timor, sed ipsius libido, voluptasque peccati, sic ad iuste viuendum, non vos supplicij metus vrgeat, sed ducat delectatio, charitasque iustitiæ. Et hæc quidem quantum mihi videtur, nõdum est perfecta, sed quodammodo adulta iustitia. Neque enim frustra præmitteret, humanum dico propter infirmitatem carnis vestræ; nisi quia plus aliquid dicendum fuit, si iam illi ferre potuissent. Plus quippe seruitutis debetur iustitiæ, quam peccato solet homines exhibere. Nam pœna corporis, etsi non a voluntate, tamen reuocat ab opere peccati. Iustitia vero sic amanda est, vt ab eius operibus, etiam pœnæ corporis nos cohibere non debeant. Hinc est, quod ille fortissimus iustitiæ dilector exclamat: Quis nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an periculum, an nuditas, an gladius? Scriptum est, quoniam propter te mortificamur tota die, deputati sumus vt oues occisionis. Sed in his omnibus superamus per eum, qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neq; vita, nec angelus, neque potestates, neque præsentia, neque futura, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Iesu. Vide quẽ admodum non vtcumque ait: Quis nos separabit a Christo; sed ostendens vnde cohæreamus Christo, Quis nos inquit, separabit a charitate Christi? Charitate igitur, Christo, non pœnæ timore cohæremus. Et quid est a charitate Christi, nisi a charitate iustitiæ? Et quia charitas diffunditur in cordibus nostris, gloriamur in tribulationibus, scientes quia tribulatio patiẽtiam operatur, spes vero non confundit, non qua per nos ipsos hoc possumus, sed quoniã charitas Dei diffusa est in cordibus nostris.

Rom. 8.

Psal. 43.

Rom. 5.

IDEM in vltimis verbis, vno verbo ait; Omne præceptum Dei leue est amanti: Nec ob aliud intelligitur dictum, onus meum leue est, nisi quia per Spiritũ sanctum diffunditur charitas in cordibus nostris; vt diligendo, liberaliter faciamus, quia quod quis timẽdo facit, seruiliter facit. Plenitudo legis est charitas, qua per charitatem lex impletur, in tantum enim fiunt mandata iustitiæ, inquantum adiuuat spiritus gratiæ. Infra: Magna est vtilitas hominis, iubenti Deo, etiam incognita ratione iussionis, seruire; iubendo enim, Deus vtile facit quicquid iubere voluerit; de quo metuendum non est, ne non profutura præcipiat; nec fieri potest, vt voluntas propria non grandi ruinæ pondere super hominem cadat, si eam uoluntati superioris extollendo præponat.

10 *Lib. Sẽtẽt. to. 3.* *Matt. 11.* *Rom. 5.* *Rom. 13.*

IDEM inquit; Iste adhibet testimonia, quibus ostendat non esse grauia diuina præcepta. Quis autẽ nesciat cum præceptum sit generale, charitas, quia finis præcepti est charitas, & plenitudo legis est charitas, quia finis præcepti est charitas, & plenitudo legis est charitas, non esse graue, quod diligendo fit, non timendo? Laborant autem in Dei præceptis, qui ea timendo conantur implere, sed perfecta charitas foras mittit timorem, & facit præcepti sarcinam leuem, nõ solum non præmentem onere ponderum, verumetiã subleuantem vice pennarum. Diffunditur autẽ charitas in cordibus nostris, per Spiritum sanctũ qui datus est nobis. Nec aliam ob causam scriptura commemorat, non esse grauia diuina præcepta, nisi vt anima, quæ illa grauia sentit, intelligat se nondum accepisse vires, quibus talia sint præcepta Domini, qualia commendantur, leuia scilicet atque suauia, & oret gemitu voluntatis, vt impetret donum facilitatis. Commendantur ergo præcepta non esse grauia, vt cui grauia sunt, intelligat nondum se accepisse donũ, quo grauia non sint, nec arbitretur ea se perficere, quando ita facit, vt grauia sint. Hilarem enim datorẽ diligit Deus. Nec tamen cum ea grauia sentit, desperando frangat: sed ad quærendum, petẽdum, pulsandumq; cogatur. Audiamus ergo Deum sua præcepta non grauia cõmendantem. In Deuteronomio ait: Et conuertet Dominus Deus tuus epulari in te super bonis, sicut epulatus est super patres tuos, si audieris vocem Domini Dei uestri, custodire & facere omnia mandata eius & iustitias, & iudicia, quæ scripta sunt in libro legis huius. Si conuersus fueris ad Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, quia mandatũ

11 *Li. de perfectione iustitiæ cõtra Celestium. to. 7.* *1. Tim. 1.* *Rom. 13.* *Rom. 5.* *2. Cor. 9.* *Deut. 30. 12.*

hoc,

hoc,quod ego mando tibi hodie,non est graue,neque longe a te est; non est in cœlo vt dicas quis ascendet in cœlum,& accipiet illud nobis, & audientes faciemus? Non est trans mare, vt dicas, quis transfretabit mare,& accipiet illud nobis,& audientes faciemus? Iuxta te est enim verbũ in ore tuo,in corde, & in manibus tuis facere illud, item Dominus in Euangelio: Matt.11. Tollite iugum meum super vos, &c. Iugum.n.meum suaue est,& onus meum leue. Item in epistola sancti Ioannis,hæc est charitas Dei, vt mandata eius obseruemus,& mandata eius grauia non sunt. Quod testimonium commouet charitati Dei, non esse graue mandatum Dei.

13 IDEM explicans verba illa; Viam mandatorum tuorum cucurri,cum dilatasti cor meum,inquit: Non currerem, nisi dilatasses cor meum. Prorsus isto ver iu exponitur,quemadmodum dictum sit: Viam veritatis eligi,iudicia tua non sum oblitus,adhæsi testimonijs tuis. Cursus quippe iste,viæ sunt mandatorum Dei. Et quia potius eius beneficia, quàm sua merita Domino allegat,tanquam diceretur ei quomodo istã uiam cucurristi,diligendo,& Dei iudicia non obliuiscendo,& eius testimonijs adhærendo,an per te ipsũ ista potuisti? Non,ait: Quid ergo? Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Non ergo per proprium, & quasi nullius tuæ opis indigũ arbitrium meum,sed cum dilatasti cor meum. Cordis dilatatio, iustitiæ est delectatio. Hoc munus est Dei,vt in præceptis eius non timore pœnæ angustemur,sed dilectione dilatemur, & delectatione iustitiæ delectemur. Hanc enim nobis promittit latitudinem dicens: Habitabo in eis,& deambulabo. Quàm enim latum est vbi deambulat Deus? In hanc latitudinẽ diffunditur charitas in cordibus nostris per Spiritum sanctum,qui datus est nobis. Vnde dictũ est; & in plateis eius discurrent aquæ tuæ. Platea quippe de verbo græco a latitudine nomen accepit: Hæ sunt aquæ de quibus Dominus clamat dicens: Si quis sitit veniat ad me,& bibat. Qui credit in me,flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dicebat de spiritu, quem acceperuri erant credentes in eum.

14 IDEM exponens verba illa; Legem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum, & exquiram eam semper ait. Quid est quod orat,vt sibi a Domino lex ponatur,Cum Paulus dicat,iusto non est posita lex, sed iniustis, & non subditis? An eo modo non ponitur iusto quomodo posita est populo contumaci in talibus lapideis,non in talibus cordis carnalibus, sed secundum testamentum nouum,de quo scriptum est,per Hieremiam: Ecce dies veniẽt,dicit Dominus: & consummabo domui Israel, & domui Iuda testamentum nouum,non secundum testamentum quod disposui patribus eorum in die qua apprehendi manum eorum,cum educerem eos de terra Ægypti,qm̃ ipsi non permanserunt in testamento meo,& ego neglexi eos,dicit Dominus,quoniam hoc est testamentum,quod constituam domui Israel: post dies illos,dicit Dominus,dabo leges meas in mentibus eorum,& in cordibus eorum scribam eas? Ecce quomodo voluit iustam legem sibi poni a Domino, non sicut iniustis,& non subditis,ad vetus testamentũ pertinentibus posita est in talibus lapideis; sed sicut sanctis, filijs liberæ,filijs promissionis,filijs hæreditatis eternę, Sancto Spiritu,tanquam digito Dei in mente datur, & in cordibus scribitur,non quam memoria teneant, & uita negligant: sed quam sciant intelligendo, faciant diligendo in latitudine amoris, non in timoris angustijs. Cur iste adhuc petit sibi legem poni,quæ vtique si non ei posita fuisset, non in viam mandatorum Dei cucurrisset? Sed quia proficiens loquitur,& Dei domum nouit esse quod proficit, quid aliud petit,cum legem sibi poni petit,nisi vt in ea magis, magisque proficiat? Quemadmodum si poculum plenũ teneas,& sitienti dare incipias,& haurit bibendo, & poscit desiderando. Sed qui legis meminit,nec eam diligit,eo modo reus est, quia memoria eius lapis illi est;quodammodo scriptus, non quo adornetur, sed quo prematur,pondus oneris,non titulus honoris. Legem pone mihi Domine: & exquiram eam semper. Quid enim exquirit quod habet, nisi quia, & habet agendo,& exquirit perficiendo,& proficiendo.

15 IDEM explicans illa verba; Ideo dilexi mandata tua super aurum & topazion,inquit: Id agit gratia, vt dilectione impleantur mãdata Dei, quæ timore nõ poterant. Plenitudo enim legis est charitas,ideo dilexi mandata tua super aurum,& topazion. In testamento veteri latentem gratiam, tamquam velo interposito non intelligentes,quod significabatur,quando in faciem Moysi intendere nõ valebant,propter mercedem terrenam atq; carnalem, Dei mandata facere conabantur,neque faciebant,quia non ipsa, sed aliud diligebant. Vnde illa non erant opera uolentiũ, sed onera potius inuitorum. Cum verò ipsa mandata diliguntur super aurum, & lapidem pretiosum multum omnis præipsis mandatis,terrena vilis est merces,nec vlla ex parte comparantur quæcumque alia hominis bona his bonis,quibus ipse fit bonus homo. Propterea,inquit: ad omnia mandata tua dirigebar,vel corrigebar,vt Augustinus legit,vtiq; corrigebar,quia diligebam,atq; illis rectis,vt etiam ipse rectus fierem,dilectione cohærebam. Omnem uiam iniquam odio habui. Quia cum mandata Dei super aurum,& lapidem pretiosum multum,odisset profecto quicquid ei talium rerum damnum posset inferre, ita quoniã Dei mandata diligebat,iniquitatis uiam odio habuit,quẽadmodum aliquid immanissimum marini itineris saxum declinabat, vbi tam pretiosarum rerum necesse est pati naufragium. Quod vt non contingat,longe inde uelificat, qui in ligno Crucis cum mandatorum diuinorum mercibus nauigat.

16 BERNARDVS inquit; Sub lingua eius mel, & lac,qui iuxta propheram laborem fingit in præcepto. Pie prouidit Deus,vt haberet pietas promissionem vitæ quæ nunc est, & futuræ, nec laborem uerũ imponeret, sed magis fingeret in præcepto. Audi quomodo laborem fingere,ipse se probat. Tollite iugum meum super vos, & inuenietis requiem animabus vestris; iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Quomodo non fictus labor, vbi non labor,sed requies inuenitur? Ita ergo labor in lingua, mel sub lingua. Quid supra linguam? Ineffabilia, q̃ non licet homini loqui. Miseri qui solum quod in lingua sonuit attendentes,nec quod sub lingua reconditum,nec quod supra repositum fuit, capere potuerunt. Durus est sermo inquiunt,tollere crucem,odire patrem & matrem,adhuc autem & animam suam. Quid durius poterat dici? Noli errare. Lapis videtur,panis est. Durus in cortice, sed suauissimus in medulla. Infra: Væ his qui panem lapidem, lapidem panem dicunt; ponentes lucem tenebras,& tenebras lucem, iugum Christi asperum,& esse sub sentibus,delicias reputantes. Has delicias ego nolim. Opto magis gustare & videre quoniam suauis est Dominus. Quam dulcia faucibus meis eloquia tua? super mel ori meo. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, quam abscondisti timentibus te. Vbi putas absconditur? Sub lingua. Licet enim in promissione vitæ, quæ nunc est dulcedo,& multitudo dulcedinis, & magna quoque,& quàm magna sit multitudo; perfectio tamen non nisi in promissione futuræ. Perfecisti,inquit,his qui sperant in te,in conspectu filiorum hominum.

Malorum societas, & consilia vitanda, maxime ab imperfectis. Cap. V.

1 *Hom. 1. in Ps. 36. t. 2*

PRÆTER ea quæ adnotauimus lib. 9. c. 19. Origenes explicans verba illa; noli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatẽ, quoniam tanquam fœnum velociter arescent, inquit: Duo sunt, quæ nos docet in his verbis facere non debere: primo ne æmulemur inter malignantes, secundo, ne æmulemur eos, qui faciunt iniquitatem, quoniam sequitur eum, qui inter malignantes æmulatur, vt arescat, sicut fœnum, & hoc non tarde, sed cito. Eum verò qui æmulatur facientes iniquitatem, sicut olera herbarum cito decidet. Non æmulari in malignantibus vel inter malignantes, secundũ simplicem litterę intellectum, hoc videtur indicare, ne inter malos & pessimos homines, æmulator, quis malitiæ, ideſt, dux & author existat, & velut formã flagitij, cæteris tribuẽs. Æmulari verò eos qui faciunt iniquitatem, illud est; si imitetur quis, & discat agere inique. Et hoc est in vtroq; quod dicitur, vt neq; exemplum malitiæ cęteris præbeas, neq; ipse aliorum malorũ sequaris exẽpla. Infra: Quoniam tanquam fœnum velociter arescent. Malignantes optime fœno comparauit. Fœnum enim mutorum, & irrationabilium animalium cibus est. Fortassis ergo pro eo quòd omnes stulti & imperiti, & qui contra rationem, & sapientiam Dei viuunt, sequuntur eos, qui in malitia principes sunt, & ex illorum vita vel actibus vesci dicuntur, quibus & obediunt, idcirco eos fœno comparauit. Nemo.n. prudens, ab illis sumit exemplum.

2 *Hom. 9. in c. 13. Hier.*

IDEM explicans verba illa; Ecce ego implebo omnes habitatores Hierusalem ebrietate, & dispergã eos, virum a fratre suo, & patres & filios pariter, ait Dominus: Non parcam, neque miserebor, vt nõ dispergam eos, sic habet; Mali cum simul fuerint, ea quę mala sunt cogitant: & in pristina nequitia perseuerantes, augent peccata peccatis, quomodo e contrario boni, cum simul fuerint, de honestis sermocinantur. Dissoluitur ergo, & ad nihilum deducitur nequam cogitatio, cum nõ habuerit allocutionem alterius nequioris. Idcirco per dispensationem Dei, prouidetur, pessimos a pessimis separari. Iustum quoque, & commodum est, vt a pristinis sceleribus ipsa solitudine, & penuria consortij, aliquando desistant. Sicut turrim Babel ædificantes, post confusas eorum linguas dispersit eos Deus a facie omnis terrę.

3 *Hom. 9. ex varijs primi tomi, in qua conten dit probare quod Deus non sit auctor malorum. to. 1.*

BASILIVS explicans uerba illa, quæ mulieri post peccatum dicta sunt; Inimicitias ponam inter te & serpentem, inquit: Reuera noxiæ sunt amicitiæ, q̃ cum malitia contrahuntur. Nã ea est amicitiæ huius lex & vis, vt per similitudinem, malitiam coniunctis indat. Quamobrem rectè in Prouerbijs dicit: Corrumpunt bonos mores colloquia praua. Quemadmodum enim in pestilentibus locis sensim attractus aer, latentem corporibus morbum injcit, sic itidem in praua consuetudine, & conuersatione, maxima nobis mala hauriuntur, etiam si statim incommodum non sentiatur. Idcirco nobis aduersus serpentem irreconciliabilis indita est inimicitia.

4 *Hom. 21. ex varijs tomi primi in aliquot scripturæ locos. Prou. 22.*

IDEM explicans uerba illa: Cum homine iracundo noli commorari, ait: Vir iracundus indecens, & cũ iracundo noli sub eodem tecto agitare. O quàm malum cum tali commiscęri; qui continuo latrat. Nisi enim eius fugias conuersationem, necessariũ est eius te vias edisscere. Dixit acerbum aliquid, iam animum tuum commouit. Veluti enim canis latratus, alterius canis tumultum prouocat, sic & animum tuum quiescentem ac dormientem vox illius excitauit, & facti estis inter vos latrantes. Dixit ille aliquid contumelioſum; tu vero insipientis imitatus stultitiam, maiorem fœnore reddis.

IDEM sic ait: Ad continendam in officio mentis agitationem, ne ad futiles videlicet, ac minime necessarias cogitationes aberret, illud adiuuat, si quis seorsum a cæteris communem vitam sectantibus viuat, quandoquidem promiscue vitam agere, cum ijs, qui securi perfectam illam Domini præceptorũ obseruationem contemnunt, vt pernicioſum esse, etiã Salomon ipse docet. Sic enim est apud ipsum: Noli amicus esse homini iracundo, neque habitaueris cum viro furioſo: ne forte discas vias eius, & sumas laqueos animæ tuæ. Et item illud; Exite de medio eorum, & separamini, nimirum eodem pertinet. Quocirca ad illud euitandum, ne oculis, auribusue instigationes ad peccatum admittamus eique imprudenter affluescamus; ne ve earum rerum, quas vel viderimus, vel audierimus impressæ pestilentes, capitalesq; in animis nostris formæ ac veluti notæ quædam insideant, contraque vt animum in officio suo attentum tenere possimus, principio quòd ad habitationem attinet, separata ea a cæteris nobis quærenda est.

5 *Li. regularum fusius disputata. vij in resp. sexta interrogationis. to. 2.* *Prou. 22.* *Isa. 52.*

6 *Epist. 1. ad Damasum Papam in exposit. c. 6 to. 3.*

HIERONYMVS exponens verba illa; Quia vir pollutus labijs ego sũ, & in medio populi polluta labia habẽtis, ego habito, inquit: Prouidendũ est sub hoc exẽplo, non solum, vt ipsi simus iusti; sed ne cum peccatoribus moremur, quia hoc in peccati ac miserię parte ducit propheta, habitans in medio populi polluta labia habentis.

7 *Lib. 3. inc. 15. Hier. to. 4.* *Ps. 25.* *Ps. 140.*

IDEM explicans illa verba: Non sedi in concilio ludentium, & gloriatus sum a facie manus tuæ, solus sedebam quoniam amaritudine repleſti me, sic habet: Hæc verba ex persona prophetæ accipienda sunt, sermonibus sancti viri, qui non sederit in concilio sine secreto ludentimus quod timuerit impendentem sibi manum Dei, siue magis gloriatus sit se malorum non habere consortium Solus, inquit, sedebam secundum illud quod scriptum est: Non sedi cum concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo. Et in alio loco, solitarius sum ego, donec transeam, vel singulariter vt nostra lectio habet. A facie, inquit, manus tuæ solus sedebam, dum te timeo, dum impendentem mihi manum tuam semper expecto. In concilio ludentium sedere nolui; sed meam amaritudinem deuorabam, vt in futuro mihi gaudium prępararem. Vtinam Dominus præstet & nobis non sedere in concilio ludentium, & eorum, qui futura non cogitant, sed semper Dei sententiam formidare, & dicere cũ propheta: Solus sedebam, quia amaritudine repletus sũ.

8 *In cap. 10. Ecclesiastes. to. 5.*

IDEM explicans verba illa; Muscæ morientes perdunt suauitatem vnguenti, ait: Exemplum superioris sensus dedit, in quo ait, per vnum stultum multa bona subuerti, quod sic malus mixtus bonis contaminet plurimos; quomodo si muscæ moriãtur in vnguento, perdant odorem illius, & saporem.

9 *Li. 2. offic. c. 12. to. 4.*

AMBROSIVS docens quod a probis viris consilium sit requirendum, inquit: Ioseph nec in carcere erat feriatus, quo minus de rebus incertis consuleretur. Cuius consilium Aegypto vniuersæ profuit, vt non sentiret septem annorum sterilitatem, alioſq; populos miseræ famis leuaret ieiunio. Daniel ex captiuis, regalium consultorum arbiter factus, consilijs suis emendauit præsentia, annunciauit futura. Quid de Moyse loquar, cuius omnis Israel quotidie consilia præstolabatur? Quis se non committeret consilio Moysi, cui seniores si qua supra suum intellectum, & virtutem esse arbitrarentur, dijudicanda seruabant? Moysi consilio bella conficiebantur. Infra: Aduertimus igitur, quod in acquirendis consilijs plurimorũ adiungat vitæ probitas, virtutum prærogatiua, beneuolentiæ vsus, frugalitatis gratia. Quis enim in cœno fontem requirat? Quis e turbida aqua potum petat? itaque vbi luxuria est, vbi intemperantia, vbi vitiorũ confusio; quis inde sibi aliquid hauriendum existimet?

met? Quis non despiciat morum colluuionem? Quis vtilem causæ alienæ iudicet, quem videt inutilem vitæ suæ? Quis iterum improbum, maleuolum, contumeliosum non fugiat, & ad nocendum paratũ? Quis non eum omni studio declinet? Pulchrè autem & de illo conuenit, qui habens prudentiam commaculat eã vitiorum sordibus, eo quòd aquæ exitum cõtaminet. Quomodo enim eum potes iudicare consilio superiorem, quem videas inferiorem moribus? Supra me debet esse, cui me committere paro. An vero idoneum eum putabo, qui mihi det consilium, quod nõ dat sibi, cuius animum voluptates occupent, libido deuinciat, auaritia subiuget, cupiditas perturbet, quatiat metus? Quomodo hic consilij locus, vbi nullus quieti? Admirandus mihi & suspiciendus consiliarius, quẽ propitius Dominus patribus dedit, offensus abstulit. Huius imitator debet esse, qui potest consilium dare, & alienam a vitijs custodire prudentiam: quia nihil inquinatum in illam incurrit.

5 *Li. regularum fusius disputatarũ in resp. sextæ interrogationis. to. 2.*

Prou. 22.

Isa. 52.

10 *Li. 2. confess. c. 2. 1*

AVGVSTINVS confitetur Deo de furto pomorum, quòd malis societatibus tractus commisit, & ait: Et illud ego solus non facerem, non facerem omnino solus. Ecce est coram te Deus meus viua recordatio animæ meæ. Sólus non facerem furtum illud, in quo me non libebat id quod furabar: sed quia furabar, quod me solum facere prorsus non liberet, nec facerem. O nimis iniqua amicitia, seductio mentis inuestigabilis ex ludo & ioco, nocendi auiditas, & alieni damni appetitus, nulla lucri mei, nulla vlciscendi libidine; sed cum dicitur, eamus faciamus, & pudet nõ esse impudentem.

6 *Epist. 1. ad Damasum Papam in expositi. c. 6 to. 3.*

7 *Lib. 3. inc. 15. Hier. to. 4.*

11 *Li. de salutaribus documentis. to. 4.*

IDEM inquit: Perfectorum virorum consortio fruere, & a verbis eorum ne auertas aurem tuam, & in eorum consilio delectetur anima tua, verba enim vitæ sunt verba hominum Deum timentium: & inco lumitas animæ ijs qui ea libenter audiunt, & attendunt. Sicut enim sol oriens effugat caliginem, ita sanctorum doctrina a sensibus nostris pellit tenebras. Deuita quæso viros superbos, inuidos, detractores, mordaces, periuros, seipsos & salutem suam negligẽtes, qui mortui sunt virtutibus, & lętantur in proprijs voluptatibus, vt gaudijs careant diuinis. Non dico vt vel vnum talem in domo tua habeas, sed etiã vbicunque tales audieris esse, hos deuita. Cum huiusmodi hominibus nulla sit tibi connexio, vel familiaritas, nec velis cum eis sermocinari, si non valeas Domino miserante, eos ab errore suo reuocare. Nam sæpe per vnam ouem morbidam, polluitur totus grex, & modica pars fellis magnum dulcorem vertit in amaritudinem. Nam talis si in habitu videatur clarus ac nobilis, ac dulcia verba proferat; operibus tamen si agat tecum contrarijs, magis nocet illius talis factura quam placeat ex uerbis figura: non enim ex verbis, sed ex virtutibus homo probatur.

Psal. 25.

Psal. 140.

8 *In cap. 10. Ecclesiastes. to. 5.*

12 *Li. contra Fulgentiũ Donatistã to. 7.*

IDEM explicans locum Aggæi 2. Hæc dicit Dominus, interroga sacerdotes, dicens: Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora vestimenti tui, & tetigerit de summitate eius panem, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum: nunquid sanctificabitur? Respondentes autem sacerdotes dixerunt, non. Et dixit Aggæus, si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, nunquid contaminabitur? Et respondentes sacerdotes, & dixerunt, contaminabitur. Et dixit Dominus, sic & populus hic, & sic gens ista, omnis qui illuc accesserit inquinabitur, sic habet: Si sanctus tetigerit immundum, non sanctificabitur. Si immũdus tetigerit sanctum, inquinabitur, ideò facilius sanctus, qui iunctus fuerit genti huic pessimę pessima bitur, quam gens ista in melius commutetur, quia ꝓ cliuius ad imitationem malorum curritur quàm ad virtutes bonorum, animus excitatur; Sicut melli plurimo, parum absinthij iniectum, velocem amaritudinem trahit; mellis vero etiam si duplum injciatur, nõ poterit eius obtineri dulcedo. Exeundum ergo nobis est e medio malorum, mente non carne, operibus non corporibus. Nolite, inquit, Apostolus communicare operibus infructuosis, tenebrarum, operibus ait.

Ephes. 5.

13 *Enarratione 2. in Psal. 25. to. 8.*

IDEM explicans verba illa; Iudica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum, inquit: Iudicari hoc est discerni se optata malis. Alio loco euidenter dicit de ipso iudicio discretionis: Iudica me Domine, & discerne causam meã de gente non sancta. Et in Domino sperans non infirmabor. Quid est in Domino sperans? ille titubat inter malos, qui non in Domino sperat. Trepidauerunt inter malos cum ipsi peiores essent: & quasi nollent esse boni inter malos. O si frumenta essent vsque ad tempus vẽtilationis, paleam in area tolerarent. Sed quia palea erant, flauit ventus ante ipsam ventilationem, & rapuit de area paleam, & proiecit in spinas. Infra: Non sedi cum consilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus non introibo. Odio habui congregationem malignorum, & cum impijs non sedebo.

Psal. 42.

14 *Ser. 7. iter 17. varios huius tomi to. 10.*

IDEM ait: A malis, corde semper disiungimini, ad tempus cautè corpore copulamini. Quibuscunq; modis potestis agite, ne cum inuenitis in scripturis, & exemplis sanctorũ, siue qui ante, siue qui post aduentum Domini fuerunt in hac vita, quòd mali bonos non maculant, efficiamini pigri ad corrigendos malos. Duobus modis non te maculat malus, si non consentias, etsi redarguas, hoc est, non communicare, non consentire. Communicatur quippe quando facto eius, consortium voluntatis vel approbationis adiungitur. Hoc ergo nos admonens Apostolus ait: Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem & redarguite.

15 *Hom. 9 in Ezec. to. 2.*

GREGORIVS explicans verba illa; Sermones eorum ne metuas, quia increduli, & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas ait: vnum est pro quo vitari societas debet malorum, ne si fortasse corrigi non ualent, ad imitationem trahant. Et cum ipsi a sua malitia nõ mutantur, eos qui sibi coniuncti fuerint peruertant, vnde Paulus ait: Corrumpunt bonos mores, colloquia mala. Et sicut per Salomonem dicitur, noli esse amicus homini iracundo, nec ambules cum viro furioso; ne forte discas semitas eius, & sumas scandalum animæ tuæ. Sicut ergo perfecti viri, peruersos proximos non debent fugere, qa & eos sæpe ad rectitudinem trahunt, & ipsi ad peruersitatem nunquam trahuntur, ita infirmi quique, societatem declinare debent prauorum, ne mala quæ frequenter aspiciunt, & corrigere non valent, delectẽtur imitari. Sic enim verba proximorum audiendo quotidie, sumimus in mente, sicut flando, atque respirando aerem trahimus corpore. Et sicut malus aer assiduo flatu tractus, inficit corpus: ita peruersa locutio assidue audita, infirmantium inficit animum, vt tabescat delectatione praui operis, assidui iniquitate sermonis.

1. Cor. 15.

Prou. 22.

Mariæ virginitas, excellentia, & intercessio. Cap. VI.

1 *Hom. 26. in Matth. to. 3.*

ORIGENES explicans uerba illa Matth. 23. Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, &c. vsque ad sanguinem Zachariæ, &c. inquit: Zachariã dicit patrem Ioannis Baptistæ, de quo per canonicas scripturas ostendere non possumus, quòd scribæ, & phariſæi interfecerunt eum inter templum, & altare, sed venit ad nos quædam traditio talis, & quasi sit alicui locus in templo, vbi virginibus quidem consistere licet, & orare Deum. Expertæ autem thorum virilem, non permittebantur in eo consistere. Maria autem postquam genuit Saluatorem, ingrediens adorare, stetit in illo virginum loco: prohibentibus autem eis, qui

eis,qui nouerant eam iam filium genuisse, Zacharias stetit atque dixit prohibentibus eam,quoniam digna est virginum loco,cum sit adhuc virgo. Ergo manifestissime Zachariam aduersum legem agentem, & in loco virginum permittentem stare mulierem,occidere unt inter templum & altare Iudæi. Hanc eandem hi

Basil.hom. 25 ex variis huius tomi. to.1.

storiam docet Basilius his verbis, hæc historia ex traditione ad nos vsque peruenit,Zacharias Mariã post Domini conceptionem in virginum loco constitues, a Iudæis inter templum & altare interfectus est. A populo namque accusatus, quòd rem prodigiosam inauditamq; prædicaret, virginem videlicet parientem citra virginitatis corruptionem.

2 *Hom. 1.ex de ẽ variis huius to. tom. 3.*

IDEM exponens verba illa Matth.1. Cum esset disponsata mater Iesu Maria, Ioseph, inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto,ait: Mater eius, mater immaculata,mater incorrupta,mater intacta. Mater eius,cuius eius? Mater Dei vnigeniti, Domini, & regis omnium,pſaluatoris,& creatoris cunctorum. Illius qui in excelsis est sine matre, & in terra est sine patre. O magnum & inenarrabile sacramentum,ipsa eademque virgo,ipsa,& mater Domini,ipsa & genetrix,ipsa eius ancilla,plasmatio eius, ipsa quæ genuit. Et quis cogitare potuit, vt mater virgo esset, & intacta generaret,quæ & virgo permansit, & genuit? Sicut enim quõdam rubus comburi videbatur,& ignis eum non tangebat,& sicut tres pueri in camino ignis inclusi habebantur, & tamen eos non lædebat incendium, nec odor fumi erat in eis, vel quemadmodum Danieli intra lacum leonũ incluso, claustris nõ apertis allatum est prandium ab Abacuc, ita & hæc virgo sancta genuit Deum, sed intacta permansit. Mater effecta est,sed virginitatem non amisit. Infra: Huius vnigeniti Dei dicitur hæc mater virgo Maria. Digna digni,immaculata sancti,amica vnico. Nec enim alter vnigenitus super terram venit, aut alia virgo vnigenitum genuit. Et ait,inuenta est in vtero habens. Inuenta est ab angelis custodientibus eam, protegentibus eam, conseruantibus eam, vel eius beatissimam animam, ob honorem illius, qui ab ipsa generandus erat.

3 *Hom. 1.ex imperfecto Chrysost in Matt.to.2.*

CHRYSOSTOMVS docens qua ratione Ioseph videns Mariam grauidam nihil mali de illa cogitauerit,ait: O inestimabilis laus Mariæ, magis credebat castitati eius,quàm utero eius,& plus gratiæ,quã naturæ. Conceptionem manifeste videbat, & forni cationem suspicari non poterat. Possibilius credebat mulierem sine viro posse concipere:quam Mariã posse peccare. Hic maritalem zelum, & uteri clamantis accusationem,sola p æteritæ conuersationis documẽta vincebant. Infra: Quoniam ergo auditio uerborum Mariæ,& consideratio vitæ eius, mala suspicari de ea non sinebat Ioseph, consideratio autem conceptionis eius,non permittebat eum ad plenum bona æstimare de ea: & sic animus eius inter vtrasque partes fluctuabat, propterea necessaria fuit reuelatio illa diuina.

4 *Hom. 2.ex variis in Ioan.to.3. Cap. 44. Matt. 27.*

IDEM vt probet beatæ Mariæ virginitatem perpetuam,adducit locum Ezechielis,vbi legitur loquẽs de ædificatione templi,porta hæc, inquit, Orientalis quæ respicit ad orientem semper clausa erit,& nemo intrabit per eam,nisi solus pontifex. Et sicut clauso lapide exiuit Dominus de sepulchro: ita clauso vtero virginis in hunc mundum intrauit.

5 *Li 1.aduersus Iouinianum. to.2.Cant. 4.*

HIERONYMVS dicit;Hortus cõclusus,fons signatus soror mea sponsa. Quod clausum est,atq; signatum,similitudinem habet matris Domini, matris & virginis. Et tamen hæc uirgo perpetua,multarum est mater virginum. Infra: In apologia aduersus Iouinianum,eundem locum explicans hortus conclusus: Maria fons signatus, de quo fonte ille fluuius manat iuxta Ioel,qui irrigat torrentem spinarum, quæ suffocant sementem patris familias. Hæc est porta orientalis,ut ait Ezechiel,semper clausa,& lucida,operiens in se,vel ex se proferens sancta sanctorum, per quam sol iustitiæ,& pontifex noster ingreditur, & egredit. In libro aduersus Heluidium vocat Mariam Dei templum,& Spiritus sancti sedem.

IDEM inquit: Quadraginta duæ mansiones, per quas Israeliticus populus venit ad Iordanem, sunt quadraginta duæ generationes ab Abraham vsq; ad Christum,in quo numeri sacramẽto,verus currit Hebræus,qui de terra transire festinat ad cœlũ, & Ægypto sæculi derelicta terram repromissionis ingredit. Nec mirũ si in huius numeri mysterio perueniamus ad regna cœlorum,sub quo Dominus atque Saluator a primo patriarcha peruenit ad uirginẽ,quasi ad Iordanem,quæ pleno gurgite fluens Spiritus sancti gratijs redundabat. 6 *Epist.ad Fabiolam de quadraginta duabus mãsionib. to 3. Num.33.*

IDEM ait: Monstratur sepulchrum Mariæ cernentibus nobis vsque ad præsens in vallis Iosaphat medio: quæ uallis est inter montem Sion,& montem Olueti posita;vbi in eius honore fabricata est Ecclesia miro lapide tabulata, in qua sepulta fuisse ab omnibus ibidem prædicatur;sed nunc vacuum esse Mausoleum cernentibus ostenditur. [Infra:] Quod si quæritur post ascensionem Domini quid egerit? vnũ certum est,quia virgo sancta corpore ac mente permansit. Et Ioannes Euangelista virgo virginem seruauit, suisque deseruiuit obsequijs, non quod eximius ille sanctorum chorus Apostolorum deseruerat eam, inter quos post resurrectionem intrans & exiens familiarius contulit de Christi incarnatione, tanto siquidem verius,quanto ab initio plenius per Spiritũ sanctum cuncta didicerat, & perspexerat oculis vniuersa. [Infra:] Post ascensionem Christi cum discipulis virgo vacat in schola uirtutum, & meditatur in lege mandatorum Dei,vt & ipsa fit forma disciplinæ Christi,& exemplum perfectionis virginibus. Conuersatur cum senatoribus cœli intra curiam Paradisi sub Spiritus sancti disciplina,& magisterio totius diuinæ maiestatis. [Infra:] Hodie gloriosa uirgo Maria cœlos ascendit; gaudete, quia ineffabiliter sublimata cum Christo regnat in æternum. Si Deum in sanctis suis laudare iubemur, multo magis in hac solemnitate dignis Deo debemus iubilare preconijs. Nulli enim dubium, quin totum ad gloriam laudis eius pertineat, quicquid digne genitrici suæ impensum fuerit. Quicquid de Maria humanis dici potest verbis, minus est a laude cœli,quia diuinis est,& angelicis excellentius prædicata & laudata præconijs. Qualis & quanta esset,ab Angelo diuinitus declaratur,cum dicitur: Aue gratia plena,Dominus tẽcum,benedicta tu in mulieribus. Talibus namque decebat virginem oppignerari muneribus,ut esset gratia plena, quæ dedit cœlis gloriam,terris Dominum,pacemq; refudit,fidem gentibus,finem uitijs,vitæ ordinem,moribus disciplinã. Et bene Angelus ad Mariam mittitur;quia semper est Angelis cognata virginitas. Profecto in carne præter carnem viuere, non terrena uita est, sed cœlestis. Vnde in carne angelicam uitam acquirere maius est meritum,quam habere. Aue inquit, gratia plena; & bene plena quia cæteris per partes præstatur, Mariæ verò simul se tota infudit plenitudo gratiæ. Hoc quippe est quod Dauid canit, Descendet sicut pluuia in vellus. Cœlestis plane imber,in virginem placido se infudit illapsu, & tota diuinitatis vnda se contulit in carnem,quando uerbum caro factum est. Verè plena, per quã largo sancti Spiritus imbre superfusa est omnis creatura. Benedicta tu in mulieribus, ideſt plus benedicta,quàm omnes mulieres. Ac per hoc quicquid maledictionis infusum est per Euam, totum abstulit benedictio Mariæ [Infra:] Ex persona supernorum ciuium in eius assumptione admirans Spiritus sanctus ait in Canticis: Quæ est ista,quæ ascendit per desertum sicut uirgula fumi ex aromatibus? Et 7 *In epist ad Paulã, & Euſtochiũ de assump. B.Virginis to. 9.* 8 *Hier.31.* 9 *Cant.6.* 10 *Cant 4.* *Luc.1.* *Cant. 4.* 11 *Gen. 27.* *Cant.3.*

bene

bene quasi virgula fumi; quia gracilis, & delicata, & diuinis extenuata disciplinis, & concremata intus in holocaustum, incendio pij amoris, & desiderio charitatis.

9 Vt virgula, inquit, fumi ex aromatibus. Nimirum, quia multis repleta est virtutum odoribus, manans ex ea fragrabat suauissimus odor etiam spiritibus angelicis admirandus. Mirabantur electorum animæ præ gaudio eam, quæ ascendebat de deserto p̃sentis sæculi, quænam esset, quæ etiam meritorũ virtutibus, Angelorum vinceret dignitatem. De qua rursus idem Spiritus sanctus in eisdem Canticis: Quę est ista quæ ascendit, inquit, quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata. Admiratur autem Spiritus sanctus, quia oẽs de ascẽsu huius virginis admirantes facit, quod quasi noui diluculi aurora rutilans, ascensu suo resplendeat multis freta & vallata sanctorum agminibus. Vnde dicitur terribilis, vt castrorum acies ordinata. Siquidem terribilis suis facta virtutibus, vt castrorum acies admodum ordinata, hinc inde Angelorum sanctorũ fulta præsidijs, pulchra, vt luna, immo pulchrior quã luna, quia iam sine defectu sui coruscat, cœlestibus illustrata fulgoribus. Electa vt sol, fulgore virtutum, quia ipse elegit eam sol iustitiæ, vt nasceretur ex ea. Ad cuius profecto exequias, quantum fas est credere, Angeli famulabantur, & vniuersæ cœlorum congratulabantur curiæ. Nec mirum, quia honor maternus, eius est qui natus est ex ea, quem omnis cœlorum ordo veneratur. Credendum est hodierna die militiam cœlorum cum suis agminibus festiue obuiam venisse genitrici Dei, eamque ingenti lumine circunfulsisse, & vsque ad thronum, sibi etiam ante mundi constitutionem paratum, cum laudibus & canticis spiritualibus perduxisse. Nulli dubium omnem illam cęlestem Hierusalem tunc exultasse ineffabili lætitia, tuncq; cũ omni gratulatione iubilasse, quoniam festiuitas hæc, quæ nobis hodie reuoluitur aunua, illis omnibus facta est continua. Nec immerito: creditur enim, quòd Saluator omnium ipse per se totus festiuus occurrit, et cum gaudio eam secum in throno collocauit. Infra:

10 Cant 4. Veni columba mea, immaculata mea, veni de libano, veni coronaberis. Venire de libano iubetur, quia libanus candidatio interpretatur. Erat enim candidata multis meritorum virtutibus, & dealbata, niue candidior Spiritus sancti muneribus, simplicitatem colum bæ in omnibus repræsentans, quoniam quicquid in ea gestum est, totum puritas, & simplicitas, totum veritas, & gratia fuit, totum misericordia, & iustitia, quę de cœlo prospexit: & ideo immaculata, quia in nullo corrupta. Circundedit enim virum in vtero, sicut Hieremias sanctus testatur, & non aliunde accepit. Faciet inquit, Dominus nouum super terram, mulier circundabit virum. Vere nouum, & omnium nouitatum supereminens nouitas, quando Deus (quem ferre non potest mundus, neq; videre aliquis, vt viuere possit) sic ingressus est hospitium ventris, vt corporis claustrum nesciret, sicque gestatus, vt totus Deus in eo esset, & sic exiuit inde, vt esset (sicut Ezechiel fatetur) porta omnino clausa. Vnde canitur in eisdem cãticis, hortus conclusus, fons signatus, emissiones tuæ Paradisus. Vere hortus deliciarum; in quo consita sunt vniuersa florum genera, & odoramenta virtutum; sicque conclusus, vt nesciat violari, neque corrumpi vilis insidiarum fraudibus. Fons itaque signatus sigillo totius trinitatis, ex quo fons vitæ manat, in cuius lumine omnes videbimus lumen. Cuius profecto emissio vteri supernorum ciuium omnium est Paradisus. De isto namque ventris agro, patriarcha Isaac longe odorans aiebat: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Deus. Infra: Et bene ab eo plenus ager dicitur, quia plena gratia virtutum virgo Maria pronunciatur, de cuius vtero credentibus fructus vitæ effulsit. Et nos, inquit Euangelista, de plenitudine eius accepimus gratiam pro gratia. Infra: Cogitate, & perpẽ dite quantis afficiebatur beata virgo doloribus post Christi ad cœlos ascensum, cooſiderate quo cruciabatur amore, quo ve desiderio æstuabat hæc virgo, dum reuolueret animo cuncta quæ audierat, quæ viderat, quæ cognouerat. Quanto indesinenter cremabatur ardore pij amoris, quantis mouebatur repleta Spiritu sancto cœlestium secretorum incitamẽtis, quia etsi diligebat Christum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente, nouis tamen quotidie inflammabatur præsentia absens, desideriorum affectibus: tanto siquidem validius, quanto diuinis illustrabatur intus visitationibus quam totam repleuerat Spiritus sancti gratia, quam totam incanduerat diuinus amor, ita vt in ea nihil esset, mundanus quod violaret affectus; sed ardor cõtinuus, & ebrietas perfusi amoris eius, qui illius erat & Dominus, & filius. Fortassis ergo præ nimio amore, in loco, quo sepultus dicitur, interdum habitasse eam credimus, quatenus pijs pasceretur internus amor obtutibus, non quod iã viuentem quæreret cum mortuis, sed vt suis consolaretur aspectibus, & quem genuerat, mentis complectetur amplexibus. Amor Christi desiderium pariebat, desiderium verò gliscens quasi nouis reparabatur ardoribus. Quod si gaudium fit in cœlo de quolibet peccatore conuerso; multo magis putandũ pro tantæ virginis exaltatione, & gloria quod exultatio fiat in supernis. Vnde credimus quòd non hunc tantum diem solemnem ducunt pro eius honore annuũ, verumetiam continuum, & æternum iucunditatis ac venerationis obsequio, cum omni colunt tripudio amoris, & gaudij. Ad huius profecto fragrantiã odoris, omnis illa cœlestis Hierusalem læta decurrit, quam circundabant flores rosarum, & lilia conuallium, eo quod omnes animæ martyrio rubricatæ, eam æternæ dilectionibus complectuntur amplexibus. Rectè igitur, quoniam beata Dei genitrix, & martyr, & virgo fuit, quamuis in pace vitam finierit. Hinc quoque, quod vere passa sit, testatur Simeon propheta loquens ad eam; Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Ex quo constat quòd supra martyrem fuit. Alij namque sancti, etsi passi sunt pro Christo in carne, tamen in anima, quia immortalis est, pati non potuerunt. Beata uero Dei genitrix, quia in ea parte passa est quæ impassibilis habetur, ideo, vt ita fatear, quia & spiritualiter caro eius passa est gladio passionis Christi, plus quam martyr fuit. Vnde constat; quia plus omnibus dilexit, propterea & plus doluit, in tantum, vt animam eius totam pertransiret, & possideret vis doloris ad testimoniũ eximiæ dilectionis. Quæ quia mente passa est, plus quã martyr fuit. Nimirum quod eius dilectio, fortior morte fuit, quia mortem Christi suam fecit. Nunc 13 autem circundant eam flores rosarum, indesinenter eius admirantes pulchritudinem inter filias Hierusalem, in qua posuit rex thronum suum, quia concupiuit eius decorem, fuit enim plena charitate, & dilectione; idcirco sequitur post eam, purpuratorum, & candidatorum exercitus. Quam si diligentius aspicias, nihil virtutis est, nihil speciositatis, nihil candoris, gloriæque quod ex ea non resplendeat, ideoque illi submittitur sanctorum claritas. Nam Angelorum, quamuis celsior natura sit, non tamen gratia maior. Vnde Dauid, verbo Domini cœli, firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Quod si spiritu oris eius omnis virtus eorum subsistit: constat beatam virginem Mariam, in quam superuenit Spiritus sanctus, & Deus totus illapsus portatur nouem mensibus in vtero, ampliora promeruisse virtutum priuilegia. Vnde etsi mirabilis est eorum virtus, & firmitas perpetuitatis: mirabilior tamen in Maria, quam obumbrauit virtus Altissimi, vt vltra

6 Epist. ad Fabiolam de quadraginta duabus mãsionib. to. 3. Num. 23.

Cant. 6.

7 In epist. ad Paulã, & Eustochiũ de assump. B. Virginis to. 9.

Cant. 4.

Hier. 31.

Luca 1.

Cant. 4.

11 Gen. 27.

Cant. 3.

Ioan. 1.

12

Psal. 32.

omnem uirtutẽ sit angelicum, quod factum est in ea, & admirabile cunctis sæculis sacramentum. Ac per hoc etiam angelis exinde maior præstatur gratia. Hinc & Maria cunctis tantò venerabilior, quantò gratiosior, & qñ virtute altissimi extollitur ad sublimia, tãtò clarior resultat in gloria. Plena siquidem gratia, plena Deo, plena virtutibus non potest nõ possidere plenè gloriam claritatis æternæ, quam pleniſſimè accepit, vt mater fieret Saluatoris. Infra: Quod si in domo patris mansiones multæ sunt, credimus splendidiorem matri hodie filium præstitisse, quàm sibi olim ædificauit domum, subnixam columnis septem, in qua domo nimirum parantur nuptiæ Ecclesiarum Dei, & fœderantur terrenis cœlestia. Et si quæli bet virginitas tñ erigitur, in qua non nubent homines, neq; nubentur, sed erunt similes Angelis Dei, multo magis beata, & gloriosa virgo Maria, quæ singulari commẽdatur priuilegio. Infra: Quia respexit humilitatem ancillæ suæ; ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Plena erat virtutibus Maria, & tamen solam humilitatem respexisse Dominũ fatetur, quæ custos est cæterarum virtutum. Collocauerat enim in tuto stationis portu, sublimia meritorum suorum exercitia, & ideo diuinitus illustratur, vnde & beata iam ab omni sæculo prædicatur. Dicit beata virgo a Christo Domino humiliari, cæteraq; virtutum documenta intra humilitatis custodiam aggregare. Et ideo si placet vobis charissime talis ac tanta virgo, placeat & opus virtutis, cuius vita omnium est disciplina, cuius mores institutа sunt Ecclesiarum, quæ præcellit cunctos, supereminet vniuersis. Quia sicut in comparatione Dei nemo bonus; ita & in comparatione matris Domini, nullus inuenitur perfectus, quamuis virtutibus eximijs comprobetur. Vnus est pater noster, qui in cęlis est, vnus & magister, vna est forma virginitatis in Maria, cui vos omnes, vt imaginem reformetis integritatis, faciem imprimere debetis in sculpturam Spiritus sancti. Quoniam hic est hortus conclusus, fons signatus, puteus aquarum viuentium: ad quã nulli potuerunt doli irrumpere, nec præualuit fraus inimici, sed permansit sancta mente & corpore, multis donorum priuilegijs sublimata.

15 *Epist. 2. de assumptione B. Mariæ. to. 9.*

IDEM ait: Nõ dubium est, illam, quæ meruit pro liberandis ferre pretium, posse impartiri suffragium libertatis. Infra: Tu es benedicta inter mulieres. Tu prærogata cunctis virginum cateruis. Tu sequeris agnum quocumq; perrexerit. Quid dicam? cum de te quidquid dixero minus profecto est, quàm dignitas tua meretur. Si matrem vocem gentium, præcellis, si formam Dei appellem digna existis.

16 *In epist. de natiuit. B. Mariæ ad Cromatiũ: & Heliodorũ, Episcopos. to. 9.*

IDEM inquit: Beata virgo Maria de stirpe regia, & familia Dauid oriunda, in ciuitate Nazareth nata, Hierosolymis in templo Domini nutrita fuit. Mater eius Anna, & pater eius Ioachin, quorum vita simplex & recta apud Dominum, & apud homines irreprehensibilis erat, & pia. Nam omnem substantiam suam trifariam diuiserunt, vnam partem templo & templi seruitoribus impendebant, aliam peregrinis & pauperibus erogabant, tertiam suæ familiæ vsibus, & sibi reseruabant. Per annos circiter viginti castum domi coniugium sine liberorũ procreatione exercebant. Vouerunt tamen si forte Deus donaret eis sobolem, eam se Domini seruitio mancipaturos, cuius rei gratia, & templa Domini singulis per annum festis frequentare solebant, ea verò tempestate Isachar ibi pontifex erat. Cumque Ioachin cum oblatione sua videret, despexit eum & munera eius dicens: Munera nequaquam Deo digna posse videri, quem ipse prole indignum iudicasset, scriptura dicente: Maledictum hominem esse, qui non genuisset filiũ in Israel. Cuius opprobrij obiectu, pudore magno suffusus Ioachin, in pascua secessit. Neque enim domum repetere voluit, ne forte a contribulibus suis, qui simul aderant, & hoc a sacerdote audierant, eodem opprobij elogio notaretur. Verum cum ibi aliquandiu esset, quadam die, cum esset solus, Angelus Domini ei cum immenso lumine astitit. Qui cum ad eius visionem turbaretur, Angelus timorem eius compescuit dicens: Noli timere, ego sum Angelus Domini missus ab ipso ad te, vt annunciem tibi preces tuas esse exauditas, eique narrauit sanctarum mulierum sterilitatem. Proinde Anna vxor tua pariet tibi filiam, & vocabis nomen eius Mariam, hæc erit, vt vouistis, ab infantia Domino consecrata, & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris, neque inter populares forinsecus turbas, sed in templo Domini cõuersatio eius erit, ne quid de ea sinistrum vel suspicari saltem possit, vel dici. Itaque ætate procedente, sicut ipsa mirabiliter ex sterili nascetur; ita incomparabiliter virgo generabit altissimi filium, qui Iesus vocabitur. Et hoc tibi eorum quæ annuncio signum erit, cum perueneris ad auream in Hierosolymis portam, habebis ibi obuiam Annam vxorem tuam, quæ de tuæ regressionis tardatione modo sollicita, tunc in aspectu tuo gaudebit. Hæc eadem postea idem Angelus reuelauit Annæ, & addidit: filia tua Maria vocabitur, & super omnes mulieres erit benedicta. Tribus ablactationis suæ annis in domo paterna permanebit, postea seruitio Domini mancipata, a templo vsque ad intelligibiles annos non discedet; ibi deniq; ieiunijs, & orationibus nocte, & die Deo seruiens ab omni immundo se abstinebit, virum nunquam cognoscet, sola sine exemplo, sine macula, sine corruptione virgo filium Saluatorem mundi generabit. Cõcepit ergo Anna, & perperit filiam, quam iuxta Angeli mandatum Mariam vocauerunt parentes. Cumque trium annorum circulus volueretur, & ablactationis tempus completum esset, ad templum Domini virginem cum oblationibus adduxerunt. Cumque quindecim essent ascensionis gradus, ante altare holocausti forinsecus, in horum vno beatam virginem parentes constituerunt, virgo autem Domini cunctos sigillatim gradus, sine ducentis, & leuãtis manu ita ascendit, vt perfectæ ætati in hac dumtaxat causa nihil deesse putares. Iam quippe Dominus in virginis suæ infantia magnum quid operabatur, & quanta futura esset, huius miraculi indicio præmonstrabat. Igitur sacrificio secundum consuetudinem legis celebrato, virginem intra septa templi cum alijs virginibus ibidem educandam dimiserunt. Virgo autem Domini, cum ętatis processu, & virtutibus proficiebat, & iuxta psalmistam: Pater, & mater dereliquerant eam, Dominus autem assumpsit eam. Quotidie namque ab angelis frequentabatur, quotidie diuina visione fruebatur, quæ eam a malis omnibus custodiebat, & bonis omnibus redundare faciebat. Itaque ad quartumdecimum annum vsque peruenit, vt non solum nihil de ea mali reprehensione dignum cõfingere possent; sed & boni omnes, qui eam nouerant, vitam & conuersationem eius admiratione dignã iudicarent. Tunc pontifex publice denunciabat, vt virgines, quæ in templo erant, & hoc ætatis tempus implessent, domum reuerterentur, & nuptijs secundum morem gentis, & ętatis maturitatem, opera darent. Cui mandato cum ceteræ pronæ paruissent, sola virgo Domini Maria, hoc se facere non posse, respondit dicens: se quidem & parentes suos Domini seruitio mancipasse, & insuper se ipsam Domino virginitatem vouisse. Pontifex verò in angustia constitutus animi, ex altera parte votum Domino reddendum sciens, ex altera verò morem gentis, præcipit, vt ad festiuitatem, quę imminebat, oēs ex Hierosolymis & vicinis locis primores venirent, quorum consilio scire posset, quid de tam dubia re faciendum esset. Quod cum fieret, omnibus in commune placuit Dominũ super hac re esse consulendũ. Et cunctis quidem

17

18

20 *Lib. 7. in c. 19. Is. to. 4.*

21 *Lib. 13. in c. 44. Exec. tom. 4.*

22 *Prologo in Soph. prophetam ad Paulã, & Eustoc. t. 5*

23 *Li. 1. in c. 1. ep ad Ephes. t. 8.*

24

dem orationi incumbentibus, Pontifex ad consulendum Dñm ex more accessit. Nec mora, cunctis audiẽtibus, de oraculo, & de propitiatorij loco, vox facta est, requirẽdum esse cui virgo illa commendari, & desponsari deberet. Liquet enim Isaiam dicere, egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini. Secundum hanc ergo prophetiam, cunctos de domo & familia Dauid nuptui habiles non coniugatos, virgas suas allaturos ad altare prędixit, & cuiuscumque post allationem virga florem germinasset, & in eius cacumine spiritus Dñi in specie columbę consedisset, ipsũ esse, cui virgo commendari & desponsari deberet. Erat autem inter cæteros Ioseph, homo de domo, & familia Dauid grandæuus, cunctis vero virgas suas iuxta ordinem deferentibus, solus ipse suam subtraxit. Vnde cum nihil diuinæ voci consonum apparuisset, pontifex iterato Deum consulendum putauit. Qui respondit, solum illum ex his qui designati erant, virgã suam non attulisse, cui virginem desponsare deberet. Proditus est itaq; Ioseph. Cum.n. virgam suam attulisset, & in cacumine eius columba de cœlo veniens consedisset, liquido omnibus patuit, ei virginem desponsandam fore. Igitur nuptiarum iure de more celebrato, ipse quidem in Bethlehem recedit ciuitatem, domum suam dispositurus. Virgo autem Domini Maria cum alijs septem virginibus coęuis, & collectaneis quas a sacerdote acceperat, ad domum parentũ suorũ in Galilæam reuersa est. His vero diebus, primo scilicet aduentus sui tempore in Galilæam, missus est ad eam Angelus Gabriel, qui ei Dominicum conceptum nunciaret. Angelus autem cubiculum vbi manebat virgo, ingenti lumine perfudit, & gratissimè salutauit. Virgo autem, quæ iam Angelicos bene nouerat vultus, & lumen cæleste insuetum non habebat, neq; Angelica visione territa, neque luminis magnitudine stupefacta, sed in solo eius sermone turbata est. Ioseph igitur a Iudæa in Galilæam veniens; desponsatam sibi virginem vxorem ducere intendebat; iam namque tres fluxerant menses, & quartus instabat ex eo tempore, quo sibi desponsata fuerat, interea paulatim vtero puerperæ intumescente, hoc latere non potuit, Ioseph grauidam eam deprehendens. &c.

Is. 11. 19

17

18

20 IDEM explicans verba illa: Ecce Dominus ascẽdet super nubem leuem, & ingredietur Ægyptum, & mouebuntur simulachra Ægypti a facie eius, inquit: Ascendit Dominus super nubem leuem, corpus scilicet beatæ Mariæ, quod nullo humani seminis pondere prægrauatum est. Et ingressus est in Aegyptum huius mundi, statimq; omnia simulacra Aegypti commota sunt.

Lib. 7. in c. 19. Is. to. 4.

21 IDEM explicans verba illa; Porta hæc clausa erit & non aperietur, & vir non transibit per eam, quoniã Dominus Deus Israel ingressus est, vel ingredietur p eam; eritque clausa principi, ait: Pulchrè quidem portam clausam, per quã solus Dominus Deus Israel ingreditur, & dux cui porta clausa est, Mariam virginẽ intelligunt, quæ & ante partum, & post partum virgo permansit.

Lib. 13. in c. 44. Ezec. tom. 4.

22 IDEM vno verbo dicit; Loquens in commendationem mulierum, enumeratis aliquibus ex veteri testamento, taceo de Anna, & Elisabeth, & cæteris sanctis mulieribus, quarum velut siderum igniculos, clarum Mariæ lumen abscondit.

Prologo in Soph. prophetam ad Paulã, & Eustoc. t. 5

23 IDEM ait: Vocat Paulus Christum patrem gloriæ, quia quomodo Dominus ipse est sapientia, veritas, pax, iustitia, fortitudo ipse sit etiã gloria, sicut scriptum est: Super tabernaculum testimonij visam esse gloriam Dei. Quæ gloria illuminans suo fulgore mũdum, templũ sibi de virginali vtero fabricata est, cuius templo pater gloriæ efficitur Deus.

Li. 1. in c. 1. ep ad Ephes. t. 8.

24 AMBROSIVS ait: Sit igitur nobis tanquam in imagine descripta virginitas, vitaq; beatæ Mariæ, de qua velut speculo refulget species castitatis, & forma virtutis. Hinc sumatis licet exempla viuendi, quid corrigere, quid effugere, quid tenere de beatis. Primus discendi ardor, nobilitas est magistri. Quid nobilius Dei matre? quid splendidius ea, quam splendor elegit? quid castius ea, quę corpus sine corporis contagione generauit? Virgo erat non solum corpore, sed etiam mente, quæ nullo dolo ambitu sincerum adulterare effectũ, corde humilis, verbis grauis, animi prudens, loquendi parcior, legendi studiosior, non in incerto diuitiarum spem reponens. Intenta operi, verecunda sermone, arbitrum mentis solita nõ hominem sed Deum quærere, non lædere reos, bene velle omnibus, assurgere maioribus natu, æqualibus non inuidere, fugere iactantiam, amare virtutem. Quando ista fastidiuit humilem? quando derisit debilem? qñ vitauit inopem? Nihil torum in oculis, nihil in verbis procax, nihil in actu inuerecundum, non gestus fractior, non incessus solutior, non uox petulantior, vt ipsa corporis species figura fuerit probitatis. Bona quippe domus in ipso vestibulo debet agnosci, ac primo prætendat ingressu, nihil intus latere tenebrarum vt mens nostra, tanquam lucernæ lux intus posita, foris luceat. Quid ego exequar ciborum parsimoniã, officiorum redundantiam, alterum vltra naturam superfuisse, alterum penè ipsi naturæ defuisse? Illic nulla intermissa tempora, hic congeminatos ieiunio dies. Et si quando reficiendi successisset voluntas, cibus plerunque obuius, qui mortem arceret non delicias ministraret. Dormire, non prius cupiditas, quam necessitas fuit. Et tamen cunquiescere corpus, vigilaret animus, qui frequenter in somnis, aut lecta repetit, aut somno interrupta continuat. Prodire domo nescia, nisi cum ad Ecclesiam conueniret, & hoc ipsum cum parentibus, aut propinquis. Talem hanc Euangelista monstrauit, talem Angelus reperit, talem Spiritus sanctus elegit. Hæc ad ipsos ingressus Angeli inuenta domi in penetralibus sine comite, ne quis intentionem abrumperet, ne quis obstreperet. Neque enim comites fœminas desiderabat, quæ bonas comites cogitationes habebat. Quin etiam tunc sibi minus sola videbatur, cum sola esset. Nam quomodo sola, cui tot libri adessent, tot Archangeli, tot Prophetæ? Deniq; & Gabriel eam vbi reuisere solebat, inuenit, & Angelũ Maria, quasi viri specie mota trepida, quasi non incognitum audito nomine recognouit, ita peregrinata est in viro, quę non est peregrinata in Angelo, vt agnoscas aures religiosas, oculos uerecundos. Talis enim fuit Maria, vt eius vnius vita omnium disciplina sit. Quantæ in vna virgine species virtutum emicant, secretum verecundiæ, vexillum fidei, deuotionis obsequium, virgo intra domum. O quantis illa virginibus occurret, quantas complexa ad Dominum trahet. In cœlo Maria tympanum sumens choros virginales excitabit cantantes Domino, quod per mare sæculi sine sæcularibus fluctibus transierunt.

Lib. 2. de virginibus 10. 4.

25

26 IDEM sic habet; Beatæ Mariæ tanta fuit gratia, vt non solum in se virginitatem seruaret, sed etiam his; quos viseret integritatis insigne conferret. Visitauit Ioannem Baptistam, & in vtero matris priusquam nasceretur, exultauit. Ad vocem Mariæ exultauit infantulus, obsecutus antequam natus. Nec immerito mansit integer corpore, quem in tribus mensibus oleo quodam suæ præsentiæ, & integritatis vnguento, Domini mater exercuit. Eademque postea Ioanni Euangelistæ est tradita coniugium nescienti. Vnde non miror præteris locutum diuina mysteria, cui præsto erat aula cœlestium sacramentorum. Vnde dicit Propheta vidisse se in monte alto nimis ædificationem ciuitatis, cuius portæ plurimæ significantur, vna tamen clausa describitur, de qua sic ait: Et conuerti me secundum viam portæ sanctorum exterioris,

Li. cuius titulus est institutio uirginis, c. 7.

Ezec. 44.

rioris, quæ respicit ad Orientem, & hæc erat clausa. Et ait ad me Dñs: Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & nemo transibit per eam, qm̃ Dñs Deus Israel
27 transibit per eam. Eritq; clausa, quoniam dux hic ledebit in ea, vt manducet panem in conspectu Dñi. Secundum viam portæ intrabit, & secundum viam eius exibit. Quæ est hæc porta, nisi Maria? Ideo clausa, qa virgo. Porta igitur Maria, per quam Christus intrauit in hunc mundum, qñ virginali fusus est partu, virginitatis claustra non soluit, sed inuiolata integritatis duraue re signacula, cum exiret ex virgine, cuius altitudi
Cap. 8. nem mundus sustinere non posset. Infra: Hæc porta clausa erit, & non aperietur. Bona porta Maria, quæ clausa erat, & non aperiebatur. Transiuit per eã Christus, sed non aperuit, in qua sedit Christus, & exiuit. Eritq; post transitum Dñi clausa. Hæc porta ad Orientem aspiciebat, qm̃ verum lumen effudit, quæ genera-
Ps. 147. uit Orientem, peperitq; solem iustitiæ. De eo dictũ est ad Ecclesiam, qm̃ confortauit seras portarum tuarum, & suam portam confortare nõ potuit? Sed confortauit profectò, & seruauit intactam, quam semel
Apo. 3. clausit sanctus, & verus, qui habet clauem Dauid, qui claudit, & nemo aperit.

28 IDEM refert de vulturibus; Quod sine vllo masculorum concipiant semine, & sine coniunctione ge-
Lib. 5. Exa mer. c. 20. to. 1. nerent. Quid aiunt, qui solent nostra ridere mysteria, cum audiunt, quod virgo generauit, & impossibilem innuptę, cuius pudorem nulla viri consuetudo temerasset, existimant partum? Impossibile putatur in Dei matre, quod in vulturibus possibile nõ negatur? Auis sine masculo parit, & nullus refellit, & quia desponsata viro Maria peperit, pudoris eius faciunt q̃stionem?

29 IDEM explicans verba illa; Legẽ pone mihi Domine viam iustificationum tuarum, sic habet: Prę-
Serm. 5. in Psal 118 to. 2 ibat Deus, filios Israel in itinere terrę promissionis per diẽ in columna nubis, specie quidem præcedebat filios
Exo. 13. Israel, at mysterio significabat Dominum Iesum in nube venturum leui, sicut dixit Isaias, hoc est in virgine Maria, quæ nubes erat secundum hereditatẽ Euæ,
Isa. 19. leuis erat secundum virginis integritatem. Leuis erat, quæ non homini quærebat placere, sed Domino. Leuis erat, quæ non iniquitate conceperat, sed spiritu superueniente generabat, nec in delicto, sed cum gratia parturiebat.

30 AVGVSTINVS dicit; Materna propinquitas nihil Mariæ profuisset, nisi fœlicius Christum corde,
Lib. de sancta virginitate to. 6. quam corpore gestasset. Ipsa quoq; virginitas eius gratior, & acceptior, quia non eam conceptus Christus viro violaturo, quam conseruaret ipse præripuit, sed priusquam conciperetur iam Deo dicatam, de qua nasceretur, elegit. Hoc indicant verba, quæ sibi fœtum annuncianti Angelo, Maria reddidit, quomodo fiet istud, inquiens, quoniam virum non cognosco. Quod profectò nõ diceret, nisi Deo virginem se ante vouisset. Virginitatem Deo dicauit, cum adhuc quid esset conceptura nesciret, vt in terreno mortaliq; corpore, cœlestis vitæ immitatio voto fieret, non præcepto. Illæ vnius sanctæ virginis partus, omnium sanctarũ virginum est decus. Et ipsæ cum Maria matres Christi
Matt. 12. sunt, si patris eius faciunt voluntatem. Quicunque enim fecerit voluntatem patris mei, ipse meus frater, soror, & mater est.

31 IDEM explicans locum Apocalypsis 12. Signum magnum apparuit in cœlo, mulier amicta sole, & lu-
Enarratione in Psal. 142. to. 6. na sub pedibus eius, ait: Natus fuit Christus in virgine, tanquam in solitudine, quia solus ita natus est. Mulier illa sole cooperiebatur iustitiæ, quem non cognoscunt impij. Eius luce protegebatur, cuius carne grauidabatur. Meritò & lunam sub pedibus habebat, quia mortalitatem crescentis & decrescentis carnis virtute calcabat.

32 IDEM inquit; Statim adueniente Spiritu sancto
Inexpositio in virginem, qñ cõcepit Christum, omni gratia virtutum, sacrosanctum habitaculũ implente, in aduentu Dei; dubium non est cęlestium gaudiorum, & ætęrnę dulcedinis, quàm miram, atq; inenarrabilem suauitatem virgo ipsa concepit, qñ illud æternum lumen cũ toto maiestatis suæ fulgore in eam descendit. Et quẽ non capit mundus, totum se intra viscera virginis collocauit, audaciter pronuncio, quod nec ipsa plane explicare potuit, quod capere potuit. Sed Spiritu sancto docente didicerat, sic sua per humilitatem tegere. Infra: Magnificat anima mea Dñm: & exultauit spiritus
Lucæ 1. meus in Deo salutari meo. Cum se in suo salutari exultare asseruit, gustum se internæ dulcedinis percepisse ostendit. Et quia beata virgo singulariter se electã videbat, quia singulariter gratiam acceperat, quasi priuilegio quodam electionis diuinæ confirmata, fiduciali ter ipsum quem pro salute mundi filium conceperat, suum ęt cum lætitia & exultatione saluatorem vocat. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ, ecce. n. ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Ergo Maria q̃ apud Dñm humilis erat, & apud homines pp Deum abiecta in vtroq; se esse respectam testatur, qa & eius humilitas apud Deum acceptabilis fuit, & eius humiliatio apud homines, in gloriam commutata. Vnde dicit, ex hoc beatã me dicent omnes generationes. Vsq; ad illud apud homines opprobrium sterilitas portauerat: quia integritatem virginitatis thoro maritali prę-
Luc. 1. ponebat. Sed vnde in priori generatione carnali, quasi maledictionis sententiam sustinuit: inde nunc ab omni generatione mortali, benedictionem collaudabiliter recepit, quia ab omni generatione pro fructu fœcunditatis meæ beata vocor. Quia fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen eius. Magnũ fuit, vt virgo sine virili semine filium conciperet. Magnum fuit, vt Dei patris verbum, carne sua indutum vtero gestaret. Magnum fuit, dum se ancillam confessa esset, vt mater fieret sui plasmatoris. Qui potens est: quia credi potest eius potentia potentem confessa est, sed quanta, & qualis, comprehendi non potest. Non autẽ ait: In se, aut in me, aut per me fecit magna, sed mihi: quod enim in ea ad omnium salutem factum est, hoc priuilegio dilectionis ad eius gloriam, singulariter est ordinatum. Et ideo dixit, magna: quia mysterium incarnationis verbi super omnia constat esse ineffabile.

33 IDEM inquit; Dñs Moysi sancto præcepit de sin-
Sermone 3 Aduentus. to. 10. gulis tribubus virgas afferri, quæ positæ sunt in tabernaculo testimonij. Virga autem Aaron post alterũ diẽ
Num. 17. inuenitur subito produxisse flores, frondes, & peperisse nuces. Virga ecce protulit, quod ante non habuit, non radicata plantatione, non defossa sarculo, nõ animata succo, nec fœcundata seminario, & tñ cum illic deessent vniuersa iura naturę, protulit virga, quod nec semine suggeri potuit, nec radice. Virga ergo potuit contra naturæ iura Dei filium generare? Infra: Solis radius specula penetrat, & soliditatem eius insensibili subtilitate pertransit, & talis videtur intrinsecus, qualis extra. Itaq; fratres, nec cum ingreditur, violat, nec cum egreditur dissipat; quia ad ingressum, & regressum eius, speculum integrum perseuerat. Speculum ergo non rumpit radius solis, integritatem virginis, ingressus aut egressus numquid vitiare potuit Deitatis?

34 IDEM ait; Facta est Maria fenestra cœli, quia
Ser. 15. de tẽpore, qui est vndecimus natiui tatis. per ipsam Deus verum fundit sæculis lumen. Facta est Maria scala cœlestis, quia per ipsam Deus descendit ad terram, & per ipsam Deus descendit ad terrã, vt per ipsam homines ascendere mereantur ad cœlum. Facta est Maria restauratio fœminarum; quia per ipsam a ruina primæ maledictionis probantur esse subtractæ. Maledicta Eua fuerat, quam nunc credimus per Mariam ad benedictionem gloriæ remeasse. Proijcite virgines dolores quos Eua per serpentem accepit, & quos per Angelum Maria suscepit honores,

ne Cantet magnificat to. 9.

35 Ser. 14 natiuitatis. Exec. 44.

36 Ser 17. in natiuitate Domini.

Luc. 1.

Ps. 18.

37 Ser. 100. de tẽpore.

Ps. 74.

Isa. 7.

38 Serm. 2. in annunciatione bea-

nores,assumite: Venite virgines ad virginem, venite cõcipientes ad concipientem, venite parientes ad parientem,venite matres ad matrem, venite lactãtes ad lactantem,venite iuuenculæ ad iuuenculam.Ideo omnes istos cursus naturæ, virgo Maria in Domino nostro Iesu Christo suscepit,vt omnibus ad se confugientibus fœminis subueniret, & sic restauraret omne genus fœminarum ad se venientium noua Eua seruando virginitatẽ, sicut omne genus virorum Adam nouus recuperat Dominus Iesus Christus.

35 *Ser. 14 natiuitatis. Ezec. 44.* IDEM sic habet;Dicat Maria:Porta facta sum cœli,facta sum filio Dei. Illa porta facta clausa,quam in visione diuina Ezechiel vidit propheta, de qua in me dicit prophetizans,vidi porta in domo Domini clausam, & dixit ad me Angelus, porta hæc quam vides non aperitur, & clausa erit in æternum. Maria enim semper erit intacta,virgo in partu, & virgo post partum.Qui natus de vẽtre meo, me matrem dimisit intactam;adimpleuit ventrem meum diuinitate, & vterum meum non euacuauit castitate.Infra: Dixit Angelus Mariæ Dominus tecum; plusquam mecum. Ita est Dominus tecũ,vt fit in corde tuo,sit in vtero tuo, adimpleat mentem tuam, adimpleat carnem tuã,procedat formosus de vtero tuo, tãquam sponsus de thalamo tuo procedat princeps ex aula regali,ita vt virginitatem tuam non faciat violari.

36 *Ser 17. in natiuitate Domini.* IDEM dicit;Expectat Angelus responsum virginis.Responde iam virgo sacra:Assensum tuum Angelus præstolatur. Iam audisti,Spiritus sanctus superueniet in te,& virtus altissimi obumbrabit tibi,vt prolẽ gignas,& virginitatem non perdas. Ianua cœli quondam per Adam clausa iam sonuit, per ipsam nuncius iste processit. Deus in porta est, Angelum quem moraris expectat.O Maria sæculum omne captiuum tuũ deprecatur assensum,te Deo mundus suę fidei obsidẽ facit,per te parentum suorum iniurias abstergi deprecatur.Est nobis ad cœlum aditus,si assensus tuus fuerit commodatus.Et nobis succurris,& tibi,quia nobis pœna succiditur,& tibi nuptias filio suo in tuo thalamo pater præparabit.Deus in ipsis spõsalibus gaudijs relaxat,quicquid cum offenderat mundus. Et tu Angele tanti regis nuntie, faue partibus seculi conscius secretorũ cœli,lætabuntur socij tui,si negocium inueneris mundi,inspice squalentem nostri carceris miseriã & loquere festinus ad Mariam. Vsq; quo moraris,ò virgo nuncium festinantem? Intuere Deum in cœli me vestibulo sustinentem,responde verbum, & suscipe filium. Pãde sinus roseos virgo perpetua,fides tua modo aut aperit cœlum,aut claudit. Ecce ancilla Domini,fiat mihi secundum verbum tuum. Nec mora, reuertitur nũcius, & nuptialem thronum ingreditur Christus.Diuinitati sponsatur homo,præmium accipit caro.Procedit Christus quasi sponsus de thalamo suo,cum præsagio nuptiarum exijt ad campum sæculi:Cucurrit sicut gygas exultando per viam,peruenit vsque ad crucis trophæum; & ibi firmauit ascendendo coniugium,vbi commertio pietatis, se pro coniuge dedit ad pœnam.

Ser 33 Sermone 3 Aduentus. to. 10.

Luc. 1.

Num. 17.

Luæ 1.

37 *Ser. 100. de tẽpore.* IDEM explicans historiam numerorũ 13.de duobus exploratoribus, qui botrum de terra promissionis attulerunt ait:Sicut vua illa Christum Deum figurauit,ita & terra repromissionis in qua natus est, sanctæ Marię videtur imaginem præstitisse.In ipsa enim implerum est,veritas de terra orta est. Quomodo autem beata Maria non fuit terra repromissionis, quæ per prophetam multo ante promissa est?Nã per Isaiã prophetam,multo ante dictum est:Ecce virgo concipiet,& pariet filium.

Ps. 18.

Ps. 74.

Isa. 7.

38 *Serm. 2. in annunciatione bea-* IDEM inquit;Adest nobis optatus dies semper virginis Marię;ideo cum summa exultatione gaudeat terra nostra,tantæ virginis illustrata die solemni.Hęc est enim flos campi,de qua ortum est pretiosum liliũ çonuallium,per cuius partum mutatur natura protoplastorum,deletur & culpa.Infra: Quod mirum si sine corruptione nascitur, qui de sanctificatione concipitur. Non enim decebat,vt ille qui nobis afferebat salutem,matri præriperet integritatis dignitatem Nam qui terra matri,cęloq; non capitur: intra vnius corpusculi membra suscipitur. Hæc est illa nouitas, Hieremiæ propheræ uaticinio prænunciata. Faciet,inquit, nouum Dominus super terram; fœmina circundabit virum.O fęmina super fœminas benedicta, quæ virũ omnino non nouit, & virum suo vtero circundedit. Infra:Ecce ancilla Domini. O fęlix obediẽtia,de qua dictum est,melior est obedientia, quam sacrificium. Hæc est omni sacrificio gratior, hæc voluntas cunctis hostijs acceptior: propter hanc, beatam eam dicent omnes generationes.

tæ Mariæ, qui est ser. 18. de sanctis.

Cap. 32.

Osęę 6.

39 *Ser. 2. assumptionis beatæ Marię.* IDEM sic habet;In hac die sponso illi cęlesti,proclamat beata virgo Maria,& dicit:Tenuisti manũ dexteram meam,& in voluntate tua deduxisti me: & cũ gloria suscepisti me. Ipsa hodie a filio, & sponso audiuit. Iam hyems transijt,imber abijt & recessit.Surge propera amica mea,columba mea,& veni. Infra: Quid nos tantilli in eius laudibus referemus, cum & si omnium nostrum membra verterentur in linguas, eam laudare sufficeret nullus? Altior cęlo est, de qua loquimur,abysso profundior, cui laudes dicere conamur.Hæc est enim quæ sola meruit mater & spõsa vocari. Hæc est Dei templum,fons ille signatus, & porta in domo Dei clausa. O fęlix puerperium,lætabile Angelis, optabile sanctis, necessarium perditis, congruum profligatis. Infra: Quia fecit mihi magna qui potens est:& sanctum nomen eius. Quæ tibi magna fecit,ò domina,vt dici beata mereariS? Fecit vt creatura ederes creatorem,famula Dominum generares; vt per te Deus mundum redimeret, per te illuminaret, per te ad vitam reduceret:Sed hæc quæ de te ipsa narrasti,neq; tu,vt dignitas tua meretur, dicere potuisti. Infra:Sit tibi compassio super afflictis,sit pius affectus super cęlorum peregrinis.Et cum te lętantem semper aspicis,fletus nostros quæsumus ipsa ad Deũ admittas. Nos enim adhuc in hac terra affligimur, persequimur,iniurijs lacessimur, esurimus, sitimus, in carcere retinemur.Tu verò in cęlestibus regnis prælata es cũctis virginum choris, tu agnum quocunque perrexerit,sequeris. Tu in illa beatorum fęliciſſima regia,primi ordinis dignitatem adepta, inter Paradisi amœnitatem flores immarcessibiles carpis.Te,ipse rex regũ, vt matrem veram,& decoram sponsam præ omnibus diligens,amoris amplexu sibi associat. Nec mirum,si dignetur id facere Deus regnans, quem tu paruulum ex te hominem natum toties osculata es in terris.

Ps. 74.

Cant. 2.

Cant. 4.

Ezę. 44.

Lucæ 1.

Apoc. 14.

40 *In virginit laudibus, cuius sacro lacte potatus, mirã vẽdolet dulcedinẽ, multa docet ele ganti ſſime, & in primis Sermone 2. Aduentus.* BERNARDVS sic habet;ad ciuitatem Nazareth venit Dominus,quod interpretatur flos, aduolauit, & ad suaueolentem perpetuæ uirginitatis florem aduenit,illi insedit,& illi inhæsit.Infra:Christus Dominus flos est candidus, & rubicundus,electus ex milibus,flos in quem prospicere desiderant Angeli, flos ad cuius odorem reuiuiscunt mortui, & sicut ipse restatur,flos campi est,& non horti.Campus enim sine omni humano floret adminiculo, nõ seminatus ab aliquo,non de fossus sarculo,non impinguatus fimo.Sic omnino,sic virginis aluus floruit, sic inuiolata, integra,& casta Mariæ uiscera florem protulit.O vere cęleitis plancta,pretiosior cunctis,sanctior vniuersis.O vere lignũ vitæ,quod solum fuit dignum portare fructum salutis.Virgo regia ipsa est via,per quã Saluator aduenit,procedens ex ipsius vtero, tanqnam sponsus de thalamo suo. Tenentes ergo viam studeamus ad ipsum per eã ascendere,qui per ipsam ad nos descendit,per eam venire in gratiã ipsius,qui per eam in nostrã miseriã uenit.Per te accessũ habemus ad filium ò benedicta inuentrix gratiæ,genetrix vitæ, mater salutis,ut p te nos suscipiat,q; p te datus est nobis. Copiosa charitas tua nrorũ cooperiat multitudinẽ peccatorum,

rum,& fœcunditas glorioſa tua fęcunditatem tribuat meritorum.

41 IDEM ait; Pulchra permixtio virginitatis,& humilitatis. Nec mediocriter placet Deo illa aĩa in qua & humilitas commendat virginitatem, & virginitas exornat humilitatem. Sed quantas putas veneratione digna eſt, in qua humilitatem exaltat fœcunditas, & partus conſecrat virginitatem? Infra: Quod Deus fœminæ obtemperet, humilitas abſq; exemplo,& quod Deo fęmina principetur, ſublimitas ſine ſocio. In laudibus virginum ſingulariter canitur, quod ſequũtur agnum quocumq; ierit. Quibus ergo laudibus iudicas dignam, quæ etiam præit? Diſce homo obedire, diſce terra ſubdi, diſce puluis obtemperare. Sequitur agnũ coinquinatus humilis, ſequitur & virgo ſuperbus; Sed neuter quocunq; ierit, quia nec ille aſcẽdere poteſt ad munditiam agni, qui ſine macula eſt, nec is ad eiuſdem manſuetudinem deſcendere dignet, qua non ſolum coram tondente, Sed etiam coram Occidente ſe obmutuit. Attamen ſalubriorem elegit ſequendi partem in humilitate peccator, quàm in virginitate ſuperbus, cum & illius immunditiam ſuã, ſua humilis ſatisfactio purget, & huius pudicitiam ſuperbia inquinet. Sed fœlix Maria, cui nec humilitas defuit, nec virginitas. Et quidem ſingularis virginitas, quam honorauit fœcunditas non temerauit, & nihilominus ſpecialis humilitas, quã non abſtulit, ſed extulit fœcunda virginitas, & incomparabilis prorſus fœcunditas, quam virginitas ſimul comitatur, & humilitas. Quid horum non mirabile, quid non incomparabile, quid non ſingulare? Mirum ſi non hæſitas, quid tua iudices dignius admiratione, vtrũ videlicet potius ſtupẽda ſit fœcunditas in virgine, an in matre integritas? ſublimitas in prole, an cum tanta ſublimitate humilitas? niſi quod indubitanter horũ ſingulis præferẽda ſunt ſimul cuncta, & incomparabiliter excellentius eſt atq; fęlicius, oĩa ſimul accepiſſe quã ali qua. Et quid mirũ ſi Deus qui mirabilis legitur & cernitur in ſanctis ſuis, mirabilẽ ſe exhibuit ĩ matre ſua?

Hom. 1. ſuper Euãgelium Miſſus eſt.

42 IDEM inquit; Factor hominũ, vt homo fieret, naſciturus de homine talem ſibi ex omnibus debuit eligere, immo condere matrem, qualem & ſe decere ſciebat, & ſibi nouerat placituram. Dedit virgini partum qui ei iam ante virginitatis inſpirauerat votũ, & humilitatis prærogauerat meritum. Vt igitur quę ſanctũ ſanctorũ conceptura erat & paritura, ſancta eſſet corpore, accepit donũ virginitatis; vt ſancta eſſet & mẽte, accepit & humilitatis. His nimirũ virgo regia gemmis ornata virtutum, geminoq; mentis pariter, & corporis decore præfulgida, ſpecie ſua, & pulchritudine ſua in cœleſtibus cognita, cœli ciuium in ſe prouocauit aſpectus, ita vt regis animũ in ſui concupiſcẽtiam inclinaret, & cęleſtẽ nuncium ad ſe de ſupernis educeret. Miſſus eſt Angelus, &c. Lætare tu pater Adam, ſed magis tu ò Eua mater exulta, qui ſicut omnium parentes, ita omnium fuiſtis peremptores, immò prius peremptores, quàm parentes. Ambo inquam, conſolamini ſuper filia, & tali filia, ſed illa amplius de qua malum ortum eſt prius, cuius opprobrium in omnes pertranſijt mulieres. Si uir cecidit per fœminam, iam

Gen. 3. non erigitur, niſi per fœminam. Mulier quam dediſti mihi, dedit mihi de ligno, & comedi. Muta excuſationis verbum, in vocem gratiarum actionis, & dic: Domine, mulier quam dediſti mihi, dedit mihi de ligno

Gen. 3. vitæ, & comedi, & dulce factũ eſt ſuper mel ori meo, quia in ipſo viuificaſti me. De Maria dictũ eſt ad ſerpentem: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & ipſa conteret caput tuũ. Cui ſeruata hæc victoria eſt, niſi Mariæ? Ipſa proculdubio caput cõtriuit venenatum. Quam aliã Salomon requirebat, cũ dicebat; mu-

Prou. 41. lierem fortem quis inueniet? Nouerat quippe vir ſapiens, huius ſexus infirmitatem, fragile corpus, lubricam mentem, quia tñ & Deum legerat promiſiſſe, & ita videbat congruere, vt qui vicerat per fœminã, vinceretur per ipſam, vehementer admirans aiebat: Mulierem fortem quis inueniet? Quod eſt dicere. Si ita de manu fœminæ pendet, & noſtra omnium ſalus, & innocentiæ reſtauratio, & de hoſte victoria, fortis omnino neceſſe eſt vt prouideatur, quæ ad tñ opus poſſit eſſe idonea. Procul & de vltimis finibus pretiũ eius. Hoc eſt, non vile, non paruum, non mediocre, nõ denique de terra, ſed de cœlo, nec de cœlo proximo terris, pretium fortis huius mulieris, ſed a ſummo cœlo egreſſio eius. Qui rubus ille Moſaicus protendebat, 43 flammas quidem emittens, ſed non ardens, niſi Mariã *Exo. 3.* parientem, & dolorẽ non ſentientem? Quid rogo virga Aarõ florida, nec humectata, niſi ipſam concipien- *Num. 17.* tem, quamuis uirum non cognoſcentem? Infra: Sicut Thomas dubitando, palpando conſtantiſſimus factus eſt Dñicæ reſurrectionis prędicator, ita & Ioſeph Mariam ſibi deſponſando, eiuſq; conuerſationem in tpe cuſtoditæ ſtudioſius comprobando, factus eſt pudicitiæ fideliſſimus teſtis. Infra: Et nomen virginis Maria. 44 Maria maris ſtella dr̃, & hoc nomen matri virgini valde conuenienter aptatur. Ipſa namq; aptiſſime ſyderi cõparatur, quia ſicut ſine ſui corruptione ſydus emittit radium, ſic abſq; ſui læſione virgo parturit filium. Nec ſyderi radius ſuã minuit charitatem, nec virgini filius ſuam integritatẽ. Ipſa eſt igitur nobilis illa ſtella ex Iacob orta, cuius radius vniuerſum orbẽ illuminat, cuius ſplendor, & præfulget in ſupernis, & inferos penetrat, terras ẽt perluſtrans, & calefaciens etiã mentes, fouet virtutes, excoquit vitia. Ipſa inquam eſt præclara & eximia ſtella ſuper hoc mare magnum & ſpatioſum, micans meritis, illuſtrans exẽplis. O quiſ- *Mariæ intercęſſio.* quis te intelligis in huius ſæculi profluuio, magis inter procellas & tempeſtates fluctuare, quàm per terrã ambulare, ne auertas oculos a fulgore huius ſyderis, ſi non vis obrui procellis. Si inſurgant venti tentationũ ſi incurras ſcopulos tribulationum, reſpice ſtellam, voca Mariam. Si iactaris ſuperbiæ vndis, ſi ambitionis, ſi detractionis, ſi æmulationis, reſpice ſtellã, voca Mariam. Si iracundia, aut auaritia, aut carnis illecebra naiculam concuſſerit mentis, reſpice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conſcientiæ fœditate cõfuſus, iudicij horrore perterritus, barathro incipias abſorberi triſtitiæ, deſperationis abyſſo, cogita Mariam. In periculis, in anguſtijs, in rebus dubijs Mariã cogita, Mariam inuoca. Non recedat ab ore, non recedat a corde, & vt impetres eius orationis ſuffragium, non deſeras conuerſationis exemplum. Ipſam ſequẽs non deuias ipſam rogans non deſperas, ipſam cogitãs non erras, ipſa tenente non corruis, ipſa protegente non metuis, ipſa duce nõ fatigaris, ipſa propitia peruenis, & ſic in temetipſo experiris, quam meritò dictum ſit, & nomen virginis Maria.

IDEM ait; Væ mihi, quia uir pollutus labijs ego 45 ſum. Vtinam mihi de ſuperno altari, non quidẽ carbo *Hom. 3. ſuper Euan. Miſſus eſt* vnus, ſed ingens globus igneus afferatur, qui videlicet multam, & inueteratam oris mei rubiginem ad plenũ excoquere ſufficiat, quatenus Angeli ad virginem, & *Iſa. 6.* virginis ad ipſum, grata & caſta colloquia dignus habeam meo qualicunque explicare ſermone. Ingreſſus Angelus ad eam dixit: Aue gratia plena, ſolent Angeli aſtare orantibus, & delectari in his, quos vident leuare puras manus in oratione, holocauſtũ ſanctæ deuotionis gaudent ſe offerre Deo in odorem ſuauitatis. Mariæ autem orationes quantum placuerunt in conſpectu altiſſimi Angelus indicauit, qui ingreſſus ad eam tam reuerenter ſalutauit. Suſpicandum non eſt, quod apertum inuenerit Angelus oſtiolum virginis, cui nimirum in propoſito erat, hominum fugere frequentias, uitare colloquia. Clauſerat illa hora ſuper ſe habitaculum uirgo prudentiſſima, ſed hominibus non Angelis. Ingreſſus Angelus dixit: Aue gratia plena Dñs tecum. Legimus in Actis Apo- *Act. 6.*

ſtolorum,

sholorum,& Stephanum plenum gratia,& Apostolos fuisse repletos Spiritu sancto, sed longe dissimiliter a Maria. Alioquin nec in illo habitauit plenitudo Diuinitatis corporaliter quemadmodum in Maria, nec illi cõcepe unt de Spiritu sancto, quomodo Maria. Aue, inquit, gratia plena, Dominus tecum. Quid mirum, si gratia plena erat, cum qua Dominus erat? Sed hoc potius mirandum, quomodo qui Angelum miserat ad virginem, ab Angelo inuẽtus est esse cum virgine. Ita ne velocior Angelo fuit Deus, vt festinantem nunciũ, celerior ipse perueniret ad terras? Nec mirum. Nam cum esset rex in accubitu suo, nardus virginis dedit odorem suum, & ascendit in conspectu gloriæ eius fumus aromatis, & inuenit gratiam coram oculis Domini. Statimq; rex egrediens de loco sancto suo exultauit ad currendam viam, & licet a summo cælo egressio eius, nimio tamen peruolans desiderio, præuenit suum nuncium ad virginem quam amauerat, quã sibi elegerat, cuius decorem concupierat. Quem prospiciens a longe venientem Ecclesia congratulans, ait: Ecce iste venit saliens in montibus transiliens colles. Meritò autem concupiuit rex decorem virginis. Fecerat enim quicquid longè ante præmonita fuerat a patre suo Dauid dicente sibi: Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam, & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui, & concupiscet rex decorem tuum, si hoc feceris. Audiuit quippe, & vidit non vt quidam, qui audientes, non audiunt, & videntes, non intelligunt: sed audiuit, & credidit, vidit, & intellexit. Et inclinauit aurem suam ad obedientiam, & cor suum ad disciplinam, & oblita est populum suum, & domũ patris sui, quia nec populum suum augere prolis successione, nec domũ patris sui relinquere curauit heredem, sed quicquid honoris in populo, quicquid de paterna domo rerum terrenarum habere potuisset, omnia arbitrata est, vt stercora, vt Christum lucri faceret. Nec fefellit eam intentio, quando & Christum sibi filium vendicauit, nec propositum pudicitiæ violauit. Bene igitur gratia plena, quæ & virginitatis gratiam tenuit, & insuper fœcunditatis gloriã acquisiuit. Dominus tecum. Cum Dominus sit cum omnibus sanctis, specialiter tamen cum Maria, cum qua vtiq; tanta ei consensio fuit, vt illius non solum voluntatem, sed etiam carnem sibi coniungeret, vt vnus esset & Dei, et & virginis filius. Dominus tecum. Nec tamen tantum Dominus filius tecum, qui carne indutus est tua, sed & Dominus Spiritus sanctus de quo concipis, & Dominus pater, qui genuit, quem concipis. Pater, inquã tecum qui filium suum facit, & tuum. Benedicta tu in mulieribus, quia benedictus fructus vẽtris tui, in quo benedictæ sunt omnes gentes, de cuius plenitudine, tu quoque accepisti cum cæteris, etsi differentius præ cæteris. Benedicta tu in mulieribus, quæ illam generalem maledictionem euasisti, qua dictum est: In dolore paries filios, & nihilominus illam, qua secutũ est, maledicta sterilis in Israel, ac singularem consecuta es benedictionem, vt nec sterilis maneas, nec cum dolore parturias. Dura necessitas, & graue iugũ super oẽs filias Euæ, si pariuntur cruciantur, si non pariunt maledicuntur. Quid eligis virgo prudens? Angustiæ, inquit, mihi sunt vndiq; melius est tñ mihi maledictũ incurrere, & castam manere, quam prius quidem concipere per concupiscentiam, quod merito post cũ dolore parturiam. Hinc etenim etsi video maledictum, sed non peccatum, illinc verò & peccatum simul, & cruciatum. Deniq; hæc maledictio, nõ est aliud quàm hominum exprobratio, & hoc in Israel tñ. Mihi autẽ pro minimo est, quòd hominibus displiceo, dum me possim virginem castam exhibere Christo. Eligis in Israel esse contemptibilis, & vt illi placeas cui te probasti maledictum incurrere sterilitatis, & ecce maledictio benedictione commutatur, sterilitas fœcunditate recompensatur. Aperi virgo sinum, expande gremium, præpara vterum, quia ecce facturus est tibi magna qui potens est, in tñ vt pro maledictione Israel, beatam te dicant omnes generationes. Cõfortare ergo virgo fecunda, mater intacta, quia nõ eris in Israel vltra maledicta, neq; inter steriles deputata. Quæ cũ audisset turbata est in sermone eius, &c. Solent virgines, quæ vere virgines sunt, semper pauidæ, & numquam esse securæ, & vt caueant timenda, etiam tuta pertimescere, scientes se inuasis fictilibus thesaurum portare pretiosum, & nimis arduum esse viuere angelice inter homines, & in terris more cœlestium conuersari. Iocirco & Maria turbata est in sermone Angeli. Ne timeas Maria. Non sum homo, sed Spiritus, & Dei angelus non satanæ. Ne timeas, inuenisti gratiam apud Deum. O si scires quantum tua humilitas altissimo placeat, quanta te apud ipsum sublimitas maneat, angelico te indignam, nec alloquio iudicares, nec obsequio. Vt quid enim indebitam tibi dixeris gratiã angelorum, quæ inuenisti gratiam apud Deum? Inuenisti quod quærebas, quod nemo ante te potuit inuenire, inuenisti gratiam apud Deum. Quam gratiam? Dei & hominum pacem, mortis destructionem, vitæ reparationem.

IDEM in fine sic habet; Non est dubiũ quicquid in laudibus matris proferimus ad filium pertinere, & rursum cum filium honoramus, a gloria matris nõ recedimus. Nam si iuxta Salomonem, filius sapiens gloria est patris, quãto magis glorioſum est matrẽ ipsius effici sapientiæ? Infra: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco. Cum sciat Dominus meus, testis conscientiæ meæ, votum esse ancillæ suæ non cognoscere virum, qua lege, quo ordine placebit ei, vt fiat istud? Si oportuerit me frangere votum, vt pariã talem filiũ, & gaudeo de filio, & doleo de proposito. Fiat tñ voluntas eius. Sin verò virgo concipiam, virgo & pariam, quod vtique si placuerit ei impossibile non erit, tunc scio vere quia respexit humilitatem ancillæ suæ. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Nunquid potuit repleri gratia, & necdum habere Spiritum sanctum, cum ipse sit dator gratiarum? Si autem iam Spiritus sanctus in ea erat, quomodo adhuc tanquam nouiter superuenturus repromittitur? An forte ideo non dixit simpliciter veniet in te, sed addidit, super, quia & prius quidẽ in ea fuit per multam gratiam, sed nunc superuenire nũciatur propter abundantioris gratiæ plenitudinem, quam effusurus est super illam? At verò cum plena iã sit, illud amplius quomodo capere potuit? Si aũt plus aliquid capere potest, quomodo & ante plena fuisse intelligenda est? An prior quidem gratia tñ repleuerat mentem, sequens verò etiam ventrem perfundere debeat, quatenus scilicet plenitudo diuinitatis quæ ante in illa, sicut & in multis sanctorum spiritualiter habitabat, etiam sicut in nullo sanctorum etiam corporaliter in ipsa habitare incipiat? Ait itaq;, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Et virtus altissimi obumbrabit tibi. Qui põt capere capiat: Quis.n. excepta fortasis illa, quæ hoc sola in se fœlicissime meruit experiri, intellectu capere, ratione discernere possit, qualiter splẽdor ille inaccessibilis, virgineis se se visceribus infuderit, & vt illa inaccessibilem, accedentẽ ad se ferre potuisset, de portiuncula eiusdem corporis, cui se animate contemperauit, reliquæ massæ vmbraculum fecerit? Et propter hoc maxime dictum est, obumbrabit tibi. Quia res nimirum in sacramento erat, & quod sola per se Trinitas in sola & cum sola virgine voluit operari, soli datũ est nosse, cui soli datum est experiri. Dicatur ergo, Spiritus sanctus superueniet in te, qui vtiq; sua potentia fœcũdabit te. Et uirtus altissimi obũbrabit tibi, hoc est, illũ modũ, quo de Spiritu sãcto cõcipies, Dei virtus, & Dei sapiẽtia Christus, i suo secretissimo cõsilio obũbrãdo cõteget, & occultabit, quatenus sibi tñ no

tus habeatur & tibi. Ac si Angelus respondeat ad virginem. Quid a me requiris, quod in te mox experieris? Infra: Quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Verbum, pro facto posuit, idcirco quia quàm facile possunt homines loqui quod volunt, etiã quod facere nullatenus possunt, tam facile, immo incõparabiliter facilius valet Deus opere implere quicquid illi verbo valent explicare. Vulgaris & verus sermo est, multũ interesse inter loqui & facere, sed apud homines, non apud Deum: Soli Deo quia idem est facere quod loqui, idem loqui quod velle, merito non erit impossibile apud Deum omne verbum. Audisti
51 factum, audisti & modum verumq; mirum, vtrumq; iucundum. Et quoniam auditui tuo datum est gaudiũ & lætitia, audiamus & nos a te responsum lætitię, qđ desideramus, vt iam exultent ossa humiliata. Expectat & Angelus responsum, tempus est enim vt reuertatur ad Deum, qui misit illum. Expectamus & nos, ò domina verbũ miserationis, quos miserabiliter præmit sententia damnationis. Et ecce offertur tibi pretium salutis nostræ, statim liberabimur si consentis. In sempiterno Dei verbo, facti sumus omnes, & ecce morimur, in tuo breui responso sumus reficiendi, vt ad vitam reuocemur. Hoc supplicat a te, ò pia virgo, flebilis Adam cum misera sobole sua exul de paradiso, hoc Abraham, hoc Dauid, hoc cæteri flagitant sancti patres, qui habitant in regione vmbræ mortis, hoc totus mundus, tuis genibus prouolutus expectat. Nec immerito qñ ex ore tuo pendet consolatio miserorũ, redemptio captiuorum, liberatio damnatorum, & salus vniuersorum filiorum Adam. Da virgo responsum festinanter. O domina responde verbum, quod terra, quod inferi, quod expectant & superi. Ipse quoq; omnium rex, & Dñs quantum concupiuit decorem tuũ, tñ desiderat, & responsionis assensum, in qua nimirũ proposuit saluare mundum. Et cui placuisti in silentio, tam magis placebis ex verbo, cum ipse tibi clamet e cœlo. O pulchra inter mulieres, fac me audire vocẽ tuam. Si ergo tuum facias audire vocem tuam, ipse te faciet videre salutem nostram. Nunquid non hoc est quod querebas, quod gemebas, quod diebus & no
52 ctibus orando suspirabas? Quid igitur? Tu es cui hoc promissum est, an aliam expectamus? Immo tu ipsa non alia. Tu inquam illa promissa, illa desiderata, ex qua sanctus pater tuus Iacob, iam morti appropinquans, vitam sperabat æternam cum dicebat: Expecta
Genes. 49. bo salutare tuum Domine. In qua deniq; & per quã Deus ipse rex noster ante sæcula, disposuit operari salutem in medio terræ. Responde verbum, & suscipe verbum: Emitte transitorium, & amplectere sempiternum. Quid tardas? Quid trepidas? sumat humilitas audaciam, verecundia fiduciam. In hac sola re ne timeat prudens uirgo præsumptionem, quia etsi grata in silẽtio verecundia, magis tamen nunc in verbo pietas necessaria. Aperi ergo virgo beata cor fidei, labia confessioni, viscera creatori. Ecce desideratus cunctis gẽtibus foris pulsat ad ostium, ò si te morante pertransierit, & rursus incipias dolens quærere, quem diligat anima tua. Surge, curre, aperi. Surge per fidem, curre per deuotionem, aperi per cõfessionem. Ecce, inquit, ancilla Domini fiat mihi secundum verbum tuum. Semper solet esse gratiæ diuinæ familiaris uirtus humilitas. Humiliter ergo respondet, vt sedes gratiæ pparetur. Quæ est hæc tam sublimis humilitas, quæ cedere non nouit honoribus insolescę te gloria nescit?
53 Mater Dei eligitur, & ancillam se nominat. Non mediocris reuera humilitatis insigne, nec oblata tanta gloria obliuisci humilitatem. Non magnum est esse humilem in abiectione, magna prorsus & rara uirtus humilitas honorata. Infra: Fiat mihi secundum verbum tuum. Fiat, desiderij est signum, non dubitationis indicium. Per hoc quod dicit, fiat, magis intelligenda est affectum exprimere desiderantis, quàm effectum requirere more dubitantis, quanquam nihil obstet intelligi, fiat, verbum esse orantis. Vult autem a se requiri Deus etiam quod pollicetur, vt ex promissione deuotio excitetur, sicque quod gratis daturus erat, deuota oratio promeretur. Et ideo forte multa, quæ dare disposuit Deus, ante pollicetur. Sic pius Dominus qui omnes homines vult saluos fieri, merita nobis extorquet a nobis. Hoc utique prudens virgo intellexit, quando præuenienti se muneri gratuitę promissionis, iunxit meritum suæ orationis, fiat mihi, inquiens, secundum verbum tuum. Eo modo fiat mihi, quo nemini ante me factum est, nemini post me faciẽdum. Porro multifariam multisque modis olim Deus locutus est patribus in prophetis, & alijs quidem, in aure, alijs in ore, alijs etiam in manu factum est verbũ Domini, mihi autem oro vt in vtero fiat iuxta uerbũ tuum. Fiat quidem generaliter omni mundo, sed specialiter fiat mihi secundum verbum tuum.

IDEM vno verbo ait; Quia indignus eras cui do
54 naretur Deus, datum est Mariæ, vt per illam acciperes quicquid haberes. Quæ, per hoc quòd mater est, genuit tibi Deum, per hoc quòd virgo est, exaudita est pro reuerentia sua in causa tua, & totius generis humani. Si sola mater esset, sufficeret ei, vt saluaretur p filiorum generationẽ, si sola virgo, sufficeret sibi, nec benedictus fructus ventris eius, mundi pretium esset. Cum ergo in prima sit remedium, in secunda adiutorium est, quia nihil nos Deus habere voluit, quod per Mariæ manus non transiret.

IDEM explicans verba, quæ Maria dixit Christo
55 Domino; Vinum non habent, dicit. Compassa est eorum verecundiæ, sicut misericors, sicut benignissima. Quid de fonte pietatis procederet, nisi pietas? Quid inquam mirum, si pietatem exhibent viscera pietatis? Nonne qui pomũ in manu sua tenuerit dimidia die, reliqua diei parte pomi seruabit odorem? Quantum igitur viscera illa virtus pietatis affecit, in quibus nouem mensibus requieuit? Nam & ante mentem repleuit, quam ventrem, & cum processit ex vtero, ab animo non recessit.

IDEM in fine inquit: In lege scriptũ erat, vt mu-
56 lier quæ suscepto semine peperisset filium, immunda esset septem diebus, & octauo die circumcideretur puer, dehinc ablutioni, & purificationi intenta abstineret ab ingressu templi triginta tribus diebus, quibus expletis offerret filium domino cum muneribus: sed quis non aduertat in ipso sententiæ huius initio, Leuit. 12. liberam matrem Domini ab hoc præcepto? Dixit.n. Moyses. Mulier si suscepto semine, ne super matre Domini blasphemiæ crimen incurreret. Patet itaq; quòd lex ista matrem Domini non includit, quæ non suscepto semine filium peperit, sicut prædictum erat per Hieremiam, quia nouum faceret Dominus super terram. Quæris quod nouum? Mulier, inquit: Circunda bit virum. Non ab altero viro, virum suscipiet, non Cap. 31. humana lege concipiet hominẽ, sed intra viscera intacta & integra uirum claudet, ita sane, vt intrante & exeunte Domino iuxta alium Prophetam porta oriẽ talis clausa iugiter perseueret. Putas ergo non poterat Ezech. 44. moueri animus eius & dicere, quid mihi opus purificatione? cur abstineam ab ingressu templi, cuius vterus nesciens virum templum factus est Spiritus sancti? Cur non ingrediar templum, quæ peperi Dominum templi? Nihil in hoc conceptu, nihil in partu impurum fuit, nihil illicitum, nihil purgandum, nimirum cum proles ista fons puritatis sit, & purgationem venerit facere delictorum. Quid in me legalis purificet obseruatio, quæ puritissima facta
57 sum ipso partu immaculata? vere, ò beata virgo vere non habes causam, nec tibi opus est purificatione. Sed numquid filio tuo opus erat circunsione. Esto inter mulieres tam quam vna illarum, nam & filius tuus sic est in numero puerorum.

Circuncidi

Matt. 3.

Is. 53.

Serm. 3. in vig. Natalis Dom. in fine.

Ser. 1. dominicæ 1. post Epiph.

Hier. 18. & 33.

58 Serm. 2. in annunciat. Dominica.

Luc. 1.

Ps. 113.

59 Ser. 1. assumptionis B. Mariæ.

Circuncidi voluit, & non multo magis velit offerri? Offer filium tuum virgo sacrata, & benedictum fructum ventris tui Domino repræsenta. Offer ad nostram omnium reconciliationem hostiam sanctam Deo placentem. Omnino acceptabit Deus pater oblationem nouam, & pretiosissimam hostiam, de qua ipse ait: Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene
Matt. 3. complacui. Sed oblatio ista fratres satis delicata videtur, vbi tantum sistitur Domino: Redimitur auibus, & illico reportatur. Veniet quando non in templo offeretur, nec intra brachia Simeonis, sed extra ciuitatem inter brachia crucis. Veniet quando non redimetur alieno, sed alios redimet sanguine proprio. Illud erit sacri-
Is. 53. ficium vespertinum, istud est matutinum. De vtroque tamen potes accipere, quod propheta prædixit: Oblatus est quia ipse voluit. Nam & modo oblatus est, non quia opus habuit, non quia sub legis edicto fuit, sed qa voluit, & in cruce nihilominus oblatus est: non quia meruit, non quia Iudæus præualuit, sed quia ipse voluit. Sed quid fratres nos offerimus, aut quid retribuimus illi pro omnib. quæ retribuit nobis? Ille pro nobis obtulit hostiam preciosiorem, quam habuit, qua preciosior esse nō potuit. Et nos ergo faciamus quod possumus, optimum quod habemus offerentes illi, quod sumus vtique nosmetipsi. Ille se ipsum obtulit, tu quis es qui te ipsum offerre cunctéris? Quis mihi tribuat, vt oblationem meam dignetur maiestas tanta suscipere? Duo minuta habeo Domine, corpus & animam dico, vtinam hæc tibi perfecte possim sacrificium laudis offerre. Bonum enim mihi longe quòd glorioſius, atque vtilius est, vt tibi magis offerar, quàm deferat mihi soli. Nam ad me ipsum anima mea conturbatur, in te verò exultabit spiritus meus, si tibi veraciter offeratur.
Hier. 18. & 33. Fratres morituro Domino Iudæus mortuas hostias offerebat, sed iam nunc, ait: Nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat. Non vult Dominus mortem meam, & non libenter offeram illi vitam meam?

58 IDEM sic habet; Miraris quod Nazareth parua
Serm. in annunciat. Dominica. ciuitas, & tanti regis nuncio illustretur & tanto? Sed magnus latet in hac parua ciuitate thesaurus, latet inquam, sed homines latet non Deum. An nō thesaurus dei Maria? vbicunque illa est, & cor eius, oculi eius super eam vbique respicit humilitatē ancillæ suæ. Nouit cœlum vnigenitus Dei patris? Si nouit cœlum, nouit & Nazareth. Quid nesciat patriam suam? Quid ni mouerit hæreditatem suam? Cœlum ex patre, Nazareth ex
Ps. 113. matre vendicat sibi. Cœlum cœli Domino, terram autem dedit filijs hominum. Cedat ergo ei vtrumque necesse est in possessionem, qui non modo Dominus, sed & filius hominis est. Infra: Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Singulariter quidem fructus ventris tui est, sed ad omnium quidē mentes te mediante peruenit. Sic nimirum, sic olim ros totus in vellere, totus in area, sed in nulla parte areæ totus, sicut in vellere fuit. In te sola rex ille diues & præditus exinanitus, excelsus humiliatus, immēsus abbreuiatus, & ab Angelus minoratus est. Verus denique Deus, & filius incarnatus, sed quo fructu? Nempe vt omnes eius paupertate locupletemur, eius humilitate subleuemur, eius minoratione magnificemur, eius incarnatione adhærentes Deo incipiamus vnus esse spiritus cum eo.

59 IDEM ait: Maria est cuius salutationis vox & ip-
Ser. 1. assumptionis B. Mariæ. Luc. 1. sos exultare facit in gaudio, quos materna adhuc viscera claudiūt. Quod si paruuli necdum nati, anima liquefacta est, vt Maria locuta est, quid putamus, quænam illa fuerit cœlestium exultatio, cum & vocem audire, & videre faciem, & beata eius frui præsentia meruerunt? Nobis verò charissimi, quæ in eius assumptione solemnitatis occasio, quæ causa lætitiæ, quæ materia gaudiorum? Mariæ præsentia totus illustratur orbis, adeo vt & ipsa iam cœlestis patria clarius rutilet virgineæ lampadis irradiata fulgore. Meritò proinde resonat in excelsis gratiarum actio, & vox laudis, sed plangendum nobis potius quàm plaudendum esse videtur. Quantum enim de eius præsentia cœlum exultat, nunquid non consequens est, vt tantum lugeat hic noster inferior mundus eius absentiam? Cessetamen querela nostra, quia nec nobis hic est manens ciuitas, sed eam inquirimus ad quam hodie Maria benedicta peruenit. In quam si conscripti ciues sumus, dignum profecto est etiam in exilio, etiam super flumina Babylonis, eius nos recordari, eius communicare gaudijs, eius participare lętitiam, maximeque eam quæ tam copioſo impetu lætificat hodie ciuitatē Dei, vt sentiamus & ipsi stillicidia stillantia super terram. Præcessit nos regina nostra, & tam glorioſe suscepta est, vt fiducialiter sequantur dominam seruuli clamantes: Trahe nos post te, in odorem vnguentorum tuorum curremus. Aduocatam præmisit peregrinatio nostra, quæ tanquam iudicis mater, & mater misericordiæ, suppliciter & efficaciter salutis nostræ negotia pertractabit. Pretioſum hodie munus terra nostra direxit ad cœlum, vt dando & accipiēdo, fœlici amicitiarum fœdere copulentur humana diuinis, terrena cœlestibus, ima summis. Illo enim ascendit fructus terræ sublimis, vbi data optima & dona perfecta descendunt. Ascendens ergo in altum virgo beata dabit ipsa quoque dona hominibus. Quid ni daret? Si quidem nec facultas ei deesse poterit, nec voluntas. Regina cœlorum est, misericors est, mater est vnigenti filij Dei. Nihil enim sic potest potestatis eius seu pietatis 60
magnitudinem commendare; nisi forte aut non creditur Dei filius honorare matrem, aut dubitare quis potest omnino in affectu charitatis transisse Mariæ viscera, in quibus ipsa quæ ex Deo est charitas, nouem mensibus corporaliter requieuit. Vt tamen interim sileam beneficia, quæ pro illius glorificatione consequimur; si eam diligimus, gaudebimus vtique, quia vadit ad filium. Plane congratulabimur ei: nisi forte, quod absit, inuentrici gratiæ omnimodis inueniamur ingrati. Quem enim in castellum mundi huius intrā tem, prius ipsa susceperat, ab eo suscipitur hodie, sanctam ingrediens ciuitatem. Sed cum quanto putas honore, cum quanta exultatione, cum quanta gloria? Nec in terris locus dignior vteri virginalis templo, in quo filium Dei Maria susceperit, nec in cœlis regali solio, in quo Mariam hodie Mariæ filius sublimauit. Quis cogitare sufficiat quam glorioſa hodie mundi regina processerit, & quā to deuotionis affectu tota in eius occursum cœlestium legionum prodierit multitudo, quibus ad thronū gloriæ canticis sit deducta, quàm placido vultu, quàm serena facie, quàm diuinis amplexibus suscepta a filio, & super omnem exaltata creaturam, cum eo honore, quo tanta mater digna fuit, cum ea gloria, quæ tantum decuit filium; Fœlicia prorsus oscula labijs impræssa lactē tis, cui virgineo mater applaudebat in gremio. Verum nunquid non fœliciora censebimus, quæ ab ore sedentis in dextera patris hodie in beata salutatione suscepit, cum ascenderet ad thronum gloriæ epithalamium canens, & dicēs: Osculetur me osculo oris sui? Christi generationem, & Marię assumptionem, quis enarrabit? Quantum enim gratiæ in terris adepta est præ cæteris, tantum, & in cœlis obtinet gloriæ singulis. Quod & oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ pręparauit Deus diligentibus se, quod præparauit gignenti se, & diligenti præ omnibus, quis loquatur?

IDEM sic ait. Tempus loquendi est omni carni, 61
Serm. 4. Assumptionis. cum assumitur incarnati verbi mater in cœlum. Nec cessare debet a laudibus humana mortalitas, cum hominis sola natura supra immortales spiritus exaltatur in virgine. Sed de eius gloria nec silere deuotio patitur, nec dignum aliquid sterilis concipere cogitatio, aut inerudita potest locutio parturire. Hinc est, quod & ipsi cœlestis curiæ principes in consideratione tantæ

noui-

nouitatis clamant, non sine admiratione. Quæ est ista quæ ascendit de deserto delicijs affluens? Ac si manifestius dicant: Quanta est hæc, & vnde ei ascendenti vique de deserto, affluentia tanta deliciarum? Nec enim pares inueniuntur delitiæ, vel in nobis, quos in ciuitate Domini lætificat fluminis impetus, qui a vultu gloriæ voluptatis gloriæ potamur. Quæ est ista, quæ de sub sole, vbi nihil est nisi labor, & dolet, & afflictio spiritus, ascendit delicijs spiritualibus affluens? Quid ni delicias dixerim virginitatis decus, cum munere fœcunditatis, humilitatis insigne, distillãtem charitatis fauũ, misericordiæ viscera, plenitudinem gratiæ, prærogatiuam gloriæ singularis? Ascendens igitur de deserto regina mundi, etiam angelis sanctis, vt canit Ecclesia speciosa facta est & suauis in delicijs suis. Definant tamen deserti huius mirari delicias, quia Dominus dedit benignitatem, & terra nostra dedit fructum suũ. Quid mirantur de terra deserta Mariam ascendere delicijs affluentem? Mirentur potius pauperem Christum de cœlestis regni plenitudine descendẽtem. Longe enim ampliori miraculo dignum videtur Dei filium paulominus ab angelis minorari, quam Dei matrem super angelos exaltari. Infra: Non est, quod me magis delectet quam de virgine loqui, sed nec est quod terreat magis, quàm de gloria virginis. Mariæ habere sermonem. Vt enim fileam interim ineffabile priuilegium meritorum, & prærogatiuam penitus singularem, tanto eam deuotionis affectu amplectuntur, honorant, suscipiunt (vt dignum est) vniuersi, vt licet de ea loqui gestiant omnes, tamen quicquid dicitur de indicibili, eo ipso quod dici potuerit, minus gratum sit, minus acceptetur. Quid ni minus sapiat quicquid de incomprehensibili gloria comprehendere potuerit mens humana? Optimam partem elegit sibi Maria. Optimam plane, quia bona fœcunditas coniugalis, melior autem castitas virginalis, prorsus autem optima est fœcunditas virginea, seu fœcunda virginitas matris Dei. Duplex nouitas, duplex prærogatiua, duplex miraculum, sed digne prorsus aptissimeq; conueniens. Neque enim filius alius virginem, nec Deum decuit partus alter. Quę vel Angelica puritas virginitati illi audeat comparari, quæ digna fuit Spiritussancti sacrarium fieri, & habitaculum filij Dei? Si rerum pretia de raritate pensamus, quę prima in terris angelicam proposuit ducere vitã, super omnes est. Quanta verò, & quam pretiosa humilitatis virtus, cum tanta puritate, cum innocentia tanta, cum tantæ gratiæ plenitudine? Digna plane, quam respiceret Dominus, cuius decorem cõcupisceret rex, cuius odore suauissimo, ab æterno illo paterni sinus atraheretur accubitu: Audi Mariam in epithalamio dicẽtem: Dum esset rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suum. Nardus quippe herba humilis est, & pectus purgat, vt manifestum sit, humilitatem Nardi nomine designari, cuius odor, & decor inuenerit gratiam apud Deum. Sileat misericordiam tuam virgo beata, si quis est qui inuocatam te in necessitatibus suis, sibi meminerit defuisse. Nos quidem seruuli tui ceteris in virtutibus congaudemus tibi, sed in hac potius nobis ipsis. Laudamus virginitatem, humilitatem miramur, sed misericordia miseris sapit dulcius, misericordiam amplectimus charius, recordamur sępius, crebrius inuocamus. Hęc est enim, quę totius mundi reparationem obtinuit, salutem omnium impetrauit. Quis ergo misericordiæ tuæ, ò benedicta lõgitudinem & latitudinem, sublimitatem & profundum queat inuestigare? Nam lõgitudo eius, vsque in diem nouissimum inuocãtibus eam, subuenit vniuersis. Latitudo eius replet orbem terrarum, vt tua quoq; misericordia plena sit omnis terra. Sic & sublimitas eius ciuitatis supernæ inuenit restaurationem, & profundum eius, sedentibus in tenebris & vmbra mortis obtinuit redemptionem. Ad hũc igitur fontem sitibunda properet anima nostra. Ad hunc misericordiæ cumulum tota sollicitudine miseria nostra recurrat. Ecce iam quibus potuimus votis ascendentem te ad filium deduximus, & prosecuti sumus saltem a longe virgo benedicta. Sit pietatis tuæ ipsam quam apud Deum gratiam inuenisti, notam facere mundo, reis veniam, medelam ægris, pusillis corde robur, afflictis consolationem, periclitantibus adiutorium, & liberationem sanctis, tuis precibus obtinẽdo.

Cant. 8.

Ps. 84.

62

Luc. 10.

63

Cant. 1.

IDEM dicit in fine; Vehementer nobis vir vnus, & mulier vna nocuere, sed gratias Deo, per vnum nihilominus virum, & mulierem vnam, omnia restaurantur, nec sine magno feruore gratiarum. Neque enim sicut delictum, ita & donum, sed excedit damni æstimationem, beneficij magnitudo. Sic nimirum prudentissimus, & clementissimus artifex, quod quassatum fuerat non confregit, sed vtilius omnino refecit, vt videlicet nobis nouum formaret Adam ex veteri, & Euam transfunderet in Mariam. Et quidem sufficere poterat Christus, sed nobis bonum non erat esse hominem solum. Congruum magis vt adesset nostræ reparationi sexus vterque quorum corruptioni neuter defuisset. Fidelis plane, & potens mediator Dei, & hominum homo Christus Iesus, sed diuinam in eo reuerentur homines maiestatem. Non sola illa cantatur misericordia, cantatur pariter & iudiciũ, quia etsi didicit ex his quæ passus est, compassionem, vt misericors fieret, habet tamẽ & iudiciariam potestatem. Denique Deus noster ignis consumens est. Quidni vereatur peccator accederet, ne quemadmodum fluit cera a facie ignis, sic pereat & ip se a facie Dei? Iam itaq; ne ipsa mulier benedicta in mulieribus videbitur otiosa, inuenietur equidem locus eius in hac reconciliatione. Opus est enim mediatore ad mediatorem istum, nec alter nobis vtilior, quã Maria. Crudelis nimirum Eua, per quam serpens antiquis, pestiferum e tiam ipsi viro virus infudit, sed fidelis Maria, quę salutis antidotum, & viris & mulieribus propinauit. Quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas? Nihil austerum in ea, nihil terribile, tota suauis est, omnibus offerens lac & lanam. Reuolue dili gentius Euangelicæ historiæ seriem vniuersam, & si quid forte increpatorium, si quid durum, si quod denique signum vel tenuis indignationis occurrerit in Maria, de cetro suspectam habeas, & accedere verearis. Quòd si, vt vere sunt plena magis omnia pietatis, & gratiæ, plena mansuetudinis, & misericordiæ, quæ ad eam pertinent inueneris, age gratias ei, qui talem tibi mediatricem benignissima miseratione prouidit, in qua nihil possit esse suspectum. Denique omnibus omnia facta est, sapientibus, & insipientibus, copiosissima charitatẽ debitricem se fecit, omnibus misericordiæ sinum aperit, vt de plenitudine eius accipiant vniuersi, captiuus redemptionem, æget curationem, tristis cõsolationem, peccator gratiam, Angelus lætitiam, denique tota Trinitas gloriam, filij persona, carnis humanę substantiam, vt non sit qui se abscondat a calore eius. Putas ne ipsa est sole amicta mulier? Etsi de præsenti Ecclesia id intelligendum sit, sed id plane non inconuenienter Mariæ videtur attribuendum. Nimirum ea est, quæ velut alterum solem induit sibi. Quemadmodum enim ille super bonos & malos indifferentur oritur, sic ipsa quoque pręterita non discutit merita, sed omnibus sese exorabilem, omnibus clementissimam prębet, omnium denique necessitate amplissimo quodam misereatur affectu. Nam & defectus omnis sub ea est, & quicquid fragilitatis, seu corruptionis est, excellentissima quadam sublimitate prę cęteris omnibus excedit, & super greditur creaturis, vt merito sub pedibus eius luna esse dicatur. Alioquin nihil magnum dixisse videbitur, vt sit luna ista sub pedibus eius, quam super omnes choros Angelorum credimus exaltatam. Solet autem luna non modo defectum corruptionis, sed & stultitiam mentis, & nonnunquam ecclesiam huius tẽporis designare. Illam quidem propter mutabilitatem, hanc sane propter susceptum aliunde splendorẽ. Vtraque

64 Serm. 7. de uerbis Apocalyp. 12. Signũ magnũ apparuit in cęlo.

Eccl. 27.

67

Exod. 3.

Luc. 1.

Deut. 4.

Apoc. 12.

Rom. 13.

68 Hier. 31. Zach. 6.

Cant. 3.

Apoc. 14.

66

que verò, vt ita dixerim luna sub Mariæ pedibus congrue satis ponitur; alio tamen atque alio modo. Siquidem stultus, vt luna mutatur, sapiens autem permanet sicut sol: In sole nimirum, & feruor, & splendor stabilis, in luna solus splendor, atque is omnino mutabilis, & incertus, qui nunquam in eodem statu permaneat. Iure ergo Maria sole perhibetur amicta, quæ profundissimam diuinæ sapientiæ, vltra quam credi valeat, penetrauit abyssum, vt quantum sine personali vnione creaturæ conditio patitur, luci illi inaccessibili videatur immersa. Illo nimirum igne, prophetæ labia purgâtur; illo igne seraphim accenduntur. Longe verò aliter Maria meruit, non velut summatim tangi, sed operiri magis vndique, & circumfundi, & tanquam ipso igne concludi. Candidissimus sane, sed & calidissimus huius mulieris amictus, cuius omnia tam excellenter irradiata noscuntur, vt nihil in ea non dico tenebrosum, sed oscurum saltem, vel minus lucidum, sed ne tepidũ quidem aliquid, aut non feruentissimum liceat suspicari. Insipientia verò omnis, longe sub pedibus eius est, vt penitus absit hæc ab insipientium mulierum numero, & collegio virginum fatuarum. Immo verò & vnicus ille stultus, & totius stultitiæ princeps, qui vere mutatus vt luna, sapientiam perdidit in decore suo, sub Mariæ pedibus conculcatus, & contritus miseram patitur seruitutem. Nimirum ipsa est quondã a Deo promissa mulier, serpentis antiqui caput, virtutis pede contritura; cuius plane calcaneo in multis versutijs insidiatus est, sed sine causa. Amplectamur Marię vestigia fratres, & beatissima supplicatione beatissimis illius pedibus prouoluamur. Teneamus eam, nec dimittamus donec bene dixerit nobis. Potens est enim. Nempe vellus est medium inter rorem, & aream, mulier inter solem, & lunam, Maria inter Christum, & Ecclesiam constituta, sed forte miraris non tam vellus opertum rore, quam amictam sole mulierem. Magna siquidem familiaritas, sed mira omnino vicinitas solis, & mulieris. Quomodo enim in tam vehementi feruore, tam fragilis natura subsistit? Merito quidem admiraris Moyses sancte, & curiosius desideras intueri. Verumtamen solue calceamenta de pedibus tuis, & inuoluera pone carnalium cogitationum, si accedere concupiscis. Vadam, inquit, & videbo visionem hanc magnam Magna plane visio, rubus ardens sine combustione, magnum signum mulier illæsa manens, amicta sole. Nõ est rubi natura oper tum vndique flammis manere nihilominus incombustum, non mulieris potentia, vt sustineat solis amictũ, non est virtutis humanæ, sed nec Angelicæ quidem, sublimior quædam necessaria est. Spiritus sanctus, inquit, superueniet in te. Et tãquam respondeat illa, quoniam Spiritus est Deus, & Deus noster ignis cõsumẽs est. Virtus, ait, non mea, non tua, sed altissimi obumbrabit tibi. Nihil itaque mirum si sub tali obumbraculo talis etiam a muliere sustineatur amictus Mulier, inquit, amicta sole: Plane amicta lumine sicut vestimẽto, quæ induerat Dominum Iesum Christum. Quam familiaris ei facta es Domina, quam proxima, immo quam intima fieri metuisti, quantam inuenisti gratiam apud Deum? Vestis eum substantia carnis, & vestit ille te gloria suæ maiestatis. Veltis solem nube, & sole ipsa vestiris. Nouum enim fecit Dominus super terram, vt mulier circundaret virum, & non alium quàm Christum de quo scriptum est, ecce vir, oriens nomen eius. Nouũ quoque fecit in cęlo, vt mulier sole appareret amicta. Denique & coronauit eum, & vicissim ab eo meruit coronari. Egredimini filiæ Sion, & videte regem Salomonem in diademate, quo coronauit eum mater sua. Verum hoc alias. Interim sane ingredimini magis, & videte reginam in diademate, quo coronauit eã filius suus. In capite, inquit, eius corona stellarũ duodecim. Dignum plane stellis coronari caput, quod & ipsis lõge clarius micans, ornet eas potius quam ornetur ab eis. Quidni coronent sydera, quam sol vestit? sicut dies verni circundabant eam flores rosarum, & lilia conuallium. Nimirum læua sponsi sub capite eius, & iam dextera illius amplexatur eam. Quis illas ęstimet gemmas? Quis stellas nominet, quibus Mariæ regium diadema compactum est? Supra hominem est coronæ huius rationem exponere, indicare compositionem. Nos autẽ pro nostra exiguitate duodecim stellas, duodecim intelligimus priuilegia virginis, duodecim prærogatiuas gratiarum, quibus Maria singulariter adornatur. Mihi sane singularis rutilat fulgor, primo quidem in Mariæ generatione, secundo in angelica visitatione, tertio in Spiritus superuentione, quarto in filij Dei inenarrabili conceptione. Sic & in his quoque sydereum plane irradiat decus, quod virginitatis primiceria, quòd sine corruptione fœcũda, quòd sine grauamine grauida, quod sine dolore puerpera. Nihilominus etiam speciali quodam splendore in Maria coruscant mansuetudo pudoris, deuotio humilitatis, magnanimitas credulitatis, martyrium cordis. Quid sydereum micat in generatione Mariæ? Plane quòd ex regibus orta, quòd ex semine Abrahæ, quòd generosa est stirpe Dauid. Si id parum videtur, adde quòd generationi illi ob singulare priuilegiũ sanctitatis diuinitus est concessum, quòd longe ante eisdem patribus cœlitus repromissa, quòd mysticis præfigurata miraculis, quòd oraculis prænunciata propheticis. Hanc enim sacerdotalis virga, dum sine radice floruit, hãc Gedeonis vellus, dũ in medio siccæ areæ maduit, hanc in Ezechielis visione orientalis porta, quæ nulli vnquam patuit præsignauit. Merito signũ hoc magnum in cœlo apparuisse scribitur, quod tanto ante de cęlo noscitur fuisse promissum. Huius ergo prę rogatiuæ fulgor, quorum non vehementer reuerberat aciem oculorum? Iam in eo quòd tam reuerenter, & officiosissime ab Archangelo salutata est, vt iam in regali solio supra omnes cœlestium ordinum regiones exaltatam cernere videretur, & paulominus adoraturus fœminã, qui solebat ab hominibus hactenus æquanimiter adorari; excellentissimum nobis virginis nostræ meritum, & singularis gratia commendatur. Nihi lominus fulget etiam nouus ille conceptionis modus, vt non in iniquitate sicut aliæ mulieres, sed superueniente Spiritu sancto verum Deum, & Dei filium genuit, vt idem ipse Dei atque hominis filius, unus omnino Deus, & homo prodiret ex Maria, abyssus est luminis, nec facile dixerim, cui uel angelicus oculus ad huius fulgoris uehementiam non caliget. De cætero sane, & uirginitatem carnis, & propositum uirginitatis, & ipsius quoq; propositi nouitas uehementer illustrat, ubi uerò in promissione filij manifestum uirginitatis periculum uidebatur, non potuit ultra dissimulare, quin diceret: Quomodo fiet istud? quoniã uirum non cognosco. Merito proinde, & illam meruit benedictionem, & hanc non amisit, vt longe glorioſior fiat, & uirginitas ex fœcunditate, & ex virginitate fęcunditas, ac mutuis se se radijs illustrare hæc duo sydera uideantur. Iure etiam illud molestissimum tędium: quo reliquæ omnes grauidæ mulieres laborare noscuntur, sola nõ sensit, quæ sola sine uoluptate libidinosa concepit. Vnde & in ipso suæ conceptionis initio, quando potissimum cæteræ mulieres miserabilius affliguntur, Maria tota alacritate in montana conscendit, sed & ascendit Bethlehem imminente iam partu portans precioſissimum illud depositum, portans onus leue a quo portabatur. Sic & in partu quam lucidum est, quòd noua exultatione nouam edidit prolem sola inter mulieres a dolore aliena. Sola est de qua dictum est, quod in ea natum est de Spiritu sancto est, sola cui dicitur, quod ex te nascetur sanctum, uocabitur filius Dei. Offerentur regi uirgines, sed posteam, nam primatum sola vendicat sibi. Multò magis autem sola sine corruptione concepit, sine grauamine tulit, sine dolore filium parturiuit. Itaque nihil horum a nobis exigitur, sed exigitur mansuetudo pudoris, humilitas cordis, magnanimitas fidei,

64 Serm. 7. de uerbis Apoc. 12. Signũ magnũ apparuit in cęlo.

Eccl. 27.

Deut. 4.

65

Exod. 3. Luc. 1.

67

Deut. 4.

Apoc. 12.

Rom. 13.

68 Hier. 31. Zach. 6.

Cant. 3.

Apoc. 14.

66

69

70

Cant. 2.

Apoc. 12.

Luc. 1.

Matt. 1. Luc. 1.

dei, compassio mentis. Gratissima sane gemma in diademate, micans in capite stellas, rubor in facie hominis verecundi. An quis putet quod hac caruit gratia, quæ gratia plena fuit? Infra: Mirabili artificio spiritus super ueniens in Maria tanta humilitatis, magnanimitas; tanta in secreto virginei cordis accessit, vt quemadmodũ de integritate & fœcunditate prædiximus, hæ quoque nihilominus sunt stellæ ex respectu mutuo clariores, quod videlicet nec humilitas tanta minuit magnanimitatem, nec magnanimitas tanta humilitatem, sed cum in sua æstimatione tam humilis esset, nihilominus, & in promissionis credulitate magnanimis, vt quæ nihil aliud, quàm exiguam se se reputabat ancillam, ad incõprehensibile hoc mysterium, & admirabile commercium nullatenus se dubitaret electam, & veram Dei & 71 hominis genitricem crederet mox futuram. Agit hoc nimirum in cordibus electorum gratiæ prærogatiua diuinæ, vt eos nec humilitas pusillanimos faciat, nec magnanimitas arrogantes. Magis autem cooperentur sibi, vt non solum nulla ex magnanimitate intret elatio, sed hinc maxime prouehatur humilitas, vt inueniãtur eo amplius timorati, & largitori munerum, non ingrati, ac vicissim ex occasione humilitatis, pusillanimitas nulla surrepat, sed quo minus de sua quisque, vel in minimis præsumere cõsueuit, & amplius etiam in magnis quibusque de diuina virtute confidat. Infra: Martyrium sane virginis, quod inter stellas coronæ eius duodecimam nominauimus, tam in Simeonis Prophetia, quàm in ipsa dominicæ passionis historia commendatur. Ait sanctus senex ad Mariam. Et tuam ipsius animam pertransiuit gladius. Et quidem postea quam Luc. 2. Christus emisit spiritum, ipsius plane non attigit animam crudelis lancea, quæ ipsius aperuit latus, sed tuã vtique animam pertransiuit. Ipsius nimirum anima iã ibi non erat, sed tua plane inde nequibat auelli. Tuam ergo pertransiuit animam vis doloris, vt plus quam martyrem non immerito prędicemus, in qua nimirum corporeæ sensum passionis, excesserit compassionis affectus. An non tibi plus quàm gladius fuit sermo ille dicentis Christi, Mulier ecce filius tuus? Quomodo nõ tuam affectuosissimam animam pertransiret hæc auditio, quando & nostra, licet saxea, licet ferrea pectora sola recordatio scindi? concludens ait: Ciba hodie pauperes tuos domina, ipsi quoque catelli de micis edant, nec puero Abrahæ tantum, sed & camelis uotum tribuas de super effluenti hydria tua, quia tu vere puella es prælecta, & præparata altissimi filio.

72 IDEM dicit: Mater genuit Christum non in splen
In natiuit. doribus, sed in vmbra; non nisi ea tamen, qua obum-
B. Mariæ. brauit altissimus. Merito proinde canit Ecclesia, quæ
Cant. 2. peregrinatur in terris. Sub vmbra illius quem desideraueram sedi, & fructus illius dulcis gutturi meo. Lucem quippe meridianam, vbi pascit sponsus, sibi petierat indicari, sed repressa est, & pro plenitudine luminis vmbram, pro satietate interim gustum recepit. Denique non ait: Sub vmbra eius quam desideraueram, sed sub vmbra eius, quem desideraueram sedi. Neque enim ipsius expetierat vmbrã, sed ipsum profecto meridiem, lumẽ plenum de lumine pleno. Et fructus, ait, dulcis gutturi meo. Gustate & videte quoniam suauis est Dominus. Et quidem suauis gustus, & dulcis guttu ri, vt merito etiam super hoc sponsa proruperit in vocem gratiarum actionis, & laudis. Sed quando dicetur, comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi. Iu
Cant. 5. sti epulentur, ait Propheta, sed in conspectu Dei, vti
Ps. 67. que non in vmbra. Et de se ipso: Satiabor, inquit, cum
Cant. 4. apparuerit gloria tua. Vita æterna fons indeficiens, qui vniuersam irrigat superficiem paradisi. Nec modo irrigat, sed inebriat fons hortorum, puteus aquarum viuẽtium, quæ fluunt impetu de Libano, & fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei. Quis verò fons vitæ, nisi Christus Dominus? Deriuatus est fons vsque ad nos, in plateis deriuatę sunt aquæ, licet non bibat alienus ex eis. Descendit per aquę ductum venã illa cęlestis, Prou. 5. non tamen fontis exhibens copiam, sed stillicidia gratiæ, arentibus cordibus nostris infundens, alijs quidem plus, alijs verò minus. Plenus equidem aquæ ductus, vt accipiant ceteri de plenitudine, sed non plenitudinem ipsam. Aduertistis, ni fallor, quem velim dicere aquæ ductum, qui plenitudinem fontis ipsi capere poteramus. Nostis enim cui dictum sit. Aue gratia plena. 73 An verò inueniri potuisse miramur, vnde talis ac tantus fieret aquæductus, cuius nimirum summitas, instar Luc. 1. profectò scalæ illius, quam vidit Patriarcha Iacob, cœ- Gen. 28. los tangere, immo & transcendere, vt viuidissimum illum aquarum, quæ super cœlos sunt, posset attingere fontem? Nimirum propterea tanto tempore humano generi fluenta gratiæ defuerunt, quòd nondum intercederet is, de quo loquimur tam desiderabilis aquæductus. Nec mirabere diutius expectatum, si recordaris quot annis Noe vir iustus in arcæ fabrica laborarit, in qua paucæ, ideſt, octo animæ saluæ factæ sunt, idq; satis ad modicũ tempus. Sed quomodo noster hic aquę- Luc. 1. ductus fontem illum attigit tam sublimem? Quomo- Eccl. 35. do pũtas, nisi vehementia desiderij, nisi feruore deuotionis, nisi puritate orationis? Sicut scriptum est: Oratio iusti penetrat cœlos. Et quis iustus, si non Maria iusta, de qua sol iustitiæ ortus est nobis? Quomodo ergo illa inaccessam attingit maiestatem, nisi pulsando, petẽdo, quærendo? Denique & quod quærebat, inuenit, cui dictum est: inuenisti gratiam apud Deum. Quid? Plena est gratia, & gratiam adhuc inuenit? Digna prorsus inuenire quod quærit, cui propria non sufficit plenitudo, nec suo potest esse contenta bono; sed quemadmo- Eccl. 24. dum scriptum est. Qui bibit me, adhuc sitiet, petit superessluentiam ad salutem vniuersitatis. Spiritussanctus, ait, superueniet in te, & pretiosum illud balsamũ 76 tanta tibi copia, tantaque plenitudine influet, vt copiosissime effluat circumquaque. Ita est, iam sentimus, Cant. 1. iam exhilarantur facies nostræ in oleo, iã clamamus, oleum effusum nomẽ tuum, memoriale tuum in gene- Ibid. ratione, & generationem. Verum id quidem non in va 74 num, & si oleum effunditur, sed non perit. Propterea Ps. 132. siquidem & adolescentulæ, paruulæ scilicet animæ spo sum diligunt, idque non parum, & vnguentum descendens de capite, non modo barba, sed & ipsa vestimenti ora susceptit. Intuere o homo consilium Dei, consilium pietatis. Cęlesti rore areã rigaturus, totum vellus prius infudit. Redempturus humanum genus pretiũ vniuersum contulit in Mariam. Altius ergo intueamini quanto deuotionis affectu eam a nobis voluerit honorari, qui totius boni plenitudinem posuit in Maria, ut proinde si quid spei in nobis est, si quid gratię, si quid salutis ab ea nouerimus redumdate quæ ascendit delicijs affluens, Hortus planè deliciarũ, quem nõ modo afflauerit ueniens, sed & perflauerit superueniens auster ille diuinus, vt vndique fluant & effluant aromata eius, charismata scilicet gratiarum. Tolle corpus hoc solare quod illuminat mundum, ubi dies? Tolle Mariam hãc maris stellam, maris vtique magni & spatiosi, quid nisi caligo inuoluens, & denssissimæ tenebræ relinquuntur, & vmbra mortis? Totis ergo medullis cordium, totis precordiorum affectibus, & votis omnibus Mariã hãc veneremur, quia sic est voluntas eius, qui totũ nos habere voluit per Mariam. In omnibus siquidem & per omnia prouidens miseris trepidationem nostram solatur, fidem excitat, spem roborat, diffidentiam abigit, erigit pusillanimitatem. Ad patrem verebaris accedere, solo auditu territus ad folia fugiebas, Iesum tibi dedit mediatorem. Quid non apud talem patrem filius talis obtineat? Exaudietur vtique pro reuerentia sua. Pater enim diligit filium. An verò trepidas, & ad ipsum? Frater tuus est, & caro tua, tentatus per omnia absque peccato, ut misericors fieret. Hunc tibi fratrem Maria dedit. Sed forsitan & in ipso maiestatem vereare diuinã, quod licet factus sit homo, manserit tamen Deus. Ad-

uoca-

uocatam habere uis & ad ipsum? Ad Mariam recurre Pura siquidem humanitas in Maria, nō modo pura ab omni contaminatione, sed & pura singularitate naturæ. Nec dubius dixerim, exaudietur & ipsa pro reuerē- 75 tia sua. Exaudiet vtique matrem filius, & exudiet filium pater. Filioli hæc peccatorum scala, hæc mea maxima fiducia est, hęc tota ratio spei meæ. Quid enim? potest ne filius, aut repellere, aut sustinere repulsam, non audire, aut non audiri filius potest? Neutrum planè. Inuenisti, ait Angelus, gratiam apud Deum. Fęliciter, semper hæc inueniet gratiam, & sola est gratia, qua egemus. Prudens virgo non sapientiam, sicut Salomon, non diuitias, non honores, non potentiam, sed gratiam requirebat. Quæramus gratiam, & per Mariā quæramus, quia quod quærit, inuenit, & frustrari non potest. Maria vsque adeo fidit gratiæ, & non altum sapit, vt salutationem Angelicam vereatur. Et forsitan talia meditabatur. Vnde hoc mihi, vt veniat Angelus Domini mei ad me? Ne timeas Maria, ne mireris Angelū venientem, & maior Angelo venit. Non mireris Angelum Domini, & Dominus Angeli tecum. Postremò quidni videas Angelum, cū iam angelicè viuas? Quidni visitet Angelus vitæ sociam? Quidni salutet ciuem sanctorum, & domesticam Dei? Videas ne quod & hoc nihilominus modo aquęductus noster ascendit ad fontem. Nec sola iam oratione cœlos penetrat, sed etiam incorruptione, quæ proximum Deo facit, sancta virgo corpore, & spiritu, ne quid forte super hoc dubites aquæductu. Sublimis equidem valde; sed nihilominus integerrimus manet. Hortus conclusus, fons signatus, templum Domini, sacrarium Spiritus sancti. Ascensiones in corde suo disposuit, cōuersatione pariter & oratione ascendens. Infra: Maria montana conscendit, sęa 76 iustitia eius sicut montes Dei. Dixit Angelus Mariæ: Spiritus sanctus superueniet in te, non ego. Ne steteris vel inter Angelos virgo sancta, sublimius aliquid tuo sibi ministerio propinandum, terra sitiens præstolatur. Paululum cum pertransieris eos, inuenies quem diligit anima tua. Paululum, inquam, non quia non incō parabiliter superueniat, sed quod inter eum & ipsos medium nihil inuenias. In principio erat verbum. Iā scatet fons, sed interim tantum in semetipso. Denique & verbum erat apud Deum. Lucem profectò habitans inaccessibilem, & dicebat Dominus. Ab initio, ego cogitò cogitationes pacis, & non afflictionis. Sed penes te est cogitatio tua, & quid cogites nos nescimus. Quis enim cognouit sensum Domini, aut quis consiliarius eius erat? Descendit itaque cogitatio pacis in opus pacis: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Intuere quomodo vsque ad Angelos plenitudine gratiæ Maria peruenerit. Super Angelos autem superueniente Spiritu sancto. Est in Angelis charitatis est puritas, est humilitas. Quid horum non enituit in Maria? Cui enim Angelorum aliquando dictum est: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoq; & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Denique veritas de terra orta est, non de angelica creatura, nec Angelos, sed semen Abrahæ apprehendit. Magnum est Angelo, vt minister sit Domini. Sed Maria sublimius quiddam meruit, vt sit mater. Tā toque excellētior Angelis facta munere singulari: quāto differentius præministris nomen matris accepit. Hanc inuenit gratiam, plena iam gratia, vt virginitate integra, fieret sine muliebri dolore puerpera. Infra: Di- 77 lectus pascitur inter lilia. Apud Mariam vtique pascebatur, idque copiosius pro multitudine liliorum. An non lilia, virginitatis decus, humilitatis insigne, supereminentia charitatis? Erunt tamen & nobis lilia, quamuis inferiora valde, sed ne inter hæc dedignabitur pasci sponsus. Quidquid illud est quod offerre Deo paras, Marię commendare memento, vt eodem alueo ad largitorem gratię gratia redeat, quo influxit. Neque enim impotens erat Deus, & sine hoc aquæ[illegible]tu infundere gratiam, prout vellet. Sed tibi uehiculum uoluit prouidere. Forte enim manus tuæ, aut sanguine plenæ, aut infectæ muneribus, quod non eas ab omni munere excussisti. Ideoque modicum illud quod offerre desideras, gratissimis illis, & omni acceptione dignissimis Mariæ manibus offerendum tradere cura, si non vis sustinere repulsam. Nimirum candidissima quædam lilia sunt, nec causabitur ille liliorum amator, inter lilia non inuentum, quicquid illud sit, quod inter Mariæ manus inuenerit.

IDEM ait; Magnus ille Ignatius discipuli, quem diligebat Iesus, auditor, Mariam in pluribus, quas ad eam scripsit epistolis, Christiferam consalutat. Egregius plane titulus dignitatis, & commendatio honoris immensi. Nempe cui seruire regnare est gestare hunc, non onerari est, sed ornari. 78 *Serm. 7. in Psal. Quibabitat.*

IDEM sic ait; Aue Maria gratia plena. Non in sola virginitate constare poterat gratiæ plenitudo: neque enim omnibus est de ea accipere. Fœlices qui non inquinauerunt uestimenta sua, & cum regina nostra uirginitatis priuilegio gloriantur. Sed num vnam tantum benedictionem habes ò domina? Et mihi obsecro, vt benedicas. Perijt uirtus illa a me, nō est iam vel aspirare ad illam. Computrui in stercore meo, vt iumentū factus sum. Nunquid non erit mihi etiam aliquid apud te, non erit ubi possum esse tecum, qui iam sequi non ualeo quocunque ieris? Quærit Angelus puellam, quā præparauit Dominus filio Domini sui. Bibit ipse de hydria tua, cognata sibi virtute delectatus. Sed nunquid non & iumentis potum tribues? Bibit Angelus, quod uirum non cognoscis, bibant iumenta, quod de humilitate singulariter gloriaris, dicens: Quia respexit Dominus humilitatem ancillæ suæ. 79 *Serm. 7. ex parvis.* *Gen. 27.* *Gen. 24.*

IDEM sic ait; Aue gratia plena. Bene plena, quia Deo, & Angelis, & hominibus grata. Hominibus per fecunditatem, Angelis per uirginitatem, Deo per humilitatem, qui humilia respicit, & altā a longe cognoscit. Sicut enim oculi Satanæ omne sublime vident, ita oculi Domini in omnem humilem intuentur. 80 *Ser. 3. ibid.*

IDEM explicans verba illa; Dies diei eructat uerbum, inquit: Dies diei, Angelus virgini. Dies Angelus propter beatitudinem, virgo dies, propter integritatis uirtutem. Et nox nocti indicat scientiam. Serpens nox propter malitiam, mulier nox propter ignorantiam. 81 *Ser. 5. ibi.*

IDEM explicans verba illa; Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, dicit. Quæramus geminam animæ pulchritudinem, hoc enim mihi videtur innuere quod Deus eam uocat pulchram. Decor animæ humilitas est. Propheta hoc dixit: Asperges me Domine hyssopo & mundabor, humili herba & pectoris purgatiua humilitatem significans, hac se post grauem lapsum rex & Propheta lauari confidit, & sic niueum quendam innocentiæ recuperare candorem. Verum in eo, qui grauiter peccauit, etsi amanda, non tamen admiranda humilitas est. At si quis innocentiam retinet, & nihilominus humilitatem iungit, nonne is tibi videtur geminum animæ possidere decorem? Sancta Maria sanctimoniam non amisit, & humilitate non caruit: & ideo concupuit rex decorem eius, quia humilitatem innocentiæ sociauit. Denique respexit inquit, humilitatem ancillæ suæ. Ergo beati qui custodiunt uestimenta sua munda innocentiæ, si tamen & decorem induere humilitatis adijciant. Profecto audiet quæ huiusmodi inuenitur, ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra. Vtinam vel semel dicas animæ meę, Domine Iesu, ecce tu pulchra es. Vtinam mihi humilitatem custodias. Nam primam uestem ego male seruaui. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, ecce admirantis uox est, reliquum laudis. Merito admiranda, cui sanctitas amissa, humilitatem non attulit, sed seruata admisit. Merito pulchra repetitio, cui neutra defuit pulchritudo. Rara auis in terris aut sanctitatem non perdere, aut humilitatem sanctimonia non exclu- 82 *Serm. 45. in Cātica.* *Psal. 50.*

Prou. 5. *Luc. 1.* *Gen. 28.* *Luc. 1.* *Eccl. 24.* *Cant. 1.* *Ibid.* *Psal. 132.* *Hier. 29.* *Luc. 1.*

cludi, & ideo beata, quæ vtranque retinuit.

83 IDEM ait: In Maria laudibus legitur multæ filiæ congregauerunt diuitias, tu super gressa es vniuersa. Licet enim in parabolis loqueretur ad turbas, licet omnia Apostolis nota faceret, vt amicis; quædam tamen credendum est præ cæteris matrem suam queamadmodum, dilexisse, ita etiam propensius erudisse, quædam ei secretius intimasse, frequenter eam in cellam vinariam occultasse, prout nouit, & voluit gloriam deificam, & supercœlestem reuelasse notitiam. Vnde Ioannes in Apocalypsi ait: De throno, scilicet de Maria procedebant fulgura, & voces, & tonitrua, quia Maria parabola, ænigmata legalia, & mirifica gesta, dicta, opera, auidus ebibit: syncerius luculentiusque alijs edidit. Infra: In virgine habitauit pater, & filius, vt creator in mundo, imperator in regno, pater familias in domo, pontifex in templo, sponsus in thalamo. Prius enim altissimus sibi eam quasi mundū specialissimum creauit, quàm in iustitia, & sanctitate coram ipso fundaret, & fluenti sapientia irrigaret, & cœlestibus desiderijs instar aeris sublimaret, & igne dilectionis accendendo illustraret. Hinc in eius mente tanquam in quodam firmamento, solem posuit rationis, & lunam scientiæ, & virtutes tanquam stellas speciei omnimodę, solem qui lucem diuinæ cognitionis faceret, lunam, quæ cum stellis, noctem actionis splendidam redderet. Et merito Domini est terra; quia sic super maria fundauit eam. Creto igitur mundo volens visitare regnum imperauit angelo, qui ei conceptum verbi nunciaret. Hæc virgo est scala, rubus, arca, sydus, virga, vellus, thalamus, porta, ortus, aurora. Hæc est enim scala Iacob, qui quando caput in lapide posuit, Angelos ascendentes & descendentes videre meruit. Rubus qui visus est ardere sine

84 sui incendio, virginem significauit concepturam de Spiritu sancto absque virginitatis detrimento. Traditio Hebræorum docet visionem in humili arbusculo traditā; ne populus occasione aliqua labe retur ad idolatriam, in humili virguncula, mirabilis nobis exhibita est visio Sic fuit Maria humillima. Arcas duas fuisse legimus in veteri testamento, vnam arcam diluuij, alteram testamenti, & vtraque figurabat Mariam, Sicut enim per illam omnes euaserunt diluuium, qui in ea fuerunt; sic per istam, peccati naufragium Illam Noe, vt diluuium euaderet fabricauit, istam Christus, vt humanum genus redimeret, sibi præparauit. Per illam octo animæ tantum saluantur, per istam omnes ad æternam vitam vocantur. Per illam paucorum est facta liberatio. Per istam humani generis saluatio. Illa facta est de lignis leuigatis; ista de virtutibus ædificata est consummatis. Illa superferebatur aquis diluui; ista non sensit naufragia alicuius vitij. Infra: Arca quoque testamēti typum tenet sanctæ Dei genitricis. Beseleel cum Oliab socio suo arcam fabricauit, sancta quoque trinitas virginem sibi sanctificauit, ac templum sanctissimū consecrauit. Pater in consecratione virginis exhibuit claritatem, Filius humilitatem, Spiritus sanctus charitatem. Pater lumē exhibuit rationis. Filius cinerem humiliationis, Spiritus sanctus oleum dilectionis. Pater exhibuit rationis, Filius cinerem humiliationis, Spiritus sanctus oleum dilectionis. Pater exhibuit potentiam, Filius sapientiam, Spiritus sanctus omnium virtutum gratiam. Pater auctoritatem contra peccatum, Filius humilitatem contra mundum, Spiritus sanctus charitatem erga Deum, & proximū. Filius carnis mortificationem, Spiritus sanctus compunctionem, Pater cœlestium contemplationem. Filius docuit eam diuina operari, Spiritus sanctus amare, & amari. Pater cœlestia contemplari. Arca testamenti de lignis setim facta est, & Maria de spinoso, & hyspido Iudęorum populo procreata est. Eua spina fuit, Maria rosa extitit. Eua spina vulnerando, Maria rosa omnium affectus mulcendo. Eua spina infigens omnibus mortem, Maria rosa reddens salutem. Maria rosa fuit candida per virginitatem, rubicunda per charitatem, candida virtutem sectando, rubicunda vitia calcando, candida affectum purificando, rubicunda actum carnalem mortificando, candida Deum diligendo, rubicunda proximo compatiendo.

IDEM ait: Agnoscit virgo, & diligit diligentes se, 85
& prope est in veritate inuocantibus se, præsertim his, quos uidet sibi conformes factos in castitate & humilitate, & totā spem suam (post filium suum) in ea posuerint, & toto corde quęsierint. Data est ei ptās in cęlo, & in terra, & in manibus eius vita, & spiritus nostri, & oculi omnium Christianorum in eam sperant; & ipsa dat eis escam gratiæ, qua plena est in tempore opportuno. Origo fontium, & fluminum mare, virtutum sanctarum auctrix Maria. Ad eam non incongrue dicitur: Quam bona Domina Israel, his qui recto sunt corde. Salue regina misericordiæ, iustè regina mundi, & regina cœli dicitur, per quam vtriusque creator & rector generatur. Regina gloriæ, nomen & honoris, magnificentiæ & decoris, dulcedinis ac pietatis, amoris & honorificentiæ, sublimitas & potentiæ, gubernationis & iustitiæ, defensionis & gratiæ. Possumus etiam sic intelligere, quod regina misericordiæ dicitur, vt soli tribuamus diuinæ misericordiæ, & non meritis, quod super omnem creaturam ipsa sanctitate ac dignitate prę cellēs reginæ uocabulo, & honore sublimatur amplius, & iam in hoc conuenienter vocatur regina misericordiæ, quòd diuinæ pietatis abyssum, cui vult, & quando vult, ac quomodo vult, creditur aperire, ut quiuis enormis peccator non pereat, cui sancta sanctorum patrocinij sui suffragia præstat. Vita dulcedo, spes nostra salue. Ordo pulcherrimus dulcedinem uita præcedit, spes se 86
quitur. Non enim sapis nisi viuas, nec sperabis nisi uiuas, & sapias. Ipsam reginam misericordiæ, uitam, & dulcedinem nostram dicimus, quia per ipsam speramus nos posse consequi, quicquid totius bonitatis factor dignatus fuerit gratiæ nobis impertiri. Primo ponit uitam, quæ est in integritate virtutum, secundo dulcedinem spiritualium gaudiorum, deinde spem infert æternorum. Omnia hæc, regina misericordiæ contulit mundo. Infra: Si linguæ centum resonarent, oraque centum ferrea uox mihi, Maria, nil dignum tibi dicere possem stella maris. Eleuata est magnificentia tua super cœlos, & super omnē terrā gloria tua, ita vt nec in cœlo inueniatur creatura pura, quæ tuam digne laudare queat magnificentiam, nec in terra sit, quæ gloriam tuam exprimere valeat. Nemo enim nec in cę- Apoc. 5.
lo, nec in terra inuentus est dignus aperire librum prærogatiuarum tuarum, & digne soluere septem signacula eius. Plenitudinem gratiæ, aduentum Spiritus sancti in te, virtutis altissimi obumbrationem, verbi conceptionem, quod sine grauamine grauida, sine dolore puerpera, virgo pariter, & fœcunda, quis enarrabit? viri diuitiarū multi, de ciuitate Domini virtutum miserunt manus suas ad hæc fortia, & tamen altitudinem diuitiarum harum ad liquidum comprehendere non potuerunt, quia inuestigabiles viæ istæ. Conati sunt, & non datum est vltra, dum adhuc ordirentur, succisi sunt, licet currerent omnes in odorem vnguentorum tuorum. Curremus & nos in odore isto, trahe nos post te. Sub vmbra alarum tuarū 87
nos protege, ad te enim clamamus exules filij Euæ. Infra: De hoc exilio, ò sancta sanctorum ad te clamamus exules, ut interuentu tuo, ducatu tuo, adiutorio tuo, possimus ad cubiculum veritatis repatriare. Scimus proculdubio, quia nihil amplius habet homo de uniuerso labore suo quo laborat sub sole, nisi vanitatem; & tamen prauę consuetudinis nexibus irretiti, per nos redire non possumus in ueritatis libertatem, & amorem virtutis. Et nos adhuc filij Euæ tranigressores, filij inobedientiæ, filij matris antiquæ: ad te clamamus regina misericordiæ. Reuertere visitans in nobis natu Cant. 4.
ram tuam, reuertere ostendendo charitatem tuam, reuertere

In ferm. B. Mariæ. *Prou. 31.* *Apoc. 4.* *Gen. 6.* *Exod. 25.* *In ferm. in quo explicat anniph. Salue regina.* *Ser. 3 in eadē expos.* *Gen. 1.* *Ser. 4. in eadē expos.* *Ps. 26.* *Cant. 7.* *Cant. 4.* *Thren. 4.* *Gen. 27.* *Cant 6.*

nertere per datam potestatem tuam, per gratiæ præro
gatiuam: vt intueamur te largientem beneficia, confe-
rentem remedia, medentem contritis corde, ponentē
fortitudinem lugentibus Sion, dātem coronam pro ci
nere, oleum pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœ-
roris, sonet hęc vox tua in auribus nostris. Vox hęc tua
dulcis, & facies tua decora. Nam in illo decore te vide-
re, quo induit te Dominus fortitudinem, non est huius
temporis vitæ nostræ, vitiorum fœtore sordentis. Sto
la immortalitatis te indutā videre indigni sumus, ostē
de nobis faciem miserationum tuarū, & salui erimus.
88 Infra: Sic exorditur. In freta dum fluuij current, dum
montibus vmbræ lustrabunt, conuexa polus dum syde
ra pascet, semper honor, nomenque tuum, laudesque
manebunt. Spes mea virgo pia, viro sacra, virgo Maria.
Et non amplius? Amplius multum, & per omnem mo
dum. Nam in ęternum, & vltra non deficiet laus tua de
ore hominum etiam & Angelorum. Fiat firmamentū,
& diuidat aquas ab aquis. Omnibus firmamentis fir-
mius firmamentum tu Domina, quæ Dominum cœli
concepisti, portasti, & non defecisti. Tu in medio aqua
rum diuisisti aquas ab aquis, affectus videlicet æterno-
rum ab affectibus temporalium. Posuit Deus in hoc fir
mamento solem, & lunam, Christum, & Ecclesiam, &
stellas, prærogatiuas gratiarum multas. Non solum cę-
lum dicitur, sed tabernaculum Dei, vrna aurea, ipsa sol,
ipsa luna, & stella matutina, aurora, lucerna, tuba, &
mons, fons quoque hortorum, & lilium conuallium.
Desertum ipsa, & terra promissionis lacte & melle ma
nans: nauis quoque, via in mari, vinea, ager, apotheca,
turris, castra, acies, regnum, sacerdotiū, ouis est, pascua
est, paradisus, palma, rosa, fluuius est, potus est, colum-
ba est, vestis est, margarita est, candelabrum, mensa, co-
rona, sceptrum, panis, vinum, oleum, arbor, virga, cin-
namomum, balsamum, &c. Soror & mater est. Propter
hanc totus mundus factus est, Deus homo factus est,
Deus humilis, & homo sublimis. Ad te ergo, talem &
tantam suspiramus gementes, & flentes in hac lachry-
89 marum valle. Infra: Si vultum tuum deprecabūtur vir-
go sacra omnes diuites plebis: quanto magis pauperes
plebis? Etsi pauperes plebis, multo magis egenus &
pauper, opprobrium hominum, & abiectio plebis. An
te pererratis amborū finibus exul, aut Ararim parthus
bibet, aut Germania tigrim: quam tuus e nostro laba-
tur pectore vultus, virgo Dei genitrix. Tibi dixit cor
meum, quæsiui vultum tuum, vultum tuum Domine
requiram. Infra: Spiritus sanctus facere in te duo opera
magnificauit. Vnū erat dum dignam te fecit, quę Dei
filium concipere posses, & parere: alterum quando ex
tua carne sancta carnem filij Dei formauit. Infra: De te
dictum est: Nasus tuus sicut turris libani, quæ ædifica-
ta est cum propugnaculis, mille clypei pendent ex ea,
omnis armatura fortium. Nasus, duo habet foramina
per quæ spiritum a capite emittit. Ita tu Domina, virgi
nitate, & humilitate tua de cœlo eduxisti filium Dei,
spiritu oris nostri, dicente Propheta, Christus Domi-
nus. Tu similis es turri, celsa videlicet dignitate; firma
grauitate. Turris es libani. Libanus mons, qui dicitur
dealbatus, altam præ omnibus signat innocētiam tuā.
Tu es ager plenus, plena virtutum, plena gratiarum. Te
benedixit Dominus, vt per te benedicta, vita veniret, si
cut mors per Euam processerat maledicta. Turris es
ædificata cum propugnaculis: ab ineunte enim ætate
dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. Quare delecta
tio iustitię, odiumque iniquitatis, cum quibus creuisti,
tua fuere propugnacula. His visis hostibus certe suspe
cta fuisti. Non enim parum formidabant, ne forte tu
esses, quæ & eras, per quam expugnandi erant, & dam
nandi. Propter quod & terribilis fuisti eis, vt castrorū
acies ordinata. Nihil verò omnino proficit inimicus in
te, eo quod mille clypei pendent ex te, omnis armatu-
ra fortium. Nihil est enim virtutis, quod ex te non re-
splendeat, & quicquid singuli habuere sancti, tu sola
possedisti. Lectulus es Salomonis, quod sexaginta for-
tes ambiunt ex fortissimis Israel, omnes tenentes gla-
dios, & ad bella doctissimi.

IDEM sic ait: Quis dabit capiti meo aquā, & ocu-
lis meis fontem lachrymarum: vt possim flere per diē
& noctem. Infra: Credo firmiter, q̄ ipsa etiam mater
Iesu erat inter illas fœminas, quæ ipsum sequebantur
ministrantes ei. Nullus debet mirari si sequebatur eū,
cum ipse esset totus eius dulcor, solatium & desideriū.
Hanc etiam arbitror fuisse inter illas dolentes atque ge
mentes, quæ lamentabantur flentes Dominum. Pote-
rat etiam & hæc esse inter illas fœminas filias Hierusa
lem, ad quas Iesus spinis coronatus, flagellis afflictus,
sibi in angariam mortis crucem baiulans conuersus di
xit. Filię Hierusalem nolite flere super me, sed super
vos ipsas flete, & super filios vestros. Vtinam dolor il-
le, quem tunc passa es: sic inhæreat visceribus meis si-
cut inhæsit tunc tuis. Vtinam die, qua assumpta fuisti
in cœlum, vt in æternum gauderes cum filio tuo, mihi
indicares lachrymas tuas, vt per illas cognoscerē quan
tum tibi amaritudinis fuit, cum Iesum dilectum tibi,
heu heu, & parum dilectum mihi, clauis in ligno confi
xum, capite inclinato suum sanctissimum exhalare spi-
ritum videres. Mihi tamen obsecro lachrymas illas in-
funde, quas ipsa habuisti in sua passione. Infra: Dic Do
mina mea, dic mater Angelorum, si in Hierusalem eras
quando filius tuus captus fuit, & vinctus, & in Annæ
atrium ductus? Fui in Hierusalem quando hęc audiui,
& gressu qualicunque potui, & vix potui, ad Dominū
meum veni plorans. Cumque ipsum fuissem intuita
pugnis percuti, alapis cædi, in faciem conspui, spinis
coronari, & opprobrium hominum fieri; commota
sunt viscera mea, & defecit spiritus meus, & non erat
mihi pene sensus, neque vox. Erant etiam mecum mu-
lieres multę plangentes eum, quasi vnigenitum. Cum-
que Christus Deus præcone clamante, Pilato imperan
te, sibi baiulans crucem ad supplicium traheretur, fa-
ctus est concursus populorum post eum euntium, alij
super eum plangentes, alij illudētes, & proijcientes lu
tum, & simum super caput eius. Sequebar ergo eum,
prout poteram quousque peruētum est ad locum pas-
sionis, vbi crucifixerunt eum ante me. Et ipse me vidēs
fuit in cruce leuatus, & ligno durissimis clauis affixus.
Stabam & ego videns eum, & ipse me, plus dolebat de
me, quàm de se. Ipse vero tanquam agnus coram ton-
dente se vocem nō dabat, nec aperiebat os suum. Aspi
ciebam ego infœlix, & misera Deum meum, & filium
meum in cruce pendentem, & morte turpissima morię
tem. Tantoque dolore, & tristitia vexabar in mente,
quod non posset explicari sermone. Nec mirum. Erat
enim aspectu dulcis, colloquio suauis, & in conuersa-
tione benignissimus. Manabat sanguis eius ex quat-
tuor partibus rigantibus vndis. De vultu illius pulchri-
tudo effluxerat omnis, & qui erat præ filijs hominum
speciosus forma, videbatur omnium indecorus, quia
in illo implebatur illud: Vidimus eum, & non erat ei
species neque decor. Iste erat dolor meus maximus,
quia videbam me deseri ab eo quem genueram, nec su
pererat alius, quia mihi erat vnicus. Vox mea fere pe-
rierat omnis, sed dolor verba rumpebat: quia verbum
iam mente conceptum, dum ad formationem procede
ret oris, ad se imperfectum reuocabat dolor infimus
cordis. Verba donabat amor, sed raucè sonabat, quia
lingua magistra vocis, vsum perdiderat loquendi, vide
bam morientem, quem diligebat anima mea, & tota li-
quefiebam præ doloris angustia. Flebam dicendo, fili
mi, væ mihi, væ mihi. Quis mihi dabit, vt ego moriar
pro te fili mi? O misera quid faciam? Moritur filius
meus, cur secum non moritur hæc mœstissima mater
eius? Mi fili, amor vnice, fili dulcissime, noli me derelin
quere post te, trahe me ad te ipsum, vt & ego moriar te
cum. Moriatur tecum ista tua genitrix. O mors misera,
noli mihi parcere, tu mihi sola præ cūctis places, exag-
gera

Ser. 3. in eadē expos. — *Gen. 1.* — *Ps. 26.* — *Apoc. 5.* — *Cant. 7.* — *Cant. 4.* — *Thren. 4.* — *Gen. 27.* — *Cant 6.* — *Cant. 4.* — *Cant. 3.* — *In tract. de lamentatione virginis Mariæ. Hiere. 9.* — *Luc. 23.* — *Isa. 53.*

gera vires,trucida matrem,matrem cum filio perime simul.Fili singulare gaudium, uita animæ meæ,fac vt & ego ipsa nunc tecum moriar,quæ te ad mortem genui, sine matre noli mori. O fili recognosce miseram, & exaudi vocem meam.Decet enim filium exaudire matrem desolatam. Exaudi me obsecro,in tuo me suscipe patibulo,vt qui vna carne viuunt, & vno amore se diligunt,vna morte pereant. O Iudæi impij nolite mihi parcere. Ex quo natum meum crucifixistis, & me crucifigite,aut alia morte sæua me perimite,dummodo cũ filio meo simul moriar. Vita mea moritur,& solus perimitur,atque de terra tollitur tota spes mea. Cur ergo viuit mater post filium in dolore? Tollite, suspendite matrem cum pignore,non parcitis proli, non parcatis & mihi. Dulce est mihi miseræ mori, sed mors optata recedit,ò fili charissime,ò benignissime,miserere matri tuæ, & suscipe preces eius. Desine mihi nunc esse durus,qui cunctis semper fuisti benignus. Nihil mihi dulcius est,quàm te amplexato in cruce tecum mori,& nihil certè amarius,quàm viuere post tuam mortem.Tu mihi pater,tu mihi mater,tu mihi filius, tu mihi sponsus,tu mihi anima eras.Nunc orbor patre, nũc viduor
93 sponso,desolor filio,omnia perdo. Dicit ei Dominus: ò mater charissima mollis ad flendum, tu scis, quia ad hoc veni, vt per crucis patibulum saluarem genus humanum. Congratulare mihi,quia nunc inueni ouem errantem,quam tam longo tempore perdideram. Moritur vnus,vt totus inde reuiuiscat mundus.Quod placet Deo patri,quomodo displicet tibi? Mater dulcissima,calicem, quem dedit mihi pater, non vis vt bibam illum?Noli flere mater spetiosissima,non te desero, tecum sum,& tecum ero omni tempore sæculi. Quare tristaris, si illuc ascendo,vnde & descendi?Et quo ego vado,tu non potes venire modo,venies autem postea. Infra: Vulnera Christi morientis erant vulnera matris dolentis. Exclamans Iesus magna voce,expirauit. Tũc terra tremuit, petræ sciissæ sunt, & luminaria obscurata. Cogitare nunc libet quantus dolor tunc infuit matri,cum sic dolebant quæ insensibilia erant. Nunc solus virgo cum vsura dolorem, quem in partu non habuisti.Dolorem pariendo filium non sensisti, quẽ millies replicatum,filio moriente passa fuisti. Expectans corpus Christi deponi plorabat,dicens: Heu me, heu me,reddite, vel saltem nunc mæstissimæ matri extinctum filium.Vel certè,si magis libet me morte illi coniungite,vt cum doloribus suis pereant & dolores mei. Deponite illum quæso, deponite mihi,vt mecum habeam corpus exanime,sitque meus vnicus mihi in solatium, vel defunctus. Stabat iuxta crucem Maria intuens vultu benigno Christum pendentem in patibu
lo, pedumque summitatibus innitens manus leuabat in altum, amplectens rubricatam crucem, ac in oscula eius ruens ea parte qua vnda pretiosissimi sanguinis defluebat. Sursum manus nisu quo poterat extendebat,vnicum suum amplecti desiderãs,nec valebat.Sperat enim amor multa,quæ nunquam,vel raro fieri possunt.Impatiens siquidẽ amor credit quòd sibi debeant credere vniuersa. Volebat amplecti Christum in alto pendentem.Sed manus frustra protensæ,in se complosæ redibant. Tanquam mortis pallor eius vultum perfuderat, genis, & ore tantum cruore Christi rubentibus,candentes guttas sanguinis ore sacro tangebat tertam deosculans sæpissime,quam cruoris vnda rigabat. Facies pallet rosea, sed pretioso filij sanguine rubet respersa. Cum deponerent Christum e cruce Ioseph, & Nicodemus, vnus diros clauos trahebat e manibus, alius,ne corpus exanime caderet,sustentabat.Stabat & Maria brachia leuans in altum, vulnera contemplans, manus perforatas,sacroque sanguine respersas intuens vix sustinere se potuit Iamque manus & brachia & caput,supra triste pectus suscepit,vt hoc vltimo,& miserando solatio posset consolari. Quem,vt attingere valuit, amore materno ruens in dulcissimos amplexus & oscula, de suo sic male tractato filio non poterat satiari. Stabat ad caput extincti filij mœstissima mater, & eius regalem faciem mortis obfuscatã palloribus, magna rigabat affluentia lachrymarum. Aspiciebat illud reuerendissimum caput, coronæ spineæ diris aculeis perforatum, manus illas, & pedes sacros clauis ferreis crudelissime perforatos, latusque suffossum lancea cũ ceteris membris laceratis, & amarissime suspirans, ac flens dicebat: O fili mi dulcissime quid fecisti? In gremio meo nunc te mortuum teneo. Væ mihi fili mi, dulcedo mea,consolatio mea.Vbi est illud gaudium indicibile,quod in tua admirabili natiuitate habui? Væ mi-95
hi fili mi,in quantum dolorem & tristitiam versum est illud magnificum gaudium? Interim autem frontem, & genas,oculos, osque simul frequentius osculabatur, tanta perfluens affluentia lachrymarum, vt carnem cũ spiritu resolui putares in lachrymas. Rigabat fœlicibus lachrymis corpus exanime filij, & monumentum in quo posuerunt eum,modo mirabili madidabat. Cogitabat mirabilia facta vnici sui, & durissima opprobria & tormenta q̃ viderat,reuoluebat in mente. Quis videlicet,qualis,ac quantus fuerat,quem ipsa virgo cõcepit, illæso pudore, & peperit sine dolore, quem humana diligẽtia lactauerat,qui erat ei vita,dulcedo,gaudium,& auxilium vitæ suæ. Non credo plane enarrari, vel meditari posse dolorem virginis, nisi tantum fuisse credamus, quãtum vnquam dolere potuit de tali filio talis mater. Erant ibi mulieres & viri pauci dolentes, & Angeli dolentibus condolentes. Flebant & astantes (vt arbitror) amarissime,mente turbati,videntes domi nam suam matrem vtique Dei sui tam uehementi dolore repletam, tot riuulis affluentium lachrymarum perfusam. Videbant Christi corpus sic male tractatum ab impijs, sic laceratum a pessimis iacere exanime suo sanguine cruentatum. Et quis peterat tũc a lachrymis se abstinere? Credo,quia dolebant Angeli, si dolere ualebant. Fiebant meror & luctus,ab Angelis ibidem prę sentibus,qualis decebat spiritus almos Immo miraret si omnes Angeli in illa beatitudine,vbi flere est impos-
sibile,non fleuissent. Sicut enim fuit possibile Deũ per 96
assumptam humanitatem mori, ita forte possibile Angelos bonos dolere de morte Domini Dei sui. Sepultus est Dominus, & tunc Angelorum millia millium, qui ad Christi sepulchrum conuenerant, dulces ei ac deuotas exequias,& uictoriam decantabant. Dum igitur Ioseph, & Nicodemus Dominum ponerent in sepulchro, uolebat simul cum illo mater mæstissima sepeliri. Erat enim innixa super dilectum suum, quem amplectens,suauiterq; deosculans,sic dicebat: Miseremini mei,miseremini mei,saltem uos amici mei, illum adhuc paululum mihi relinquite,ut faciem ipsius sublato uelamine ualeam contemplari, & præ amore ipsius aliquantulum uidẽdo consolari. Nolite quæso eũ tam citò tradere sepulturæ,sed ipsum reddite mihi miseræ matri suæ, ut illum mecum habeam saltem uel defunctum, aut si illum in sepulchro reconditis, ibidem me cum ipso sepelite: quia male post ipsum superero. Ipsi eum tradebant sepulturę,& uirgineo compatientes dolori,pio desiderio coacti,sic amarissimè flebant, ut nullus eorum posset ad plenum uerba formare. Videbant etenim piam matrem omni quidem solatio destitutam,& super ipsam potius, quàm super Dominũ suum extinctum plangebant. Sepulto itaq; Domino, mater eius sepulchrum amplectitur, illisq; tribus diebus usque ad resurrectionem flens, mansit Hierosolymis in domo Ioannis Euangelistæ recogitans acerbissimam Christi mortem,cunctos quoque dolores, quos passus est pro nobis. Consuetudinem sequentes communem, nunc huic capiti finis imponendus erat. Sed quia beatæ uirginis laudes prosequi,& dictantibus, & legentibus gratissimum est, diuinique uerbi concionatoribus admodum necessarium, ea propter, quæ sequuntur,addenda censui.

R V-

97 RVPERTVS ABBAS explicans verba illa;
Lib.1.in c. 3.Cāt.to.2 Osculetur me osculo oris sui,sic ait: Quæ est ista exclamatio tam magna,tam repentina,o beata Maria,inundatio gaudij, vis amoris, torrens voluptatis totam te operuit, totam te obtinuit, penitusque inebriauit, & sensisti,quod oculus non vidit,nec auris audiuit, & in cor hominis non ascendit, & dixisti, osculetur me o-
Luce 1. sculo oris sui Dixerat tibi Angelus:ecce concipies, & paries filium,& vocabis nomẽ eius Iesum.Et rursum: Spiritus Sanctus superueniet in te,quod nascetur ex te sanctum,vocabitur filius Dei.Nonne hoc verbum Angeli,sponsio erat iam imminentis osculi oris Domini?
Iacobi 1. Deus pater te osculatus est osculo oris sui. Longè minoris gratiæ quælibet anima,dum datum optimum,& donum perfectum concipit desursum descendens a patre luminum,taliter afflatur,talemq; intus in semetipsa persentit osculantis attactum,vt dicere non dubitet, nobis autem reuelauit Deus per Spiritum suum.
1. Cor. 1. Quanto magis tu o beata in perceptione doni singularis,dum Spiritus sanctus superueniet in te,reuelationẽ
Cant.6. huiusmodi accepisti? Profectò anima tua liquefacta est, vt dilectus locutus est, scilicet Deus pater locutione admirabili, locutione ineffabili, dum substantiam verbi sui cum illo amore suo Spiritu sancto,tuę menti, tuo ventri penitus insereret, in quo nec primam similem visa es,nec habere sequentem. Quia meliora sunt
Cant.1. vbera tua vino. Infra: Fragrantia vnguentis optimis. In
98 Esaia loquitur ipse Deus: Audite me domus Iacob, &
Cap. 46. residuũ domus Israel, qui portamini a meo vtero, qui gestamini a mea vulua. Ergo & vbera rectè dicitur habere Quid ergo per vbera eius,nisi dulcedinem eius intelligimus? Et quid est dulcedo eius, nisi Spiritus sanctus? Talis dulcedo pulchrè in duo vbera discernitur, quia duo sunt data eiusdẽ Spiritus sancti. Alterũ datũ est in remissionẽ peccatorum, cuius videlicet dati vbere nullus ante hãc beatã virginẽ lactatus, est sanctorũ sicut illa. Alterum datum est in diuersarũ distributiones gratiarũ, quo videlicet vbere lactati veteres Sancti & prophetauerũt,& multa miracula operati sunt. Vtrorumq; huiusmodi vberũ lætificata dulcedine ineffabili,cum concipis o virgo beata, dum Spiritus sanctus superuenit in te,& virtus altissimi obũbrabit tibi, quibus duabus clausulis iam dicta significantur duo data Spiritus sancti. Vnde quid aliud diceres,nisi meliora sunt vbera tua vino fragrantia vnguentis optimis? Nõ
96 fueras experta vinũ huius sæculi, vinũ voluptatis carnalis,sine cuius ebrietate nulla vnquã mulier prẽter te cõcipere potuit,aut poterit,& tũ dijudicare nosti,quã melior,& vehementior,dulcior, atq; fortior esset voluptas,siue amor Dei,in quo cõcepisti,sine dubio potata illo torrente voluptatis Dei. Ante faciẽ huius amoris nullũ peccatũ stare potuit,ante faciẽ huius ignis stipula omnis interijt,vt totũ sanctum fieret habitaculũ, in quo Deus nouem mensibus habitaret,domũ æternam sibimet ædificaret. Et quia cũ tanta dulcedine amoris pretiosa,plenę gratię simul infusa sunt charismata,quę ceteris ab eodẽ Spiritu dispertiuntur sanctis,rectè vbera illa dixeris fragrantia vnguentis optimis. Infra: Trahe me post te, curremus in odore vnguentorũ tuorũ. Trahebatur post Dominũ fęmina desideriorum,trahebatur,& currebat in odore vnguẽtorum,& ipsum currere,idest,in montana cum festinatione abire, erat dicere: trahe me post te: Nam qui veraciter diligit,& trahitur,& trahi cupit. Cum igitur traheretur,siue vt tracta est,& cucurrit,quid dixit? Introduxit me rex in cellaria sua. Per aspirationem Spiritus sancti in mẽte eius redundantis, in ventre eius iã operantis, hoc dixit cognatæ suæ Elisabeth,& infanti,qui erat in ventre illius iam mensibus sex, Et non reuelauit secretũ suũ Maria cuiquam, vt diceret quid fecisset sibi Deus, nisi ei, cui
Cant.1. Cant.1. prior ipse Deus reuelauit. Vnde Euangelista dicebat:
Luc. 2. Maria cõseruabat oĩa verba hæc cõferẽs in corde. Nec prius aliquid cognatæ suæ manifestauit, quam illa diceret: Benedicta tu in mulieribus,&c. Introduxerit me rex in cellaria sua. Et quæ sunt illa cellaria regis Dei? Nimirum sacra mysteria quæcunq; cõtinentur in scripturis sanctis. Rex cęli & terræ introduxit me in cellaria sua. Nihil enim a me abscondit, sed omni dulcedine sua me inebriauit. Qui enim verbum suum,quod erat, & est in corde suo,mihi totum infudit,qũo non etiam cum illo mihi omnia donauit? Non enim introductio qualiscunque debet intelligi,sed introductio cum iure possidendi, sicut ius est sponsam legitimam post matri
Lucæ 2. monium in dotem suam,introduci. Quid ad hæc Elisabeth,cum istud intus aure cordis percepisset? Exultabimus, & lætabimur in te. Hoc verè dixit,cum dixit,vt facta est vox salutationis tuę in auribus meis,exultauit in gaudio infans in vtero meo. Iam enim incipimus ego & infans in vtero meo exultare in gaudio a voce salutationis tuæ. Ex hoc & nos, & qui vẽturi sunt post nos lætabimur in te,& cantabimus dicentes, quia Eua nos fecit plorare, Maria nos fecit exultare. Infra: Pul- 100
Cant.1. chræ sunt genæ tuæ, sicut turturis, collum tuum sicut monilia. Pulchritudo tua pudicitia est,quæ multum apparet,& lucet in genis tuis,quia non foris vagaris oculis,sed soliuaga,& auis castissima turtur,solitudine delectabaris,& solitariam te Angelus inuenit, atque salutauit. Non ita pulchræ sunt genæ mulieris, qualem sapientia denotat,ornatu,inquiens,meretricio præparata ad capiendas animas,garrula,& vaga,quietis impatiens,nec valens in domo consistere pedibus suis. Verum,vt taceam de huiusmodi pudicarum omnium virginum,viduarum,atque continentium pudore,siue pudicitia,religiositas,aut verecundia,tuis genis,tuis oculis comparata, non est verecundia, non est pudor, & vix meretur dici pudicitia. Adde quod collum tuum sic est sicut monilia. Sicut enim monilia muniunt matronarum pectora pudica, vnde & dicuntur monilia eo quòd pectus muniant, ne quis extraneus manum suam injiciet,ita & collum tuum munit, verba tua, nõ solum ne quid ociosum aut noxium,siue inordinatum per vocem erumpat, verum etiam ne ipsum bonum tuum, secretum tuum, diuinum mysterium tibi creditum,leuiter viam uel vocem inueniat, vt auris aliena, quæ id non capit, intelligat. Verè igitur pulcherrima mulierum,pulcherrima in genis,pulcherrima in collo, idem tam oculorum quàm verborum tuorum modera
Cant.1. mine decentissimo. Infra: Dum esset rex in accubitu suo,nardus mea dedit odorem suum. Rex in accubitu suo,verbum est in sinu patris. Et dum ita esset, nardus mea dedit odorem suum, & odore delectatus descendit in vterum meum. Olim in Eua malo superbię fętore offensus, & ob hoc ab humano genere auersus fuerat,nunc autem delectatus bono odore, nardo humi-
101 litatis meæ,sic ad genus humanum conuersus est. Propterea nardum meam dico humilitatem meam: quia sicut nardus herba aromatica paruo quidem frutice vel parua spica nequaquam in altum se subrigit; sed comosa atque odorat issima flore optimi odoris multis vsibus probatur vtilis, sic humilitas mea suo quidem arbitrio, vel iudicio parua res est, sed iudicio regis pretiosior est cunctis opibus legis,in quibus homines iusti sibi videntur,atque magnifici,ipsumque Deũ vnicè delectat, velut suauis odor qualis quantusq; de nullo vnquam spirauit, vel spirare potuit sacrificio. O amica,hoc ego experta sum. Humilitatem meam de illo accubitu suo sensit, & respexit, & valde delectatus est, & placuit sibi ꝙ in isto sexu a quo initiũ superbiæ generi humano superueniẽs,totã massam corrupit,humilẽ Abraham,& Dauid respexit, & illis promisit iu-
Gen 18. ramento facturum se hoc mysteriũ. Vidit rex quod re-
1. Reg. 14. quiescere posset in suauitate animæ quietæ,descenditque de illo accubitu suo, & requieuit in tabernaculo meo. Infra: Fasciculus myrrhę dilectus meus mihi, iter vbera mea cõmorabit. Botrus cypri dilectus meus mihi, i vineis Engadi. Dilectus meꝰ fasciculus myrrhę mi

hi, quia moriturus est, & botrus cypri erat, quia resurrecturus. Botrus, inquã, cypri, videlicet terræ, vel insulæ botros prædulces, vinumq; optimum afferentis. Talisque est iustis Christi resurrectio. Infra: Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra decore virgineo, & irerum pulchra vnigenito filio. Taliter geminata nullis vnquam fuit, nullius vnquam erit pulchritudo. Ecce addo istud pulcherrimum, oculi tui columbarum. Quinam sunt oculi columbarum, nisi dona septem gratiarum, ideſt, septem spirituum. Isti sunt oculi sponsi, vt Isaias dixit: Et sunt etiam oculi sponsæ, oculi columbarum, oculi omnium gratiarum, quarum beata est particeps, ex quo filium Dei castis visceribus suscepit, in quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Infra: Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Fere in omnibus dilectam honore prænouit dilectus, vtpote matrem filius. Ille mihi: ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra, & ego illi, ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Ille mihi: sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias, & ego illi, sicut malus inter ligna siluarum, sic dilectus meus inter filios. Quid de hoc censeris? Nonne cum ille Deus, & homo sit, debuerat ab homine modis omnibus honore præuenirí? At ille in hac disciplina totum principatum possidebat. Ille namque sicut in ceteris, ait Maria, ita in cõsideratione mei seipsum humiliauit quodammodo non considerans, quòd ipse esset Deus, sed considerans, quòd ego essem mater, & ipse filius. Superiorem sibi arbitrabatur, quemadmodum & Euangelista vult intelligi, cum dicit: & descendit cum illis, & erat subditus illis. Dicis mihi: ecce tu pulchra es, & ego dico tibi: ecce tu pulcher es. Ex quo ego pulchra facta sum, ex eo tu, qui semper pulcher fuisti, pulchrior factus es. Nam vere in eo pulchritudinem tuam adauxisti, quod cum Deus esse, homo dignatus es fieri. Hinc tu pulcher, & decorus: ita pulcher, vt sis ipsa substantia pulchritudinis: ita decorus, vt sis ipsum decus humani generis. Verè ergo dicis mihi, ecce tu pulchra es: & dico tibi, ecce tu pulcher es, quia tu pulchritudo mea es. Quod ergo pulchra sum, totum tibi attribuendum est. Neque enim virga floris, sed flos virgæ pulchritudo est. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore langueo. Occisus est Christus & sepultus, resurrexit, & ascendit in cœlum. Scitis autem quicumque amici estis, quicumque illum diligitis, scitis quia quisque vestrum dicit, cupio dissolui, & esse cum Christo. Quanto magis ego, quæ illum genui cum illo esse cupio? Reuera non quomodocumque cupio, sed & amore langueo. Igitur fulcite me floribus, stipate me malis. Hæc mihi sit consolatio. Amore languens pro absentia dilecti, vnde possum consolari nisi ex eo, vt credatis, & credẽtes vitam habeatis in nomine eius ò populi vniuersi? Credendo fulcite me floribus, bene operando, & fructum vitæ æternæ percipiendo stipate me malis. Hæc mihi sit consolatio. Ita enim fiet, vt non lassescam fatigatione dilationis. Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. In hoc læua eius sub capite meo, quod interim dum differor, floribus vestris fulcior, malis vestris stipata sum: quia vester profectus, vestra salus, meum est gaudium, & nihilominus quidem amore langueo, sed in isto consolata sum. Læua eius sub capite meo, dum in hoc exilio viderim reflorescere mundum Ecclesijs, Euangelium vbique prædicari, multiplicari credentes. Hæc est consolatio magna: sed minor desiderio meo. Ideo dextera eius amplexabitur me: cum me de præsenti sæculo eduxerit, & assumpserit me ad se ipsum in beatitudine.

Cant. 1. *Coloss. 2.* *Luce 2.* *Phil. 2.*

103 *Lib 2. in Cant.*

IDEM explicans verba illa; Surge propera amica mea, columba mea, formosa mea, & veni, ait: Tu Maria es amica mea per humilitatem, columba mea per charitatem, formosa mea per castitatem. Veni ergo Maria, & contere caput serpentis. Surge, propera, & veni. Surge per fidem, propera per spem, veni per charitatem. Infra: Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. Quomodo dilectus meus mihi, & ego illi, nisi sicut per prophetam dictum est: Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel; butyrum, & mel comedet, vt sciat reprobare malum, & eligere bonum? ita enim ille mihi, ita & ego illi. Infra: Pascitur inter lilia donec aspiret dies & inclinentur vmbræ. Quænam sunt lilia nisi amicus dilecti, Ioseph, & ego dilecta, cui dicit: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Verè ambo lilia pro virginalibus nuptijs & cohabitatione castissima. Inter huiusmodi lilia pascitur dilectus. Infra: Reuertere similis esto dilecte mi capreæ, hinnuloque ceruorum super montes Bethel. Cito reuertere in tua resurrectione, noli moras facere, quia anima mea desiderat te. Scio quidem, quia cito reuersurus es, iuxta illud propheticum: Viuificabit nos post duos dies; in die tertia suscitabit nos. Tridui quidem tempus breue est; sed dilectæ & columbæ tuæ desideranti & gementi vulnerata mente, non satis dilecte mi festinatum est. Abbreuia hoc ipsum triduũ, & similis esto in reuertendo capreæ, ideſt velocissimus esto ad peragendum cursum tuum. Infra: In lectulo meo per noctem quæsiui quem diligit anima mea. Quanto vicinior iste dilectus habetur, tanto vehementius desideratur. Qui habent habere desiderant, qui vident videre desiderant. Nam Angeli vident, & tamen dicente Scriptura, Desiderant in eum prospicere. Ego autem non vtcumque habui, aut vidi eum: sed in vtero gestaui, & genui eum, & lac præbui, diligenter contemplata sum. Quid putatis quot noctes duxi peruigiles videndo & audiendo eum? Non enim sufficiebant dies tantum desiderium, sed totis noctibus in lectulo meo, in cubiculo meo peruigil fouebam, & adorabã paruulum, audiebam & adorabam iam adultum: cum inter dulcia colloquia per oculos suos, oculos corporis, trãsfuderet mihi suæ diuinitatis aspectum. Ita in lectulo meo habui eum: sed deinde contigit mihi, vt ibi non inuenirem eum. Itaque desiderio quærebam eum, & non inueniebam: vt solitaria possiderem solitarium.

Cant. 2. *Isa. 7.* *Psal. 18.* *Osea 6.* *Dan. 4.*

104 *Lib 3. in Cant.*

IDEM explicans verba illa; Quæ est ista, quæ ascẽdit, per desertum, Sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij, ait: Humilitas tua est, ò ancilla Domini beata Maria quam tali admiratione Spiritus sanctus collaudat, odor tuus, odor humilitatis tuæ præcipuus ascendit ad eum, vt vere sacrificium contribulati spiritus. Quid enim est fumus, & quid puluis, nisi spiritus lachrymosus, & conscientia valde humilis? Et sua quidem æstimatione vera humilitas est fumus innoxius quasi cremij sui torris obuisti, & puluis terræ sine aqua & sitientis, iuxta illud: Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerunt. Et sicut Abraham dixit: Loquar ad Dominum meum cum sim puluis & cinis: sed non ita æstimatione Dei. Aliter & melius ille te discernit. Tu dicis puluis sum terræ, qualem ventus dispergit, aura tollit: ille dicit, non, sed puluis pigmentarius, puluis myrrhæ, & thuris, qualem pigmentarius Spiritus sanctus conficit ex optimo thure, quod est suauitas mentis, & ex myrrha probatissima quod est mortificatio, siue in corruptio carnis. Tu dicis, fumus ego sum teter coram diuinis oculis, qualis de camino, siue de sumario deficiens ascendit, ascendens deficit: & ille dicit, non, sed fumus ex aromatibus myrrhæ & thuris, qualem decet ascendere de aureo thuribulo ante altare aureum vsque ad oculos, & olfactum Domini. Talis fumus, immò talis fumi virgula, Tu beata Maria suauem odorem spirasti Altissimo cœlestibus disciplinis erudita, atque extenuata. Talis ascendisti per desertum, ideſt, animam habens valde solitariam. Quæ est ista, quæ talis ascendit per desertum? Digna est exclamatio, & admiratio vere mira-

Psal. 101. *Gen. 18.* *2. Cor. 12.* *Apoc. 8.*

105

mirabilis, & illi multum dissimillis quæ de scendit per Paradisum, cecidit de Paradiso. Non gracilis per humilitatem, sed nimis grossa, & rigida per mentis tumorem. Et vt videas quanta sit Domino cura de illa, subdit: En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel. Vniuscuiusq; ensis super fæmur suum propter timores nocturnos. Quis enim est lectus vere, & veri pacifici regis Salomonis, qui inter nos, & Dominum pacem composuit, nisi illa, in qua diuina natura, humanam sibi naturam coniunxit. Et quis ille est, nisi vterus tuus, dilecta dilecti, vterus virginalis, in quo Deus carnem accepit, tanquam sponsus procedens de thalamo tuo? Quomodo talem tanti Salomonis lectulum sexaginta fortes ambiunt, nisi quia viri bellatores ingentes in populo Israel propugnauerunt contra Babylonios, Persas, Medos, & quorum manibus serpens antiquus obsistere volebat Dei proposito, ne impleretur promissio, ne collocaretur hic lectus, siue thalamus, ne esset deletis Iudæis, vnde nasceretur hæc beata, & dilecta virgo, de cuius vtero procedere oportebat dilectum tanquam sponsum de thalamo suo? Isti erant timores nocturni, quos dicit hoc modo vniuscuiusq; ensis super fæmur suum propter timores, quos habebant, ne ablatis Iudæis, Mariç ortus tolleretur de medio, & de Deus homo non fieret. Dicũ turq; ad bella doctissimi, quia cum bellarent, causam præ oculis habebant huiusmodi. Infra: Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra, oculi tui columbarũ, &c. O pulchritudo admirabilis, quàm sic admiratur, & collaudat pulcherrimus auctor pulchritudinis septẽ preconijs. Considerauit oculos, capillos, dentes, labia, genas, collum, & vbera, & pro singullis dilectis, singula decantauit dignæ collaudationis capitula. Quid in te, o dilectissima dilectarũ laudatur a dilecto laudabili, quẽ laudat omnis chorus Angelorum? Laudatur simplicitas, munditia, innocentia, doctrina, verecundia, humilitas mentis, & carnis integritas, siue incorrupta virginitas. In oculis simplicitas, in capillis cogitationum tuarum munditia, in dentibus innocentia in labijs doctrina, in genis verecundia, in collo humilitas, in vberibus tuis admiranda cum fœcunditate virginitas. Infra: Oculi tui columbarum absque eo quod intrinsecus latet. Simplicitas columbarum septem habet insignia virtutum naturalium. Hęc namque auicula primũ fine felle est, deinde nihil viuum comedit, pullos alienos nutrit, grana semper candidiora colligit, in petris nidificat, gemitum pro cantu habet, libenter iuxta fluenta residet, vt venientem accipitrem ex vmbra præcognitum effugiat perniciter. Tu maximè ò misericordiæ mater sine felle es, nihil enim vnquam habuisti inuidię, nihil odij, nihil viuum columba comedit, & tu longe ab illis es de quibus scriptum est, qui deuorant plebem meã, vt escã panis. Pullos alienos columba nutrit, & nos, qui eramus alieni, ecce viuimus tuis meritis. Grana candidiora columba colligit: & tu conferes in corde tuo de scripturis, creditum tibi conseruabas secretum Dei. Columba in petris nidificat, & tu in soliditate fidei permanens, euasisti serpentis antiqui venena. Columba gemitum pro cantu habet: & tibi gemere dulce fuit, eo quod præcũctis mortalibus mente vulnerata esses. Columba iuxta fluenta residet, tibi autem vel tuo pectori omne fluentum scripturarum quàm contiguum est? Nunquam aduentus spiritualis accipitris esse improuisus, aut te consequi, immò nec tibi appropinquare potuit. Igitur oculi tui columbarum, & hæc vera pulchritudo est, absq; eo quod intrinsecus latet, quod solus in te Deus videt, nobis aũt quia inexpertum, idcirco ineffabile, immo & incogitabile. Si enim quispiam dixit raptum se in Paradisum, siue in corpore, siue extra corpus, audierit q; arcana verba, quæ non licet homini loqui, quanto magis tu regina cęlorũ persæpe cęlestibus interfuisti, & inter hæc didicisti, & assecuta es aliquid quod latet, & latere nos debet? Infra: Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad. Greges caprarum rationalium, tunc apparuerunt, qñ Prophetæ circuierunt in melotis, & in pellibus caprinis egentes angustiati, &c. Capilli tui similes sunt gregibus istis. Nimirum cogitatus tui subtilissimi, in eo fuerunt, vt fugeres ad desertum gentium propter sanguinem, quem synagoga multum effudit; sicut illi in solitudinem fugerunt, propter sanguinem quem Iezabel primum fudit, interficiens Prophetas Domini. In hoc similes illis gregibus capilli tui. Sicut illi, immo plusquam illi omnes, cogitatus tui, omnis meditatio tua, solitudinẽ, & requiem in omnibus quæfiuit procul a tẽpestatibus iudaicis. Hæc similitudo in capillis, non solum propter illa quæ iam dicta sunt, verum etiã quia tu quoq; longum in cogitationibus tuis, præscia futurę passionis filij sui, pertulisti martyriũ. Sicut illi diu egẽtes, angustiati, afflicti. Dentes tui sicut greges, tonsarũ, quæ ascenderunt de lauacro. Omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est inter eas. Pulcher ordo, primum oculi, & post oculos capilli, post capillos dentes laudãtur innocui. Dentes tui ò amica mea sicut grex tonsarum, quæ ascendunt de lauacro. Greges tonsarum, vellera deponentes facultatum, omnes gemellis fętibus, præcepta seruantes, & consilia. Horũ innocẽtiã Maria sibi proponit cũ eiusdem innocẽtiæ magistra fit multo excellẽtior illis ouibus. Sicut vita coccinea labia tua, & eloquiũ tuũ dulce. In eo sicut vitta coccinea labia tua, quod sermo tuus a veritate nõ discordat. In labijs tuis confessio, & pulchritudo est, in labijs tuis sanctitas, & magnificẽtia est. Vitta coccinea charitas est ignea, qua bene cũ Deo ligata, sic Deo adhæsisti, ut vnus cum Deo spiritus sis. Hinc eloquiũ tuum dulce, quia ex abundantia cordis os loquitur, & dulcedinem, quæ abundat interius, sapit sermo qui redũdat exterius. Sicut fragmẽ mali punici, ita genæ tuæ absq; eo quod intrinsecus latet Malum granatum, malum punicum dicitur, eo quod ex punica regione sit eius genus translatum. Ita, inquit, genæ tuæ, sicut fragmen mali punici id est, verecũda es, sicut decet virginem, longè dissimilẽ filiabus illis, de quibus dicitur: frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere. Fragmen mali punici, & rubet, & amplius quàm integrum malum redolet. Sic tu & singulariter verecunda es, & multis per bonam opinionem in bono exemplo proficies. Quid autem est dicere absq; eo quod intrinsecus latet, nisi & illud quod in tuis in conscientia latet, amplius laudabile est? O uerè laudabilis verecundia, vbi & intus conscientia munda, & foris facies verecunda est. Nam ubi est aliquid, quo mens erubescat, nõ adeo laudabile est, si conspectam faciem rubor perfundat. Et hæc virtus, malo punico debuit assimilari, quia gratiosa est intuentium oculis, & interdum suo silentio non minus ædificat, quam sermo prædicationis. Vnde in tunica pontificis deorsum ad pedes eiusdem tunicæ: Facies (inquit Dominus ad Moysen) per circuitum quasi mala punica ex hyacinto purpura, & cocco bis tincto, mixtis in medio tintinnabulis, ita vt tintinnabulum sit aureum, & malum punicum, rursumq; tintinnabulum aureum, & aliud malum punicum, & vestietur ea Aaron in officio ministerij, vt audiatur sonus quando ingreditur, & egreditur sanctuarium, & non moriatur. Malum punicũ in medio tintinnabulorum, religiosum atq; operosum est silentium, maxime sexus fœminei in societate prędicatorum, qualis tu præcipue fuisti virgo virginum in auditorio vel etiam regimine prędicantium Apostolorum, cuius etsi verba non leguntur, vel audiuntur, opera tamen, vel merita non ignorantur, non minora, immo maiora tinnitu prædicantium. Collum tuum sicut turris Dauid, quæ ædificata est cum propugnaculis. Turris Dauid humilitas est illius per quam ille coram Deo fortis, & contra homines stetit inexpugnabilis. Hęc turris ædificata est cum propugnaculis, ex qua mille clypei pendent, id est, hanc eius tantam humilita-

Cant. 2. Isa. 7. Cant. 2. Osea 6. Dan. 4. 106 104 Lib 3 in Cant. Psal. 101. Gen. 18. 2. Cor. 12. Apoc. 8. 105 107 Cant. 4. Heb. 11. 3. Reg. 18. Psal. 95. 1. Cor. 6. 108 Hier. 3. Exo. 28. 109

militatem, ceteræ virtutes consecutæ sunt. Ita humilitas. Mariæ tam fuit potens, vt nec diabolus, nec hæreticus posset cõtra illam. Duo vbera tua, sicut duo hynnuli capreæ gemelli, qui pascuntur in lilijs, donec aspiret dies, & inclinentur vmbræ. O vbera verè gratissima, atq; pulcherrima, manu altissimi formata. Hæc sunt virginitas, & fœcunditas tua. Nunquam visum est simile huic in montibus, & collibus nostris, sed neque videbitur in sæculis superuenturis, vt vni capræ fiant duo tales hynnuli gemelli, vt vni fœminæ contingat, quatenus eiusdem vberibus, & filium lactet & virgo sit. Videte & congratulamini, quia caprea hæc fœmina, hæc per montes exilit, dum cælestibus, vel supernis animo intendit. Gemella hæc plena gratiæ dona feliciter apprehendit, vt & mater & virgo sit. [Infra:] Veni de Libano, ueni coronaberis, vt & in cœlis regina sanctorum, & in terra regina sis regnorum. Vbicumq; enim prædicatum fuerit de dilecto tuo, minuisti eum paulominus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera mànuum tuarum, prædicabitur & de te, quod sis ò dilecta, & mater huius coronati, ac proinde regina cœlorum, totum iure possidens filij regnum, atque hoc intuitu, reges atque imperatores coronis fuit te coronabunt, palatia sua nomini meo sacrabunt, honori tuo dedicabunt, vt desinant esse quod fuerunt montes pardorum cubilia leonum. Vulnerasti cor meum in vno oculorũ tuorum, & in vno crine colli tui. Quis talis in hac re vt tu, o dilecta, quam solam præ cunctis animantibus, totam occupauit, totamq; possidet amor dilecti. Per fidem soror mea, per Spiritum sanctum amorẽ verum, spõsa mea, in hoc vno oculorum tuorum, hoc est in assiduis precibus vulnerasti cor meum, vnde & viscera mea super te continere se non potuerunt. Nec verò solummodo in hoc vno oculorum tuorũ vulnerasti cor meum, sed & in vno crine colli tui ideſt, in nimia humilitate cordis tui, quem videlicet crimen semper vnũ vidi, quam humilitatem semper vniformem, & indeficientem esse conspexi. Iste est crinis colli, humilis cogitatus mulieris caput non habentis, caput inquam, id-est, virum, neque habentis, neque habere volentis. Nã caput mulieris vir. Tu capite isto te indignam iudicasti: quia votum egregium prima Deo vouisti, uotũ virginitatis. Attamen sponsi nomen admisisti, & inter hæc vnum oculorum tuorum, & illum crimen iam dictum colli tui, magis ac magis in me fixisti, fide fortis, spe stabilis, charitate immobilis. Vnum illum crinem tuum, scilicet spiritum humilem, & contribulatum in me iecisti, veluti speculum præacutum, & vulnerasti cor meũ. [Infra;] Fauus distillans labia tua sponsa, mel, & lac sub lingua tua, & odor vestimentorũ sicut odor thuris. Parum erat, quod dixi supra, & eloquium tuum dulce, quia nimis parum est dulcedinẽ esse in eloquio, nisi dulce sit etiam cor. Tu dulcis in ore, dulcis & in corde. Hoc est quod nunc dico, fauus distillans labia tua, subiungens mel & lac sub lingua tua, ideſt, in anima tua. Fauus tuus ego sum, mel tuum, & lac tuũ ego sum, quia Deus tuus, & filius tuus ego sum. Hoc tua sentit anima, hoc tua sonant labia. Aliud loqui non potes, quàm id quod in pectore habes. Ex abũdantia cordis labia tua loquuntur. Et odor vestimentorum tuorũ sicut odor thuris. Quid de pannis dicam, quibus me in uoluisti & in præsepio reclinasti? Nimirum id quod verum est, quod odor vestimentorum tuorum, sicut odor thuris. Omnium namque vestimentorum, scilicet bonorum operum tuorum, quæ in me materna & plusquam materna charitate operata es, panni illi primitię fuerunt. Et quia cuncta quæ tunc in me, vel tunc propter me operata es, de magno, & valido charitatis igne cum grauitate humilis venerũt, recte dixerim ego, quia odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris.

Psal. 8.

110

111 IDEM exponens verba illa; Hortus conclusus soror mea sponsa, comparat beatam Virginem Paradiso illi terreno, in quo Adam conditus est, de qua produxit omne lignum pulchrum visu, & ad vescendum suaue. Lignum etiam vitæ in medio Paradisi istam terram benedixit, & ex ea cunctarum germina gratiarum, & cunctarum exemplaria virtutum produxit. [Infra:] Emissiones tuæ Paradisus malorum punicorum cum pomorum myrrha, & aloe, ideſt quidquid gratiarum, quidquid virtutum, quidquid operationum cęlestium mundus accepit, emissiones tuæ sunt, vt ubi erant prius spinæ, vepres, carduus, vrtica & paliurus, ibi sit cyprus cum nardo, &c. [Infra:] Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Sicut enim in initio fons ascendebat e terra irrigans vniuersam superficiem terræ, & fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum Paradisum, qui inde diuiditur in quatuor capita, sic ex te ò amica, ò terra benedicta, fons ille ascendit, qui apud Deum erat, & in te puteum fecit. Ascendit ad irrigandam superficiem terræ, ad instruendam & excolendam Ecclesiam per vniuersum orbem terræ. [Infra:] Veniat dilectus meus in hortum suum, vt comedat fructum pomorum suorum. Ego hortus, ego fons hortorum, ego fons signatus, ego puteus aquarum viuentium. Veniat ergo ipse in hortum suum, vt comedat fructum pomorum suorum. Non quomodo Eua inuitauit virum suum, ego inuito dilectum meum. Illa inuitauit virum suum ad comedendum pomum non suum, pomum alienum, pomum interdictum, ego inuito dilectum meum ad hortum suum, ad comedendum fructum pomorum non alienorum, sed fructum pomorum suorum. Quemadmodum dicit: meus cibus est, vt faciam voluntatem patris mei, quæ videlicet voluntas patris, salus est & ita generis humani, quod ipse plasmauit, quod benedixit, & reparauit. Et quid tam propriè suum inter omnes fructus pomorum suorum, quã ego quæ sum prima de primitis pomorum, immò etiã fons hortorum. Veniat igitur in hunc hortum suum, 111 & me transferendo in illud terrium cœlum, quo abijt, quo me vidente ascendit, comedat fructum pomorum suorum, perficiat vsque in finem gratiam eorum quæ in me celebrata sunt operum suorum. Quando ita uenies in hunc hortum tuum, ad istum quem dicis fontem hortorum? Quando ita uenies ad me, ut ubi tu es, illic ego tecum sim? Veni in hortum meum soror mea spõsa, messui myrrham meam cum aromatibus meis. Omnia quæ generi humano ad salutẽ necessaria erat, ego te silente perfeci soror mea sponsa, nunc me quiescẽte tibi debetur aliqua eiusdem operis portio. Quid tantum ad requiem tuam festinas? Ego nascendo, moriendo, resurgendo, ad cœlos ascendendo, salutem mundo operatus sum, nunc amicis, & testibus meis te supereſſe oportet, & omnium, quæ facta sunt, idoneũ perhibere testimonium, cum necessaria operatione signorum, atque uirtutum. Diligenter auscultent amici, & enarrent omnibus nuptiarum nostrarum filijs, quatuor ista quæ facta sunt, quia ueni in hortum meum, quia messui myrrham meam cum aromatibus meis, & quia comedi fauum cum melle meo, & bibi uinum cum lacte meo. Descendendo quippe in uterum tuum, & assumendo carnem, ut uerus homo nascerer qui uerus Deus eram, ueni in hortum meum, moriendo, atque in infernum descendendo reuersurus cum sanctis meis, qui me expectabant ab origine mundi, messui myrrham meam cũ aromatibus meis, resurgendo comedi fauum cum melle meo, ascendendo in cœlum bibi uinum meum cum lacte meo. Tu hortus meus, quem ego plantaui, sicut olim plantaueram Paradisum. Adam quondam nec Paradisum plantauit, sed nec in Paradiso ipse formatus fuerat. Ego & te hortum feci, & in horto natus sum, & ut alijs uerbis utar: Ego & ciuitatem condidi, & in ciuitate natus sum, sicut scriptum est: Homo natus in ea, & ipse fundauit eam Altissimus. Non suus Para-

Lib. 4 in Cantica.

Cant. 4.

Eccl. 44.

Cant. 5.

Ioan. 4.

Gen. 23.

Cant. 5.

Ioel 2.

114

Cant. 5.

Matth. 8.

Gen. 1.

Hiere. 12

Psal. 86.

Paradisus erat,atque eo magis operari, & commissum custodire illum condecebat. Quod quia non fecit,necessarium erat,vt venirem ego in hortum meum, & vltra debitum operando, & seruiendo corrigerem illius peccatum, qui nec operatus est. Quomodo correxi? Messui myrrham meam cum aromatibus meis, idest, expandi manus meas in cruce hoc fructu, vt saluarentur omnes mei, quos ille metendo, mortem animæ suæ,perdidit.

Lib. 4 in Cantica.

113 IDEM explicans verba illa; Ego dormio, & cor meum vigilat,inquit: Totus ferè huius capituli sensus ad illud pertinet. O Maria beatissima, quod in te latet,& supra nos est,quemadmodum supra dicebat dilectus:oculi tui columbarum absque eo quod intrinsecus latet. Sicut fragmen mala punici, ita genæ tuæ absque eo quod intrinsecus latet. Cum ais: ego dormio, & cor meum vigilat, hoc est, quod alibi ait habitatrix pectoris tui sapientia Dei: In omnibus requiem quæsiui. Et quid hæc sunt, ego dormio, &c. In omnibus requiem quæsiui, mihi optimam partem elegi relictis cunctis sollicitudinibus,vel curis sæculi? Et quidem multæ filiæ, siue multæ animæ taliter dormierunt, uel dormire cupierunt. Sed tu dormitionis huius totum obtines magisterium, & vigilarum cordis totum tenes principatum. Quid aliud nobis in psalmo loquitur dilectus dicens: Vacate, & videte quoniam ego sum Deus. Hoc namq; idem est,ac si diceret: Vos dormite,& cor vestrum vigilet. Vita tua,ò virgo est qualis in patre tuo Iacob quasi per vmbram significata est, qui & ipse quando dormiuit, tunc cor eius vigilauit, sicut scriptum est: Cumq; ueniisset ad quendam locum,& uellet in eo requiescere, tulit de lapidibus, & supponens capiti suo dormiuit in eodem loco. Viditq; in somnis scalam stantem super terram, & cacumen eius tangens cœlum: Angelos quoq; Dei ascendentes, & descendentes per eam, & dominum innixum scalæ,&c. Multarum,sicut iam dictum est,animarum fuit, & est non solum secundum illam similitudinem ocio sancto dormire,idest,a terrenis curis vacare, & in cœlestibus per contemplationem corde vigilarem: verum etiam eodem modo quo & Iacob tunc dormiuit,secundum corpus dormire,& secundum animam, per somnium cælestia videre, iuxta illud: Senes vestri somnia somniabunt,& iuuenes vestri visiones videbunt,sed ò tu cœlum Dei,vnica sedes Domini,in vtroque vigilantiæ modo cunctis mortalibus longe eminentior extitisti,longe studiosior ad contemplandum eum in quem desiderant Angeli prospicere,atque aptior fuisti. Quid ergo tu cum hominibus,quamuis sanctis? Quid tu loqui, vel conuersari cum hominibus quamuis Apostolis? Cur non potius tanquam turtur castissima, turtur soliuaga solitudinem expetisti remotior quam Ioannes Baptista, secretior quam Helias; vt soli te scirent, tibiq; famularentur Angeli sancti, non ad horam sicut Angelus Heliam semel & iterum pauit,neque ad tempus,sicut eundem corui pauerunt ministri,sed iuigiter donec tuis completis diebus ad transferendam te in cœlum æthereum non vnus tantum currus igneus,sed totus cum rege suo filio tuo veniret, atque occurreret Angelorum exercitus? Hæc nobis quasi percontantibus,tu respõdens dicis: Vox dilecti mei pulsantis,aperi mihi soror mea,&c. Hoc est dicere. Dilectus meus foris est,quasi subdio est, tectum non habet, domum nõ habet, vulpes, inquit, foueas habent,& volucres cœli nidos,filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Quid enim? Nunquid domum, uel suam habet? Immo reliqui,ait,domum meam, dimisi hæreditatem meam,facta est mihi habitatio mea,quasi spelunca hyenæ. Domum ergo iam non habens suam, & nondum adeptus aliam,idest,a Iudæis iam repulsus,& gẽtibus nondum cognitus, quodammodo stans foris & pulsans,rogat intus susci pe,& hæc vox dilecti mei pulsantis: aperi mihi soror mea, amica mea, aperi mihi os tuum,loquere, prout ad confirmandum pertinet Euangelium,& in hoc optatę tibi quietis patere suspendiũ, & gratum propter me rumpe silentium. Quia caput meum plenum est rore, & cincinni mei guttis noctiũ. Extraneus factus sum,quibus? fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ Et sicut eius qui foris est,& tectum non habet caput plenum est rore, & cincinni, siue supremi capilli pleni sunt guttis noctium, ita opprobria exprobrãtium ceciderunt super me. Aperi igitur cum alijs testibus meis,os tuum,& facito vt locum habeam,vbi reclinem caput meum. [Infra:] Manus meæ distillauerunt myrrhã primam,& digiti mei pleni sunt myrrha probatissima. Oportebat namque dare exemplum omnis mortificationis. Et quia hæc carnis mortificatio propter Deum erat, myrrha dicitur probatissima,quæ non esset, si propter gloriam propriam, caro mortificaretur. Pessulum ostij mei aperui dilecto meo,idest clausuram oris mei, vt audientes ædificentur. Quàm pulcher & rationabilis ordo loquendi. Prius myrrha stillat de manibus, & digiti myrrha probatissima pleni monstrantur, ac deinde pessulus ostij dilecto operitu,idest, prius vita laudabilis in exemplũ præparatur, & deinde doctrina fidem quęrens audientium,palam profertur. Anima mea liquefacta, vt dilectus locutus est. Quando ego loquebar pro vtilitate audientium,ea quæ erant dilecti, tunc ipse dilectus loquebatur. Vt ergo dilectus locutus est, anima mea liquefacta est. Flebam quippe & præ singultibus vehementer erumpentibus non poteram verba, nisi intercisa euoluere. Nunquid enim poteram absque fletu de illo verba facere? verum fletus ipse consolatio mihi erat, sicut & cuique vestrum lachrymæ suæ dulces sunt fluẽtes in eiusdem recordatione dilecti, iuxta illud,fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte. Quanto magis mihi dum diceretur mihi quotidie, vbi est Deus tuus, filius tuus, siue dum dicerem ego, me dimisis in hoc exilio Deus meus, filius meus, & dum recolo dura, quæ pro hominibus pertulit, & dico toties,vulnerata mente ego sum. [Infra:] Adiuro vos filiæ Hierusalem si inueneritis dilectum meum, vt annuncietis ei quia amore langueo. Adiuro vos animæ sanctæ,si inueneritis dilectum meum,si ante me,vt sępe fit, discipulæ ante magistram, exeuntes de corpore veneritis ante dilecti mei conspectum, ut annuntietis ei quia amore langueo,quia præ amore eius, præ magno videndæ faciei eius desiderio,nimirum,vitæ huius tædium patior, & animo gemituoso lachrymosisque oculis suspiriosas præsentis exilij moras sustineo. Quid erat,vel quid efficiebat hęc talis adiuratio? Nunquid ille dilectus nesciret amorem languentis, siue languorem amantis, nisi annunciaretur ei? Domine, inquit Petrus,tu omnia nosti,tu scis quia amo te. Quanto magis ò tu dilecta,tam prudens tamque fidelis, per temetipsam absque internuncijs dicere poteras dilecto, & frequenter dixisti sine dubio, dilecte mi, nullum tibi est absconditum cor, nullius occultus amor, tu scis, quia amore langueo? Quorsum ergo tendit,vel quid efficit hæc adiuratio? Eo nimirum,vt percussa percutiat, vulnerata vulneret. Mater filias salubrium que vulnerum suorum aliquod, etsi non statim omnibus, at saltem iam aliquibus earum, experimentum efficiat, vt audientes filiæ, vel sentientes in matre tantum vitæ futuræ, quæ non videtur, desiderium, in mente persentiant & ipse talem esse dilectum illum, vt iure propter eum fastidiat quiuis, vel quæuis hoc præsens sæculum, iamque inter moras præsentis vitæ, magis ac magis cupiat eum agnoscere. Qualis est dilectus tuus ex dilecto, ò pulcherrima mulierum? Qualis est dilectus tuus ex dilecto, quia sic adiurasti nos? Opportuna valde percontatio, si respiciamus ad illa tempora de quibus nũc agimus, quando tu dilecta propter Euangelium dilecti præsens aderas, & in corpore detinebaris magistra necessaria,

Cant. 5. *Psal. 68.* *Cant. 5.* 115 *Cant. 5.* *Cant. 5.* *Psal. 41.* *Cant. 5.* 116 *Ioan. 12.*

Lib. 5. in c. Canticorũ. *Cant. 4.* *Eccl. 44.* *Cant. 5.* *Psal. 45.* *Gen. 23.* *Ioan. 4.* 111 *Cant. 5.* *Ioel 2.* 114 *Cant 5.* *Matth. 8.* *Gen. 1.* *Hiere. 12.* *Psal. 86.*

saria,& testis valde idonea. Tunc enim & Iudæi aperta fronte blasphemantes audiebantur, & hæretici sub nomine christiano christianam veritatem corrumpere laborantes. Pulsandum igitur erat ad ostiam veritatis, & consulendum oraculum Spiritus sancti, scilicet sacrarium pectoris tui, vt viua voce omnem necessario tenendam demonstrares regulam fidei cum testimonio scripturarum, quas memoriæ tenebas prophetissa magna,& capax omnium prophetiarum. Qualis est dilectus ex dilectio, Deus de Deo, ostende nobis, non propter nos, qui eum credimus filium Dei, sed propter filias Hierusalem, quæ futuræ sunt post nos. *Cant. 1.*

117 IDEM explicans verba illa; Pulchra es amica mea *Lib. 6.* suauis,& decora sicut Hierusalem, terribilis vt castrorum acies ordinata, ait: In hoc est perfectio pulchritudinis, quòd non solum suauis, nec solum terribilis, sed vtrumque es, & suauis, & terribilis, suauis sicut Hierusalem, terribilis vt acies castrorum, quæ bene ordinata est. In quo suauis & decora tanquam Hierusalem? In eo videlicet, quòd & anima tua semper supernã videt pacem,& ex visitatione tui discunt animæ plurimæ cæ lestem ducere conuersationem, vacantes & videntes, *Psal. 45.* quoniam suauis est Deus. Quid verò est, vt castrorum acies ordinata? Scimus quia castrorum acies, tunc hostibus terribilis ostenditur, quando ita fuerit constipata, vt in nullo loco interrupta videatur. Nam si ita disponitur, vt locus vacuus per quem hostis possit ingredi dimittatur, profecto iam suis hostibus terribilis non est. Et nos ergo quando contra malignos spiritus certamen ponimus, summopere necesse est, vt per charitatem simus semper vniti. Si charitas desit, per malum discordiæ locus aperitur in acie, Vnde ad feriẽdos nos valeat hostis intrare. In hac parte beata virgo principatum tenet, cuius est, & in suauitate uidere iam, uel contemplari supernam pacem, & contra malignos spiritus in procinctu esse, secundum castrorum similitudinem. Auerte oculos tuos a me, quia ipsi me auolare fecerunt. Et tunc quando me præsentem habuisti præsentia corporali, oculos tuos, oculos tam corporis, quã mentis in me fixos habuisti, & nunc quando secundum corpus abiens tibi sum, me spiritualibus oculis iugiter contemplaris. Auerte oculos tuos, videlicet, ita vt scias me esse incomprehensibilem. Ergo ne bonum est, hoc placitumque dilecto propter causam hàc auertere oculos? Est plane bonum aliquomodo, scilicet dũ sic a me auertis, vt in temetipsam conuertas oculos tuos, ideſt, dum sic altissimam diuinitatem contueris, vt reuoces ad memoriam infirmitatem tuam infirmæ conditionis, & optime scias, quia hoc ipsum quod Deum uides, non tuæ potentiæ, sed diuinę gratię est.

118 Capilli tui sicut grex caprarum, quę apparuerunt de *Cant. 6.* Galaad. Dentes tui sicut grex ouium, quę ascenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & sterilis non est in eis. Sicut cortex mali punici, sic genæ tuæ absque occultis tuis. Vt quid ista dilectus laudationis modulamina repperit, cum inter cętera superius eadem,& eodem modo cecinerit, nisi quia duplici honorificentia dignum est, eandem munditiam cogitationum eandem vitę innocentiam, eandemq; pudicitiæ uerecundiam, quam prius habuisti in solitudine silentij, custodisse ad integrum in illa frequentia, cui te interesse poscebat vtilitas Euangelij secundum uoluntatem dilecti pulsantis,& dicentis, aperi mihi soror mea sponsa? [Infra:] Sexaginta sunt reginę,& octoginta cõ *Cant. 6.* cubinę,& adolescentularum non est numerus: Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suę, electa genitrici suę. Quid est hoc dicere, nisi quod, etsi multæ sunt fideles laudabiles, nulla tamen earum tibi similis est: Sicut ueraciter prędicamus, quia nec primam similem uisa es, nec habere sequentem? Nam reginæ rectè dicuntur illę animę, quę perfectę charitatis sunt, in eo videlicet, quod eundem dilectum tuum sequentes nihil terrenum, sed ipsum solum quęrunt, nec propter metum gehennę, sed propter amorem uitę tuę ęternę peccatum fugiunt, uirtutemque amando iniquitatem oderunt. Concubinę sunt illę, quæ sub timore seruiunt, nec eius perfectionis, ut super præceptum uelint addere consilium, habentes quidem in fundamento Christum, sed nihilominus amanter aliqua quæ huius mundi sunt. [Infra:] Adolescentularum nõ 119 est numerus, ideſt, abundant in Euangelio plures quã ad cælestes pertineant thalamos, iuxta illud: Annunciauit,& locutus sum & multiplicati sunt super numerum. *Psal. 39.* Adolescentulæ namque rectè dicuntur, quæ nondum saltem ad timorem Dei profecerunt, & propter hoc custodia indigent, vel magisterio hominum, qui necdum intus diuini timoris, seu amoris magisterium tenent. Vna est columba mea, perfecta mea, una est matri suæ, electa genitrici suæ. Vna inquam est & *Cant. 6.* similem non habet omnino, nec inter reginas vlla similis huic est. Cui matri suæ vna? cui genitrici suæ est electa? Nimirum matri suæ Hierusalem una est, illi Hierusalem quæ sursum est, quę est mater omnium,& genitrici suę, scilicet antiquę Ecclesię electa est, Ecclesię patriarcharum, ac prophetarum, & regum iustorum. Et illi matri, & huic genitrici, una est & electa, quia nec inter Angelos, nec inter homines similem, uel primam habet, uel sequentem habitura est. Viderunt eam filię, & beatissimam prædicauerunt reginę, & concubinę laudauerunt eam. Hoc ipsamet prędi- *Cant. 6.* cens, ac prænoscens cum dixisset, quia respexit humilitatem ancillæ suę, subiungit: Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. *Luca 1.* Nonne ut secundum præsentem litteram hoc dictum sit, & generatio reginarum, & generatio concubinarum, & generatio adolescentularum, nonne istę omnes generationes beatam dicent illam? Reuera & si impares meritis, attamen fidei consimiles. Ecce uident illam, ecce contemplantur illam unam, illam electam, & cum admiratione ineffabili uoces extollunt iugiter, ex omnibus locis suis talem laudantes, talem beatissimam prędicantes, non solum hic in isto exilio mortalitatis: uerumetiam & multo amplius in illa patria vitę & immortalitatis, ubi uident eam dominantem, & dominando possidentem regnum dilecti, eo iure quo decet matrem possidere regnum filij sui. Et quid dixerunt laudantes, & beatissimam prędicantes? Quę est ista, *Cant. 6.* quę progreditur quasi aurora consurgens, pulchra ut luna, electa vt sol, terribilis ut castrorum acies ordinata. Quàm pulcher ordo in ista laudatione pulchritudinis. Primum consurgens ut aurora, deinde pulchra ut luna, deinde electa ut sol. Quando nata es ò uirgo beata, tunc uera nobis aurora surrexit, aurora prænuncia diei sempiterni, quia sicut aurora quotidiana finis pręteritę noctis,& initium diei sequentis, sic natiuitas tua ex semine Abrahę, clara ex stirpe Dauid, finis dolorum, & consolationis fuit initium, finis tristitię, & lætitiæ nobis extitit principium. Quando autem *Ibidem.* Spiritus sanctus in te superuenit, & filium uirgo concepisti, uirgo peperisti, tunc tu, & ex tunc pulchra pulchritudine diuina, pulchra, inquid, non quomodocunque, sed ut luna. Sicut enim luna lucet, & il- 120 luminat luce non sua, sed ex sole concepta, sic tu beatissima hoc ipsum quod tam lucida es, non ex te habes, sed ex gratia diuina, gratia plena. Quando autem de hoc mundo assumpta, atq; ad æthereum thalamum translata es; tunc tu & extunc electa ut sol, electa inquam nobis, quia sicut ex te natum Dei filium solem uerum, solem æternum adoramus,& colimus vt Deum uerum, sic & te honoramus ut ueri Dei genitricem, scientes quia totus honor impensus matri, sine dubio redundat in gloriam filij. [Infra:] Vmbilicus tuus sicut crater tornatilis non indigens poculis. Parum fuisse ad laudem ueræ uirtutis, quæ est in Maria, dixisse, iuncturæ femorum tuorum sicut monilia,

Cant. 7.

Eccl. 26.

Exo. 32.

Iudic. 6.

Exo. 10.

Isa. 26.

Exo. 15.

nilia, quæ fabricata sunt manu artificis nisi diceret:
Cant. 7. Vmbilicus tuus crater tornatilis nunquam indigens poculis, quia videlicet illo præcedenti versiculo solũ denegatur opus carnalis commercij, isto autẽ sequenti appetitus quoque cogitationis, qui si inesset nunquã veraciter diceretur vmbilicus sic præcisus, immo & circuncisus, vt crater tornatilis, neque adderetur adhuc, nunquam indigens poculis. Quidnam est vmbilico non indigere poculis, nisi non vri vel sitire per appetitum libidinis? Hinc enim dicitur in mulierem malam, Sicut viator sitiens ad fontem os suum aperiet, &
Eccl. 26. ab omni aqua proxima bibet. Ergo tu ò Sunamitis, ò filia principis, corde & corpore es casta, mente & carne integra, cogitatione & opere munda. Collum tuum sicut turris eburnea. Collum tuum vtique non extentum, immo amabiliter demissum: & hæc est humilitas tua, fortitudo pulcherrima, vere sicut turris eburnea, quæ & aspectu amabilis, & statura sit fortis. Cui fortis? cui amabilis? Deo fortis, Deo amabilis, diabolo autem terribilis, inaccessibilis. Quomodo ipsi Deo fortis?
Exo. 32. Nimirum sicut ex istis cõprobatur exemplis: quia si contra Deum fortis fuisti, ait ipse ad patrem tuum fidelem Iacob, quanto magis contra homines præualebis? Igitur, ò delicta collum tuum, quod est humilitas tua, turris eburnea: Id est fortissima est, atque pulcherrima, quam respiciẽs altissimus dedit tibi gemellos istos dulces hinnulos, duo vbera hæc, virginitatem atque fœcunditatem.

121 IDEM: Vocat Mariam templum Domini, sacrarium Spiritus sanctiin qua verbum Dei nouem mensibus requieuit. De cuius aduentu Isaias dicit: Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum, aperiatur terra, & germinet Saluatorem. Dicendo rorate cœli desuper, ministerium angelicæ expressit allocutionis, qua verbum Deus in interiorem aurem credulæ virginis sicut pluuia in vellus descendit, & per hoc quod ait, & nubes pluant iustum: se atque cęteros prophetas, qui vt nubes iustum scilicet Christum, & fideles eius in terra cordis nostri cęlesti doctrina depluunt. Aperiatur inquit terra suscipiendo verbum, & dicendo Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum: & germinet Saluatorem, benedicta in æternum, Deum nobis proferens & hominem. Infra explicans officium vigiliæ Natalis Domini; Hodie scietis, quia veniet Dominus (quæ verba dixit Deus quando promisit manna Iudæis) ait: Maxima portarum cœli, quas Dominus, vt nobis hoc manna plueret, nobis aperuit, Maria extitit, per quam ad nos verbum Dei caro factum de cœlo descendit. Siquidem aliæ portæ, idest omnes sanctorum animæ, quæ ab initio verbum illud in gremio fidei meruerunt suscipere, ore suo verbum
Is. 26. salutis pepererunt dicentes: A timore tuo Domine concepimus & peperimus, spiritum salutis fecimus super terram. Hæc autem verbum illud ita plena gratia concepit, vt visibilem hominem factum pareret in veritate carnis, eodem Spiritu sancto conceptionem eius in vtero virginis operante. Quod & ipsum cælitus significatum est in eo quod de supradicto manna scriptum est: Cumque descenderet mane ros supra castra,
Exo. 15. descendebat pariter & manna. Ros enim Spiritum sanctum, manna vero verbum Dei significabat, quod per operationem Spiritus sancti, humanæ naturæ vnitum est.

Li 3. de diuinis offic. c 6. t. 3. *Isa. 45.* *Iudic. 6.* *Lucæ 1.* *Exo. 10.* *Cant. 6.* *Ibidem.*

122 IDEM inquit: Loquens de resurrectione Domini: Rectè a maioribus nostri ordinis traditum est, & quasi pro lege fixum conseruatur, vt in processionibus cunctis per annum Dominicis, beatæ Dei genitricis memoria prima statione visitemus, decantãdo quodlibet quod eius proprium sit, eaque salutata, & oratione dicta, tunc demum processionem peragamus. Sicque feruente sacræ religionis studio prouisum est, vt infra claustrum habeatur eiusdem beatæ virginis diuersorium scilicet sacratum in ipsius honore, proprium nominis eius oratorium. Quid conuenientius, quid pulchrius, quid venerabilius quàm congratulari matri virgini, super resurrectione vnigeniti. Perpendere gestit Christiana deuotio quantus torrens gaudij repente inundans, locumq; vulneris replẽs, animam eius ferro doloris confossam inebriauit, cum rediuiuus filius illi ante omnes fortasse mortales, materno virginem non defraudans honore, victoriam suam annunciauit, & dulcia carnis suæ vulnera deosculanda præbuit. Quid ergo? repugnare videbitur Euangelio referenti, quod
Mar. 16. resurgens Iesus primo Mariæ Magdalenæ apparuit? Absit. Sed omnibus beatam virginem Matrem excipimus. Hoc autem Euangelistæ tacuerunt, ne verba illius tanquam delyramenta haberentur. Si enim extra-
Luc. 24. nearum verba fœminarum visa sunt Apostolis tanquam delyramenta, quomodo non magis matrem amore filij delirare crederent? Quod si idcirco verum non videtur, quia nullus Euangelistarum scriptis hoc attestatur, consequens est, quod nunquam post resurrectionem suam visus sit matri, quia quando, vel vbi apparuerit illi nullus eorum nominatim edixit. Sed absit hoc ab illo, qui patrem & matrem in lege honorare præcepit. Non sic Apostolica sanctæ Romanæ Ecclesiæ sensit ueritas; quæ hanc beatam Hierusalem in principio lætitiæ suæ proposuit. Nam cum in hac *Ps. 136.* prima die Paschæ stationem ad hanc, de qua loquimur, sanctam Mariam Missæ officio præscripsit, quid *Cant. 6.* aliud, quam Hierusalem in principio lætitiæ suę proposuit? Ipsa prę omnibus, ipsa ante omnes uidit hanc nostram pacem, ipsa est Hierusalem, pulchra, electa, suauis, quam viderunt filię Sion, & beatam dixerunt, & reginæ laudauerunt eam. Quando vndecim discipuli abierunt in Galilęam, in montem, quem constituerat illis Iesus, hanc beatam, de qua loquimur Mariam, pręterierunt, & absque illa uidentes eum adorauerunt? Immo non alias quam in domum illius, non alium in montem abierunt, ut uiderent eum, quam in illum super quem ciuitas eius Nazareth sita erat. Igitur pulchrè maiores nostri tradiderunt (ut dictum est) vt cunctis Dominicis diebus Mariam prima statione salutemus: eandem ob causam qua in die Paschę statio ad sanctam Mariam fit, ut eam in principio lętitię *Cant. 4.* nostrę proponamus, illud de Canticis recolentes, nouum nouę Ecclesię sponsum, mox vt resurrexit dixisse, non vanè arbitrantes: Vadã ad montem myrrhę, & ad collem thurris. Quã enim sui corporis patre altius, post ipsum caput suum Christum Ecclesię sublimitas eminuit, quam singularibus huius Reginæ Angelorum meritis, cuius ex carne sine viro Christus, vt lapis de monte sine manibus est editus? Et quo in ver-
Dan. 2. tice montium tantum myrrhę, idest mortificationis, cum thuris, idest piæ orationis odoribus inueniri potuit, quantum in huius beatæ Virginis anima, quam singulariter Dominicę passionis gladius pertransierat? Ad hunc ergo montem myrrhæ uadimus & nos ad ępe dictam stationem diuertentes.

Mar. 16. *Mat. 28.*

124 IDEM explicans verba illa Prouerb. 31. Confidit in ea cor viri sui, inquit: Vbinam hoc inuenis? in anima sanctæ Marię uirginis. Ibi fides experta est, quod de semetipsa hic audiuit. Confidit in ea cor uiri sui, etenim ibi vir suus ei cor suum aperuit? Apertione planè magna, & ineffabili: vt faceret in ea cor viri huius illud quod prædixerat per os Dauid: Eructauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus scribæ uelociter scribentis, ita cor suum illi aperuit, vt ipsam substantiam uerbi ęterni in corde suo concepti, de corde suo ante sæcula geniti, mitteret in mentem, & in uterum virginis valde fidelis, quæ tanta diuina mysteria Angelo narrante concepit, Deum enim castis uisceribus suscepit, & benedicta in æternum Deum nobis genuit & hominem. Non solum confidit in ea vir suus, verum quod profundius sonat, & penetrat intima mentis,

Li 7. de glo Trinitatis, cap. 6. *Psal. 44.*

confidit in ea cor viri sui. Et spolijs nō indigebit. Quibus vel qualibus spolijs, nisi eloquijs Domini, eloquijs
Ps. 118. viri sui, sic enim per os Dauid ipsa dicebat: Lætabor ego super eloquia tua, sicut qui inuenit spolia multa.

125 CYRILLVS sic habet: Salue per nos sancta
Hom. 6 cō tra Nesto. rium 10.4. Deipara pretiosus totius orbis thesaurus, lampas inextinguibilis, corona virginitatis, sceptrum rectæ doctrinæ, templum insolubile; locus eius, qui loco capi nequit. Salue quæ incomprehensibilem in sancto virginali vtero comprehendisti: per quam sancta Trinitas per vniuersum orbem glorificatur, & adoratur, per quam cœlum exultat, per quam Angeli & Archangeli lætantur, per quam demones fugantur, per quam diabolus tēlator cœlo decidit, per quam prolapsum plasma in cœlum recipitur, per quam vniuersa creatura idolorum væ sania detenta ad cognitionem veritatis venit, per quam oleum est exultationis, per quam per totum orbem fundatæ sunt Ecclesiæ, per quam gentes ducuntur ad pœnitentiam. Et quid multa connumero? Per quam vnigenitus Dei filius his qui in tenebris, & vmbra mortis sedebant, lux resplenduit; per quam Prophetæ prænunciarunt; per quam Apostoli salutem gentibus prædicarunt; per quam mortui excitantur; per quam reges regnant. Et quis adeo valet eloquio; vt plurimum laudatam Mariam satis celebret? Ipsa & mater est, & virgo.

126 GREGORIVS NYSENVS ait: Ecce virgo
Ser. de sancta Christi natiuitate. Isa. 11. concipiet, & pariet filium. O miraculum ingens, virgo mater fit, & virgo permanet, & nec virginitas partum prohibuit, neque partus virginitatem soluit. Decebat enim eum, qui propter integritatem initium facere ab ea, quæ natiuitati eius inseruiret integritate atque incorruptibilitate. Hoc mihi longè ante per eam, quæ ei
Exo. 3. per lumen facta est, Dei apparitionem magnus ille Moyses animaduertisse videtur, cum ignis accenderetur ex rubo, & rubus non conflagraret, nec consumeretur. Transiens, inquit, videbo visionem hanc magnam. Non de loco ad locum opinor: sed ad aliud tempus transgressionem referens. Cum enim quod interceßit medium tempus transisset; id quod nunc in flamma ac rubo per figuram significabatur, apertè in eo quod virgine contigit mysterio, reuela-
Matt. 23. tum est. Vt enim illic frutex & incendit ignem, & non crematur; itidem etiam hic virgo, & lumen parit, & pariendo non corrumpitur. [Infra:] Narrat gestum Zachariæ patris Ioannis Baptistæ, occisum inter templum, & altare propter tuendam Mariæ virginitatem, sicut supra retulimus ex Basilio, & Origene. [Infra:] Quænam sit, & vnde Maria videamus ex his qui rem gestam de ea memoriæ prodiderunt. Audiui arcanam, & occultam quandam historiam. Insignis quidam in illa exacta secundum legem viuendi ratione, & nobilis propter summam virtutem pater virginis erat; sed expers sobolis conseneßcebat, propterea quod coniux eius ad liberorum procreationem apta non esset. Habebatur autem marribus a lege honor quidam, cuius sterilis participes non erant. Imitatur igitur hæc quoque ea quæ de matre Samuelis narrantur, & sanctum sanctorum ingressa supplicat Deo, ne legum beneficio priuetur, sed vt mater fieret ac Deo quod gigneretur consecraret. Confirmata autem nutu diuino, donum quod petijt, accepit. Cum autem nata esset puella nomen ei imposuit Mariam, vt etiam per nomen impositum, diuinitus datum munus significaretur, cum autem puella iam ita grandis euasisset, vt mammæ ad-
127 moueri eam amplius opus non esset, haud cunctata est eam ad templum adducere ac Deo reddere, atque promissum præstare, sacerdotes autem exemplo Samuelis in sacris puellam interim educare. Sed cum creuisset, & adulta esset consilium agitare, ne quid de sacro illo corpore statuentes, in Deum peccarent. Nam eam in matrimonio alteri subdere res longe absurdissima minimeq; decora videbatur, sacrilegium enim prorsus existimabatur, quod Deo consecratum, atque dedicatum esset, si homo potestatem in Dei donariū haberet. Vt autem intra templum vnà cum sacerdotibus mulier versaretur, & in sanctis conspiceretur, neque consuetum & vsitatum erat, & simul grauitas & honestas rei non aderat. Deliberantibus igitur eis super hac re, diuinitus incidit consilium, vt darent eam quidem viro nomine desponsationis, is autem ad cu- Luca 1.
stodiendam virginitatem eius idoneus esset: & sic sacerdotes eam desponsauerunt Ioseph. Tunc Gabriel missus est ad Mariam virginem. Ne timeas Maria, inquit, quoniam omni mulieri, partus expectatio, metum inijcit, iucundi partus promissio, metum eijcit, & expellit. Et Maria, quomodo fiet istud. Angelus partum denunciat, & illa virginitatem amplectitur, castitatem Angelicæ præferens apparitioni. Quoniam Deo dicatam, & consecratam carnem veluti sanctum quod dam donarium intactam seruari oportebat, propterea etiam si Angelus sis, inquit, ac de cœlo veneris etiam si supra hominem sit id quod apparet, attamen vt virum cognoscam fieri non potest. Qui mater ero absque viro?

Martyrum præconia, virtutes, ac merita, & de ipsorum imitatione. Cap. VII.

ORIGENES explicans verba illa, quæ diabolus 1
dixit in contemptum Iob: Pellem pro pelle, & Libro 1. in
cuncta quæ possidet dabit homo pro anima sua, ait: Ve Iob. to. 2.
rum est hoc, quia cum ad periculum vel discrimen per Cap. 2.
uenerit homo, omnem rem familiarem contemnit; tantum vt animam eruat, vt animam suam incolumem liberet. Et nunc cum speras quod aduersum Iob loqueris, pro illo loqueris ò inimice omnium bonorum diabole, & non intelligis. Euidenter enim Iob omnia, quæ cumque habuit despexit, diuitias, & filios, & rem familiarem: ob hoc tantum vt animam suam illæsam atq; illi beatam custodiret. Omnia quæcunq; habuerit homo dat, vt eruat animam suam. Ob quam rem? Quia redemptio viri propria est substantia. Omnis quæcunque habuerit homo, dabit vt eruat animam suam. Hoc egit Iob, propter ea animam suam inuiolatam conseruauit. Hoc egerunt beati martyres: idcirco postquam omnia corruptibilia atque terrena contempserunt, post hoc nihilominus proprium corpus in pœnam, atque in incendium tradiderunt, ignem, atque gladiū sustinentes, vt animas suas mundas atque castas Deo exhiberent. Sed interim videamus, quomodo post hæc quæ bene digesta sunt, Nam sæpe etiam a malo 2
aliquid boni proficiscitur, non quod malignus ita voluerit, sed quia bonus, ac benedictus Deus, maligni malitiam in bonum conuertit timentibus, atque diligentibus se, sicut martyribus, qui omni tolerantia superantes nequitiam eius, æterna uitæ hæreditatem capient apud Deum. [Infra:] Postulanti diabolo facultatem, vt Iob plaga percutere crude Iob 2.
li; dixit Dominus: Ecce in manu tua est: verumtamen animam illius serua. Ecce trado tibi illum, nō propter tuam malignitatem; sed propter Iob innocentiam, vt iustus appareat, vt sine querela esse comprobetur, vt glorioßus coronetur. Solum illum tibi trado. Animam ne quæsisti, animam ne tetigeris. Terram tibi trado: cœlo ne appropinquaueris. Terrenum vas confringe vt volueris, interiori verò thesauro nō appropinquaueris. Luteæ testæ facito quod volueris, pretioßissimā verò margaritam ne tetigeris. [Infra:] Noli Iob animam tangere, & glorioßus in conspectu meo consummabitur. Non tetigisti, inquit, martyrum meorum animas, non tetigisti mirabilium veridicorum meorum testiū animas. Idcirco ij succumbentes vniuersi, propter fidem contempserunt mortem; ideo incontaminati omnem ignis pœnam irriserunt, atque gladij, merito

immar-

immarcessibilibus coronis coronabuntur in conspectu meo.

3 CHRYSOSTOMVS inquit: Sunt quædam oblationes quæ verè sunt holocaustomata, corpora martyrum. Ibi & anima & corpus: illa sacrificia odorem suauitatis habent maximum. Potes & tu si volueris tale sacrificium offerre. Quid enim si non igni comburatur corpus? Sed alio igne potest, vtpotè pauertatis voluntariæ, tribulationis. Cum enim liceat deliciosè, & optimè degere, & eligatur laboriosa vita & amara, mortificansque corpus: nonne holocaustoma est? Mortifica ergo corpus tuum, & crucifige, & accipies tu huius martyrij coronam. Quod enim illic gladius operatur, hoc hic alacritas faciat.

Ho. 11 in epist. Pauli ad Hebr. to. 4.

Luca 1.

4 IDEM explicans verba illa; Obsecro vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem, sanctam, Deo placentem, rationabile obsequium vestrum, ait: Cum hostiam dixisset, ne quis putet quòd præcipiat mactari corpora, statim subiunxit, viuentem. Deinde hostiam hanc a Iudaica discernens, sanctam dicit, acceptam Deo, rationabile obsequium vestrum. Et quomodo corpus, inquies, hostia fiet? Nihil mali respiciat oculus, & factus est hostia. Nihil malè loquatur lingua, & facta est oblatio. Nihil iniqui committat manus, & facta est holocaustoma. Talis hostia Deo placet. Quando membra nostra mortificauerimus, tũc demum viuere poterimus. Noua siquidem ista huius sacrificij nostri lex est, atq; ideo mirabile etiam est hoc ignis genus. Neq; enim ignis opus habet, aut alia huiusmodi materia, sed in se ipso noster ignis viuit, nec victimam comburit, sed magis viuificat. Hanc victimam iam olim Deus quærebat, & dicebat: Sacrificium Deo spiritus contribulatus. Hanc ipsam tres etiam pueri illi offerebatur, dicentes: Non est princeps, neq; propheta, neq; locus quo misericordiam liceat acquirere, & inuenire: sed in animo contrito, & spiritu humilitatis suscipiamur. Dicit autẽ, exhibete corpora vestra, quasi dicat, Membra vestra ad bellum quod contra diabolum est, præliumque illud terribile exhibuistis, non erit vt ad proprias operas, illa vobis retrahatis. Non potest offerri Deo oculus scortationi seruiens, neq; manus rapiens ac defraudans, nec pedes claudicantes, nec venter delicijs deditus, nec cor iram, aut amorem fornicarium fouens, neq; lingua turpia loquens. Oportet ergo nos omni ex parte mundos esse, vt cum Paulo dicamus: Ego enim iam immolor, & tempus meæ resolutionis imminet. Erat enim quauis hostia purior, vnde & libamen se ipsum vocauit. Erit autem hoc, si vetere hominem sustulerimus, si membra nostra, quæ sunt super terram mortificauerimus, si mundum nobis ipsis crucifixerimus. Ita neq; machæra deinceps, neq; altari, neq; igne opus habebimus.

Ser 20. in c. 12 epist. ad Rom.

Ps. 50.

Dan. 3.

2. Tim. 4.

5 IDEM exponens uerba illa; Ego vinctus in Domino, sic habet: Et mihi tractanda quæstio. Nã quod in defensione ad Agrippã dixit Paulus, Optarim omnes tales fieri qualis ego sum, exceptis vinculis his, nõ ideo dixit, quia vinctum esse pro Christo rem putarit execrandum, absit. Nam si hoc sensisset, non alibi scribens dixisset: Libenter gloriabor in infirmitatibus meis. Quid ergo? Hoc ipsum indicium erat, quòd vincula magnificiebat, quemadmodum Corinthijs scribens, dixit: Lac vobis potum dedi, non escam, nõdum enim poteratis. Ita & hic vinculorum pulchritudinem & vtilitatem nondum audire poterant. Propterea dicit exceptis vinculis his. Propterea & ipse in vinculis lætatus, & vinctus, & cum alijs vinctis pariter in custodia abductus est. Magna est Paulinæ catenæ fortitudo. Quam non excelleret voluptatem? & vinctum videre Paulum, & intus in carcere sedentẽ? Non videris Reges, & consules in rhedis circumuectos, auroque conspicuos, milites quoque illorũ quibus stipati sunt, omnia deaurata, habentes deauratas lanceas, deaurata scuta, equos etiam auro insignes? Quanto autem illo spectaculo iucundius est istud? Optarim vel semel videre Paulum ex carcere cũ vinctis egredientem, magis quam millies illos cum ista stipatione militari & insigni prætereuntes. Quot putatis Angelos illum cum ita educeretur præcessisse. Infra: Cum seruus Elisæi videret militum copias, quas rex Syriæ miserat contra dominum suum obstupuit, & trepidus ac tremebundus ad magistrum properãs calamitatem, ineuitabileque periculum annunciauit, subridens propheta, quod quæ timenda non erant timebat, hortatus est animo esse bono, & confitenti. Is vero, vt imperfectus erat non persuadebatur, sed concepto timore eius rei, quam viderat, detinebat. Quid igitur propheta? Domine, inquit, aperi oculos pueri istius, & videat quomodo plures sunt nobiscum, quã cum illis. Et repente totum montem, in quo tũc propheta habitabat, videt equis, & curribus ignitis refertum. Hoc verò nihil erat aliud, quam Angelorũ acies. Si verò Elisæo, vnius discipuli gratia, tanta obsecundata est angelorum acies, quid Paulo putas defuisse? istud & propheta Dauid dixit: Angelus Domini castrametatur in circuitu timentium eum. Et quid de Angelis dico? ipse Dominus cum e carcere egredieba tur cum illo erat. Semper quidem admirandi sunt sancti, multaque gratia pleni, maximè verò quando propter Christum periclitantur, quando in vinculis sunt. Dicam cogitationem meam. Babylas beatus martyr, & ipse eadem causa qua Ioannes vinctus erat, quòd Regem iniquè agentem arguerat. Hic cum moreretur præcepit vincula iuxta corpus suum collocari, corpusque vinctum sepeliri, & nunc pedicæ simul cum cinere illius sepultæ iacent, tanto videlicet ille desiderio pro Christo vinctus esse cupiebat. Verum nos nõ ligamur, quippe huius nulla iam existente occasione. Nihil opus est, vt manus ligaras, sed mentem vinctam habeas. Sunt & alia vincula, illa ferent qui istis non ligantur, dicente Christo: Ligate illi manus & pedes, & proijcite in tenebras exteriores. Sed absit vinculorum illorum experientia, istis potius abundè vinciri contingat.

Ser. 9. in c. 4. ad Eph.

Act. 26.

Lob 2.

2. Cor. 12.

2. Cor. 3.

Ps. 33.

7 AVGVSTINVS ait: Quod trecenti viri hydrias fictiles acceperunt, eisque ardentes facultas inclusere runt, quibus hydrijs factis repente lumina numerose micantia, tantam hostium multitudinem terruerunt, quod Gedeon fecit instigante Domino, qui præfigurauit sanctos suos thesaurum Euãgelici luminis in vasis fictilibus habituros, sicut Apostolus ait: Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Quibus in passione martyrij tanquam vasculis fractis, maior eorum gloriæ fulgor emicuit; quæ impios Euangelicæ prædicationis inimicos, inopinata illis Christi claritate superauit.

Li. 7. quæstionũ i li. Iudic to. 4. Cap. 7.

1. Cor. 4.

8 IDEM inquit, Si Mutius, vt cum Porsenna rege pax fieret, qui grauissimè Romanos præmebat, quia Porsennam ipsum occidere non potuit, & pro eo alterum, deceptus, occidit, in ardentem aram ante eius oculos dexteram extendit, dicens: Multos tales qualẽ illum videret, in eius exitiũ coniurasse: cuius ille fortitudinem, & coniurationem talium perhorrescens, sine vlla dilatione se ab illo bello facta pace compescuit. Quis regno cœlorum imputaturus est merita sua, si pro illo non vnam manum, neq; hoc sibi vltro faciens, sed persequente aliquo, patiens totum flammis corpus impenderit? Si Curtius armatus equo cõcito in abruptum hiatum terræ se præcipitem dedit, deorum suorum oraculis seruiens, qui iusserant, vt illuc id quod Romani haberent optimum mitteretur. Quid se magnum pro æterna patria fecisse dicturus est, qui aliquem fidei suæ passus inimicum, non se vltro in talem mortem mittens, sed ab alio missus obierit, quandoquidem a domino suo, eodemque rege patriæ suæ, certius oraculum accepit: Nolite timere eos qui

Li. 5. de ciuitate Dei. c. 18. to. 5.

Matt. 10.

qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere. Vnde nullo modo superbiant sancti martyres tanquam dignum aliquid pro illius patriæ participatione fecerint, vbi æterna est, & vera felicitas, si vsque ad sui sanguinis effusionem, non solum suos fratres, pro quibus fundebatur, verum & ipsos inimicos, a quibus fundebatur, sicut eis præceptum est, diligentes charitatis fide certarunt.

9 IDEM dicit: Populus Christianus memorias martyrum religiosa solemnitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum consocietur, atq; orationibus adiuuetur.

Li. 20 cont. Faustū Manichæū to. 6.

10 IDEM ait: Adam & terrente nullo, & insuper contra Dei terrentis imperium, libero vsus arbitrio, non stetit in tanta fœlicitate, in tanta non peccandi facilitate. Martyres autem non dico terrente mundo, sed sæuiente ne starent, steterunt in fide, cum videret ille bona præsentia quæ fuerat relicturus, isti futura quæ accepturi fuerant, non viderunt. Vnde hoc, nisi donante illo, a quo misericordiam consecuti sunt, vt fideles fierent, a quo acceperunt spiritum non timoris, quo persequentibus cederent, sed spiritum virtutis & charitatis, quo cuncta minantia, cuncta inuitantia, cuncta cruciantia superarent.

Lib. de correptione, et gratia ad Valentinū to. 7.

2. Tim 1.

11 IDEM explicans verba illa de martyribus, quoniam sanguinem eorum recordatus est, inquit: In his verbis docet non sine magno fructu æternitatis moriturus in persecutione Christianos. Sed cur sanguinem eorum maluit dicere? An quasi alius imperitior & minoris fidei quærere, dicens: Quomodo annuncia bunt, cum in eos infidelitas gentium sæuitura sit? Huic respondetur: Quoniam requirens sanguinem eorum recordatus est, ideſt, veniet vltimum iudicium, vbi & interfectorum gloria, & interficientium pœna manifesta erit. Recordatus est autem. Nemo ita positum putet quasi obliuio cadat in Deum, sed quia post longum tempus futurum est iudicium. Secundum affectum infirmorum hominū positum est, qui quasi obliti tum Deum putant, quia non tam cito facit, quam ipsi volunt.

Enarra. in Ps. 9. to. 9.

12 IDEM dicit: Passionis sanctorum martyrū diem hodie festum habentes, in eorum recordatione gaudeamus, recolentes quod patiebantur, & intelligentes quid inuebantur. Nunquam enim tantas tribulationes carne tolerarent, nisi magnam quietem mente conciperent. Infra: Exaudi Deus orationem meā cum deprecor, a timore inimici eripe animam meam, sequerunt inimici in martyres. Quid orabat ista vox corporis Christi? Hoc orabat vt eruerentur ab inimicis, & eos non possent occidere inimici. Ergo exauditi non sunt, quia occisi sunt, & deseruit Deus contritos corde seruos suos, & sperantes in se despexit? Absit. Quis enim inuocauit Dominum, & derelictus est ab eo? Quis sperauit in eum, & desertus est ab eo? Exaudiebantur ergo, & occidebant, & tamen ab inimicis eruebantur. Alij timentes consentiebant, & viuebant, & tamen ipsi ab inimicis absorbebantur, occisi eruebantur, viuentes absorbebantur. Inde est, & illa vox gratulationis, forsitan viuos absorbuissent nos. Multi absorpti, & viui absorpti, multi mortui absorpti. Qui putauerunt inanem esse fidem Christianam, mortui absorpti sunt. Qui autem scientes veritatem esse prædicationem Euangelij, Christum esse filium Dei scientes, & hoc credentes, & hoc intus tenentes, cesserunt tamen doloribus, & idolis sacrificauerunt, viui absorpti sunt. Illi absorpti, quia mortui, illi autem quia absorpti mortui. Ergo hoc orat vox martyrum. A timore inimici eripe animam meam. Non vt me non occidat inimicus, sed vt non timeam occidentem inimicum. Hoc orat in psalmo impleri seruus, quod Dominus iubebat in Euangelio: Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere, sed eum potius timete, qui habet potestatem, & animam, & corpus mittere in gehennam. Et repetiuit, ita, ergo dico vobis, hunc timete. Qui sunt qui corpus occidunt? inimici. Quid iubebat Dominus? ne timerentur. Oretur ergo, vt præstet quod iubet. A timore inimici eripe animam meam. Erue me a timore inimici, & subde timori tuo. Non timeam eum, qui corpus occidit, sed eum qui corpus, & animam potest occidere. Non enim a timore volo esse immunis, sed a timore inimici liber, sub timore Domini seruus.

Ps. 123.

Matt. 10.

13 IDEM explicans verba illa: Et a verbis tuis formidauit cor meum, ait: Nonne Ecclesia præcepit, vt pro regibus, & principibus orarent fideles, vt eis obedirent, ipsique tributa præstarent? Quare ergo principes persequebantur illos? Sine causa vtiq;, & ideo regius vates, ait: Principes persecuti sunt me gratis, sed a verbis tuis formidauit cor meum. Habuerunt quidem & illi verba minacia, expello, occido, vngulis torqueo, ignibus torreo, bestijs subigo, membra dilanio, sed tua me potius verba terruerunt. Nolite timere eos qui occidunt corpus, sed eum timete, qui potest corpus, & animam perdere. Ab his verbis formidauit cor meum, & contempsi hominum persecutorem meum, & uici diabolum persecutorem meum.

Conc. 31. in Ps. 118.

14 IDEM sic habet; Magnum spectaculum spectauimus oculis fidei, martyrem sanctum Vincentiū vbique vincentem. Vicit in verbis, vicit in pœnis, vicit in confessione, vicit in tribulatione, vicit exustus in ignibus, vicit submersus in fluctibus. Quando caro eius, in qua erat trophæum Christi victoris, de nauicula mittebatur in mare tacitè dicebat: Deijcimur, sed non perimus. Magnum certamen, magnam comparat gloriam, diuinam, & sempiternā, fides pugnat, & quando fides pugnat, carnem nullus expugnat. Quia etsi laniatur, etsi laceratur, quando perit qui sanguine Christi redemptus est? Potens homo non potest perdere, quod emit sanguine suo. Infra: Erat videre inuictam martyris animam contra insidias antiqui hostis, contra sæuitiam impij iudicis, contra dolores mortalis carnis, acerrima conflictatione certamen, & in adiutorio Domini cuncta superantem. Tanta pœna erat in membris, tanta securitas in uerbis, tanquam alius torqueretur, alius loqueretur. Et verè alius, prædixit enim Dominus martyribus: Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. Nam quæ vires puluueris, nisi illo adiuuante, qui nos fecit ex puluere, vt qui gloriatur, in Domino glorietur? Magis diabolus, non victo Vincentio, quam Vincentius, persequente diabolo, torquebatur. Quanto enim erant illa truculentiora, & exquisitiora tormenta, tanto magis tortus de torquente triumphabat, & ex illa carne tanquam ex terra suo sanguine irrigata, de qua plus dolebat inimicus, palma crescebat. Voces tyranni, oculi, vultus, & truculentus totius corporis motus indicabant, quam grauiora tormenta sentiret interius, quàm erant, quæ martyri infligebantur exterius. Si consideremus perturbationem torquentis, & tranquillitatem, tormenta patientis, videre facillimum est, quis erat sub pœnis, quis supra pœnas. Quæ gaudia erunt in virtute regnā tium, quādo tanta sunt pro veritate morientiū? Quid erit cum corporis incorruptione fons uitæ, quādo ros eius inter tormentatam dulcis est? Et quid faciet impijs æterna flamma, quos ita vastat irati cordis insania; Quid passuri sunt, cum iudicabuntur, qui iam cum iudicant cruciantur?

Serm 8. de sanctis, qui est primus in festo 2. Vinc. to. 1.

Matt. 10.

Gen. 3.

Ad matrimonium contrahendum virtus quæratur vxoris, cuius onera, etsi grauia, ferenda sunt, & pax inter coniuges seruanda. Cap. VIII.

BASILIVS sic ait; Virgo a corporis voluptatibus animā segregans, animumq; totum ad amorem cœlestium intentissime dirigens, omnia quæ in

Homi. 3 in Ge. to.

mundo

Lib. de v. v. virginitate ad Letorum Mediolanensem Episcopũ cap. 2.

mundo sunt iucunda calcabit, nec modo feret his quę dulcia putantur, & suauia non perfrui, verum & nuptarum perpetuas ærumnas miserabitur, quæ temporibus his, molestisq; voluptatibus addictæ sunt. Nępe enim eius quæ nupsit multiplices (vt sic dixerim) mortes, quas illa in dies patitur e regione considerãs, sibi ipsi profecto, propositoq; suo gratulabitur. Nam quæ mortali connubio coniuncta est, ad suam ipsius curam, viri quoq; adiecta, gemmam in vna anima ex coniuncto sibi corpore, sollicitudinem necessario sustinet. Nec iam vnius tantum corporis laborat gratia, sed in vna (vt dixi) anima, & ad suũ, & ad viri corpus curandum iugiter intenta diuiditur. Vbi verò filios post cubiculi solemnia, & secreta commercia parturire, atque in lucem edere cęperit, per vnumquemque nascentem animo scinditur, & præsentibus tristibus nascituri cura semper adijcitur. Ac si quidem virum bonum, blandumque nacta fuerit, perpetuo ne moriatur, metu viduitatis, incommoda, cruciatusque iam sustinet, diram quandam, & imminentem curã, & præsente illo, & absente propter inseparatos casus, animo indefinenter excipiens. Si verò contra duro, & immiti fuerit coniuncta, tota quidem vita illa cruciatus est, & cum pudicitiæ ratione neutrum queat eligere, id est, nec viri mortem propter viduitatis angustias, nec vitam ob molestiam, incommodumq; coniuctus, ancipiti atq; ineuitabili malo, acerrimisq; doloribus semper atteritur. Inde vbi filios edidit, aut ad bonam illi frugem euaserunt, & maiores ex illorũ absentia dolores iugiter tolerat, quam parturiens tulerat, aut malos euasisse considerat, & maius ex ea procreatione liberorum, quam si permansisset sterilis, opprobrium sustinet. Sæpe antequam prædicta experiatur incommoda, simul & sponsa, & vidua efficitur, ac sine liberis in viduitatẽ delapsa, nec vxor iam, nec virgo, nec mater est, sic profecto omnibus, quæ putantur læta coniugij simul amissis, breuissimo voluptatis sensu, irrecuperabilem virginitatis perdidit florem, coniugijq; tantum solummodo experta est, quantum illi satis esset ad dignoscenda viduitatis incommoda. Quod si relicta vidua, pupillos enutriat filios, eius quem ex viri morte perceperat, meroris iuge illos monumentum cernit, & semper in lachrymis, semper in gemitu, semper in sollicitudine educandorum degẽs, nullum præterito malo solatium inuenit. Et quid plura persequi necesse est? Dominum sibi cum dote infœlix mulier coemens virum, ancilla pro libera efficitur, breuissimæq; voluptatis gratia, naturali libertate se priuans, ianuam sibi ineffabilem dolorum, perpetuique mœroris per huiusmodi connubium aperit. Manet enim immota maledictionis aduersus illam prolata sententia, quæ per omnes nuptias velut epi halamium ita canit. In dolore paries filios, & ad virũ conuersio tua, & ipse dominabitur tui. At verò prudens virgo iugum huiusmodi seruitutis abijciens, & tota intentione ad Dominum currens, vna dolorem quoque qui ex maledictione intentabatur abrupit. Effugit quippe partus angustias, effugit mortalis viri miserum iugum. Simulque incommoda omnia, quæ ex nuptijs prouenire monstrauimus. Effugit item peccatorum omnigenum inextricabiles nexus, & retia vitę præsentis euasit. Insuper integra tota, atque illibata anima, æterno regi se læta despondit, nec iam ad mortalem virum conuersionem suam fieri patitur, sed frugi perseuerans, se in vitæ constantia & honestate coram Domino semper exercet. Quippe coniugij finem corruptionem, & iniurias esse considerans, ex ipso fine totam nuptiarum tragædiam prudenti ratione collegit, declinansq; primam tristium causam, manãtem quoque ex ea pressuram simul effugit.

Conc. 31. in Ps. 118.

Serm 8. de sanctis, qui est primus in festo 2. Vinc. lo. 1.

Matt. 10.

Gen. 3.

Homi. 38. in Ge. lo. 1

CHRYSOSTOMVS explicans verba quæ dixit Abraham Sarę: Ecce ancilla in manibus tuis est, vtere ea, vt tibi libitum fuerit, inquit: Scio Sara quem tibi honorem debeam. Vnum tantum est cui studeo, vt tu mœrore careas & turbatione ac in omni sis honore. Hoc est verum contubernium. Ita vir quando non magna diligentia ad mulieris spectat verba, sed imbecillitati sexus, venię non nihil concedit, hoc vnũ satagat, vt e medio tollatur tristitia, & pax, atq; cõcordia constringatur arctius. Audiant viri, & imitentur iusti lenitatem, & tantum honorem ac reuerentiã mulieribus tribuant, vt & imbecilli vasculo parcant, & concordiæ vinculum crescat. Illæ enim veræ sunt diuitiæ, illæ maximæ sunt facultates; si vir cum muliere non discordet, sed coniuncti sint vt corpus vnum. Erunt enim, inquit, duo in carne vna. Tales etsi in paupertate sint, etsi in vilitate, omnium sunt beatissimi, veram percipiunt voluptatem, & in continua consistunt tranquillitate. Sicut contra, qui hac non fruuntur, sed zelotypia laborant, & bonum pacis amittunt; etiam si magnis affluant diuitijs, etiam si sumptuosas habeant mensas, etiam si clari fuerint ac nobiles, miserrimi omnium sunt, turbelas & fluctus sibi quoti die excogitant, nullamq; voluptatem habere possunt interno bello omnia confundente, multamq; eis amaritudinem inuehente. Verum hic nihil tale, sed patriarcha, indignationem vxoris, sua placuit lenitate, et domum pace repleuit. Infra: Vnius rei cura sit viris, vt tristitiæ causa e medio tollatur, crescatque ac roboretur pax domestica; vt & illa erga virum suũ habeat conuersionem, & vir ab externis & forensibus negotijs, & turbationibus, ad eam quasi ad portum confugiat, & omnigenam inueniat consolationem. In adiutorium enim data est, vt contentus eius consolatione, quę occurrunt aggredi queat alacriter. Nam si fuerit ornata virtutibus, & mansueta, omnia viro suauia, & facilia reddit, & percipere non sinit illas externas malitias, neque difficultates, quæ quotidie domi nascuntur, sed quasi gubernator optimus omnem eius tempestatem in serenitatem suam sapientia conuertit, intelligentiaq; sua magnam confert consolationem. Qui concordia, & pax, & vinculum dilectionis, cum muliere & viro fuerit, omnia simul affluunt bona, & nullis insidijs expositi sunt, magno & inexpugnabili quodam muro circundati, sua iuxta Dei præceptum, cõcordia. Hoc, ferro fortiores eos reddet, hoc, omnibus diuitijs magis locupletabit, hoc supernam gloriã eis conferet, hoc & Dei beneuolentiam eis vbertim cõciliabit. Tunc & filij, qui nascuntur virtutem sequentur, quos imitabuntur & serui, & vndequaq; domus virtute florebit, eritq; multiplex rerum prosperitas.

Gen. 2.

Homi. 48. in Gene.

IDEM explicans verba illa, quę Gene. 24. dixit orans ad Dominum seruus Abrahæ quærens vxorem Isaac: Ecce ego steti prope fontem aquę, filiæ autẽ habitantium ciuitatem egrediuntur vt hauriant aquam, & erit virgo, cui ego dico, inclina hydriam tuam, & bibam, & dixerit mihi, bibe, & camelos tuos potabo. Illam præparasti puero tuo Isaac, & in hoc cognoscã quòd feciti misericordiam domino meo Abraham, inquit: Vide serui prudentiam. Nam quia sciuit patriarchę hospitalitatem, & quia virginem inde ducendam congruebat ijsdem esse præditam moribus quibus iustus, nullam aliam coniecturã inquirit: sed characterẽ virginalis animi, hospitalitate colligere vult. Infra: Vidisti quomodo solebant olim filijs suis vxores ducere? Quomodo magis animi generositatem, quam opum abundantiam inquirebant? Nusquam instrumenta, nusquam pacta, & alia ridicula, quæ nũc apud nos fiunt, & verba illa, quæ in litteris continentur, si absque liberis, inquit, moritur, si hoc & hoc contingat. Verum apud illos nihil tale; sed maximæ, & securissimæ litteræ erant virginis mores non choreæ. [Infra:] Intrauit Isaac in domum matris suæ, & accepit Rebeccam, & fuit ei vxor & dilexit eam. Hanc imitentur mulieres, hunc æmulentur viri. Sic sponsas ducere curent. Quare enim dic oro, statim ab initio sordibus

Gen. 24.

dibus impleri finis aures puellæ,tam turpibus cantilenis,tam intempestiua illa pompa. Oportebat omnia hæc depellere,& verecundiam principio dolere, puellam & sacerdotes vocare, & precibus & benedictionibus concordiam coniugij constringere, vt amor sponsi augeatur,& puellæ continentia crescat, & omnia quæ sunt eo spectent,vt virtutis opera ingrediantur in domum illam,tollanturque e medio omnes diaboli insidiæ, & ipsi gratia Dei vniti iucundè vitam perficiant.

6 IDEM explicans verba illa: Accepit Laban Liam filiam suam,introduxitque eam ad Iacob,ait: Vidisti cum quanta olim honestate nuptias egerint? Nũ tunc tibiæ,num choreæ diabolicæ? Quare enim, dic mihi tantum statim ab initio damnum inducis in domum tuam,& eos qui in scænis operam locant vocas: vt cũ intempestiuo sumptu, virginis lædas continentiam, & iuuenam impudentiorem facias? Satis enim arduũ erat illam ætatem absque illis sufflationibus posse ferre æquiter tempestatem affectionum, cum autem, & hæc accedunt,tam quæ videntur, quam quæ audiuntur,maius accendunt incendium, & fornax concupiscentiarum magis inflammatur, quomodo nõ pessumit adolescentis anima? Hinc enim omnia pereunt, & corrumpuntur, quia ab initio castitas oppugnatur eorum,qui inter se conuenturi sunt: & sæpe primo de iuuenis oculis videns incontinentibus,telo diabolico in anima vulneratur, & puella per ea quæ audit & videt captiua fit, & ab eo die postea crescunt vulnera, maiusq; fit malum. Etenim illinc statim discunt,vt & mutuam concordiam dilacerent,& amorem corrumpant. *Ho. 57. in c. 27. Gen.*

7 Quando enim ille mentem ad aliam verterit, huc & illuc diuidens cogitationem, & a diabolo suo instigatur,multa amaritudine domum implet. Quod si & illa comperitur ita affecta esse, ex ipsis fundamentis,omnia,vt ita dicam,euertit. Postea mutuum se fugiũt,& latere volunt; & ille quidem suspicios è obseruat vxorem,& illa virum. Et vbi oportebat concordiam esse,& copulam, & qui debebant esse caro vna, hi in tanta viuunt diuisione quasi diffecti sint. Diabolus enim subingressus,tantum in eis damnum facit,vt quotidianę pugnæ inter eos nascantur,& a malis nũquam habeat quietem. Quid enim quis dixerit,quomodo postea a famulis contemnãtur, a vicinis rideãtur,quam fœda operentur? Nam sicut quando gubernatores inter se dissident,etiam ui in naui ferũtur periclitantur,ac timent ne submergatur nauis; ita & hic si discordes sint vir & mulier: veri simile est oẽs qui apud illos sunt, participes esse malorum. Vnde hic nõ solum Iacob,sed & Laban idolorum cultui adhuc deditus,introduxit filiam Liam ad Iacob sinè pręuijs saltationibus,&c. Infra: Tunc quãdo plurimam oportebat esse reuerẽtiam; cum hi ad sanctum Ecclesiæ accedant sacramentum,in quo Christi,& Ecclesiæ coniunctio significatur, quando maior castitas & honestas ostendenda,obscœnitate implentur omnia illa,vt probabile sit a diabolo hæc omnia inuenta esse.

8 IDEM dicit: Non vxores, opes, sed virtus diuitias præparat. Nam quæ vtilitas maximæ dotis est; cum inepta, prodiga vxor fit, cum vt ventum omnia dissipet? Quid porro si lasciua,petulansq; sit; quã mille consequantur amantes? Quod si etiam ebriosa,nõne citius in summam maritum depellet paupertatẽ? Hæc omnia vobiscum,oro,sæpius versate. *Ho. 29. in Matt. to. 2.*

9 IDEM ait: Nihil potentius muliere bona, ad instituendum & informandum virum quodcumq; voluerit,neq; tam leniter amicos,neq; magistros, neque principes patietur,vt coniugem admonentem: habet enim voluptatem quandam admonitio vxoris, cum plurimum amet cui consulit. Multos possum afferre viros asperos & immites,per vxorem mites redditos & mansuetos: ipsa enim mensa,lecto,filiorum educatione,& alijs plurimis cum marito communicans, & vt corpus capiti coniuncta,si prudens erit, & diligẽs, omnes vincet. Nec verbis tantum: sed re informandus est coniux. Quomodu autem re ipsa eum erudiemus? cum te non malam viderit, non pretiosis indutam,non superflua expetentem, sed necessarijs contẽtam viderit,tunc enim consulentem patietur. *Ho. 60. in Ioan. to. 3.*

IDEM sic habet; Cum virum tuum admoneo,vt te amet,& colat,non permitto vt legem mulieri posiam ipse in medium adducat; sed quæ ipsi viro scripta est,exigo. Tu igitur,quæ decent operare dumtaxat,& exhibet te viro facilem. Vel potius si propter Deũ viro parueris,noli mihi proponere, quæ ab eo fieri deceant,sed ea quibus te legislator fecit obnoxiam diligenter exequere. Hoc enim est maxime Deo parere,si aduersa etiam patiens, legem non præuaricaris. Propterea qui amicum amat,nihil sibi magnum facere videtur. Qui verò exosum colit, hic maximè coronatur. Eodem & tu modo considera, quod si modestum virum pertuleris & mansuetum, quod nam tibi præmium Deus dabit? si autem immodestum,clarissimam coronam accipies. Hæc autem dico, non vt viros in mulieres exasperari admoneam,sed suadeo mulieribus,vt viros etiam asperiores perferant. Quando enim vterque suum nititur implere officium, etiam proximi vtilitas sequitur,vt exempli gratia,qñ mulier asperiorem virum perferre parata est,& uir molestiorem etiam mulierem contumelia non afficit, tunc omnia quieta sunt,& portus ibi trãquillissimus patet. Ita prisćis fiebat temporibus, suum vnusquisq; officium implebat,non quod proximum deceret, requirebat. Confidera quæso,accepit fratris filium Abraham,scilicet Loth in domum suam,non accusauit vxor: iussit vt longum iter faceret,non contradixit, sed mandatũ secuta est. Item post multas illas miserias,sudores, & labores,omniũ dominus factus, cessit ipsi Loth Abraham prælatione illa,& non solum non ægre tulit Sara neque quidquam tale locuta est,quemadmodum multæ hoc tempore mulieres assolent, cum in huiusmodi partibus uiros suos inferiores videant,& maximè minoribus comparatos eos stultos,dormientes, effœminatos,proditores,stupidos,exprobrando appellat. At Sara non modo tale quidquam non dixit, sed nec cogitauit quidem. Cumque vir eius multa vellet aggredi difficilia, propter ea vt Loth consobrinum suũ ab hostibus liberaret,illa tacuit,nec viri contradixit voluntati. Sed animaduerte quomodo vterque decorẽ seruat. Neque Abraham Saram tanquam sterilẽ contempsit,neque quidquam tale exprobrauit. Infra: Si alteris,qui dextram nobis maxillam percutiant, euã simistram præbere oportet; longè magis asperior vir ferendus est. Neque verberandam vxorem dico,absit. Vltima namq; ignominia est,non eius quę verberatur, sed eius qui verberat. Sed si casu aliquo talẽ nacta fueris maritum,noli ægre ferre, sed repositum tibi ex his præmium intellige,& in præsenti uita laudem. Et vos viros illud admoneo,nullum sit tam graue peccatum,quod ad verberandam vxorem vos compellat & quid vxorem dico? Ne seruam quidem verberare, & manus in eam inijcere,viro libero esset tolerandũ. Quod si seruam verberare, viro maximæ ignominiæ est,multo magis contra liberam dextram extendere. Et hoc a gentium legislatoribus cognoscere licet, qui quæ vapulauerit non amplius cum marito habitare cogunt,vt pote qui indignus sit,vt cum ea amplius cõsuetudinem habeat. Etenim summa iniuria est, vitæ sociam & in rebus necessarijs antea tibi coniunctam, tanquam mancipium,ignominia afficere. Ideo huiusmodi virum,si quidẽ vir appellandus est potius quã fera,& patricidæ, & matricidæ, similem esse dixeris. Nam si patrem, & matrem, vxoris gratia relinquere præcipimus,non vt iniuriam eis faciamus,sed diuinã legem impleamus; & ipsi parentibus tam gratum hoc est,vt relicti gratiam habeant, & id multo studio exequantur. *Ho. 26. in 1. epist. Pauli ad Corinthios. to. 4.* *Gen. 12.* *Gen. 13.* *Gen. 2.*

quantur. Quonam pacto non vltimæ dementiæ est eam contumelia afficere propter quam parentes dimittendos præcepit? Nonne hoc tantum insania? infamiam autem quis ferat quæso? Quando vlulatus & gemitus per angiportus tolluntur, & tam turpis viri domum a vicinis & prætereuntibus concurritur, tanquam ad feram quandam omnia domi vastãtem; cur sane esset melius vt terra dehisceret, quã amplius in foro conspiceretur. Sed incitat mulier inquis Verum considera mulierem debile vas esse. Tu autem vir propterea princeps factus es, & capitis loco datus vt subditæ feras imbecillitatem. Velis igitur tuum illustrare principatum, quod facies si subditæ non insultaueris; & quemadmodum rex tanto clarior apparet, quanto præfectum suum clariorem ostendit, quẽ si inhonoraret, & contumelia illius dignitatis magnitudinem afficeret, non paruam gloriæ suæ partem auferret: itidem & tu si illam, quæ post te secundũ obtinet locuum, contumelia afficis, non parum tui principatus honori derogas. Hæc igitur omnia tecum reputa & modestus sis, & cum his, illius noctis recordare, qua aduocato te ad se pater tanquam depositũ quoddam filiã dedit tibi & omnibus relictis, matre, domo, & se ipso, omnem eius curam tuæ dextræ commisit. Portus est mulier: & maximum securitatis remediũ. Quod si ventis & fluctibus portum liberaueris, ex foro reuersus tranquille vives. Quod si perturbatione & tumultu impleueris, tibi ipsi longe grauius strues naufragium. Quotiescumq; ergo aliquid molesti domi contigerit, si quid vxor peccauit, consolare, & noli mærorem augere. Licet enim omnia proijcias, nihil molestius continget quam non habere domi beneuolam vxorem; licet quodcunque dixeris peccatum, nullum magis dolendum inueneris, quam cum vxore seditionem habere. Quod si inuicem onera ferenda sunt, multo magis vxoris, Et si pauper sit, noli exprobrare, etsi stulta noli ei insultare sed esto modestior: etenim caro vna facti estis. Sed stulta est, ebria, iracũda. Igitur dolendum est, non irascendum; & Deo supplicandum est, & ipsa admonenda, & adiuuenda cõsilio, & omni conatu annitendum vt illis liberetur affectibus. Quod si verberaueris exasperabis morbum; asperitas enim mansuetudine, non alia asperitate dissoluitur. Fertur quendam externorum philosophorũ cum vxorem haberet prauam, temulentam, & interrogaretur qua gratia eius mores toleraret, respondisse: vt gymnasium & palestram philosophię domi habeã, ero enim, inquit, cum alijs mãsuetior, cum in ea quoti die toleranda erudiar. Multum ego doleo quod gentiles nobis sint sapientiores; nobis inquam, qui angelos imitari iubemur, vel potius ipsum Deum per mãsuetudinem. Admoneo ergo vt primum omnia faciãt homines, & conentur, vt bonam accipiant vxorem, & omnes plenam virtutis. Quod si falli contingeret, vt neque bonam neque tolerabilem vxorem domum duceret: tunc philosophum hunc imitari, & eam omni ex parte informare, & nihil eiusmodi proponere oportet. Nam & mercator nisi cum socio pacta faciat, quibus pacifice inter se viuant, non prius deducit nauem, neq; alias tangit merces. Itidem & nos omnia faciamus, vt vitæ lociam, & huius negotiationis, & nauis, summa cum tranquillitate domi contineamus. Hoc pacto cætera omnia tranquilla succedent, & securæ præsentis vitæ pelagus transmittemus. Hęc nobis domo, seruis, pecunijs, agris, & omnibus denique rebus honorabilior sit, ne ve ipsa nobis cum domi in seditione, & discordia viuat. Ita & alia nobis ad voluptatem cedent, & in rebus spiritalibus multam habebimus commoditatem: si vnanimes hoc iugum traxerimus, & omnia recte transigerimus, & quæ nobis reposita sunt bona consequemur.

HIERONYMVS refert mirabile dictu quòd ante annos plurimos, cũ in chartis Ecclesiasticis iuuaret Damasum Papam, vidit duo inter se paria vilissimorum e plebe hominum comparata, vnum qui viginti sepeliisset vxores, altera quæ vigesimum secundum habuisset maritum, extremo sibi, vt ipsi putabãt, matrimonio copulatos. Infra: Vidua quæ iudicio Dei virum habere desijt, illud lætabunda congeminet, Dominus dedit, Dominus abstulit, & oblatam occasionem arripiat libertatis, vt sui corporis habeat potestatem, nec rursum ancilla fiat hominis. Infra: Quod si post diluuium, & ante diluuium viguit ista sententia, crescite, & multiplicamini, & replete terram. Quid ad nos in quos fines sæculorum decurrerunt, quibus dicitur: Tempus breue est: Tempus amplexandi: & tempus longe fieri ab amplexibus. Hieremias captiuitate propinqua vxorem prohibetur accipere. Ezechiel in Babylone, Mortua, inquit, est vxor mea, & apertum est os meum. Nec ducturus uxorem, nec ille qui duxerat, possunt in opere coniugali libere prophetare.

IDEM inquit: Nihil in Marcella laudabo, nisi quod orba patris morte, viro quoq; post nuptias septimo mense priuata est: Cumq; eam cerealis (cuius clarum inter consules nomen est) propter ætatem, & antiquitatem familiæ, & insignem (quod maxime viris placere consueuit) decorem corporis, & morum temperantiam, ambitiosius peteret, suasq; longæuus polliceretur diuitias, & non quasi in vxore, sed quasi in filiam vellet donationem transfundere, Albinaque mater tam clarum præsidium viduatæ domus vltro appeteret, illa respondit, si vellem nubere, & nõ æternæ me cuperem pudicitiæ dedicare, vtique maritum quærerem non hæreditatem.

IDEM refellens primã eius hæresim qua asserebat in matrimonio & virginitate viuere, eiusdem esse meriti, sic habet: Opponã in prima fronte Apostolũ Paulũ, inter cetera per litteras Corinthij quæsierant, vtrum post fidem Christi cælibes esse deberent, & cõtinentiæ causa quas habebant vxores dimittere: an si virgines credidissent inirent matrimonia. Videamus quid ad hæc Paulus rescripserit. De his autem quæ scripsistis mihi, bonum est homini muliere non tangere &c. Vox proprij corporis non habet potestatẽ, sed vir, similiter, & vir proprij corporis sui nõ habet potestatem sed vxor &c. Dico autem innuptis, & viduis, bonum est eis si sic permanserint, vt ego. Infra: Nolite fraudare inuicem, nisi forte ad tempus, vt vacetis orationi. Oro te quale illud bonum est, quod orare prohibet? Quod corpus Christi accipi non permittit? Quamdiu impleo mariti officium non impleo Christiani? Petrus Apostolus experimentum habens coniugalium vinculorum, vide quid doceat Christianos; similiter viri quasi infirmiori vasculo muliebri tribuentes honorem, vt non impediantur orationes vestræ. Ecce eodem sensu quo Paulus impediri dicit orationes officio coniugali. Infra. Indi, vt omnes pene barbari, vxores plurimas habent. Apud eos lex est, vt vxor charissima cum defuncto marito cremetur. Hæ igitur contendunt inter se de amore viri, & ambitio summa certantium est, ac testimonium castitatis, dignam morte decerni. Itaq; victrix in habitu ornatuque pristino iuxta cadauer accubat: amplexans illud, & deosculans, & suppositos ignes, pudicitiæ laude contemnens. Puto quæ sic moritur, secundas nuptias non requirit. Xenophon in Cypri maioris scribit infantia, occiso Abradatæ viro, quã Panthea vxor miro amore dilexerat, collocasse se iuxta corpus lacerum: & confosso pectore sanguinem suum mariti infudisse vulneribus. Iustam causam regis occidendi putauit uxor, quam amicus nudam amico suo, & ignorantem monstrauerat. Iudicauit enim se non amari, quæ & alteri posset ostendi. Rhodogune filia Darij post mortem viri, nutricem, quę illi secundas nuptias scadebat occidit: Laodamia poetarum ore cantatur,

occiso

Epist. 11. ad Geruntiã. to. 4.

Iob 2.

Gen. 1. 1. Cor. 10. 1. Cor. 7.

Epist. 16. quæ est ad Principiã virg. Marcellæ viduę epitaphiũ. to. 3.

Li 1. aduersus Iouin. to. 2.

1. Cor. 7.

occiso apud Troiam Protesilao, noluisse superuiuere. Martia Catonis filia minor, cum quereretur ab ea, cur post amissum maritum denuo non nuberet, respõdit. Non se inuenire virum, qui se magis vellet quam sua. Quo dicto ostendit diuitias magis in vxoribus eligi solere quam pudicitiam, & multos, non oculis, sed digitis vxores ducere. Optima sane res quam auaritia conciliat. Eadem cum lugeret virum, & matronæ ab ea quærerent, quem diem haberet luctus vltimũ, ait. Quem & vitæ. Anniam cum propinquus moneret, vt alteri viro nuberet, esse enim ei, & ætatem integrã, & faciem bonam: nequaquam inquit, hoc faciam. Si enim virum bonum inuenero, nolo timere ne perdã, si malum quid necesse est post bonum pessimum sustinere? Valeria Messalarum soror amisso seruio viro nulli volebat nubere. Quæ interrogata cur hoc faceret, ait, sibi semper maritum Seruium viuere. Fertur Aureus Theophrasti liber de nuptijs, in quo quærit an vir sapiens ducat vxorem? Et cum definisset si pulchra esset, si bene morata, si honestis parẽtibus, si ipsę sanus ac diues, sic sapientè aliquando inire matrimonium, statim intulit, hæc autem in nuptijs raro vniuersa concordant. Non est ergo vxor ducenda sapienti. Primum enim impediri studia philosophiæ, nec posse nenquam libris, & vxori pariter inseruire. Multa esse, quæ matronarum vsibus necessaria sunt, pretioseę vestes aurum, gemmę, sumptus ancillæ, suppellex varia, lecticæ. Deinde per noctes totas garrulæ con quę-
18 stiones, illa ornatior procedit in publicum, hæc honoratur ab omnibus, ego in conuentus fœminarum misella despicior. Cur aspiciebas vicinam? Quid cũ ancillula loquebaris? Alterius amorem, suum odium suspicatur. Si doctissimus præceptor in qualibet vrbiũ fuerit, nec vxorem relinquere, nec cũ sarcina ire possumus. Pauperem alere difficile est: diuitem ferre, tormentum. Adde quoniam nulla est vxoris electio, sed qualiscumque obuenerit habenda. Si iracunda, si fatua, si deformis, si superba, si fœtida, quodcunq; vitij est, post nuptias discimus. Equus, asinus, bos, canis, & vilissima mancipia, vestes quoq; , & lebetes, & vrceolus fictilis, probantur prius, & sic emuntur. Sola vxor non ostenditur, ne ante displiceat quam ducatur. Attendenda semper eius est facies, & pulchritudo laudãda: ne si alteram aspexeris, sed existimet displicere. Quoscunq; illa dilexerit, ingratis amandi. Si totã dotem regendam ei commiseris: seruiendum est. Si aliquid tuo arbitrio reseruaueris, fidem sibi haberi non putabit, sed in odium vertetur ac iurgia? Si intromiseris ad eam viros, periculum pudicitiæ est: si prohibueris suspicionis iniuria. Verum quid prodest etiam diligens custodia, cum vxor impudica seruari non possit, pudica non debeat? Infida enim custos est castitatis necessitas, & illa vere pudica dicenda est, cui licuit peccare si voluit. Pulchra cito adamatur, fœda facile concupiscit. Difficile custoditur, quod plures amant. Molestum est possidere, quod nemo habere dignetur. Minore tamen miseria deformis habetur, quã formosa seruatur. Nihil tutum est in quod totius populi vota suspirant. Alius forma, alius ingenio, alius facetijs, alius liberalitate sollicitat. Aliquo modo vel aliquan-
19 do expugnatur, quod vndique incessitur. Vxor in eo se existimat dominam, si aduersus viri faciat voluntatem, id est, quod placet, non quod iubetur. Quod si bona fuerit, & suauis vxor (quæ tamen rara auis est) cum parturiente gemimus, cum periclitante torquemur. Porro liberorum causa vxorem ducere, vt vel nomen nostrum non intereat, vel habeamus senectutis præsidia, & certis vtamur heredibus stolidissimũ est. Quid enim ad nos pertinet recedentes e mundo, si nomine nostro alius nominetur? Aut quæ senectutis auxilia sunt enutrire domi, qui aut prior te forte moriatur, aut peruersissimis sit moribus? Aut certe cum ad maturam ætatem venerit, tarde ei videaris mori? Heredes autem meliores & certiores, amici sunt, & propinqui, quos iudicio deligas, quam quos velis nolis habere cogaris. Licet certior hereditas sit quoad viuis bene vti substantia tua, quàm tuo labore quæsita, in incertos vsus relinquere, hactenus Theophrastus. Cicero rogatus ab Hircio, vt post repudium Terẽtiæ sororem eius duceret, omnino facere superfedit dicens: non posse se vxori, & philosophiæ pariter operam dare. Quodam tempore, cum infinita conuitia ex superiori loco ingerenti Xantippæ restitisset Socrates vir eius, aqua perfusus immũda, nihil amplius respondit, quam capite detorso, sciebam, inquit, futurũ, vt ista tonitrua imber sequeretur. Philippum regem Macedonum introeuntem ex more cubiculum vxor excluſit irata, qui exclusus tacuit. Gorgias Rhetor librum pulcherrimum de concordia Græcis tunc inter se dissidentibus recitauit Olympiæ. Cui Melantius inimicus eius: hic nobis, inquit, de concordia præcipit, qui se & vxorem, & ancillam eius in vna domo concordare non potuit. Aemulabatur quippe vxor ancillulæ pulchritudini, & castissimum virum quotidianis iurgijs exagitabat. Legimus quẽdam apud Romanos nobilem, cum eum amici arguerent, quare vxorem formosam & castam, & diuitem repudiasset, protendisse pedem, & dixisse eis: & hic soccus, quem cernitis, videtur vobis nouus, & elegans, sed nemo scit præter me, vbi me præmat. Epicurus voluptatis assertor rarò dicit sapienti ineunda coniugia, quia multa incommoda admixta sunt nuptijs. Graue autem aiebat esse viro sapienti venire in dubium: vtrum bonã an malam ducturus sit.

IDEM sic ait; Phoroneus rex, qui legum thesauros populis prædicare non inuidit, sed is primus Grę- 20
corum studia deauraut, die qua viã vniuersitatis ingressus est, ait Leontio fratri suo, ad summam fœlicitatem nihil mihi deesset, si vxor mihi semper defuisset. Cui Leontius: & quomodo vxor obstat? At ille
mariti omnes sciunt. Amice vtinam tu semel maritus fueris, & non sis vt scias quid fœlicitatem impediat.
Infra: Paccuius flens, ait Arrio vicino suo: Amice arborem habeo in horto meo infelicem, de qua prima vxor mea se suspendit, postmodum secunda, iam nũc tertia. Cui Arrius: miror te in tot successibus lachrymas inuenisse. Et iterum: Dij boni, quot tibi displẽdia arbor illa suspendit. Amice da & mihi de arbore illa surculos, quos seram. Amice timeo, ne te oporteat arboris illius surculos mendicare, cum iam inueniri nõ poterunt. Sensit Sulpitius ubi ipsum calceus suus premebat, qui ab vxore nobili, & casta diuertit. Amice caue tibi, ne te præmat calceus tuus, qui auelli nõ possit. Ait Cato Vticensis: Si absque fœmina posset esse mundus, conuersatio nostra nõ esset abiq; Dijs. Amice, Cato nonnisi vera, & cognita loquebatur, nec quisquam fœminarũ execratur ludibria, nisi lusus, & expertus, & conscius pœnæ. Si vxorari oportet, sit amor in causa, non census, & faciem vxoris eligas, non vestem, & animum, non aurum, & tibi nubat vxor, non dos.

IDEM explicans verba illa; Ab ea quæ dormit 21
in sinu tuo, custodi claustra oris tui. sic habet: Apostolus mulieres vas infirmum vocat, & eis a maritis suis
exhiberi honorem iubet; nõ enim creatus est vir propter mulierem, sed mulier propter virum, & vxor, inquit, vt timeat virum. Vxorem timere est, vt cum timore virum diligere, viri tantum diligere, quia dilectio perfectorum est. Viri, ait, diligite vxores vestras,
& nolite amari esse ad illas, licet illæ ad iracundiam prouocent, & talia faciant per quæ mereantur amaritudinem sustinere.

AMBROSIVS sic ait; Conferamus, si placet, 22
bona mulierum nuptarum cum vltimis virginum. Iactet licet fœcundo se mulier nobilis partu, quo plures generauit, plus laborat. Numerat solatia filiorũ,
sed nu-

In epist. Pa
lerij ad
Rufinum,
in cuius o
sedet, ne
vxorem du
cat. 10. 9.

Li. 2. in ci
7. Michæ.
10. 5.
1 Thess. 4.
Eph. 5.
Eph. 5.
Li. 1 de vir
ginibus t. 4

sed numeret pariter & molestias. Nubit & plorat. Qualia sunt vota, quæ flentur? Concipit & grauescit. Prius vtique impedimentum fœcunditas incipit afferre, quam fructum. Parturit, & ægrotat. Qua dulce pignus, quod a periculo incipit, & in periculis desinit, prius dolori futurum quàm voluptati. Periculis emitur, nec pro arbitrio possidetur. Quid recenseam nutriendi molestias, instituendi, & copulandi? Fœlicium sunt istæ miseriæ. Habet mater heredes, sed auget dolores. Nam de aduersis non oportet dicere, ne sanctissimorum parentum animi contremiscant. Vide, mi soror, quam graue sit pati, quod non oportet audiri. Et hæc in præsenti sæculo. Venient autem dies, in quibus dicent: Beatæ steriles, & ventres, qui non genuerunt. Quid ergo famulatus graues, & addicta viris seruitia replicem fœminarum, quas ante iussit Deus seruire, quam seruos? Quibus hoc si probæ sunt, merces est charitatis, si improbæ, pœna delicti.

23 IDEM docens; In coniuge non pulchritudinem corporis, sed morum requirendam dicit. Cur tu vultus decorem in coniuge, magis quam morũ requiras? Placeat vxor honestate, magis quam pulchritudine, illa eligatur, quæ Saram moribus referat. Non est vitiũ mulieris esse, quod nascitur, sed vitium viri est quærere in vxore quo sæpe tenetur, in quo si infirmior fuerit mulier ipsa labatur, si fortior vir periclitetur. Non possumus reprehendere diuini artificis opus, sed quẽ delectat corporis pulchritudo, multo magis illa delectet venustas, quæ ad imaginem Dei est intus.

24 IDEM inquit: Seruanda sunt coniugia, diligenda data nobis consortia. Et si hi qui longinquis fuerant ortus sui tempore regionibus separati, inter se conuenerint, & si vir ad peregrina contenderit, nulla longinquitas, nulla absentia complacitã minuat charitatem. Eadem lex præsentes absentesq; connectit, idem naturæ vinculum inter distantes, & consistẽtes, coniugalis charitas iura constringit: Eodem iugo benedictionis vtriusque colla sociantur, etiam si alter obeat separatarum regionum longa diuortia: quia nõ corporis ceruice sed mentis, iugum gratiæ receperũt. Vipera nequissimum genus bestiæ, & super omne, qđ serpentini est generis astutior, vbi coeundi cupiditatem assumpserit, murænæ marinæ notum sibi requirit, copulam vel nouam præparat, progressiq; ad littus sibilo restificata præsentiam sui, ad coniugalẽ amplexum illam euocat. Muræna autem inuitata non deest, & venenatæ serpenti expetitos vius suæ impertit coniunctionis. Quid sibi vult sermo huiusmodi, nisi ferẽdos esse mores coniugum, etsi absens est, eius operiendam præsentiam, sit licet asper, fallax, inconditus, lubricus, temulentus? Quid peius veneno, quod in coniuge muræna non refugit? Vocata non deest, & serpentis lubricum cum sedula charitate complectitur. Ille tua mala portat, & leuitatis fœmineæ facilitatem, tu virum tuum non potes o mulier sustinere? sed

25 dices, horridus & incultus est. Semel placuit. Nunquid vir frequenter est eligendus? Comparem suum, & bos requirit, & equus diligit, etsi mutetur, trahere iugum nescit compar alterius. Tu iugalem repudias tuum: & putas sæpe mutandum, etsi vno defuerit, de suspicaris riualem, & statim incognitam pudoris exeq̃ris iniuriam. Vipera absentem requirit, absentem vocat, & blando proclamat sibilo, atq; vbi aduentare comparem senserit, venenum euomit, reuerentiã marito exhibens, verecundata nuptialem gratiam. Tu mulier aduenientem de longinquo maritum cõtumelijs repellis. Tulitiũ moues venenum, nõ reijcis, tu coniugalis amplexus tempore dirum virus exæstuas, nec erubescis nuptias, nec reuereris maritum. Sed etiam tu vir, depone tumorem cordis, asperitatem morum. Cum tibi sedula vxor occurit, propelle indignationẽ, cum blanda coniux ad charitatem prouocat, non es Dominus, sed maritus, non ancillam sortitus es, sed vxorem. Gubernatorem te Deus voluit esse sexus inferioris, non præpotentem. Redde studio vicem, redde amori gratiam. Vipera venenum suum fundit, tu non putes duritiam mentis deponere, sed habes, naturalem rigorem debes temperare cum contemplatione coniugij, reuerentia coniunctionis. Duos primum Deus fecit, Adam, & Euam, hoc est virum, & vxorem, de viro hoc est de costa Adam: & iussit ambos esse in vno corpore, & in vno spiritu, vt mutuo se diligant.

26 IDEM explicans qua ratione Abraham in Ægyptum descendens cum Sara vxore sua ei præceperit, vt diceret eam non esse coniugem, sed sororem timẽs ne propter illius pulchritudinem ipse occideretur, docet, qualis sit quærenda vxor, & dicit: His docemur non magnopere decorem quærendum coniugis, qui viro necem plerumque gignere soleat. Non enim tã pulchritudo mulieris, quam virtus eius, & grauitas delectat virum. Qui suauitatem quærit coniugij, nõ tam superiorem, censu ambiat, quam necessitates non terreant maritales, non monilibus ornatam, sed moribus offendit plerumque virum, si se vxor nobiliorẽ nouerit. Hæc proxima superbiæ sunt. Sara non facultatibus ditior, non genere splendidior erat. Ideo virũ imparem non putabat, ideo non censu est retenta, nõ parentibus, non propinquis, sed virum propriũ quocunque pergeret sequebatur, externa adijt, sororem se eius asseruit, contenta si ita esset necesse, se periclitari pudore, quam virum salute. Vt tueretur maritũ, mentita est germanitatem, ne insidiatores pudoris eius, tanquam æmulum, & vindicem vxoris necarent.

Libro 1. de Abraham patriar. c. 2. to. 1.
Gen. 12.

27 IDEM docens quòd Rebeccæ post desponsationem cum Isaac dixerunt parentes, vis ire cũ viro isto, non consulta de matrimonio, sed de itinere inquit: Consulitur puella non de sponsalibus, (illæ enim iudicium spectant parentum: non est enim virginalis pudoris eligere maritos) sed iam desponsata viro, de profectionis consulitur die. Vnde illud Euripideon, quod mirantur plerique vnde translatum sit, manifestum est. Ait enim in persona mulieris, quæ tamẽ maritũ uolebat relinquere, & ad alias petebatur nuptias, sponsalium quidem meorum pater meus curam subibit, hoc enim non est meum. Ergo quod ipsi philosophi mirati sunt, seruate virgines. Mulier expetita magis debet videri a viro, quam ipsa virum expetisse. Verecundiam præmittat antequã nubat, quo ipsũ coniugium plus commendet uerecundia. Nec illud otiosũ, quod cum veniret Rebecca vidit Isaac ambulantem, & cum interrogasset, quis esset, cognito quod ipse esset, cui duceretur vxor, descendit, & caput suum obnubere cœpit, docens uerecundiam nuptijs præire debere, inde enim & nuptiæ dictæ, quòd pudoris gratia puellæ se obnuberent.

Lib. cod. de Abrahãpatriar. c. 9. Gen. 24.
Ibidem.

28 AVGVSTINVS sic habet: Habent id bonum coniugia, vt in mutua sint vir & vxor amicitia, & societate. Habent etiam, quod carnalis vel iuuenilis incontinentia reprimitur, & temperatur. Est etiam mutua fides quam Apostolus docet cum dicit, mulier non habet potestatem sui corporis, sed vir, &c.

Lib. de bono coniug. contra Iouinianum. to. 6.
1. Cor. 7.

29 IDEM explicans illa uerba; Si acceperis vxorẽ non peccasti, & si nupserit uirgo non peccat: tribulationẽ tamen carnis habebunt huiusmodi inquit: Hoc modo exhortatur ad uirginitatem continentiamque perpetuam, vt aliquantulum etiam a nuptijs deterreret, modeste sane non tanquam a re mala, & illicita, sed tanquam ab onerosa, & molesta. Tribulatio autem est in suspitionibus zeli coniugalis, in procreandis filijs atque nutriendis, in timoribus, & mæroribus orbitatis. Quoties enim quisque cum se connubij vinculis alligauerit, non istis trahatur atq; agitetur affectibus? Quos neque nos exaggerare debemus, ne ipsis non parcamus, quibus parcendum existimauit Apostolus.

Lib. de sancta virginitate. c. 16.
1. Cor. 7.

solus. Hoc enim significauit Apostolus postquam dixit, tribulationem carnis habebunt huiusmodi addēs, ego autem vobis parco, hoc est, nolo recensere labores, qui hunc commitantur statum.

Mors propria taliter contemnebatur, & optabatur a sanctis, quòd etiam timebatur, aliena autem flenda, maximè autem impiorum. Cap. IX.

1 DE morte diximus multa lib. 4. cap. 1. in exequijs defunctorum, vnde pauca restant adnotanda in hoc capite. Et Origenes in primis inquit: Socrates cū venenum ebiberet in carcere moriturum se præscie-

Li. 1. cōtra Celsū. c. 4.

bat, & poterat quidem si Critoni credidisset, carcerē exeundo, eorum nil pati, sed, vt æquius illi est visum, potius duxit vt philosophus mori, quam nō philosophice in posterum viuere. Et Leonidas Lacedæmoniorum præfectus, vbi se vidit, cum his simul qui secum essent, iam moriturum, non illud curauit, vt turpiter viueret, sed socijs hæc ille præfatus est: Eia comites prandeamus, vt paulo post apud inferos cœnaturi. Quibus itaq; curæ fuerit historias hasce colligere, comperturi haud dubie sunt istius modi pleraque. Et Christus, etsi præsciret venturam mortem, non illam declinabat Immo & Paulus huius discipulus vbi audisset qualia essent ascēdenti sibi Hierosolymam occursura, simul & discrimina inuadebat intrepidus, hos increpans qui se deplorarent, prohiberentque ne Hierosolymam adiret ubi a Iudæis interfici potuisset. Mortemq; paruipendens non solum alligari, sed & mori se paratum dicebat.

2 CHRYSOSTOMVS agens de morte Iacob, qui mortuus est in Ægypto ait: Non dicas miserum

Ho. 66. in Gen. to. 1.

eum, qui in alieno solo vitam finit, neq; eum qui in solitudine ex hac vita discedit. Neque enim ille dignus vt miser dicatur, sed qui in peccatis mortuus est, etiā super lectum, etiam si præsentibus amicis omnibus spiritum exhalet. Et ne mihi frigida illa verba ridiculaque & insipientiæ plena dicat aliquis: quòd ille cane vilius est mortuus nullo familiarium præsente: neque sepulturæ, & funus ei contigerunt: Non est hoc o homo cane ignominiosius mortuum esse. Quid enim ille damni sensit? Sed si caret virtutis amictu se tegente. Nam quod hoc non offendat iustum virtute prędi tum, disce, quia plerique iustorum, Prophetas dico, et Apostolos, vbi siti sint, paucis exceptis, ignoramus. Et alij quidem capite truncati, alij lapidati mortui sunt, & nullus de illis dicere ausus fuerit, quòd ignominiosa sit eorum mors, sed sequetur diuinam Scripturam

Ps. 115.

dicentem, Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. Et sicut mortem sanctorum preciosam vocauit, audi quomodo, & mortem peccatorum malam vocet. Mors enim inquit, peccatorum mala. Atque

Ps. 33.

etiam si domi suæ moriatur, & muliere & filijs præsentibus, & familiaribus, & notis adstantibus, virtute autem careant, mala horum mors est. Sic etsi in aliena terra super pauimentum quis iacens, & quid dico si in aliena? etiam si in latrones incidat, etiam si a bestijs deuoretur, virtute autem præditus sit: pretiosa eius mors erit. Beati ergo sunt, qui clari virtutibus hinc migrant: sicut & miseri, qui in peccatis moriuntur.

3 IDEM agens de morte Iacob ait; Et subleuauit

Ho. 67. in c. 49. Gen.

pedes suos super lectum, & defecit, & appositus est ad populum suum. Vide mortem iusti magno miraculo plenam. Subleuauit pedes in lectum suum, quasi cum voluptate rem aggrederetur. Infra: Planxerunt Aegyptij Iacob planctu magno. Et planxit Ioseph septem dies. Tempus cogita, quo facta sunt hæc, & ab omni culpa libera Ioseph. Nondum enim fuerant portæ inferi confictæ, neque inferni vincula dissoluta, neque mors dicebatur dormitio. Et idcirco quia timuerunt mortem, hæc faciebant. Tunc autem propter gratiam Christi, quia mors facta est somnus, & consummatio quies, quasi de vita in vitam transferendi: Sic exultemus. Et quid dico de vita in vitam? De deteriori ad meliorem, de temporali ad æternam, de terrena ad cœlestem.

IDEM explicans uerba illa: Recedite nō est mor 4
tua puella, sed dormit inquit: His verbis docet nō esse *Ho. 32. in*
timendam mortem, cum ad conditionem somni iam *Matt. to. 2.*
redacta sit. Infra: Nemo ergo defunctos ploret: nemo lugeat. Quid frustra fles, si mortem in somnum redactam esse credis? Quid te cædis, & luges? Gentes id faciunt, quia non credunt. Cunque gentiles, qui nihil de resurrectione acceperunt, consolandi rationes inueniant, magno animo dicentes, nec enim facere poteris, vt quod factum sit non esse factum videatur, nec lugēdo charissima pignora excitabis, tu qui sublimioris philosophiæ præcepta quotidie audis, non erubescis grauius illis, in tuo casu exagitari? Non enim dicitur tibi, fortiter feras, non potes facta infecta facere, sed æquo animo feras, dormit enim puella tua, nō est mortua, quiescit, non est perdita, resurget, & æterna in posterum atque immortali vita viuet. Non audis pro
phetam dicentem: Conuertere anima mea in requiē *Ps. 114.*
tuam: quia Dominus benefecit tibi? Beneficiū Deus hanc rem vocat, & tu ploras? Et quid nam faceres, si hostis, si inuidus, si inimicus esses defuncti? Nam si quempiam flere oportet, Diabolum certe oportet. Ille igitur pectus pugnis cedat, ille grauiter ferat, quoniā ad immortalitatem mortui tendunt, illum hi clamores & fletus decent, non te qui ad requiem proficisceris, & certe harum turbationum omnium tranquillus quidam portus in morte est. Examina quot quantaq; mala sunt in hac vita, tecum ipse recense quoties præsentibus rebus maledixisti, cum semper in peius, & videris & videas omnia ruere: quamuis, & abinitio non
parua pœna huic vitæ sit attributa. In doloribus, in- *Gen. 3.*
quit, paries filios, & in sudore vultus tui comedes panem tuum, & in mundo tribulationem habebis. Nihil *Ioann. 16.*
tamen huiusmodi de futuris rebus scribitur, sed totū oppositum, effugit, inquit, dolor, & gemitus, & tristitia. Et rursum ab Oriente atque Occidente venient, *Isa. 33. Matt. 8.*
& recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob. Cur 5
ergo defunctum exagitas? Cur committis, vt timeant mortem alij atque formident, sed quid faciā inquies? Talis quædam res natura parentum est. Non est naturæ ista culpa, non est rei ipsius, sed nos qui omnia huc atque illuc impellimus, molles nimium atq; deiectos nostros animos efficimus, & diuinam nostram perdimus nobilitatem, & simul infideles facimus duriores. Quomodo enim de immortalitate animæ secū disputabimus? Qua ratione resurrecturos nos illis persuadebimus, cum longe magis quam illi mortem formidemus? Multi enim apud eos cum nihil de immortalitate animæ crederent, nihilominus mortuis filijs, vt inanem quandam gloriam consequerentur, corona orna ti, & candidam induti vestem, in publicū prodierūt: sed hæredem non habeo inquies nec quem rerū mearum successorem constituam. Ego vero te libenter interrogarem, tuarum ne rerum an cęlorum malis filios tuos esse hæredes? & vtrum magis desideres caduca hæc, & corruptibilia possidere ab illis, quæ tamē post omnino essent relicturi, an stabilia illa, & æterna? Nō habes hæredes filios, sed habet illos pro te Deus: non hęredes facti sunt fratrum suorum, sed facti sunt Christi cohæredes. Sed cui pretiosas, inquies, vestes nostras, cui magnificas ædes, cui agros relinquemus? illis ipsis profecto, & multo tutius quam si uiuerent. 6
Nam si multæ barbaræ gentes vna cum defunctis res eorum cremare solent, quanto æquius defuncto tu filio tua tradere potes, non vt in cinerem redigantur, sed vt glorioſum magis illum reddant. Putas cum maculis inquinatum abisse, da illa sua, ut illis se a maculis detergat. Sed videre, inquies, ipsum cupio, certe ne

dubita

dubita cito te ad ipsum profecturum, illud etiam tecum versa, qm̃ si hac oratione nequaquam tibi persuadebimus, natura ipsa temporis tibi persuadebit. Nam multitudine dierum absq; aliqua mercede consolaberis. Quod si statim in tuorũ morte philosophari volueris, duas res maximas cõsequeris. Nam & interea tranquilliori animo viues: & diuina retributione fulgentissimam habebis coronam. Sed intolerabilis tibi casus tuus videtur. Propterea ergo, defuncti gratia plorandũ non est, qm̃ a multis huiusmodi casibus liberatus est. Noli ergo cogitare, quòd nõ redibit vnquam domum tuam filius, sed quia, & tu paulo post ad ipsum gradieris. Si in peccato mortui sunt, finẽ tñ peccandi habuerunt. Nam si pœnitentiã essent acturi, Deus cui omnia patent, non antequã eam egissent, ipsos rapuisset. Sin vero iusti decesserunt, euaserunt a periculis, & tuti supremam beatitudinem possidẽt. His rebus omnibus planum factum est, non esse amoris has lachrymas, sed turbationis, & animi parum sapientis: Nam si defunctum diligeres, gauderes vtiq;, quia fluctus præsentis vitæ pernauigauit. Si ad imperandum, regnandumq; hoc caduco mortaliq; regno filius tuus abijsset, nolles eum inde redire vt ipsum videres: nunc vero cum ad maiora melioraq; regna processerit, parui temporis absentiam ferre non poteris? Reddidisti depositum, quod tibi creditum erat: non sis ergo solicitus si vides in inuiolabili ærario thesaurum tuum esse depositum.

Ho. 32. in Matt. *Ho. 48 ex imperfecto in c. 24. Matth.* *Psal. 114.* *Gen. 3.* *Matt. 6.* *Ioann. 16.* *Isa. 33.* *Matt. 8.*

7 IDEM explicans uerba illa: Quod signum aduentus tui, & consummationis sæculi ait: Omnibus laboratibus, dulcis est finis. Viator libenter interrogat vbi est mansio, mercenarius frequenter computat quando annus completur, agricola semper tempus messis expectat, negotiator die ac nocte thecæ suæ discutit rationem, mulier prægnans semper de decimo mense cogitat, sic & serui Dei libenter de consummatione sæculi requirunt, scriptum est. n. vbi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum. Peccatores autem homines, nunquam putant sæculi finem esse futurum. Et quid mirum si quod audiunt non credunt, cum nec illum credunt, quod quotidie vident? Nam quotidie manibus suis efferũt mortuos, & mortales se esse non putant.

Li. de comparatione regis et monachi. 10. 5.

8 IDEM ait: Vno verbo mors regi terribilis est: eadẽ philosopho minime molesta. Eum. n. qui diuitias, voluptatem, delicias (quorũ gratia vitam agitare multi concupiscunt) despicit, necesse est migrationem ab hoc orbe haud ægre ferre. Quod si & hunc & illum iugulari contigerit, hic quidem pro pietate pericula sibi accerset, immortalem ac cœlestem vitam morte sua comparans. At rex tyrannum aliquem, & eum qui imperium affectat, iugulatorem suum habiturus est, miserabile idemq; horrendũ post cædem spectaculum.

Epist. 27. ad Eustachium Epitaphium Paulæ matris suæ. 10. 1. *Psal. 25.* *Psal. 83.* *Ibidem.*

9 HIERONYMVS ait: Quis possit siccis oculis Paulam narrare morientem? Incidit in grauissimã valetudinem, imo quod optabat inuenit, vt nos desereret, & plenius Dño iungeretur, sentiebat prudentissima fœminarum adesse mortem, & frigente alia parte corporis atq; membrorum solum animæ temporem in sacro pectore palpitare, & nihilominus quasi ad suos pergeret, alienosq; desereret, illos versiculos susurrabat, Dñe dilexi decorem domus tuę, & locum habitationis gloriæ tuæ. Et quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiscit, & deficit anima mea in atria Domini. Et elegi abiecta esse in domo Dei mei: magis quàm habitare in tabernaculis peccatorũ. Cumq; a me interrogaretur cur taceret, cur nollet respondere, an doleret aliquid, græco sermone respondit, nihil se habere molestiæ, sed omnia quieta & tranquilla perspicere. Post hæc obmutuit, & clausis oculis quasi iam mortalia despiceret, vsq; ad expirationem animæ eosdem repetebat versiculos, vt quod dicebat vix audire possemus. Digitumque ad os tenens, crucis signum pingebat in labijs. Defecerat spiritus, & anhelabat in mortem. Animaque erumpere gestiens ipsum stridorem, quo mortalium vita finitur in laudes conuertebat. Aderant Hierosolymarũ, & aliarum vrbiũ episcopi, & sacerdotum inferiores gradus, acleuitarũ innumerabilis multitudo. Omne monasterium, virginum & monachorum chori, repleuerant. Statimque vt audiuit sponsum vocantem, surge veni proxima mea, speciosa mea, columba mea, qm̃ hyems transijt, imber abijt, & recessit, læta respondit: Flores visi sunt in terra, tempus sectionis aduenit: credo videre bona Dñi in terra viuentium. Ex hinc non vlulatus, non planctus, ut inter sęculi homines fieri solet: sed psalmorum linguis diuersis examina concrepabant. Quodque mirum sit, nihil pallor mutauerat faciem: sed ita dignitas quędam, & grauitas ora compleuerat, vt eam putares non mortuam, sed dormientem. Translata est episcoporum manibus, & cereicem feretro subijcientibus, cum alij pontifices lampades cereosq; præferrent, alij choros psallentium ducerent in media Ecclesia speluncæ Saluatoris est posita. Tota ad funus eius Palæstinarum vrbium turba conuenit. Quem monachorum latentium in eremo, cellula sua tenuit? Quam virginum cubiculorum secreta texerũt? sacrilegium putabat, qui non tali fœminæ vltimũ réd didisset officium. Hebræo, Græco, Latino, Syroq; sermone psalmi in ordine personabant: non solũ triduo donec subter Ecclesiam, & iuxta specum Dñi conderetur, sed per omnem hebdomadam, cunctis qui venerant, suum funus & proprias credentibus lachrymas. Hoc elogiũ illius sepulchro posuit Hierony. Scipio quam genuit, Paulæ fudere parentes. Græcorum soboles, Agamennonis inclita proles, hoc iacet in tumulo, Paulam dixere priores Eustochij genitrix, Romani prima senatus, Pauperiem Christi, & Bethlemitica rura sequuta. In fronte aũt spelunce hi erant versus. Aspicis angustum, præcisa rupe sepulchrum? Hospitium Paulæ est, cœlestia regna tenentis, Fratres, cognatos, Romam, patriamq; relinquens, Diuitias, soboles, Bethlemiti conditur antro. Hic præsepe tuum Christe, atque hinc mystica magi Munera portantes, hominique Deoque dederunt.

Epist. 51. quæ est de vita Hilarionis eremitæ.

IDEM inquit: Igitur octogesimo ætatis suæ anno, quasi testamenti uice, breuem manu propria scripsit epistolam. Omnes diuitias suas Helychio derelinquens, Euangelium scilicet, & tunicam iacceam, cuculla, & palliolum. Venerunt ad ægrotantẽ multi religiosi viri, & maxime quòd eum dixisse audierãt iam se ad Dominum migraturum, & de corporis vinculis liberandum, quos omnes adiuranit, vt ne puncto quidem horæ post mortem reseruaretur, sed statim eum in eodem hortulo terra operirent, sicut vestitus erat in tunica cilicina, & cuculla, & sagorustico. Iamque modicus calor tepebat in corpore, nec præter sensum quicquam viri hominis supererat, & tamen apertis oculis loquebatur. Egredere, quid times? egredere anima mea, quid dubitas? Septuaginta prope annis seruisti Christo, & mortem times? In hęc verba exhalauit spiritum. Statimq; humo obrutũ ante verbi sepultũ, quã mortuũ nunciauerũt. Post decem aũt menses inuentus est illesa tunica, cuculla, & palliolo, & toto corpore quasi adhuc uiueret, tantusq; fragrante odoribus, ut delibutum vnguentis putares.

Lib. 11. in c. 3. Isa.

IDEM explicans verba illa; Ezechias ægrotauit vsque ad mortem &c. & conuertit faciem suam ad parietem, & orauit ad Dominum, & dixit, Obsecro Domine, memento quomodo ambulauerim coram te in veritate &c. fleuitque Ezechias fletu magno, inquit: Audiens se esse morituram non precatur vitam, & annos plurimos, sed in Dei iudicio quid velit præstare dimittit. Nouerat enim idcirco Deo placuisse Salomonem, quòd annos uitæ non petierit ampliores, sed iturus ad Dominum narrat opera sua, quomodo ambulauerit coram eo in veritate. Felix

conscientia, quæ tpe afflictionis, bonorum operum re co natur. Fleuit aute fletu magno, propter promissionem Dñi ad Dauid, quam videbat in sua morte peritu ram, ego n. tempore Ezechias filios non habebat, nã post mortem eius Manasses cum duodecim esset annorum regnare cæpit in Iudea. Ex quo perspicuũ est post tertium annum concessiæ vitæ, Manassem esse generatũ. Ergo iste omnis est fletus, q̃ desperabat Christum de suo semine nasciturum. Alij asserunt quos vis sanctos viros morte terreri, propter incertum iudicij, & ignorationem sententiæ Dei, quam sedem habituri sint. Infra: Ego dixi in dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi &c. Verba hæc gratiarum actio sunt post redditam sanitatem. Narratq; quid tpe præmentis angustiæ, imminentisq; languoris tacitus cogitarit. Ego dixi, in dimidio dierum meorum. Sãcti implent dies suos, qualis fuit Abraham, qui mortuus est plenus dierum in senectute bona. Peccatores verò & impij in dimidio suorum dierum moriuntur, de quibus & psalmista loquitur: viri sanguinũ & dolosi non dimidiabunt dies suos. Non. n. implent opera virtutum, nec studeut pœnitentia emendare delicta. Vnde in medio vitæ cursu, & in errorum tenebris ducentur ad tartarum. Non aspiciam hominem vltra, & habitatorem quietis. Timet ne cum sanctis, & hominibus Dei non habitet in quiete, ne non videat Dominum in terra viuentium, ne salutare Dei, ductus ad inferos non mereatur aspicere.

Gen. 25. Psal. 54.

13 IDEM explicans verba illa; Si dormieris, non timebis, quiesces, & suauis erit somnus tuus, ait: Patet iuxta litteram, quia securus & dormit, & vigilat, & quiescit, & ambulat, qui se innocenter ante Deum, & iuste viuere meminit. Sed & iustus cum in morte dormierit, non solum potentias malignorum spirituum non metuit, sed in pace quiescit, ac securus die resurrectionis expectat, q̃a Deũ vbiq; protectorẽ habet, & custodẽ. Quale est in psalmo: Na etsi ambulauero i medio vmbræ mortis, nõ timebo mala, qm̃ tu mecum es.

Li. 1 in c. 3. Prouer. to. 7.

14 AMBROSIVS disputans, an mors bona dicenda sit, an mala, inquit: Mortis tria sunt genera. Vna mors peccati est, de qua scriptũ est: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Alia mors mystica, qñ quis peccato moritur, & Deo viuit, de qua ait Apostolus: Cõsepulti sumus cum illo per baptismum in mortẽ. Tertia mors, qua cursum vitę huius, & munus implemus, idest, animæ, corporisq; secessio. Aduertimus igitur q̃ vna mors sit mala, si propter peccatum moriamur, alia bona, qua is qui fuerit mortuus, iustificatus est a peccato. Tertia mors media sit, nam & bona iustis vt, & plerisq; metuenda. Quæ cum absoluat oẽs, paucos delectat. Sed nõ hoc morus est vitium, sed nostræ infirmitatis, qui voluptate corporis, & delectatione vitæ istius capimur, & cursum hunc consummare trepidamus, in quo plus amaritudinis, quàm voluptatis est. An non sancti ac sapientes viri, qui longæuitatem peregrinationis huius ingemiscebant, dissolui, & cum Christo esse pulchrius æstimantes. Deniq; generationes suas execrabantur, sicut ille ait: Pereat dies in qua natus sum. Quid. n. est, quo hæc vita delectatur, plena ærumnarum, & sollicitudinum, in qua innumeræ calumniæ, & multæ molestiæ, & multæ lachrymæ corũ qui afflictantur molestijs, & nõ est, inquit, qui eos cõsoletur? Et ideo laudat Ecclesiastes defunctos magis quàm viuentes. Itaq; si plena oneris vita, vtiq; finis eius alleuamentum est. Alleuamentũ aũt bonũ mors, mors autem finis. Mors igitur bonum est. Neq; n. aliter gauisus est, & Simeon qui responsum acceperat, non visurum se mortem priusquam videret Christũ Dñi. Cumq; eum in manibus susciperet, dixit: Nunc dimittis seruum tuum in pace, quasi necessitate quadam teneretur in hac vita, non voluntate. Ita dimitti petit quasi a vinculis quibusdam ad libertatem festinaret. Sunt. n. velut vincula quędam corporis huius, & quod est grauius vincula tentationum, quæ nos affligant, & ad iniuriã captiuitatis adstringunt quadam lege peccati. Deniq; in exitu ipso videmus, quemadmodum alia decedentis paulatim soluat se vinculis carnis & ore emissa euolet tãquam carcereo corporis huius exuta gurgustio. Deniq; festinabat ét sanctus Dauid de hoc loco peregrinationis exire dicẽs: Aduena ego sum apud te, & peregrinus, sicut oẽs patres mei. Et ideo tanquam peregrinus ad illam sanctorum coẽm omnium patriam festinabat, petens pro huius peregrinationis inquinamento remitti sibi peccata, priusquã discederet a vita. Remitte mihi vt refrigerer priusquã abeam, & amplius non ero. Quid igitur tantopere vitam istam desideramus, in qua quãto diu ius quis fuerit, tanto maiore oneratur sarcina peccatorum? Vnde egregie Apostolus ait: Mihi viuere Christus est, & mori lucrum, aliud ad necessitatẽ vitæ referens, aliud ad mortis vtilitatem. Christus. n. rex noster est, & ideo quod rex iubet deserere, non possumus, & cõtemnere. Quantos Imperator terræ huius in peregrinis locis, aut honoris specie, aut muneris alicuius cã iubet degere, nunquid hunc inconsulto Imperatore discedunt? Et quanto amplius est diuinis parere quàm humanis? Viuere ergo sãcto Christus est, & mori lucrũ. Quasi seruus. n. non refugit vitæ obsequium, & quasi sapiens lucrum mortis amplectitur. Lucrum est euasisse incrementa peccati, lucrum fugisse deteriora, & ad meliora transisse. Et addidit dissolui, & cum Christo esse, multo magis melius, permanere autem in carne necessarium propter vos. Aliud melius, aliud necessarium. Necessarium propter fructum operis, melius propter copulam Christi.

Psal. 38. Phil. 1. Gal. 6.

16 IDEM ait; Scriptura docent, cognouimus, quia mors absolutio est animæ, & corporis, & quædam hominis separatio. Soluimur. n. hoc nexu aię & corporis cum recedimus. Vnde & Dauid, ait: Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Vincula aũt vitę huius, i. coniunctionis nostrę, quę ex anima cõstat & corpore, significari docet superior versiculus psalmi huius: Pretiosa in cõspectu Dñi, mors sanctorũ eius. Sciebat. n. gloriosius esse pro Christo mori, quàm regnare in hoc sæculo. Quid. n præstantius, quàm fieri Christi hostiam? Itaq; cum frequenter ab eo legamus Dño oblata esse sacrificia, hoc loco addidit. Tibi sacrificabo hostiam laudis. Non sacrifico, inquit, sed sacrificabo, significans illud perfectum esse sacrificium, qũ vnusquisq; Dño, corporis huius vinculis absolutus, assisteret, & offerret se hostiam laudis, quia ante mortem nulla est perfecta laudatio, cum posteriora hominis incerta sint. Mors igitur absolutio est animæ, & corporis. Solutio autẽ ita quid aliud agit, nisi vt corpus resoluatur, & quiescat, anima aũt conuertatur in requiem suam, & sit libera, quæ si pia est cum Christo futura sit? Quid igitur in hac vita aliud iusti agũt, nisi vt exuant se huius corporis cogitationibus, quæ velut vincula nos ligant, & se ab his molestijs separare contendant, renuncient voluptatibus, & fugiant flammas libidinis. Nonne igitur vnusquisq; in hac vita positus speciem mortis imitatur, qui potest ita se gerere, vt ei moriantur omnes corporis delectationes, & cupiditatibus omnibus, mundiq; illecebris ét ipse moriatur, sicut mortuus erat Paulus, dicens: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Et quia est mors in hac vita, & bona mors, hortatur nos, vt mortem Iesu in corpore nostro circumferamus. Itaq; docet Paulus & istam mortem in hac uita positis, expetẽdam, vt mors Christi in corpore nostro eluceat, & illam beatã, qua corrumpitur exterior, vt renouetur interior homo noster & terrestris domus nostra dissoluatur, vt habitaculũ nobis cœleste referetur. In vltimis verbis capitis: Pleriq; cupiunt morte, & non impetrant. Si aũt impetrauerunt, gratulantur, quia sola est mors requies viro.

In c. 2 eiusdem lib.

IDEM Sed dicet aliquis, quia Deus mortem nõ fecit.

fecit. Vita erat in paradiſo, vbi lignũ vitæ, & vita erat lux hoĩum; mors igitur mala, quæ acceſſit, & ſubintrauit. Infra: Quid accuſamus mortem, quæ aut vitæ pretium luit, aut abolet eius dolorẽ, atq; cruciatũ? Itaq; mors, aut ſuæ quietis bono vtitur, aut malo alieno laborat. Nunc illud ſpecta, ſi vita oneri, mors abſolutioni, ſi vita ſupplicio, mors remedio, aut ſi iudiciũ poſt mortem, ẽt vita poſt mortem. Mors igitur ea non eſt bona? Aut ſi hic vita bona, quomodo mors illic nõ eſt bona, cum ibi nullus ſit terribilis iudicij metus? Sed ipſa hæc vita bona ſi eſt, virtute & bonis moribus bona eſt, quia per virtutem, quod malum eſt ſuum repellit. Quod autem bonum eſt mortis adipiſcitur, vt qđ animæ eſt magis, quã id quod contubernij, & coniunctionis operetur. Quod ſi vita bona, quæ animæ ſe a corpore ſeparantis eſt ſpeculum. Etſi anima bona, q̃ ſe eleuat, & abducit a corporis contubernio, & mors vtiq; eſt bonum, quę animã a ſocietate corporis huius abſoluit, & liberat. Omnifariam igitur mors eſt bonũ, & quia compugnantia diuidit, ne ſe inuicem impugnent, & quia portus quidam eſt eorum, qui magno vitæ iſtius iactati ſalo, fide, quietis ſtationẽ requirunt. Et quia deteriorem ſtatum non efficit, ſed qualem in ſingulis inuenerit talem iudicio futuro reſeruat, & quiete ipſa fouet, & futurorum expectatione componit. Accedit eo, q̃ fruſtra hoĩes timent mortem quaſi finem naturæ. Nam ſi recolamus quod Deus mortem non fecerit, ſed poſtquam homo lapſus in flagitiũ eſt, prævaricationis, & fraudis, ſententia comprehenderit, vt in terram ſuã, terra remearet, inueniemus mortem finem eſſe peccati, ne quo eſſet vita diuturnior, eo fieret culpa numeroſior. Paſſus eſt igitur Dñs ſubintrare mortem, vt culpa ceſſaret. Sed ne iterum naturæ finis eſſet in morte, data eſt reſurrectio mortuorũ, vt per mortem culpa deficeret, per reſurrectionẽ aũt perpetuaretur natura. Itaq; mors hæc, tranſitus vniuerſorum eſt. Tranſitur aũt a corruptione, ad incorruptionem, a mortalitate ad immortalitatem, a perturbatione ad tranquillitatem. Non igitur te nomẽ mortis offendat, ſed boni tranſitus beneficia delectent.

Quid eſt. n. mors, niſi ſepultura vitiorum, virtutum ſuſcitatio? Vnde & ille ait: Moriatur anima mea in animis iuſtorum, i. conſepeliatur, vt ſua vitia deponat, iuſtorum aſſumat gratiam, qui mortificationem Chriſti in corpore ſuo atque anima circumferunt. Quid de bono mortis plenius poſſumus dicere, quàm quod mors eſt, quæ mundum redemit?

19 IDEM ait; Quod ſi terribilis mors apud viuẽtes æſtimatur, non mors ipſa terribilis eſt, ſed opinio de morte, qua vnuſquiſq; pro ſuo interpretatur affectu, aut pro ſua conſcientia perhorreſcit. Suæ igitur vnuſquiſq; conſcientiæ vulnus accuſet, non mortis acerbitatem. Deniq; iuſtis mors, quietis eſt portus, nocentibus naufragium putatur. Certè his, quibus grauis eſt timor mortis, non eſt graue mori, ſed graue eſt viuere ſub metu mortis. Metus aũt opinionis eſt, opinio verò noſtrę infirmitatis contraria veritati. Liquet igitur quia mortis metus non ad mortem referendus eſt, ſed ad vitam. Non. n. habemus quod in morte metuamus ſi nihil quod timendum ſit, vita noſtra commiſit. Ere nim prudentibus delictorum ſupplicia terrori ſunt, delicta autem non mortuorum actus ſunt, ſed viuentium. Eſt mors ſeparatio animæ & corporis. Anima abſoluitur, corpus reſoluitur. Quæ abſoluitur gaudet, quod reſoluitur in terrã ſuam, nihil ſentit. His quoq; qui mortem malum putant, aptum reſponſum arbitror, quia per vitam ad mortem eſt tranſitus, per mortem autem ad vitam reditus. Neq; .n. niſi qui mortui fuerint, poſſunt reſurgere. Inſipiẽtes aũt mortẽ quaſi ſummum malorum reformidant, ſapientes quaſi requiem poſt labores, & finem malorum expetunt. Duabus autem ex cauſis inſipientes mortem verent. Vna q̃ nam interitum appellantes interitus aũt hominis eſſe non põt, cum anima ſuperſtes corpori ſit, ſaluo eo quod ipſum corpus maneat reſurrectio. Altera autem cauſa, quod pœnas reformident poetarum videlicet fabulis territi, Latratus canis infernalis cerberi, & luctiſoni fluminis triſtem voraginem, furiarũ agmina, &c. Hæc plena ſunt fabularum, nec tñ negauerim pœnas eſſe poſt mortem. Sed quid ad mortem id quod poſt mortem eſt? Si autem quæ poſt mortem ſunt, referuntur ad mortem, ẽt quæ poſt vitam ſunt, referantur ad vitam. Nulla ergo erunt ſupplicia, quæ referantur ad mortem. Mors. n. vt ſupra diximus, abſolutio eſt, & ſeparatio animæ & corporis; non eſt autem mala ſolutio, quia diſſolui, & eſſe cum Chriſto multo magis melius. Non igitur mala mors. Deniq; mors peccatorum peſſima. Non generaliter peſſima mors, ſed peccatorũ pretioſa autem iuſtorum. Vnde liquet acerbitatem nõ mortis eſſe, ſed culpæ. Dicitur etiam mors ſomnus. Somnus autem bonus quia quies eſt, ſicut ſcriptum eſt. Ego dormiui, & requieui, & reſurrexi, quoniam Dominus ſuſcepit me. Dulcis igitur quies mortis.

20 IDEM inquit; Quis dubitet de bono mortis, cũ id quod quietum, id quod erubeſcendum, id quod inimicum nobis eſt, id quod violentum, id quod procelloſum, & ad omnia vitia illecebroſum eſt, cõquieſcat & iaceat, & quaſi feruida cauea claudatur ſepulchri, relinquatur rabies eius exanimis, & emortua compago viſcerum in terram reſoluatur. Id autem quod familiare virtutibus, amicum diſciplinis, ſtudioſum gloriæ, ſequax boni, Deo ſubditum eſt, ad illud ſublime euolet, & cum illo puro, & perpetuo bono, atque immortali maneat, ipſi adhæreat, & cum ipſo ſit, de quo cognationẽ ducit, vt quidã ait, ipſius et genus ſumus.

IDEM dubitat quare præcipiens Deus primis parentibus ne de ligno vetito ederent, id fecerit comminando mortem, quam timere nõ poterant, cũ eius damna non eſſent experti, & ait: Eſt natura inſitũ omnibus vt ẽt, quę nondũ ſibi nocere experta ſunt quaſi noxia reformident. Vnde. n. columbę in ipſo ortus ſui viſu terror accipitris? Vnde lupi ouibus formidabiles? pullis milui? Quod ſi in his, quæ irrationabilia ſunt animantia, quidam de aduerſo genere animantium, naturalis eſt terror, vt etiam irrationabilia ſenſum fugiendæ mortis accipiant, quanto magis in primo homine, rationis vtique pleniſſimo, naturalis quædam opinio debuit eſſe mortis vitandæ?

AVGVSTINVS inquit; Qui iam habet ſanam fidem, & videt, quo ſibi peruenĩdum ſit, ad hoc iam proficit, vt libenter de hac vita diſcedat. Non. n. hoc eſt videre, quo ipſi peruenĩendum ſit, quod eſt etiam amare illud, & ibi iam eſſe confidere, quod in cuius animo effectum fuerit, neceſſe eſt vt libenter moriat. Fruſtra itaq; dicunt quidam, qui ſanam fidem tenent, ideo ſe nolle mori, vt proficiant, cum ipſe profectus eorum, in eo profectu ſit, vt mori velint. Si ergo verũ loqui volunt, non dicant: ideo mori nolo, vt proficiã, ſed ideo mori nolo, quia parum profeci. Itaque mori nolle fidelibus nõ conſilium eſt, vt proficiant, ſed indicium quòd parum profecerint. Proinde quod nolunt vt perfecti ſint, velint, & perfecti ſunt.

IDEM ait; Cum auaritia nobis cum impudicitia (vt refert ex Cypriano in epiſtola de mortalitate) cũ ira, cum ambitione congreſſio eſt, cum carnalibus vitijs, cum illecebris ſæcularibus, aſſidua & moleſta luctatio eſt, obſeſſa mens hominis, & vndique, diaboli infeſtatione vallata, vix occurrit ſingulis, vix reſiſtit. Si auaritia proſtrata eſt, exurgit libido, ſi libido cõpreſſa eſt, ſuccedit ambitio, ſi ambitio contempta eſt, exaſperat ira, inflat ſuperbia, vinolentia inuitat, inuidia cõcordia rupit, amicitia zelus, abſcindit, cogeris maledicere, quod diuina lex prohibet, cõpelleris iurare, quod non licet. Tot perſecutiones animus quotidie patitur, tot periculis pectus vrgetur, & delectat hic inter diaboli laqueos diu ſtare, cũ magis cõcupi-

scendum & optandum ad Christum, subueniente ve
Phil. 1. locius morte, properare? Vnde Paulus mihi viuere Christus est, & mori lucrum, lucrum putans maximũ iam sæcularibus laqueis non teneri, iam nullis vitijs carnis obnoxium fieri.

24 IDEM explicans verba illa; Saluasti de necessita-
Cõcione 1. in Psal. 30. to 8. tibus aiam meam dicit: Quæ sunt necessitates vnde saluam fieri volumus aiam nostram? Dura necessitas est ipsius mortalitatis. Mori necesse est, & nemo vult. Nemo vult, quod erit, velis, nolis. Dura necessitas est, nolle quod non põt euitari. Nam si fieri posset, nollemus vtiq; mori, & effici quidẽ Angeli vellemus. Sed
2. Cor. 5. commutatione quandam non morte, sicut dicit Apostolus, ædificationem ex Deo habemus domum non manufactam, sed æternam in cęlis. Etenim in hoc ingemiscimus grauati habitationem nostram quæ de cęlo est superindui cupientes, si tñ vestiti, & non nudi inueniamur. Etenim qui sumus in hoc tabernaculo ingemiscimus grauati, eo quod nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur, quod mortale est a vita. Volumus peruenire ad regnum Dei, sed per mortẽ nolumus. Et tamẽ dicit tibi necessitas, hac venies, hac venire dubitas homo, cum hac ad te venerit Deus?

25 IDEM explicans verba illa; Educ de carcere aiam
In Psal 141 meam, vt confiteatur nomini tuo Dñe, inquit. Merita carcerem faciunt. Nam in vno quodam habitaculo, alteri domus est (vtpote custodi carceris) alteri carcer est. Illi qui custodiunt hoies inclusos, etsi in domo sua custodiant, illi qui arctius custodiunt, in carcere sunt, nunquid & illi in carcere dicendi esse sunt? Vnum habitaculum & illi est & illi. Alteri facit domũ libertas, alteri carcerem seruitus. Quibusdam visum est, quod mundus iste, carcer sit. Et hoc orat Ecclesia, vt de carcere educatur. i. de hoc mundo, de sub sole, vbi oĩa va
Eccl. 6. nitas. Ergo extra istum mundum, nescio quam requiẽ pollicetur nobis Deus, quo futuri sumus, forte ideo de loco isto clamamus: educ de carcere animam meã. Anima nostra per fidem & spem in Christo est, vita
Coloss. 3. vestra abscondita est cum Christo in Deo. Corpus autem nostrum est in isto carcere, in isto mundo, si diceret: Educ de carcere corpus meum, securi acciperemus carcerem mundum. Fortasse tñ propter aliqua, quæ nos tenent desideria terrena cõtra quę luctamur & dimicamus, quia video aliam legem in membris meis repugnantem legi mẽtis meæ, & recte dicimus: Educ de carcere aiam meam de hoc mundo, i. de labo
Rom. 7. ribus, & pressuris huius sæculi. Non.n. caro quam tu fecisti, sed corruptela carnis, & præsturæ, & tentationes, carcer mihi sunt. Aliqui aũt dixerunt, carcerem istum corpus hoc esse, vt hoc sit: Educ de carcere aiam meam, educ de corpore aiam meam. Forte iustus dicit, iam moriar, educ de carcere isto corporis animam meam. Desiderare quidem hoc debet & cõcupiscere, sicut dicit Apostolus, concupiscentiam habens dissolui, & esse cum Christo, multo.n. magis optimum. Sed
Phil. 1. vbi est charitas? Permanere aũt in carne necessarium propter vos. Si de corpore ergo educat Deus qñ voluerit, posset dici, & corpus nostrum carcer, nõ quia carcer est quod fecit Deus, sed quia pœnale & mortale. Duo.n. considerandà sunt in corpore nostro, figmẽtum Dei, & pœna meriti, & corruptibilis caro, & fragilis, & mortalis, & indigẽs. Ergo si caro tibi carcer est; nõ corpus est carcer tuus, sed corruptio corporis tui. Educ de carcere animam meam, educ de corruptione animam meã. Corpus tuum fecit Deus bonũ, quia bonus est: corruptionem intulit iustus, quia iudex est.

26 GREGORIVS explicans uerba illa Iob c. 8.
Lib. 8. Moral. c. 21. to. 2. Ecce nunc in puluere dormiam, & si mane me quæsieris non subsistam, inquit: Peccanti primo homini dictum est. Puluis es, & in puluerem reuerteris. Mane
Gen. 3. autem dr illa tunc manifestatio mentium, quæ in aduẽtu iudicis apertis cogitationibus quasi post noctis tenebras demonstratur. Quærere aũt Dei, est hoiem subtili interrogatione discutere, & iudicare. Beatus igitur Iob humanæ deiectionis damna considerans; videat quia, & præsenti iam pœna præmitur, & adhuc de futuris grauius vrgetur, & dicat, ecce nunc in puluere dormiam, & si mane me quæsieris non subsistã. Ac si apertius deploret, dicens: In pñti quidem mortem iam carnis patior, & tñ adhuc de futuro iudicio, grauiorem morte, districtionis tuæ sententiam pertimesco. Interitum pro culpa sustineo, sed adhuc ad iudicium venies, culpas restitui, & post interitum formido. Exteriorem ergo mortẽ considerans dicat: Ecce nunc in puluere dormiam. Interiorem metuens adiungat, Et si mane me quæsieris non subsistã. Quantalibet.n. iustitia polleant, nequaquã sibi ad innocentiã uel electi sufficiũt, si in iudicio districtè requirant.

IDEM explicans locum Iob c. 14. Homo cũ dormierit non resurget, ait: Notandum est, cur postquam 27
Li. 12. Moral. c. 5. superius hoiem mortuum dixit, inferius nõ mortuũ, sed dormientem nominat, eumq; de somno suo minime resurgere, donec cœlum atteratur: quia in comparatione ligni reuirentis, hominem mortuum, peccatorem nominat, a vita iustitiæ extinctum. Vbi autem de morte carnis loquitur, non hanc mortem, sed somnũ maluit vocare; spem proculdubio resurrectionis insinuans, quia sicut citius homo a somno euigilat, ita cõcitè ad conditoris nutum a morte corporis resurget. Vehementer .n. ab infirmis mentibus nomen mortis pertimescitur: somni autem vocabulum non timetur.
1. Thess. 4 Vnde Paulus discipulos admonet, dicens: Nolumus vos ignorare de dormientibus, ut non contristemini sicut & ceteri qui spem non habent. Si.n. credimus, quod Iesus mortuus est & resurrexit: ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo. Mortem Domini, quia resurrexit, mortem vocamus, mortem verò seruorum eius, somnum dicimus, vt infirma audientium corda consolemur.

IDEM explicans verba illa Iob c. 18. Euellatur de 28
Li. 14. Moral c. 8. tabernaculo suo fiducia eius, & calcet super eũ quasi rex interitus, inquit: De tabernaculo suo fiducia eius euellitur, qñ peruersus quisq; qui multa sibi ad votũ in hac vita parauerat, repentina morte dissipat. Et calcat super eũ quasi rex interitus: q.a mortis suę rpe, per hoc q ad supplicia rapit, potestati dęmonis subiugat.

Mortis consideratio & quod breuiter secutura sit, multas habet vtilitates, qua appropinquante, Dei misericordia consideranda est. Cap. X.

BASILIVS inquit: Ne misericordia Dei fretus, peccatis peccata adijcias. Ne velis dicere do 1
In li. cuius titulus est. Admonitio ad filium spiritualẽ. to. 2. nec viget ætas mea, carnis concupiscẽtiam exercebo; & postremo in senectute, malorum meorum pœnitentiam agam. Noli sic cogitare, cum nescias qua die moriturus sis; quis.n. nouit hoium, diem exitus sui? Non .n. omnes in senectute priuabuntur hac luce; sed in diuersis ætatibus de hoc mundo migrabunt, & in quibus actibus vocabitur homo, in ijsdem necesse est reddere rationem. Nemo n. in inferno confitebitur Dño. Semper ante oculos tuos versetur vltimus dies. Cum enim diluculo surrexeris, ad vesperũ te ambigas peruenire, & cum in lectulo ad quiescendum membra tua posueris, noli confidere de lucis aduentu, vt facilius te possis refrenare ab omnibus vitijs.

CHRYSOSTOMVS explicans uerba illa; Vi- 2
Ho. 51. ex imperfecto in Matth. to. 2. gilate, quia nescitis qua hora Dñs vester venturus sit, ait: Qua ratione homini abscõditus est dies mortis ipsius? Videlicet vt semper benefaciat, semper mortẽ suam sperans. Eadem rõne & ab omnibus hominibus
Matt. 24. abscõditus est dies aduentus Christi, videlicet vt non vna generatio saluet sciens aduentum ipsius, sed oẽs, dum in singulis quibusq; generationibus, Christi aduentus speratur. Ideò & interrogantibus se discipulis suis, Dñe si in tpe hoc restitues regnũ Israel? respondit. Non

dit. Non est vestrũ nosse tẽpora vel momẽta, q̃ pater posuit in sua potestate. Infra: Omnis homo si sciret quando dies Dñi venturus esset super eum, sicut fur, & insperate veniens sicut fur, præueniret, & nõ sineret perfodi domum suam, hoc est, faceret iustitiam, vt veniente sententia Dei non perfoderetur quasi ignorans, sed vocaretur quasi iam præparatus ad exitum. Quando animæ peccatrices delectantur in corpore, & tanquam in suo proprio domicilio gaudent, veniens cũ sententia Dei Angelus mortis, perfodit corpus, & animam violenter diuellit ab eo: animæ autẽ iustæ, quę non delectantur in corpore, sed quasi in exilio sunt, in eas veniente sententia, non perfodiuntur, sed vocantur gaudentes.

Matt. 24.

3 *Hom. 9. in c. 5. epist. 1. ad Thess. to. 4.*

IDEM explicans verba illa; Ipsi enim scitis quod dies Dñi sicut fur ita veniet, inquit: Si scire vultis quamobrem absconditus sit dies mortis, & quare sicut in nocte ita & ipse veniet: ideo hoc est, quia nemo virtutis vnquam curam, quod ad omnem vitam attinet, habuisset sed cognito quisq; consummationis suæ die, post quam innumera mala perpetrasset, tum demum baptismi lauacrum accepisset, atq; ita hinc migrasset. Sed nunc timore incertitudinis, cunctorum animos turbante, omnes vniuersam anteactam vitam in malitia consumantes, ad extrema demum suspiria, baptismati se tradunt, si ẽt essent admodum de isto persuasi quisnam vllam virtutis curã haberet? Complures sine illuminatione discesserũt, & ne sic quidem timor iste erudiuit, vt dum viuerent, quæ Deo probantur curassent. Quod si etiam hic metus sublatus esset, quis vnquam respuisset? quis obtemperasset? Ne vnus quidẽ. Rursus verò accedit & alterũ. Multus mortis metus, & vitæ amor nunc cohibet. Si verò cognouisset quisquam, omnino se crastino die moriturum, nihil vtiq; audere ante diem illum meritus fuisset, sed quos voluisset, occidisset, se ipsum vindicasset, milleque mala egisset. Homo namq; scelestus hac vita desperata, ne eius quidem rationem habet, qui purpura decoratus est. Infra: Ingens malum est non credere ista in breui euentura, sicut & Iudæi irridentes oracula Prophetarum, aiebant: Væ dicentibus, velociter appropiet, q̃ facturus est Deus, vt videamus, & veniat consiliũ sancti Israel, vt cognoscamus. Et iterum: Væ desiderantibus diem Dñi. Non simpliciter desiderantes, intelligit, sed eos, qui ex incredulitate desiderabant. Veniet, vt partus mulieris in vtero habentis. Norunt mulieres, q̃ post nouem menses futurus sit partus, sed incerto: quædam enim septimo mense, quædam nono pepererunt, & dies, & hora incerta est. Vnde multę in vijs, & extra domum suam re non prospectu pepererunt. Sic solam diei huius incertitudinem ista similitudine significauit. Sicut enim illa interea dum ludit, ridet, nihil omnino prospicit, subito ineffabilibus laboribus occupatur, doloribusq; parturitionis agitata plangit, ita et animæ malorum habebunt, subintrante die illo.

Isa. 5.

Amos 5.

4 *In epist. 1. quæ est ad Paulinũ. to. 1.*

HIERONYMVS habet communem illã sententiam; Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum.

5 *In epist. ad Cyprianũ in qua exponitur Psal. 89.*

IDEM explicans verba illa; Mille anni ante oculos tuos tanquam dies hesterna, quæ præterijt, & custodia in nocte, quæ pro nihilo habetur, inquit. Æternitati comparata, breuis est omnium temporum longitudo. In conspectu enim tuo mille anni, quasi vna dies reputantur. Statimq; se ipse reprehendit. Male dixi vnam diem, & vnius diei spatio mille annorũ apud te longitudinem computari, cum magis debuerim dicere vnius vigiliæ spatium instar habere mille annorum. Nox in quatuor vigilias diuiditur, quæ singulæ trium horarum spatio supputantur. Sicut igitur vna noctis vigilia cito pertransit, maximè vigiliarũ labore defessis, sic & mille annorũ spatia, apud te pro breuissimo tempore computantur. Vnde Petrus ait: Vnũ hoc vos non prætereat dilectissimi, quia mille anni apud Deum quasi dies vnus. Mane sicut herba transeat, mane floreat, & transeat, vespere decidat, induret, & arescat. Hieronymus sic vertit, percutiente te eos, somnium erunt mane, quasi herba transiens, mane floruit & abijt, ad uesperam conteretur, & siccabitur. Iuxta Hebraicum, hic sensus est. Multum commerationi cõtulit, & salut, q̃ omnis vita mortalium, quasi somniũ ita veloci morte contracta est, quę in similitudine florum, atq; fœni, eodem pene tempore siccatur, a quę deperit. Percutiente te, inquit, eos, idest, homines, & illo sermone completo: Stulte hac nocte repetent animam tuam a te, Quæ autem parasti, cuius erunt? Omnis humana conditio somnio comparabitur. Sicut enim mane virens herba, & suis floribus vernans, delectat oculos contemplantium, paulatimq; marcescẽs, amittit pulchritudinem, & in fœnum quod conterendum est, vertitur; ita omnis species hominũ vernat in paruulis, floret in iuuenibus, viget in perfectæ ætatis viris, & repente dum nescit, incanescit caput, rugatur facies, cutis prius extenta contrahitur, & extremo fine, quod hic dr vespere, idest senectute Vix moueri põt, ita vt non cognoscatur quis prior fuerit, sed penè in alium commutetur. Immo & languor, & inædia facit ante senectutem, vt nullus prius pulcherrimus fœminarum ad tantam transeat fœditatem, vt amor in odiũ conuertatur. Iuxta septuaginta quoq; similiter explicandum est. Omne quod in sæculo longum vr, apud te Deus, breue est. Dies enim & anni, quibus humana vita contracta est, reputabuntur pro nihilo tibi comparata. Sicut enim herba mane creuit, floruit, & siccatur, ad vesperamq; indurescit, & deperit, ita erit omnis nominum pulchritudo. Consumpti enim sumus in furore tuo, & in indignatione tua conturbati sumus. Septuaginta. Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati sumus. Pro eo quod nos legimus, turbati sumus. Symmachus, & Aquila transtulerunt, acceleramus. Breuitatem autem vitæ significat humanæ, vt quãuis ætas longa videatur, tamẽ comparatione æternitatis breuis sit. Quod & illustris poeta testatur dicens: Sed fugit interea, fugit irreparabile tempus. Anni nostri sicut aranea meditati sunt. Breuitatem humanæ vitæ, quæ sententię Dei hucusq; subiecta est, & qua in priori versiculo somnio comparauit, dicens: Percutiente te eos, somnium erunt, nunc sermoni loquentiũ comparat, vt quomodo sermo, qui in ore versatur, dũ profertur intercipitur, & esse desistit, Sic & omnis vita nostra pertranseat, atq; desistat. Hæc adnotat qm̃ vbi nos legimus, qm̃ omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus, anni nostri sicut aranea meditabũtur, ipse transfert, omnes dies nostri transierunt, & in furore tuo consumpsimus annos nostros, quasi in sermone loquens. Infra: Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore iram tuam dinumerare. Septuaginta. Dinumerationem, timori, & furori Dñi copulant. Porro Hebraicum, sequenti aptat versiculo, vt sequatur, vt numerent dies nostri, sic ostende, & veniemus cor de sapienti. Quasi dicat: Quis põt nosse quamdiu ira tua, ex qua timor nascitur, humano generi perseueret, nisi te docente, qui Deus es? Itaque obsecro, vt tẽpus vitæ nostræ indices nobis, quo possimus corde sapienti tuo nos iudicio præparare. Vt numerentur dies nostri. Sic ostende, & veniemus corde sapienti, Septuaginta. Dexteram tuam sic notam fac, & eruditos corde in sapientia. Numerum annorum, dierumque nostrorum, quibus nos in hoc sæculo viuere decreuisti, ostende nobis, vt præparemus nos aduẽtui tuo, & cõtempto errore mortalium, ad te pergere festinemus corde sapienti. Nihil enim ita decipit humanum genus, quã quod dum ignorant spacia vitæ suæ, longiorem sibi fidem culi huius possessionem repromittunt. Vnde & illud egregie dictum est: Nullum tam senem esse, & sic decrepitæ ætatis, vt nõ se adhuc vno plus anno viuere suspicetur. Ad hunc sensum pertinet, & illud, quod dr

Psal. 89.

6

7

Psal. 89.

Memento mortis tuæ,& non peccabis. Qui.n. se recordatur quotidie moriturum,cõtemnit præsentia, & ad futura festinat. Hoc est,quod Dauid in alio præcatur loco dicens: Ne auferas me in dimidio dierum meorum,priusquam abeam,& nõ subsistam, quod ita exponitur: Ne eo tempore facias me mori, quando adhuc putabam me victurũ,vt possim peccata corrigere.

8 *Lib 11. in c. 38. Isa. to. 1.* IDEM exponens verba illa; Proiecisti post tergũ tuum omnia peccata mea,inquit. Cum meam mortem præsentem crederem, proiecisti post tergũ tuum omnia peccata mea, ne illam tristis aspicerem, sed tuam misericordiam contemplaret.

9 *Li 1. in c. 1 Lamenti. Hier.* IDEM explicans illa verba; Sordes eius in pedibus eius nec recordata est finis sui, ait: Sordes gestat in pedibus,qui gressum conuersationis suæ, malis polluit operibus; nec recordatur finis sui, & temporis iusti iudicij Dei. Vnde deposita vehementer, & hostium manibus tradita, nullum consolatorem habet,quia tempore opportuno, cultu pietatis honorare noluit suum auctorem. Solus in ea dominatur inimicus,qm̃ Deus,verus eã deseruit amicus. Vnde maximo dolore contrita, miserabiliter ad Dñm clamat: Vide Dñe afflictionem meam, qm̃ erectus est inimicus. Nullo.n.sibi resistente,hostis de victoria gaudet, & de potentia sua contra Dñm erigitur, proprijs hoc deputans viribus,nõ iusto iudicio Dei,qm̃ iuxta psalmistam: Non est Deus in conspectu eius, inquinatæ sunt viæ eius in omni tempore,quia auferuntur iudicia Dei a facie eius.

10 *Li. 2. in c. 6. Michæ. to. 6.* IDEM exponens verba illa; Indicabo tibi quid sit bonum,&c. Sollicitum ambulare cum Deo tuo,dicit: Sicut præcipit nobis,vt faciamus iudicium,& misericordiam diligamus,ita præcipitur,vt præparati simus ambulare cum Dño Deo nostro, nulla hora dormire,nullo tempore securi esse debemus, sed semper expectare patremfamilias venientem,& diem formidare iudicij,& in nocte huius sæculi dicere: Ego dormio,& cor meum vigilat.

11 *In c. 9. Ecclesiastes. to. 7.* IDEM explicans verba illa: Nescit homo finem suum,sed sicut pisces capiuntur hamo,& aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, inquit: Hoc dixit, quia dum nesciunt homines,& instar piscium nihil cogitant de fine, repentinus eis superuenit interitus.

12 *Exposi. in Psal. 70 i. 8 1. Cor. 15.* AVGVSTINVS sic habet: Dicunt impij, comedamus,& bibamus, cras.n.moriemur. Quid ais? Repete,inducemus,inquit,& bibamus. Age,quid postea dixisti? Cras.n.moriemur. Terruisti,non seduxisti. Plane hoc ipso, quod postea dixisti, & præcessit comedamus,& bibamus. Cũ.n.dixisses,mãducemus, & bibamus,adiunxisti, cras.n.moriemur. Audi cõtra a me: immo ieiunemus,& oremus, cras.n.moriemur.

13 *In Psal. 73.* IDEM explicans uerba illa: Redemisti virgam hereditatis tuæ. Explicat historiam Exodi 4. De virga Moysi,quę versa est in colubrum,cuius caudam iussus est Moyses apprehendere,& ait: In cauda serpentis finis est sæculi, quia sic modo mortalitas Ecclesiæ ambulat. Alij eunt, alij veniũt per mortem tanquam per serpentem, quia a serpente mors seminata est, sed in fine sæculi tanquam cauda redimus ad manum Dei, & efficimur stabilitum regnum Dei, vt impleatur in nobis: Redemisti virgam hereditatis tuæ.

14 *In li. cuius titulus est Speculũ peccatoris.* IDEM explicans verba illa Deut. 32. Vtinam saperent,& intelligerent,ac nouissima prouiderent, inquit. Vult Deus,vt scias vitam præsentem fugitiuam, periculosam,breuem,miserijs tabescentem, vniuersæ vanitati subiectam, peccatorum sordibus pollutam, in breui perituram,intelligas, q̃ cum luctu, & labore hinc exiturus es, quia nudus egressus es de vtero matris tuæ,& nudus reuerteris illuc. Quod terra es,& in terram ibis. In huius vitæ miseriã nudus intrasti,lugens dies tuos in ærumna,& labore transisti. Intelligas ergo quantũ sit exitus, & ingressus tuus flebilis, progressus tuus debilis,& egressus horribilis. O quã beatus vir,cuius aĩa circa huiusmodi studiũ euigilat, quã prudenter sapit,& intelligit, ac nouissima prouidet. Ora,& dic cum Propheta: Notum fac mihi Dñe finem meum, & numerum dierum meorum qui est, vt iciam quid desit mihi Non plane tpa,& momẽta, quę pater posuit in sua potestate,scire deposcas,sed q̃ sis aduena, & peregrinus i hoc peregrinationis exilio. Vtinam nouissima hoies prouiderent. Prouideret cõtra sterilitatem futurã,sicut Ioseph. Vnde Salomõ: In oibus operibus tuis memorare nouissima tua,& in æternum non peccabis. Si mortẽ ante oculos prospiceres,,peculdubio mox sine mora,spretis põpis,postpositis mundi curis,despectis carnis illecebris,proiectis voluptatibus,contemptis delitijs, in tui custodia vigilares,ac nouissima sapienter prouideres. Sapiẽtis .n. est,non tam cuiuslibet rei principium prospicere, quam finẽ,exitumq; prouidere. Deniq; fęlix esse cõprobatur, qui sic cogitat de supplicio ante supplicii, vt postea supplicij effugiat periculum. Memorans homo nouissima sua non peccabit. Non.n.melius poterit caro luxuriosa domari, quã qualis erit post mortẽ meditando. Meditatio hæc,mentis est ditatio. Peroptimo ergo mens tua ditatur qm̃ contra cuncta aduersantia prouidentiæ scientia illustratur. Legitur in poetis, q̃ centum oculos Argos habebat,quod ita põt intelligi, q̃ mentis suæ circumspectionem, & prudentiam posse debat. Esto ergo alter Argus,immò illo cautior, vt nouissima prouideas prudenter, summa totius prouidentiæ est,vtiq; illa terribilis hora,in qua misera aĩa tua ex hoc corpusculo corruptibili timens est egressura. Vtinam ergo saperes, & intelligeres quæ mundi sunt,& prouideres quæ inferni sunt,profectò Deũ timeres,superna appeteres, mundum contemneres, & infernum horreres. In illa nimis metuenda extrema hora tua quis amicorum,quis parentum tuorũ veniet cum gladijs,& armis auxilium ferre? Non.n.erit tunc qui consoletur te ex oibus charis tuis. Respiciens erã ad auxilium hoium,& nõ erat, refugium tm̃ est apud Deum. Reduc ergo fili mi sedulus in memoriã illum extremum exitus tui diem, & antequã misera aĩa tua de carcere exeat carnis,pro ideas quo vadat. Hic attẽde quid est in omni scientia,quod hoiem prouocet facilius ad sui custodiam,& omnem iniustitiam expellendam, ad sanctitatem in timore Dei perficiendam, quã suæ corruptionis cõsideratio,suę mortalitatis certa cognitio,postremo tremẽdę mortis suę recordatio? In morte horribile spectaculũ,quo sic extinguit superbia,libido,vanitas,vt nulla alia rei id cõueniẽtius fiat. *Thren. 1.*

15 *Ser 120. de tempore to. 10.* IDEM sic habet; Caue ne te respiciat prophetia illa terribilis: non est Deus in conspectu eius,auferũtur iudicia tua a facie eius, omnium inimicorum dominabitur. Irremedibile periculum est, sic aliquem vitijs, & cupiditatibus fræna laxare, vt se rationẽ Deo nõ meminerit redditurũ. Puto quia magna sit iã peccati pœna,metũ ac memoriã futuri perdidisse iudicij. *Psal. 38.*

16 *Li. 13. mo. c. 10. to. 2.* GREGORIVS explicans uerba illa Iob c. 16. Spiritus meus attenuabitur,dies mei breuiabunt, inquit. Attenuatur spiritus timore iudicij,quia electorũ mentes, quo amplius extremo iudicio propinquare se sentiunt, eo ad discutiendas semetipsas terribilius contremiscunt. Et si quas in se cogitationes carnales inueniunt,pœnitentiæ ardore consumunt,nec cogitationes suas dilatari carnali voluptate permittunt,quia eo semetipsas diiudicantes subtilius feriũt, quo districtum iudicem præstolantur vicinum. Vnde fit,vt propinquum sibi semper exitum suspicentur. Nã reproborum mentes idcirco multa nequiter agunt, quia hic se viuere diutius arbitrantur. Iustorum ergo attenuatur spiritus, quia dum iusti, breuitatem suæ vitæ considerant, elationis, & immunditiæ culpas declinant. Vnde & subditur: Dies mei breuiabuntur, & solum mihi superest sepulchrum. Qui enim

considerat qualis erat in morte, semper sit timidus in operatione, atq; vnde in oculis suis iam quasi non viuit, inde veraciter in oculis sui conditoris viuit. Nihil quod transeat, appetit, cunctis præsentis vitæ desiderijs contradicit, & pene mortuum se considerat, quia morituru minime ignorat. Perfecta.n. vita est mortis imitatio, quam dum iusti sollicite per agunt, culparum laqueos euadunt. Vnde scriptum est: In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternũ non peccabis. Vnde & beatus Iob, quia dies suos cõsiderat breuiari, & solum sibi superesse sepulchrũ pensat, apte subiungit: Nõ peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Ac si apertè dicat: culpam non feci, & flagella susce pi.

Pſ. 38.

Eccl. 7.

Gen. 41.

Eccl. 7.

Mulieres diligere vituperabile non est, cum multæ fuerint virtutis sanctiores, est tamen earum societas & virorum cauenda. Cap. XI.

1 *Hom. 24. quæ est quo legere debeant adolescentes gentilium libros so. 1.*

BASILIVS refert de Alexandro magno, quòd parta victoria contra Darium regem, huius filias captiuas, quæ ad mirabili erant forma, & decore conspicuo, de quarum pulchritudine audierat multa, videre noluit, turpe esse existimans, victores his quas ipsi superassent gentibus, succumbere. Hoc.n. illud referre videtur, quòd ad concupiscentiam mulierẽ aspiciens, etsi adulterium opere non compleuerit, ob id tamen, quòd concupiscentię consensit a culpa vacuus non erit.

2 *Li. de vera virginitate ad Letoiũ Melitẽsem Episcopum so. 1.*

IDEM sic ait; Sicut cum ignem tangimus, ignis indicia per impressas nobis adustiones excipimus, impossibileq; est eum, qui ignem tetigerit manu, illæsam illam ab eius incentiua operatione seruare; Cęterum aut bullæ repente tactum consecutæ turgescunt, ac dolorosa per feruorem, & inflammationem vlcera mox rumpenda minantur, aut iam quoq; facta in manu acria visuntur vlcera: ita possibile non est eum, quẽ ignis amor attigerit, eiusmodi tactum innocuum inuiolatumq; præferre, sed aut simili ratione bullę per tactum manus cordi clam subrepũt, atq; intumescũt, diraſq; amoris perturbationes, feruentibus, & æstuantibus, incontinentissimisq; agitationibus pariunt, ac peccati vlcera continuo rumpendo minantur, aut animum totum in intimis iam grauiter exulceratum indicant. Ignis.n. ardens est in oibus membris. In quẽ verò superuenit, eum a radicibus perdidit. Itaq; qm̃ in membris omnibus hic ignis ardet, his qui corpus adustione liberum seruare instituunt, membrorũ omnium contactus caute vitandus est, ne ardentẽ ignis operationem in toto corpore atq; in anima ipsa fusci prant. Sicut lapis in aquam cisternæ coniectus, non solum adiacentem aquæ partem in quam cecidit agitat, verum orbes alios post alios perpetuis vicibus excitans, eos interdum ad vltimos lacunæ margines agitando perducit: ita & lasciuus obtutus, vel sermo, voluptatis delinitus illecebris in virginis animam, velut in vndam purissimam vehementer iniectus, alias post alias quasi in profundo cogitationes amatorias excitat, ipsamq; totam eius, qui fecit imaginem fauciã fluctibus agitat. Quo circa summo studio oportet virginem, aspectus, vociſq; blanditias, vt pestiferæ ac perditæ voluptatis illecebras a sensibus suis quam lõgissimè arcere, & aurem quidem intus castissima cogitatione, oculos verò cautissima auersione munire. Obstruendus est igitur primus per sensus satelliti carnis ingressus, sensusq; ipsi, vt ianuæ ac feneſtræ cordis, seris ac vectibus vndiq; firmandi, atq; muniendi, ne per aliquem illorum versutus ascendens, mortẽ quæ contubernalis eius est, secum vna introducat. Nõ itaque conuenit ei, qui peccata concubitus superare proponit, huiusmodi periculorũ implicari lapsibus. Infra: Quia blandimentum cupidineæ voluptatis est fęmina, & masculo lasciuioribus oculis ad se inspicien-

Thren. 1.

dam illecebram naturaliter suggerit, ac liquidiore voce ad oblectamentum auris, organi instar efficta est, membrorumq; insinuata mollitie, ac toto prorsus corporis habitu, & motu ad seductionem formata voluptatis (non modo.n. loquens mulier, & intuens, verũ sedens quoq;, & incedens, ob insitam sibi naturaliter aduersus masculum vim: hunc ad se eminus attrahit non secus ac magnes lapis ferrum) idcirco summa ope contendat virgo necesse est, ne vllis voluptatis laqueis irretiatur. Vnde non passim licenterq; procedet, nisi necessitate aliqua cogatur, non aliorum se domibus ingeret: sed domi clausa manebit, & intra annos adolescentiæ posita, ad Ecclesiam tũ, ne tũc quidem sola, & incomitata procedet. Quod si ex mandato Dñi alio fortassis ire cogeretur: id quoq; significabit comitibus propositi sui, atq; custodibus grauibus fœminis. Neq; .n. temere gregalem esse virginem decet, quæ nuptiarum vincula fugit, neq; passim, quo velit, incedere, quasi ideo renuerit virum, non vt immo tali sponso semper assideat, sed vt in potestate habeat quocunque uelit male libera, & vaga discurrere. Eas quippe, quæ per vicos ac domos liberè volitant, indisciplinatas esse non virgines veritatis sermo denuntiat. Otiosæ .n. addiscunt circumeuntes domo. Non solum autem otiosæ, sed & nugaces, & curiosæ loquentes ea quæ non decet. Quod si viduam, quæ viri iam experimentum cœpit, indecens est linguam ac pedes passim mouere, ne prædictis criminibus teneatur obnoxia; sanè indecentius, est virginem pudicam non seruare linguam, gressumq; suum ea diligentia non moderari, vt nunquam illum nisi ad vsum necessariũ atq; vtilem proferat. Solum illa loquatur, quæ ad ædificationem sint conuenientia, & velut viuum Dei simulachrum in publico appareat.

4

CHRYSOSTOMVS explicans uerba illa c. 19. Si ita est causa viri cum vxore non expedit nubere, inquit: Audientes cogitabãt apud se, mulier bona difficile inuenitur, proteſtante Salomone, in mille virũ bonum inuenies, in omnibus autem his mulierẽ non inuenies. Quid autem est aliud mulier nisi amicitiæ inimica, ineffugabilis pœna, necessarium malum, naturalis tentatio, desiderabilis calamitas, domesticum periculum, delectabile detrimentum, boni colore delicta. Ob hoc dixerunt Apostoli, si ita est causa viri cum vxore, non expedit nubere.

5 *Hom. 32. ex imperfecto in Mat. to 2. Eccl. 7.*

IDEM: Occasione sumpta ex Herodiade propter quã Ioannes missus est in carcerem, ait: Ego existimo nullam esse in hoc mundo bestiam comparabilem mulieri malæ. Sed nunc mihi de mulieribus mala sermo est, non de bona, & honesta. Noui.n. multas in omne opus bonum promptas. Sed mulier mala peior est quauis bestia. Quid inter quadrupedia animalia leone sæuius? Sed nihil ad hanc. Aut in serpentibus, q̃d dracone atrocius? Sed ne hoc quidem iuxta mulierẽ malam. Nam & leo, & draco in malo inferiores sunt. Vnde Salomon ait: Cohabitare leoni & draconi melius est, quam cum muliere mala, & linguosa. Et hoc ex ipsis rebus disce manifeste. Danielem leones in lacu reueriti sunt, iustum verò illum Nabuthem Iezabel interfecit. Cœtus Ionam in ventre custodiuit, Dalida autem Samson circumuentum illecebris, raso etiã capite deformatum, alienigenis tradidit. Dracones & aspides cornutæ Ioannem Baptistam in deserto viuẽtem subdita feritate tremuerunt, Herodias verò eidẽ caput abscidit, & tanti viri mortem in pretium saltationis accepit. Heliam corui in monte pauerunt, & Iezabel eum post redditam terræ pluuiam persequebatur, vt pœnam mortis ei redderet, cuius orationibus depulsa generis humani fame, & ipsa, licet indigna, viuebat. Dixitque ei: Ego sum Iezabel, hæc mihi faciant dij, & hæc apponant nisi crastina hac hora ponam animam tuam sicut vnius eorum, qui interfecti sunt. Et timuit Helias, & abijt in desertum viam

6 *Ho. 15. ex variis in Matthæũ in decollat. S. Io Bapt.*

Eccl. 25.

Dan. 14. 3. Reg. 21. Ionæ 2. Iudic. 16.

Matth. 3. 3. Reg 17.

Ibid. 19.

quadraginta dierum,& petiuit animæ suæ consternatus in vmbra iuniperi,vt moreretur. Timuit mulierē, qui totius mundi statum,& cęli pluuiam, agri speciē in linguæ potestate portauerat,qui ignem e cęlo eduxerat,& per virtutem orationis mortuos suscitauerat. Hic timuit mulierem. Quia non est caput super caput serpentis, & non est malitia super malitiā mulieris. O malū summum, & acutissimum diaboli telū mulier. Per mulierem,Adam in Paradiso prostrauit, & de Paradiso exterminauit. Per mulierem, mitissimū illum Dauid,vt necem militis sui innocentis Vrię in epistola dolo mandaret,armauit. Per mulierem sapientissimum Salomonem in præuaricationis sacrilegium præcipitauit. Per mulierem fortissimum Sanson cæcauit. Per mulierem castissimum Ioseph vinculis alligatum detrusit in carcerem. Denique iustū Iob mulier sua ad mortem tradebat. Infra: A coniuge tua custodite, ne manifestes ei cor tuum. Dic mihi quæ bestia contra masculum suum mortē machinata est, sicut Dalida contra Sansonem? Et ideo quisquis habet mulierem malam, cogitet quoniam iniquitatum suarum portat mercedem. Hactenus mihi de muliere mala sermo habitus hic habeat finem, oportet enim commemorare,& bonas. Mulier bona, & hospitalis beata Sunamitis,quæ virum suum deprecata,mansionem ædificauit Hælisęo. Quid autem? Digne dicamus,& beatam illam viduam, quæ suscepit Prophetam Heliam,quam in nullo impediuit rerum inopia, diuitem bona voluntate,quæ Heliam pauit in tempore famis.

Ecclꝛ 25.

Gen. 3.

2. Reg 11.

Gen. 29.

Iob 2.

4. Reg 4.

8

IDEM docens qua ratione diabolus cū cunctis expoliarit Iob, eius tamen vxorē ad ipsius maius nocumentum conseruauerit dicit. Idcirco ipsam vna cū filijs non perdidit diabolus,neque eius mortem expetiuit, cum putaret multum eam sibi conferre ad sanctum hunc expugnandum. Quamobrem tanquā maxima quædam arma sibi eam reliquit. Nam si e Paradiso per eam hominem eieci, inquit, multo magis in stercore supplantare potero.

Ho 38. in Epist. Pauli ad Cor. to.4.

9

HIERONYMVS inquit: Tenera res in fœminis fama pudicitiæ est: & quasi flos pulcherrimus,cito ad leuem marcescit auram, leuiq; flatu corrumpitur,maxime & vbi ætas consentit ad vicium,& maritalis deest autoritas cuius vmbra,tu tamen vxoris est. Quid faciet vidua inter familiæ multitudinem? inter ministrorum greges? Quos nolo contemnat, vt famulos,sed vt viros erubescat. Certe si ambitiosa domus hæc officia flagitat: præficiat his senem honestis moribus,cuius honor, Dominæ dignitas sit. Scio multas clausis ad publicum foribus, nō caruisse infamia seruulorum,quos suspectos faciebat,aut cultus immoderatus,aut ætas apta libidini, aut ex conscientia amoris occulti,securus animi tumor,qui etiam bene dissimulatus frequenter erumpit in publicum, & conseruos quasi seruos despicit. Hoc dictum sit,vt omni diligentia custodias cor tuum, & caueas quicquid de te fingi potest. Non ambulet iuxta te iuuenis cultus, & nitidus,nihil tibi in obsequijs molle iungatur. Habeto tecum viduarum & virginum choros, habeto tui sexus solatia. Non debet,periculose externorum consortia quærere,de tuorum societate secura.

Epist. 9. quæ est ad Saluinā viduam nobilem, & iuuenculā de viduitate seruanda. ip. 1.

10

IDEM hunc instruens ne domi in ipsius famulatu habeat virgines,& adolescentulas propter periculum quod inde solet exoriri ait: Quid fragilem,& subtilem ratem magnis committis fluctibus, & grāde periculum nauigationis incertæ securus ascendis. Sed ad ministerium iste sexus est aptior. Elige ergo anum deformem, elige probatæ in Domino continentiæ. Quid te adolescentula, quid pulchra, quid luxuriosa delectat? Vteris balneis,cute nitida,rubicundis genis incedis,carnibus vescēris,affluis diuitijs,preciosa veste circundaris, & iuxta serpentem mortiferum secure dormire te credis? At non habitas in eodem hospitio? in nocte dumtaxat. Cæterum totos dies in huius confabulatione consumis. Quare solus cū sola,& non cum arbitris sedes,vt cum ipse non pecces,alijs pecca re videaris,vt exēplo sis miseris,qui nominis tui autoritate delinquant? Tuquoq; virgo vel vidua,cur tā largo sermone viri retineris. Cur cum solo relicta nō metuis. Tum cum quo licentius quam cū germano, multo inuerecundius quam cum marito egisti? Sed de scripturis sanctis aliquid interrogas. Interroga publice, audiant pediſſe quæ,audiant comites tui,omne quod manifestatur lumen est. Bonus sermo secreta nō quęrit,quin potius delectatur testimonio plurimorū. Magister egregius contemnit viros,despicit fratres,& in vnius mulierculæ secreta eruditione desudat. Sexus fœmineus suo iungatur sexui, & nesciat infantula imo timeat cum pueris ludere.

In epist. ad Eustochiū de custodia virginitatis to.1. Gen. 34.

11

IDEM sic habet: Semper te cubiculi tui secreta custodiant, semper tecum sponsus ludat intrinsecus, audiesque abeo: Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus cōclusus,fons signatus. Caue ne domū exeas, & velis videre filias regionis alienæ, quamuis fratres habeas patriarchas,& Israel parēte lęteris Dina egressa corrumpitur. Nolo te sponsum quęrere per plateas. Nolo te circuire angulos ciuitatis,dicas licet,circuibo ciuitatem,per vicos & plateas, quæram quem diligit anima mea, & interroges, num quem diligit aīa mea vidistis? Nemo tibi respondere dignabitur,spōsus in plateis non pōt inueniri. Quæsiui eum,& nō inueni, Atq; vinam non inuenisse sufficiat,vulneraberis,nudaberis,& gemebunda narrabis: inuenerūt me custodes qui circumeunt ciuitatem,percusserūt me, & vulnerauerunt me,tulerunt pallium meum. Si autē hoc, exiens patitur illa, q̄ dixerat ego dormio, & cor meū vigilat, fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea commorabitur: quid de nobis fiet,quæ adhuc adolescentulæ sumus? Zelotypus est Ieius, non vult ab alijs videri faciem tuam. Sis licet pulchra,& inter oēs mulieres species tua diligatur a sponso, nisi omni custodia seruaueris cor tuum, nisi oculos inuenum fugeris,egredieris de thalamo tuo,& pasces hędos,qui staturi sunt a sinistris. Itaq; mi Eustochium, filia,domina,conserua, germana,aliud.n.ætatis, aliud meriti,aliud religionis,hoc charitatis est nomen. Audi Isaiam loquentem: populus meus intra cubiculum tuum, claude ostium tuum abscondere pusillum aliquantulum donec tranſeat ira Dñi. Foris vagētur virgines stultæ, tu intrinsecus esto cum sponso: quia si ostium clauseris,& secundum Euangelij præceptū in occulto oraueris patrem tuū,veniet, & pullabit,& dicet. Ecce ego sto ante ianuam, & pulso,si quis mihi aperuerit introibo,& cænabo cum eo, & ipse mecum.

In epist. 27 quæ est ad Eustochiū Epitaphiū matris suæ Paulæ.t.1.

12

IDEM post enumerata multa, quæ sanctitatem Paulæ commendant,incredibilem ipsius pœnitentiā ait,quòd post mortem viri sui,vsq; ad diem dormitionis suæ,cum nullo comedit viro quamuis eum sanctū & in pontificali sciret culmine constitutum. Infra: Loquens de congregatione fœminarū quibus ipsa præerat ait: A viris tanta separatio erat, vt a spadonibus quoq; eas seiungeret,ne vllam daret occasionem linguæ maledicæ.

In epist. 51 quæ est de vita beati Hilarionis to. 1.

13

IDEM de Hilarione, viginti & duos inquit, iam in solitudine habebat annos,fama tantum notus omnibus, & per totas Palestinæ vulgatus vrbes, cum interim mulier quædam cernens despectui se haberi a viro ob sterilitatem (iam enim per annos quindecim nullos coniugij fructus dederat) prima irrumpere ausa est ad beatum Hilarionem,& nihil tale suspicāti,repente genibus eius aduoluta,ignosce,inquit audatiæ, ignosce necessitati meæ. Quid auertis oculos? quid rogantem fugis? Noli mulierem aspicere, sed miseram. Hic sexus genuit Saluatorem. Non habent sani opus medico: Sed qui male habent. Tandē substitit,& post tantum temporis,visa muliere,consolatus est eam.

IDEM

14 *In Epist. ad Asellã.*

IDEM Hiero. venit in suspitionem Romanis ꝙ Paulam adamaret, & huiusmodi obtrectatoribus respondens inquit: Multa me virginum crebro turba circundedit Diuinos libros, vt potui, non nullis sæpe disserui. Lectio assiduitatem, assiduitas familiaritatem, familiaritas fiduciam fecerat. Dicant quid vnquam in me aliter senserint, quam Christianum decebat? Pecuniam cuiusque accepi? Munera vel parua vel magna non spreui? Obliquus sermo, oculus petulans fuit? Nihil mihi aliud obijciunt, nisi sexum meum. Infra: Ante quam domum sanctæ Paulæ nossem, totius in me vrbis studia consonabant. Omnium pene iudicio, dignus summo sacerdotio decernebar. Dicebat sanctus humilis & disertus. Nunquid domum alicuius lasciuioris ingressus sum? Nunquid me vestes sericæ, nitentes gemmæ, picta facies, auri rapuit ambitio? Nulla fuit alia Romæ matronarum, quę meam posset edomare mentem, nisi lugens atque ieiunans. Squalens sordibus, fletibus pene cæcata, quam continuis noctibus misericordiã Domini deprecantem sol sæpe deprehendit. Nulla me potuit delectare, nisi illa quam manducantem nunquam vidi. Sed postquam eam pro suæ merito castitatis venerari, colere, suspicere cępi, omnes me illico deseruere virtutes? Infra: Cõcludit saluta Paulam, & Eustochiũ, velit nolit mundus, in Christo meas, saluta matrem Albinam, Marcellam, & Marcellinam: & dic eis. Ante tribunal Christi simul stabimus, ibi apparebit qua mente quis vixerit.

11 *In epist. 22 quæ est ad Eustochiũ de custodia virginitatis to. 1. Gen. 34.*

15 *In Epist. ad Principiam virg. to. 3.*

IDEM Principiam virginem sic exorditur. Scio me Principia in Christo filia, à plerisq; reprehendi, quod interdum scribam ad mulieres, & fragiliorem sexum maribus præferam. Si viri de scripturis quærerent, mulieribus non loquerer. Si Barach ire ad prælium voluisset, Debbora deuictis hostibus non triumphasset. Hieremias carcere claudit, & quia periturus Israel virum non receperat prophetantem, Olda eis mulier suscitatur. Sacerdotes & Pharisæi crucifigunt filium Dei: & Maria Magdalena plorat ad crucem, vnguenta parat, quærit in tumulo, hortulanum interrogat, Dominum recognoscit, pergit ad Apostolos, repertum nunciat. Illi dubitat, illa confidit. Rebecca pergit ad interrogandum Deum, & sua responsione condigna audit oracula. Duæ gentes in vtero tuo, & duo populi de vẽtre tuo diuidentur. Maria soror Moysi victorias domini canit, & Rachel Bethlehem nostram stirpe nominis sui signat in posteros. Ruth & Hester, & Iudith tantæ gloriæ sunt, vt sacris voluminibus nomina indiderint. Quid dicam de regina Saba, quæ venit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis, quæ testimonio Domini omnes viros condemnatura est Hierusalem, Quid memorem Annam matrem Moysi, mulierem Tecuitẽ, Annam filiam Phanuel, Elisabeth? Sequebantur mulieres Saluatorem, & ministrabant ei de facultatibus suis. Cum Samaritana loquitur ad puteum. Apollo virum Apostolicum, & in lecte doctissimũ, Aquila & Priscilla eruditum, & instruunt eum de via Domini. Si doceri à fœmina non fuit turpe Apollo, mihi quare turpe sit, post viros docere & fœminas? Hæc breuiter per strinxi, vt nec te pęniteret sexus tui, nec viros nomen suum erigeret, in quorum condemnationem, fœminarum in scripturis sanctis vita laudatus.

12 *In epist. 27 quæ est ad Eustochiũ Epitaphiũ matris suæ Paulæ. to. 1.*

16 *Lib. 3. in c. 8. Ezechie. to. 5.*

IDEM explicans verba illa: Inter abominationes, & peccata populi, quæ offensa sunt Ezechieli, adhuc conuersus videbis abominationes maiores, quas illi faciunt. Et introduxit me per ostium portæ domus Domini: & ecce mulieres sedentes plangentes Adonidem, inquit: Quia iuxta gentilem fabulam in mense Iunio amasius veneris, & pulcherrimus iuuenis occisus, & deinde reuixisse narratur: eundem iunium mensem, eodem appellant nomine, & anniuersariam ei celebrant solemnitatem, in qua plangitur à mulieribus quasi mortuus, & postea reuiuiscens canitur atque laudatur. In quo vitia mulierum describuntur, quæ plangunt, amatorum societate priuatæ, & exultant si eos potuerint obtinere.

13 *In epist. 51 quæ est de vita beati Hilarionis to. 1.*

17 *In prologo in sophoniã prophetam. to. 5.*

IDEM ait: Respondendum est his, qui me irridendum existimant: quòd omissis viris ad vos scribam potissimum, ò Paula & Eustochium. Et postquam multas narrauit fœminas, quas sacrę litteræ commemorant inquit: Ad gentiles fœminas veniam, vt & apud sæculi philosophos videant animorum differentias quæri solere non corporũ. Plato inducit Aspasiam disputantẽ, Themisto inter sapientissimos Græcię philosophatur. Corneliam, tota Romanæ vrbis turba miratur. Carneades eloquentissimus philosophorum, qui apud cõsulares viros & in academia plausus excitare consueuerat, non erubuit in priuata domo audiẽte matrona de philosophia disputare. Quid referam Catonis filiam Bruti coniugem, cuius virtus facit ne patris maritique constantiam tantopere miremur? Plena est historia tã græca quam latina virtutibus fœminarum, & quæ integros libros flagitet. Mihi tamen dixisse sufficiat, Dominum resurgentem primum apparuisse mulieribus. Et Apostolorum illas fuisse Apostolas: vt erubescerent viri non quærere, quem iam fragilior sexus inuenerat.

18 *Li 1 offi. c. 18 de bonæ uerecũdiæ. to. 4.*

AMBROSIVS ait: Est & in oculis verecundia, vt nec videre viros fœmina, nec videri velit. Est verecundia pudicitiæ comes, cuius societate castitas ipsa tutior est. Bonus enim regendæ castitatis pudor est comes, qui si se prætendat ad ea quæ prima pericula sũt, pudicitiam temerare non sinat. Hic primus in ipso cognitionis ingressu Domini matrem commendat legentibus, & tanquam testis locuples dignam, quæ ad tale munus eligeretur, astruit, ꝙ in cubiculo, ꝙ sola, ꝙ salutata ab Angelo tacet, & mota est in introitu eius, quòd ad virilis sexus speciem peregrinam turbatur aspectus virginis. Itaque quamuis esset humilis præ verecũdia, non resalutauit, nec vllum responsum retulit, nisi vbi de suscipienda Domini generatione cognouit, vt qualitatem effectus disceret.

19 *In cap. 20.*

IDEM in cap. 20. quo docet mulierum commercia vitanda inquit: Viduarum ac virginum domos, nisi visitandi gratia, iuniores adire non est opus, & hoc cũ senioribus, hoc est, vel cum Episcopo, vel si grauior est causa, cum presbyteris. Quid necesse est (Ecclesiasticos alloquitur) vt demus obtrectandi locum sæcularibus? Quid opus est, vt illæ quoque visitationes crebræ accipiant autoritatem? Quid si aliqua illarum forte labatur? Cur alieni lapsus subeas inuidiam? Quam multos, etiam fortes, illecebra decipit? Quanti non dederunt errori locum, & dederunt suspitioni? Cur non illa tempora, quibus ab Ecclesia vacas, lectioni impendas? Cur non Christum reuisas, Christum alloquaris, Christum audias? Illum alloquimur, cum oramus, illũ audimus, cum diuina legimus oracula. Quid nobis cum alienis domibus? Vna est domus, quæ omnes capit. Illi potius ad nos veniant, qui nos requirunt. Quid nobis cum fabulis? Ministerium altaribus Christi, non obsequium hominibus deferendum suscepimus.

20 *In li. cuius titulus est exhortatio ad virg. to. 4.*

IDEM docens qua ratione virgines debent abscõdere pulchritudinem suam inquit: Soter virgo nobilis cum esset decora facie valde, vultum aperuit, soli inuelata, & intecta martyrio, & volens iniuriæ occurrit, vultum offerens, vt ibi martyrij fieret sacrificium, vbi solet esse tentamentum pudoris. Gaudebat enim dispendio pulchritudinis, periculum integritatis auferri. Hetruscum iuuenem veteres fabulæ ferunt, cum propter admirãdam oris proprij pulchritudinem, in amorem accenderet fœminas, stigmatibus inaraſſe vultum, suum, ne qua eum adamare posset. Ille sola excepit vulnera ne noceret, vt imaginem Dei, quam acceperat reseruaret.

21 *In li. ad virginem desponsã c. 1. to. 4.*

IDEM docet virginem nullum tractatum habere debere cum sæcularibus hominibus dicens. Quid tibi cum hominibus sæcularibus: aut quem tractatum habes cum illis? Quid vis scire cum ipsis, perditionẽ quã ipsi

ipsi sequuntur? Si castitatem quæris, hanc illi non habent. Si fidem quæris, quis est fidelis in illis quem tu comitaberis? Si autem Christum quæris, non manet in illis. Nescio quid quæras, quale amicitias, vel quales fabulas habeas cum illis. Deuouisti animam tuam ad de
1. Pet. 2. struenda omnia, quæ sunt huius sæculi, quomodo autem quæris sæculum, cui renũciasti? Reuerteris ad vomitum tuum sicut canis, aut velut ius lota iterum inuo
Galat. 2. lutationem, sicut scriptum est dicente Apostolo, si quæ destruxi, iterum reædifico prævaricatorem me constituo. Quid dicis deuota deo? Quid vis hominibus placere? Quid desideras, vel quid quæris? Si Deum quæris, tecum est. Si hominem quæris, non hoc deuouisti. Quid quæris homines sæculi, quorum Deus venter est, & gloria in pudendis ipsorum, qui terrena sapiunt?
Phil. 3. Non audisti: vitate canes, vitare malos operarios. Rogo te, homines sæculi quid tibi demonstrant? Dic mihi, castitatem, quam non habent?
Phil. 3. Quid, fidem quã nõ inueniunt? Doctrinam quam non sequuntur, nisi diabolicam sapientiam huius mundi? Ieiunium quod odiunt? Abstinentiam quam iudicant? Humilitatem, quam opprimunt? Sobrietatem quam negligunt? Vere cundiam quam proijciunt à se? Sinceram mentẽ quam
22 non habent? Nescio, quid vis studere cum ipsis.

In cap. 2. IDEM inquit: Sed quid dicis? Ego conuertos eos ad me. Si autem ad te conuersi fuerint, non tibi expedit. Quid quærit lupus cum agno? vel quid quærit canis nisi panem? Quare autem rugit leo nisi pro prẽda? Tu te ipsam castam custodi si potes. Quid vis docere
Ioan. 4. quòd tu ipsa non facis? sicut dicit Apostolus, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sunt: si autem ab ipsis doctrinam accipias, docebunt te quod faciunt, concupiscentiam, quam sequuntur, fornicationem, libidinem, auaritiam, impudicitiam, luxuriam, ebrietatem, turpiloquium, iram, & omnem malitiam. Quid quæris cum illis? Quæ pars fideli cum infideli? Vel quæ pars sancti hominis ad carnem? Virgo esse potes corpore, sed non mente. Cum peruerso subMatt. 9. uerteris, quia non potes duobus Dominis seruire, non potest committi panum vetus cum nouo. Tollit enim fortitudinem eius, & peior scisura fit. Quicunq; qualis fuerit, cum tali seiungit. Columba dimissa de manu hominis, statim reuersa est in arcam. Nam coruus dimissus carnem securus est, quem tu quoque vis sequi, vt non reuertaris ad ianuam Christi. Recede misera ab illis hominibus, ne carnes tuas electas comedant, & talos tuos euertant, & relinquaris nuda, & spoliata sicut in cucumerario. Tunc reuerteris in domum tuam cum fletu a qua exieras gaudens.

23 IDEM inquit: Vide & caue ab istis hominibus. Intra in cubiculum clauso ostio ora patrem tuum, vt det
Cap. 3. tibi mentem bonam, & intellectum, vt scias quos debeas sequi, & quos vitare, quia multi sunt, qui fingunt
Matth. 6. se esse quod non sunt, sed mentiuntur, & nescis quod de anima tua agitur ne ducant te captiuam sicut boue, quæ ad occisionem ducitur. Ne festines sicut auis in laqueum. Audi me, remoue pedem tuum de illis, sede sedula in domo tua, operare manibus tuis quod bonum est. Ora sine intermissione, ne facilis videari in plateis.

24 IDEM explicans verba illa; In quibus Angelus di
Lib. 1. de Abraham patris c. 5 to. 4. xit Abrahæ vbi est Sara vxor tua? Qui respondit, & dixit. Ecce in tabernaculo, ait: Non ignorabat Dominus
Gen. 18. vbi Sara esset. Sed docere nos voluit quantus pudor debeat esse fœminarum, ne procaci occursu, hospitum in se oculos inflectant, salua verecundia ministeriũ suum exerceant. Abraham quoq; auribus tuis ingerit, in tabernaculo Saram degere, vt discas, quid ab vxore exigas. Prouectior ætate iam Sara, iuuenilem custodit verecundiam: ideo Dominus spopondit ei filium. Foris maritus inuitat, intus mulier conuiuium parat.

25 IDEM explicans locum Pauli: Volo viros in omni loco orare, dicit: Vtique communis est oratio fœminis & viris. Sed Apostolus ideo forte dixit viros orare in omni loco, ne mulieres male vsurparent, & intelligerent in omni loco, & inciperent vbiq; discurrere, & clamare, quas in Ecclesia sustinere non possumus. Li. 6. de Sacramentis, cap. 4.

AVGVSTINVS explicans verba illa Pauli 1. Timoth. 2. Adam non est seductus, mulier autem seducta in prævaricatione fuit, inquit: Salomon vir tantæ sapientiæ nunquid nam credendum est, quod in simulachrorum cultu crediti esse aliquid vtilitatis? Sed mulierum amori, ad hoc malum trahenti, resistere non valuit, faciens quod sciebat non esse faciendum: ne suas, quibus deperiebat, mortiferas delitias contristraret. Ita & Adam postea quam de ligno prohibito seducta mulier manducauit, eique dedit, vt simul ederent, noluit eam contristari, quam credebat posse sine suo solatio cõtabescere, si ab eius alienaretur animo & omnino illa interire discordia. Non quidem carnis victus cõcupiscentia, quam nondum senserat, sed amicali quadam beneuolentia, qua plerumque fit, vt offendatur Deus, ne homo ex amico fiat inimicus. 1. Tim. 2. 26 Lib. 11. de Gene. ad literam to. 3. 2. Tim. 2.

BERNARDVS explicans verba illa; Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum ait: Videtur signanter dictum esse, non est vir mecum, tanquam intelligendum sit solas mulieres cum illo remansisse. Viris enim fortioris naturæ fugientibus præ timore, non fugit muliebris infirmitas. Sicut in persona Christi conquerentis beatus Iob loquitur, & dereliCta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Per labia quippe, quæ ceteris sunt membris molliora, muliebris sexus mollis & infirmus intelligit, qui solus Christo, discipulis fugientibus, adhæsit, figuratur. Elegit enim Dominus infirma mundi, vt confunderet fortia. 27 Tra. de passione Dom. cap. 2. Iob 19.

Mundus malus dicitur, & periculosum mare, quod enauigant sancti, qui & reliquendus, & odiendus est. Cap. XII.

DIXIMVS de re hac multa lib. 4. cap. 2. Quibus addenda sunt, quæ sequuntur. Origenes in primis inquit: Primum quidem à Deo ad Abram ante immutationem nominis illud defertur oraculum, quo dixit, exi de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui. Sed nihil in hoc de testamento Dei, nihil de circuncisione præcipitur. Non enim poterat cum ad huc esset Abram, & carnalis natiuitatis vocabulum ferret, susscipere testamentum Dei, & circuncisionis insigne. Cum vero exijt de terra sua, & de cognatione sua, tunc ad eum sacratiora tam responsa deferuntur. Tunc vocatur Abraham, & testamentum Dei susscipit, & signaculum fidei accipit per circunsionem, quã non potuit accipere donec in domo patris esset, & in consanguinitate carnali, carni cohabitans, & sanguini: sed postquam inde profectus est, Abraham meruit vocari. 1 Hom. 7 in c. 17. Gen. to. 2. Gen. 12.

IDEM, explicans verba quæ dixit Moyses Pharaoni, dimitte populũ meũ vt sacrificet mihi in deserto ait: Nõ vult Moyses vt populus in Ægypto positus seruiat Domino, sed vt exeat in desertum, & ibi seruiat Domino. Hoc est sine dubio quod ostendit, quia donec quis in tenebris sæcularibus manet, & in negotiorum obscuritate versatur, non potest seruire Domino. Non enim potest duobus Dominis seruire. Non potest Deo seruire, & mammonæ. Exeundum igitur nobis est de Aegypto, relinquendus est mundus, si volumus Domino seruire. Relinquendus autem dico non loco, sed animo, non itinere proficiscendo, sed fide proficiendo. Audi hæc eadem Ioannem dicentem: Filioli nolite diligere mundum, neque ea, quæ in mũdo sunt. Quoniam omne quod in mundo est, desiderium carnis est, & desiderium oculorum. Et quid tamen dicit? Quomodo ve quatenus proficisci iubet ex Ægypto videamus. Viam inquit, trium dierum ibimus in eremo, & ibi immolabimus Domino Deo nostro. Quæ est via trium dierum, quæ nobis incedenda est, vt exeuntes de Aegypto peruenire possimus ad locum in quo 2 Hom. 3. in c. 4. Exodi. Cap. 5. Matt. 6. 1. Ioan. 2. Exo. 3.

im-

immolare debemus? Iter tridui de Aegypto proficiſcimur, ſi ita nos ab omni inquinamento animæ & corporis ac ſpiritus conſeruemus, vt quemadmodum dixit Apoſtolus integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus in die Ieſu Chriſti ſeruetur. Tridui iter de Aegypto proficiſcimur, ſi purificãtes in nobis dicta, facta, & cogitata, per quæ ſolent homines peccare, efficiamus mũdi corde, vt poſſimus Deũ videre. Infra: Et nunc Moyſes quem habemus nobiſcum, ideſt, lex Dei, vult te educere de Aegypto, ſi audiamus eum vult te longe facere à Pharaone, eruere te cupit de opere luti & palearum. Non vult te in carnis & tenebrarum actibus permanere, ſed exire ad eremum, venire ad locum perturbationibus & fluctibus ſæculi vacuum. Ad hunc ergo locum quietis cum veneris, ipſe poteris immolare Domino, ibi legem Dei, & virtutem diuinæ vocis agnoſcere. Propterea cupit te Moyſes eijcere de medio fluctuantium negotiorum, & de medio per ſtrepentium populorum, Propterea cupit te exire de Aegypto, vt legem Dei audias.

3 IDEM explicans qua ratione ſonantibus tubis ſacerdotium, & conclamante populo, muri corruerint Hierico ſic habet. Duce Domino Ieſu, qui diſcipulis ſuis dixit, confidite ego vici mũdum, iam nobis victus eſt mundus, & muri eius colapſi ſunt, quibus homines ſæculi nitebantur. Sed vnuſquiſque noſtrum debet in ſemetipſo iſta complere. Habes in te Ieſum ducem per fidem, fac tibi tubas ductiles ex ſcripturis ſanctis. Et ſi in talibus cecineris tubis, Si iam in te caro, & ſpiritus conſonant, tibi deſtructus, & deiectus eſt mundus. Talis erat ille, qui confidenter dicebat. Mihi abſit gloriari niſi in cruce Domini mei Ieſu Chriſti: per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mũdo. Diciq; illis Deus cuſtodite vos ab anathemate, ne forte concupiſcatis, & tollatis ab anathemate: & conteratis nos, & omnẽ ſynagogam Domini. Tale eſt quod indicatur in his verbis. Videte ne quid in vobis ſæculare habeatis, ne ſæculares mores, ne vitia, ne ergiuerſationem de ſęculo vobiſcum ad Eccleſiam deferatis. Sed anathema ſit vobis omnis conuerſatio ſæcularis. Nolite diuinis mundana miſcere. Nolite negocia ſæculi Eccleſiæ ſecretis inſere re. Hoc eſt quod & Ioãnes. Epiſtolæ ſuæ perſonat tuba dicens, nolite diligere mundum neque ea, quæ in mundo ſunt. Et Paulus, nolite conformari huic ſæculo. Qui enim hæc faciunt, accipiunt de anathemate.

4 BASILIVS inquit explicans verba illa; Pater ſancte mundus te non cognouit: Mundum hic appellat non eum qui conſtat e cœlo & terra, ſed inſinceriſſimam innumeriſque mutationibus obnoxiam vitam. Ac de ſe ipſo loquens, adhuc modicum, inquit, & mundus me non videbit. Rurſus eos qui carnali materialique vita deuincti ſunt, & oculis tantum expandunt veritatem, mundum appellans. Eadem dixit de Spiritu ſancto. Spiritum, inquit, veritatis mundus non poteſt accipere, neque videt illum, neque nouit eum. Mundus, hoc eſt carnis cupiditatibus dedita vita, velut oculis imbecillis non ferens ſolis radios, ſpiritus gratiam non recipit. Mundus ergo non poteſt Spiritum ſanctũ capere: Sed qui mundum odiunt. Vnde Eſaias ait: Qui ſtabiliuit terram, & quæ in ea ſunt, deditque ſpiritum populo qui eſt ſuper illam, & ſpiritum calcantibus eã. Nam qui conculcant terrena ijſque ſuperiores euaſerunt, digni prædicati ſunt dono Spiritus ſancti.

5 IDEM ait: Ad continendam in officio mentis agitationem, ne ad frutiles cogitationes aberret, illud adiuuat, ſi quis ſeorſum a cæteris communem vitam ſectantibus viuat: quando quidem promiſcuam vitam agere cum ijs, qui ſecuri perfectam illam Domini perceptorium obſeruationem contemnunt, pernicioſum eſſe Salomon docet. Sic enim eſt apud ipſum: Noli amicus eſſe homini iracundo, neque habitaueris cum viro furioſo, ne forte diſcas vias eius, & ſumas laqueos animæ tuæ. Et item illud: exite de medio eorum, & ſeparamini, nimirum eodem tendit. Quocirca ad illud euitandum ne oculis auribus ve inſtigationes ad peccatum admittamus, ne ve earum rerum, quas vel viderimus, vel audierimus impreſſe peſtilentes capitaleſq; in animis noſtris formæ, ac veluti notæ quędam inſideant. contraq; vt animum in officio ſuo attentum tenere poſſimus, principio, quod ad habitationem attinet, ſeparata ea a cæteris, nobis quęrenda eſt. Ita enim, & ſuperioris temporis cõſuetudinem poterimus euincere. Illud autem, ſi quis vult poſt me venire abneget ſemetipſum, quomodo vnquam cõſequi poteritis, qui rebus ſit iſtius mundi diſtentus? Si quidem oportet, vt noſipſos primum abnegemus, & crucem ſuſtollamus: ac tum demum ipſum ſequamur. Nihil eſt autẽ aliud ſui ipſius abnegatio, niſi ſumma rerum omnium vitæ ſuperioris obliuio, atq; ſui ipſius volũtatibus receſſio, quam in vita communi aſſequi longe eſt difficillimũ, ne dicam ab omni prorſus, vt fieri poſſit, facultate remotiſſimum. Atque etiam ad tollẽdam crucem ſuam, & ſequendum Chriſtum, officit commercium, quod cum iſtiuſmodi vita habetur. Siquidem & animi ad mortem pro Chriſto ſubeundam alacritas, & membrorum, quę ſunt ſuper terram, mortificatio, & illud, quod quis libenter ſe cuius impendenti periculo offerri pro Chriſti nomine paratus ſit, & nulla de rebus vitæ huius affectione tangatur, hoc nimirum eſt tollere crucem ſuam. Porro ad hanc rem, magna nobis obijci impedimenta videmus a vita communi. Et præter cętera, quæ multa ſunt, illud etiam quod magnum in ea diuinas leges violantium numerum intuens animus peccata ſua agnoſcendi, & ſe per pœnitentiam afflictandi, ſpacium non habet. Qui potius facta ſui cum deterioribus de ſe comparatione, de virtute ſibi neſcio quomodo blanditur. Tum deinde varijs tumultibus occupationibuſq; quæ vita ſolet communis afferre, a Dei memoria, cuius haberi ratio maior debet, abſtractus non in eo ſolum detrimentum facit, quòd non exultat in Deo delectaturue, neque verborum Domini dulcedine vlla pfunditur: ita vt vere dicere queat, memor fui Dei & delectatus ſum, ſed in eo etiam aſſuefit, vt iudicia ipſius penitus cõtemnat obliuiſcaturque quo neq; maius ei, neque capitalius malum vllum põt accidere.

7 IDEM inquit: Propter incommoda, quæ in mundo ſunt perſuaſus in hos mõtes, quaſi volitãs paſſercu lus emigraui. Paſſerculi etenim exemplo exemi me, atque ſubmoui longius a laqueo uenantium. Siquidem in hac ſolitudine vitam hanc deſtinaui mihi tranſigendam, in qua Dominus meus pro me verſatus eſt. Hic, illa eſt quercus Mambre. Hic, inuenire liceat ſcalam ad cœlum vſq; animas rectè ſubuehentem. Hic, & caſtra angelorum, quæ ſe patriarchæ Iacob ſpectanda præbuere. Hæc, ea eſt ſolitudo, in qua peculiaris Dei populus præuia expiatione colluſtratus legem accipere promeruit, deniq; ad terram proiectus promiſſionis Deum contemplatus eſt. Hic mons celeber Carmelus, in quo Elias demoratus placuit Deo. Hic ſita eſt campeſtris planicies, in q̃ ſeorſim a ceteris, cum ſe Eſdras ſubmouiſſet, libros ſcripturæ diuinitus inſpiratę omnes, ex Dei mandato ad communem omnium vſum eructauit. Hic ſita eremus eſt, in qua beatus Ioannes ædens locuſtas, formulam pœnitentiæ hominibus perficiendæ ſua prædicatione præſcripſit, & euulgauit. Hic item mõs ille oliuarũ, ad quem Chriſtus ex more ſecedebat oraturus. Hic anguſta & arcta eſt via, quæ ducit ad vitam. Hic, doctores & prophetæ in ſolitudinibus errantes, in mõtibus, & in ſpeluncis, & in cauernis terræ. Non ſum neſcius Abraham Deo per quã gratioſum & vnicè dilectum, diuinæ vocis oraculo, ſe vt per omnia exhiberet morigerum atque obſecundantẽ, in ſolitudinem commigraſſe, Iſaac itidem cum vi opprimeretur ſe potentiorum. [Infra:] Eſt hæc ſententia, nõ ego mundi iſtius cauſa cõditus ſum, magis verò in mei gratiam totam hanc mundi fabricam condidit Deus.

IDEM

Li. 6. de ſacramentis, cap. 4.
1. Tim. 2. 26
Lib. 11. de Gene. ad lit. cap. 10. 3.
2. Tim. 2.
Mat. 16.
27 Tra. de paſſione Dom. cap. 2.
Hom. 7. in c. 6. Ioſue.
Iob 19.
Ioan 16.
Galat. 6
1 Hom. 7 in c. 17. Gen. to. 2.
Gen. 12.
1. Ioan. 2.
Rom. 12.
2 Hom. 3. in c. 4. Exodi. Cap. 5.
Li de Spi. ſanct. c. 22 to. 1.
Ionæ 17.
Ioan. 16.
Ioan. 14.
Cap. 42.
Matt. 6.
1. Ioan. 2.
In reſpon. incer. ſexta to. 2.
Prou. 22.
Exo. 3.
Iſa. 52.
In epiſt. ad Chilonem anachoretã

8 IDEM sic habet: Solitaria vita cęlestis doctrinæ
In li. de laud. de vita solitariæ. schola est, ac diuinarum artium disciplina. Eremus, est Paradisus deliciarum, vbi tamquam redolentium speciēs pigmentorum, vel rutilantes flores aromatum, sic flagrantia spirant odoramenta virtutum. Ibi siquidem rosæ charitatis igneo rubore flammescunt. Ibi lilia castitatis niueo cādore candescunt. Ibi myrrha perfectæ mortificationis non solum carnis, sed quod gloriosius est, propriæ voluntatis exundat, & thus assiduæ oratio nis indesinenter emanat, & igne diuini amoris suauiter ardet. O eremus sanctarum mentium delectatio, & intimi gustus inexhausta dulcedo. Tu caminus ille Chaldaicus, vbi sancti pueri feruentis incendij vires orationibus reprimunt, & ardore fidei crepitantiū circa se flammarum globos extinguunt, vbi scilicet & nexus vruntur & ardorem membra non sentiunt, quia & peccata soluuntur, & ad hymnum diuinæ laudis anima prouocatur, dicens: Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis. Tu fornax, vbi superni regis vasa formantur. O cella negotiationum cælestium apotheca, in qua videlicet illarum mercium summa recondi tur, quibus terræ viuentium possessio comparatur. Fœlix commercium, vbi terrenis cælestia, transitorijs mutantur æterna. O cella spiritualis exercitij mirabilis officina, in qua certè humana anima creatoris sui imaginem in se restaurat, & ad suæ redit originis puritatē. Tu das vt ieiunijs videantur ora pallentia, & mēs diui næ gratiæ sit pinguedine saginata. Tu facis vt homo in mentis arce constitutus, cuncta sub se videat terrena defluere. O cella sacræ militiæ tabernaculum, castrum
9 Dei, turris Dauid, quæ ædificata est cum propugnaculis, mille clypei pendēt ex ea omnis armatura fortium. Tu campus diuini prælij, vbi spiritus cum carne congreditur, & fortis ab infirmo superatur. Qui in te sunt lor cā fidei præmuniti, sub imperatoris sui inuicta protectione tripudiant, & de hostium suorum certē iam
Exo. 14. deiectione triumphant. Quibus nimirum dicitur: Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Et, noli timere, etsi vnus es, quia plures nobiscum sunt, quam cū illis. O eremus mors vitiorum, ac proculdubio fomes & vita virtutum quicumq; ad perfectione peruenerunt, tuum cognouerunt prœconium. Porro Moyses tibi dedit bis accep æ legis decalogū. Per te Elias nouit Domini per transeuntis excursum. Per te Elisæus duplicem magistri sui sortitus est spiritum. Et quid amplius dicam: Quandoquidem Saluator mundi in ipso redemptionis humanæ primordio prœconem suum, tui accolā fecit. Tu scala illa Iacob, quę homines vehis ad cœlum, & angelos ad humanum deponis auxilium. Tu via aurea certa, & compendiosa qua homines ducis ad patriam. O vita eremitica, balneum animarum, mors criminum, purgatorium sordidorum. Tu mentium secreta purificas, squalores diluis scelerum, atq; ad angelicæ nitorem munditiæ peruenire animas facis. Cella nempe est conciliatio Dei & hominum. Ibi superni ciues ad colloquia humana conueniunt, estq; cella conscia secreti consilij, quod habet cum hominibus Deus. [Infra:] Cella est instrumentum quo pretiosi lapides poliuntur, & est erga sterium vbi pretiosi lapides reponuntur. Cella Dominicæ sepulturæ prope modum æmula, quæ peccato mortuos susc ipis, & per
10 afflatum sancti Spiritus Deo reuiuiscere facis. Tu es ab huius vitæ turbida vexatione sepulchrum, sed cælestis vitæ pandis introitum. Te portum tranquillitatis inue niunt, qui naufragium mundani fluctus euadunt. Te
Thren. 3. Hieremias aspexerat, cum dicebat: Bonum est cum silentio prœstolare salutare Dei. Bonum est viro cum portauerit iugum ab adolescentia sua: sedebit solitarius & tacebit, & eleuabit se supra se. Habitator etenim tuus se eleuat supra se, quia Deum esuriens anima, à terrenarum se rerum obtutibus erigit, & in diuinæ contēplationis arcæ suspendit. A mundi se actionibus segregat. Cumque illum, qui est super omnia conspicere satagit, semetipsum quoque homo cum reliqua mundanæ vallis deiectione transcendit. O cella, quæ de superbis facis humiles, de gulosis sobrios, de crudelib⁹ pios, de iracundis mites, de odiosis reddis in diuina charitate feruentes. Tu ieiuniorum, ac vigiliarum nutrix, tu patientiæ & pacis perfectissimæ custos, tu purissimæ simplicitatis magistra, ac omnino fraudulentæ duplicitatis ignara. Tu facis vt agos quosque Christi catena coerceat, vt indisciplinati moribus a sua se prauitate compescant. Tu nosti homines ad perfectionis culmē euehere, atque ad consummatæ sanctitatis fastigium sublimare. Tu homines a semetipsis extraneos reddis, *Cant. 1.* & prius vasa vitiorum reflorere virtutibus facis. Tu nigra, sed formosa, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Tu lauacrum tonsarum, & sicut piscina in Hesebon. Oculi tui sicut columbæ super riuos aquarū, 11 qui lacte sunt lotæ, & residēt iuxta fluēta plenissima. Tu namque es speculum animarum, cuius contemplatione se mens humana perspicaciter intuens, quod minus est impleat, quod superfluum reprimat, quod obliquum est dirigat, quod deforme componat. Tu nuptialis es thalamus, in quo sancti Spiritus anulus tribuitur, & cælesti sponso felix anima fœderatur. Recti diligunt te, & qui te fugiunt veritatis luce priuati, quò *Psal. 136.* gressus ponere debeant non agnoscunt. Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui, si nō proposuero te in principio lætitiæ meæ. Illud enim cum propheta Dauid te alacri voce libet cantare. Hæc requies mea in sæculum sæculi, hic habitabo quoniā elegi eam. Quam pulchra es amica mea, & quam decora in delicijs tuis. Tu areola aromatum, tu fons hortorum, tu malum punicum es odoris. Licet enim vescentibus amara videaris in cortice, sed magnum est, quod intrinsecus latet eum peruentum fuerit ad suauitatem medullæ. O eremus, mundi persequentis felix effugiū, laborantium quies, mœrentium consolatio, ab æstu sæculi refrigerium, reclusio corporum, libertas animarū. Te Dauid petijt cum mundi mala perferret, cum timidi & tenebrosi cordis tædium sustineret. Ecce, inquit, elongaui fugiens, & mansi in solitudine. Et quid amplius memorem? quandoquidem ipse Saluator omniū in exorpio suæ manifestationis inuisere, ac propria te dignatus est habitatione consecrare. Postquam enim baptizatus est, ductus est in desertum, & erat ibi quadraginta diebus & quadraginta noctibus, & erat cum bestijs Debitorem se tibi mundus agnoscat. Vnde prędicaturum ac mirabilia facturum, suscepisse te Deum non ignorat. O eremus terribile malignis spiritibus 12 habitaculum, vbi cellæ monachorum velut tentoria ordinata castrorum, quasi turres Sion, & quasi propugnacula Hierusalem eriguntur aduersus Assyrios, & contra faciem Damasci, quod tunc fit cum vno eodemque spiritu diuersa geruntur officia, dum videlicet hic psalitur, illic oratur, in alia scribitur, in alijs verò varijs manuum operibus insudatur. Quis non verba diuina huic congruere videat, quibus dicitur: Quàm speciosa tabernacula tua Iacob, tentoria tua Israel, velut valles nemo *Num. 24.* rosæ, & horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula, quæ fixit Deus, quasi cedri prope aquas. Et quid dicam amplius? O vita eremitica, vita sancta, vita angelica, vita benedicta, uiuarium animarum, curia cælestium senatorum, odor tuus, cunctorum aroma tum fragrantiam superat, sapor tuus super distillantes fauos guttur obdulcat, atq; adeo quidquid est quod de te dicitur, dignitatis tuæ meritis non adæquatur. Quia quod tu sapis interiori gustu, nunquam lingua exprimere sufficit. Illi te nouerunt, qui te diligunt, illi præconia tuę laudis agnoscunt, qui in tui amoris amplexibus fideliter requiescunt. Ceterum, qui se ignorant, quomodo prędicare nosse te? Me etiam tuæ laudis imparem fateor, sed vnum pro certo scio, o vita benedicta, quod in dubitanter affirmo, quia quisquis in amoris tui desiderio perseuerare studuerit, ipse quidem habitator est

tui,

tui, sed eius inhabitator est Deus. Exul mundi, heres est Paradisi. Abnegator sui, sectator est Christi. Hoc ausim dicere. Qui singularem vitam vsque ad finem vitæ pro diuino amore tenuerit, de habitaculo carnis egressus perueniet ad domum non manufactam, sed æternam in cœlis.

13 *In epist. 1. quæ est ad Gre. Naz. quã in eremo dictauit.* IDEM inquit: Scribere ad te non sustineo præ pudore, qui in hoc extremorum finium recessu interdiu noctuque agito. Tametsi enim vrbicas occupationes pro derelicto habui, vt sex centorum malorum causas, me tamen nondum ipsum etiam habere pro derelicto quiui. Similiterq; illis affectus sum, qui nauigandi insolentes, nausea perditi affligantur. Namque illi magnitudine nauigij offensi, tanquam vehementius succutientis, in nauiculam cum transilierint, sic quoque etiã nauseã laborant, nimirum molestia ipsos ab bile quo transierint vbique comitantibus. Huiusmodi igitur quiddam nobis contigit, qui domesticas perturbationes quoquò circumferentes gentium, vbique locorum perinde versamur in tumultu: quare non magnopere adiuti sumus ab hac solitudine. [Infra:] Vt oculus continuo circumactu versatus, & nunc horsum illorsumq; deflexus, nũc sursum, deorsumque erectus, vicissim ac depressius exactè cernere nequit, sed obtutu incumbere in rem visam eum oportet, siquidem conspectum rei perspicuum facturus est, hunc in modum mentem humanam sexcentis mundi curis distractam, euidenter cernere veritatem vix est, vt inuenire possit.

14 *Hom. 7. in ca 1. Ioan. to. 3.* CHRYSOSTOMVS explicans verba illa; Et mundus eum non cognouit, ait: Hoc loco, mundum, peccãtium multitudinem, & terrenis rebus deditam, stultumq; & abiectum, & omnibus obnoxium perturbationibus vulgus apellat. [Infra:] Et mundus eum nõ cognouit, sed hi, quibus dignus non erat mundus, eum cognouerunt. Deum non cognoscunt, qui tantum mũdo inhærent, qui mũdo imitãtur, qui terrena dumtaxat sapiunt. Sic etiam Christus eos appellare consueuit: Pater sancte, inquit, mundus te non cognouit. Nihil enim adeo mentem perturbat, quàm sæcularibus his rebus inhærere. Cum igitur hæc nobis luce clarius pateant, huius mundi illecebras carnaliaq; & terrena totis viribus abijciamus, necesse enim est, vt qui terrenis rebus inhiat, a cælestibus decidat. Non potestis, inquit, Deo seruire & mammonæ. Vnum teneamus, alterum odio habeamus oportet.

Ioan. 17.

Luc. 16.

15 *Serm. 21. in ep. ad Ephesios. to. 4.* IDEM vt doceat quòd sæculares in mundo maiori indigent studio vt rectè viuant, quàm illi qui in solitudine degunt, ait: Ne putes solitario dumtaxat eruditionibus quæ ex scripturis sunt, opus esse. Nam eis potissimum necessariæ sunt qui in mundo isto victuri sunt. Quemadmodum enim apparatu nauium, gubernatore, ac supplemento nautarum, non ita opus habet, qui semper in portu consistit, atq; qui semper in mari versatur, ita habent & mundanus & solitarius. Ille qui dem in portu tranquillo est, quietam vitam, atque ab omni tempestate liberam viuens: iste verò perpetuus in maritimis est, fluctuatque in medio mari, cum multis & magnis procellis pugnam habens. Habet qui in hac mundana vita degit maiorem delinquendi necessitatem, quam solitarius.

16 *Epist. 23. quæ est Paulæ, & Eustochij ad Marcellam. to. 1. Gen. 12.* HIERONYMVS ait: Si cunctæ scripturarum voces, nostræ sententiæ congruunt, non facimus audacter ad ea te prouocantes, ad quæ tu nos sæpissimè cohortata es. Prima Dei vox ad Abraham, exi inquit, de terra tua, & de cognatione tua, & vade in terram quã monstrauero tibi. Præcipitur patriarchæ, vt relinquat Chaldæos, relinquat confusionis vrbem, relinquat cãpum Senaar, in quo superbiæ vsque ad cœlum erecta turris est, & post fluctus huius sæculi, post flumina super quæ sederunt sancti, & fleuerunt cum recordarentur Sion, post gurgitem grauẽ Cobar, de quo Ezechiel capillo verticis subleuatus, Hierusalem vsque transferatur, habitet terram repromissionis, quæ non rigatur vt Aegyptus de deorsum, sed de sursum, temporaneum & serotinum de cœlo expectant imbrem. Hæc terra montuosa & in sublimi sita quantum a delicijs sæculi vacat, tanto maiores habet delicias spiritus. Denique & Maria mater Domini, postquam ad eam Angeli facta est promissio, & vterum suum intellexit esse domũ filij Dei, derelictis campestribus ad montana perrexit. [Infra:] Exite de Babylonia populus meus, & ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. Fugite de medio Babylonis, & saluate vnusquisque animam suam. Cecidit enim, cecidit Babylon magna, & facta est habitatio dæmonum, & custodia spiritus immundi.

Apoc. 18.

Hiere. 51. Isa. 21.

Cant. 1.

17 *Li. 1. in c. 2 Isaiæ. to. 5.* IDEM explicans verba illa; Ingredere in petram, absconde in fossa humo a facie timoris Domini, inquit: Pronuncio quę vobis futura sunt mala: & hortor, vt ingrediamini petras, & abscondamini in spelucis. A facie Dominicæ maiestatis præcipitur nobis, vt assumamus petræ fortitudinem, de qua dictum est: petra refugium leporibus, vel herinacijs, vt nostra habet lectio, Moyses quoque in foramine petræ ponitur, vt videat posteriora Dei. Absconditurque in petra, qui ingreditur cubiculum suum, & clauso ostio adorat Patrem, vt in terreno corpore constitutus, transeuntem mundi non sentiat tempestatem.

Psal. 60.

18 *Lib 6. in c. 24. Isa.* IDEM explicãs illa verba; Onus Babylonis, quod vidit Isaias filius Amos, ait: Quia Babylon interpretatur confusio, eo quod ibi ædificantium turrim sermo confusus sit. Spiritualiter mundus iste intelligitur, qui in maligno positus est, & non solum linguas, sed opera singulorum, mentesq; confundit. Huius Babylonis rex est verus Nabuchodonosor contra Dominum superbiens. Qui dicit in corde suo in cœlum ascendam, sedebo in monte testamenti, ero similis altissimo. Iste est, qui ostendit Domino vniuersa regna mundi, & dixit ei: Hæc omnia mihi tradita sunt, & ea tibi dabo, si cadens adoraueris me.

Isa. 14.

Matth. 4.

19 *In cap. 16. Isaiæ.* IDEM explicans verba illa; Propagines eius relictæ sunt, transierunt mare, dicit: Transeunt mare, qui transeunt tentationes sæculi huius, veni in profundum maris, & tempestas absorbuit me. Et in alio loco, qui descendunt mare in nauibus, facientes operationes in aquis multis, Ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo. Isti ergo transierunt mare, vt opera Domini, & mirabilia eius in profundo tentationum conspicerent dum liberantur ex eis.

Psal 68.

Psal. 106.

20 *Lib. 2. in c. 10. Zacha. to. 6.* IDEM explicans verba illa; Et transibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus, & confundentur omnia profunda fluminis, & humiliabitur superbia Assur, dicit: Dei clementia præeunte, & nobis aperiente viam, transimus maris fretum, siue angustum mare, quod septuaginta verterunt, quod peccatoribus latissimum est, lata enim & spatiosa via quæ ducit ad mortẽ, arcta & angusta, quæ ducit ad vitam. De hoc mari in psalmis legimus: Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis. Ipsi viderũt opera Domini, & mirabilia eius in profundo. In hoc mare sęculi, in quo sanctorum numerus coarctatur, & in tribulatione positus est, descenderunt Apostoli, & primus Dominus, vt nos de amaris fluctibus liberaret. In hoc mare sagena Euangelij mittitur, vt pisces multos & obrutos mundi huius gurgitibus in auram extrahat liberam, vt possint Deo laudes canere. Hi sunt qui descenderunt in mare, & in ecclesiarum nauibus faciunt opera multa, & Dei cernũt mirabilia in profundo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, & in Spiritu sancto, qui scrutatur etiam alta Dei, quibus Dominus loquitur: Venite post me, faciam vos piscatores hominum. De his piscatoribus, qui descendunt in mare, & sunt in nauibus, Isaias quoque vaticinatur. Volabũt in nauibus alienigenarum, & mare pariter depredabuntur. In Ecclesijs enim de numero gentium congregatis, toto, Apostoli, orbe volitarunt, vt deprædarentur mare, & dra-

Psal. 106.

Num. 24.

Matt. 4.

Isa. 60.

Psal. 103. draconis spolia tollerent, qui regnabat in mari, de quo scriptum est: Hoc mare magnum & spatiosum manibus, illic reptilia quorum non est numerus: animalia pusilla cum magnis illic naues pertransibunt. Draco iste, quem formasti ad illudèdum ei. Latum & spatiosum mare est paruis, & magnis animantibus, quæ cum dracone versantur, & quorum non est numerus. Qui autem super mare sunt, & in ipso mari volitant in naui bus, audient cum Saluatore, tu dominaris potestati maris, motum fluctuum eius tu mitigas. Cumque transierint in maris freto, & fluctus eius suo conculcauerint pede, confundentur omnia profunda fluminis, de quo scriptum est, qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede.

Psal. 88.

Psal. 65.

21 In exposit. epist. Pauli ad Gal. to. 9. Hier. 47.

IDEM explicans verba illa Capitis primi, qui eripuit nos de præsenti sæculo nequam, vel malo ait; Quæritur quomodo præsens sæculum malum dictum sit? Dicimus non tam sæculum ipsum, quod die ac nocte annis currit & mensibus, appellari malũ, quàm ea quæ in sæculo fiunt. Quomodo sufficere dicitur diei malitia sua, & dies Iacob dicuntur pauci & mali. Non quo spacium temporis in quo vixit Iacob malum fuerit, sed quo ea quæ sustinuit, per varia eum exercuerint tẽtamenta. Vnde Ioannes, mundus totus in maligno positus est. Non quod mundus ipse sit malus, sed quod mala in mundo fiant ab hominibus dicentibus, manducemus, & bibamus, cras enim moriemur. Infamantur & saltus, cum latrocinijs pleni sunt, non quo terra pecet, & siluæ: sed quo infamiam homicidij loca quoque contraxerint. Detestamur & gladium quo humanus effusus est cruor, & calicem in quo venenum temperatum est, non gladij calicisque peccato, sed quòd odium mereantur illi qui his male vsi sunt. Ita & sæculum quod est spacium temporum, non per semetipsum, aut bonum, aut malum est, sed per eos, qui in illo sunt, bonum dicitur aut malum.

1. Ioan 5.

22 Li. de fuga sæculi cap. 1. to. 1. Eccl. 4. Ioan. 14.

AMBROSIVS ait: Frequens nobis sermo est de fugiendo sæculo: atque vtinam quàm facilis sermo, tam cautus & sollicitus affectus. Sed quod peius est, frequenter irrepit terrenarum illecebra cupiditatum, & vanitatum offusio, mẽtem occupat, vt quod studeas vitare, hoc cogites, animoque voluas. Quod cauere difficile est homini, exuere autem impossibile. Ad sæcularia nos reuocant cogitationes nostræ, mundana inserunt, illecebrosa intexunt, ipsoque in tẽpore, quo eleuare paramus mentem, ad terrena plerunque deijcimur? Nam quis inter tot passiones huius sæculi, inter tantas illius illecebras, tutum ac intemeratum seruare potest vestigium? Omnia vanitas quæ in hoc sæculo sunt. Qui saluus esse vult, supra mundum ascendat: fugiat hunc mundum, terras relinquat, vnde nisi prius homo hunc fugerit, non potest percipere illud quod semper est. Et ideo Christus Dominus volens Deo patri appropinquare, Apostolis dixit, surgite eamus hinc.

23 Cap. 4.

IDEM docet quid sit fugere sæculum, & ait: Fugiamus hoc sæculum, & eius contagionem. Hoc est autem fugere, abstinere a peccatis, ad similitudinem & imaginem Dei formam virtutum assumere, extendere vires nostras ad Dei imitationem secundum mensuram nostræ possibilitatis.

24 Cap. 5.

IDEM ait: Fugiamus hunc mundum vbi nihil est, vbi inane est quod magnificum putatur esse: vbi & qui se putat aliquid esse nihil est. Transi sicut Moyses, vt videas Deum Abraham, Deum Isaac, & Deum Iacob, & videas visum magnum. Sed si videre vis, solue calciamentum pedum tuorum, solue omne vinculum iniquitatis, solue vincula sæculi, relinque calciamentũ, quod terrenum est. Transi igitur hoc est fuge de terris, vbi malitia est, vbi anaritia. Ergo quia fugienda, & declinãda sunt mala, mala autem, & iniquitates in terris, fugiamus terrena, ne nos comprehendant iniquitates.

Psal. 54. [Infra:] Volebat fugere Dauid sicut passer, sed adhuc laqueus contritus non erat. Perijt inquit, fuga a me. Grauatas habebat pennas, & fortasse euolare non poterat: & ideo vt volaret, & requiescere aiebat. Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam? Vbi enim volatus, ibi requies. Qui fugit sęculum, volat. Ecce, inquit, elongaui fugiens, & mansi in solitudine Qui non potest vt aquila volare, volitet vt passer. Qui non potest ad cœlum, volet ad montes. Transiuit ad montes Segor Loch, & saluus factus est: quæ autem non potuit ascendere affectu fœmineo reclinata, salutem amisit. Appropinquantibus montibus æternis Dominus dicit per Michæam prophetam. Surgite hinc quia non est vobis hic refrigeratio. Et Dominus dicit, tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes.

Psal. 67. Psal. 38. Mich. 2. Luc. 21.

25 Cap. 6.

IDEM inquit: Qui fugit, velociter fugiat, ne comprehendatur, velociter deprædetur hunc mundum: vt Hebræus Ægyptum. Qui parturit pariat, ne onusto, & degrauato iniquitatibus mentis vtero, fugere non possit, & fugiat non quasi lactantem ferens, sed quasi expeditum, non paruulum gestans, sed perfectum in Christo exhibens. Fugiat non quasi feriatus in Sabbato, sed tanquam operarius in negotio, nec tanquam stẽrilis in frigore, sed tanquam opimus in messe. Ideo enim dictum est, orate ne fiat fuga vestra hyeme vel sabbato. Fuga hæc nescit frigus timoris, contractionẽ sollicitudinis, dissolutionis ocium, lasciuiæ ferias: sed vita cœlestis requirit impigrum viatorem. Desertũ fuga est bona, ad quod fugit Helias, Helisæus, Ioannes Baptista. Fugit Elias mulierem Iezebel: & fugit ad mõtem Oreb, vt cognosceret Deum plenius, Ita fugit sæculum, vt nec cibum corporis eius exquireret, nisi quẽ aues detulissent ministræ Quadraginta diebus ambulauit. Vtique non mulierem fugiebat Propheta tantus, sed sæculum. Fugiebat sæcularem illecebram, & cõuersationis maculosæ contagionem, & impiæ ac præuaricatricis nationis sacrilegio: Salomon quoque in mulieris illius specie corruptelam sæculi huius exponit, & meretricias artes declinandas edocet. Hæc est mulier aliena, & fornicaria, a qua te vt custodias adhortatur. Ne declines in vias sæculi cor tuum, sed colloces illud in manu Domini, in qua est cor regis. Qui enim seipsum regit, cor habet in manu Dei.

Matt. 24. 3. Reg. 19.

26 Ep. 39 ad Licinium, quẽ hortatur ad mũdi contemptum. to 2.

AVGVSTINVS ait: Vinculã huius mũdi, asperitatem habẽt veram, iucunditatem fallam, certum dolorem, incertam voluptatum, dutum laborem, timidã quietem, rem plenam miseriæ, spem beatitudinis inanem. His ne tu inferas & manus, & pedes, & collum: cum & honoribus huiusce modi subiugari affectas, & ambis inhærere, quò non modo inuitatus, sed nec compulsus quidem ire debuisti.

27 In epist. 45.

IDEM exhortans ad perfectum mundi contemptum, ait: Quantum illi laudandi sunt, & prædicandi, qui dignati non sunt etiam cum mundo florente florere; tantum increpandi & accusandi sunt, quos perire cum pereunte delectat.

28 Lib. de agone Christia. no. to. 3. Ioan. 12.

IDEM dicit: Princeps huius mundi missus est foras, non quia extra mundum missus est; sed foras ab animis eorum, qui cohærent verbo Dei, & non diligunt mundum, cuius ille princeps est, quia dominatur eis qui diligunt temporalia bona, quæ hoc visibili mundo continentur Non quia in se Dominus est huius mũdi, sed princeps cupiditatum earum quibus concupiscitur omne quod transit, vt ei subiaceant qui negligunt æternum Deum, & diligunt instabilia & mutabilia. Radix enim omnium malorum est cupiditas. Per hanc cupiditatem regnat in homine diabolus, & cor eius tenet. Tales sunt omnes qui diligunt istum mũdum. Mittitur autem diabolus foras, quando ex toto corde huic mundo renunciatur. [Infra:] Castigemus corpus nostrum, si mundum volumus vincere; quia per illicitas delectationes suas, & pompas, & pernicio sam curiositatem, nobis dominari potest hic mundus, ideò ea quę in hoc mundo pernicio sa delectatione colligant amatores rerum temporalium, & diabolo atque angelis eius.

eius seruire cogunt. [Infra:] Nequitia est, mundum istũ diligere, & ea quę nascuntur, & transeunti pro magno habere, & ea concupiscere, & pro his laborare vt acquirantur, & lætari cum abundauerint & timere ne pereant, & contristari cum pereunt. Talis vita non potest puram illam & synceram, & incommutabilem videre veritatem, & inhęrere illi.

29 *Lib 5. contra Iulianum Pelagianum. ca. 7.* *1. Ioan. 2.* *1. Cor. 7.* IDEM inquit: Non dixit Ioannes, nolite vti mundo, sed nolite diligere mundum. Qui enim non diligens vtitur, quasi non vtens vtitur: quia non eius rei causa vtitur, sed alterius, quam diligens intuetur, vt ēt non diligens, hac vtatur. Propter quod Paulus Apostolus ait: Et qui vtuntur hoc mundo, inquit, tanquam nō vtantur. Quid est quasi non vtantur, nisi non diligant quo vtuntur; quoniam tale est, vt bene aliter non vtantur. Et quidem hoc etiam in his rebus obseruandum ēst, quæ in hoc mundo sic bonæ sunt, vt tamen eas diligi non oporteat.

Matt. 14.

30 *Exposit. in Ps 13. ca. 8.* *Rom. 1.* IDEM explicans verba illa; Quoniam Dominus in generatione iusta est, ait: Non est in eis qui diligunt sæculum Iniustum est enim relinquere sæculorum cōditorem, & diligere sæculum, & seruire creaturæ potius quam creatori.

31 *In Ps. 26.* IDEM exponens verba illa; Quoniā pater meus, & mater mea dereliquerunt me, Dominus autē assumpsit me, inquit: Quoniam regnum ęculi huius, & ciuitas sæculi huius, ex quibus temporaliter & mortaliter natus sum, dereliquerunt me quærentem te, & despicientem quæ promittebant, cum id, quod quæro, dare non possent. Dominus autem assumpsit me. Dominus autem qui potest ipse dare mihi se, assumpsit me.

3. Reg. 19.

32 *In Ps. 39.* IDEM dicit: Hoc sæculum mare est. Habet amaritudinem noxiam, habet fluctus tribulationum, tempestates tentationum, habet homines velut pisces de suo malo gaudentes, & tanquam se inuicem deuorantes. Hic ambula, hoc calca. Calca mare ne mergaris in mari. Non ibis, non calcabis nisi ille iusserit, qui prior in mari ambulauit. Sic enim ait Petrus: Si tu es, iube me venire ad te super aquas. Si venti turbauerint, & si fluctus infremuerint, & te humana fragilitas ad aliquam dubitationem tuæ salutis adduxerit, habes clamare, Domine pereo. Non finit ille perire, qui iussit te ambulare. Quia enim iam in petra ambulas, nec in mari times, si sine petra fueris, & in mari mergeris, quia in tali petra ambulandum est, quæ in mari mersa non est.

Matt. 14.

33 *In Ps. 65.* IDEM explicans verba illa; Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pede, sic habet: Mare erat mundus amarus falsitate, turbulentius tempestate, sæuiens fluctibus persecutionum, mare erat. Certe in aridam conuersum est mare, modo sitit aquā dulcē mūdus, qa salsa plenus erat. Quis hoc fecit? Qui conuertit mare in aridam. Iam anima gentium omniū quid dicit? sicut terra sine aqua, anima mea tibi. In flumine pertransibunt pede illi ipsi qui conuersi sunt in aridam cum essent antea amari, in flumine pede pertransibunt. Quid est flumen? Flumen est omnis mortalitas sæculi, vbi alia veniunt, alia transeunt. In istum fluuium non se mittat cupida anima, non se mittat, stet, transeat delectationes rerum perituraru.

26 Ep. 39 ad Licinii, quē hortatur ad mūdi contemptum. ca. 2.

27 In epist. 45.

28 Lib. de agone Christia. ca. 10. 3. Ioan. 12.

34 *In Ps. 79.* IDEM explicās verba illa; Incensa igni, & suffossa ab increpatione vultus tui peribunt ait: Ad omne peccatum, & ad omne bonum amor, & timor ducit. Vt facias bene, amas Deum & times Deum: vt autem facias male, amas mundum, & times mundum. Quidquid tibi iniquo promiserit mundus, nunquid potest dare quantum dabit iusto Deus? Quidquid tibi iusto minatus fuerit mundus, nunquid potest facere, quod facit iniquo Deus? Bene quidem, tu nihil aliud vis quam vt bene tibi sit. Nam in eo quod amas, vis vt bene tibi sit; & in eo quod times, non vis vt male tibi sit; sed non in ea regione quæris, in qua quærendum est. Festinas, nā & sine indigentia vis esse, & sine molestia. Bonum est quod vis, sed tolera quod non vis, vt assequaris quod vis. Quid fecerat amor malus? Tanquam ignem succēderat. Quid fecerat timor malus? Tanquam effoderat. Amor quippe inflammat, timor humiliat; ideo peccata, mali amoris igne succensa sunt, peccata mali effossa sunt. Humiliat & bonus timor, accedit & bonus amor. Fossa significat piam humilitatem timentis. Ergo succensa igni & suffossa, omnia scilicet peccata, ab increpatione vultus tui peribunt.

35 *In Ps. 85.* IDEM explicans verba illa; Eripuisti animā meā ex inferno inferiori, ait: Intelligimus tanquam duo inferna esse, vnum superius, & aliud inferius. Nam vnde infernum inferius, nisi quia est infernum superius? Infernum superius est vbi caro & sanguis, vbi corruptibilitas, vbi natiuitas & mortalitas, vbi mutabilitas & inconstantia, vbi timores, cupiditates, errores, lætitiæ incertæ, spes fragilis, caduca substantia. Et post mortem quo ibit nisi sit infernum inferius hoc inferno, in quo sumus in carne, & in ista mortalitate; Corpus n. mortuum est, ait Apostolus propter peccatum. Ergo & hic sunt mortui, vt non mireris, quia infernum dicitur si mortuis abundat. Non enim corpus moriturum, sed corpus mortuū est. Sed tursus ab hoc inferno est aliud inferius, quo eunt mortui: vnde voluit Deus eruere animas nostra etiam illuc mittendo filium suū. Ad hoc infernum missus est nascendo, ad illud moriendo.

Rom. 8.

36 *In Ps. 113.* IDEM explicans verba illa; In exitu Israel de Aegypto, inquit: Aegyptus quoniam interpretatur afflictio vel affligens; vel comprimens, sæpe in imagine ponitur huius sæculi, a quo spiritualiter recedendum est, ne simus iugum ducentes cum infidelibus. Sic enim quisque Hierusalem cælestis fit ciuis idoneus, cū primum huic sæculo renunciauerit, quemadmodum ille populus in terram promissionis duci non potuit, nisi prius ab Aegypto recederet. Sed sicut ille nō inde secessit, nisi diuino liberatus auxilio: sic nemo corde ab hoc sæculo auertitur, nisi diuinæ misericordiæ munere adiutus. Vnde Michæas ait: Secundum dies profectionis eorum de Aegypto ostēdam mirabilia illis, videbunt nationes, & cōfundentur ab omni vigore eorum, manibus ora sua obstruent, conturbabuntur de conclusionibus eorum, in Domino Deo nostro excident mente, & terrebuntur a te. Quis Deo tuo similis auferens iniquitatem, & transgrediens impietatem, residuus hæreditatis tuæ? Et non continuit in testimonium iram suam, quoniam voluntarius & misericors est. Ipse conuertet & miserebitur nostri, demerget delicta nostra, demerget in maris profundum omnes culpas nostras.

Cap. 7.

37 *In Ps. 125.* IDEM explicans verba illa; In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, ait: Homo ciuis est Hierusalem; sed venditus sub peccato, factus est peregrinus, & de propagine ipsius natum est genus humanum, & impleuit terras captiuitas Sion. Captiuitas Iudæorum in Babylonia, figura fuit captiuitatis quam homines patiuntur in hoc mundo. Babylonia est mundus iste. Babylonia enim interpretatur confusio. Videte si non est confusio tota vita humana. Quidquid agunt homines in spe vana, quando cognouerint quod agunt, erubescent. Quare laborant? Cui laborant? Filijs meis, inquit. Et ipsi cui? filijs suis. Et sibi nullus. Ab ista ergo confusione iam cōuersi erant, quibus dicit: Quam gloriam habuistis tunc illis, in quibus nunc erubescitis. Confusio est ergo ista tota vita rerum humanarū; non pertinēs ad Deū. In ista cōfusione, ideſt in ista Babylonia, captiua tenetur Sion, sed conuertit Dominus captiuitatem Sion, & facti sumus sicut consolati, ideſt gauisi sumus tanquam consolationem accipientes.

Rom 6.

38 *In Ps. 141.* IDEM sic habet: Dæmones dicuntur mundi rectores. Si rectores mundi istius, nunquid extra mundū iturus es, vt illos non patiaris? Præter mundum iturus es, vbi ab eis eruaris? Sic ergo accipe mundi rectores, non terræ; nam ipsa fabrica est Dei. Sed homines mali mundus dicuntur, quia mundum diligunt, diabolo

boli ergo rectores mũdi dicuntur, hoc est rectores eorum qui diligũt mundum; rectores peccatorum quod est tenebrarum harum. Audi in Euangelio mundum & mundum. Mundus per ipsum factus est, & mundus eũ non cognouit. Mundum quem fecit Deus, mundum quem regit diabolus, ideſt dilectores mundi. Nõ mundus qui factus est per Iesum, ab illis principibus & potestatibus tenebrarum harum regitur, sed mundus qui non cognouit Iesum, ideſt dilectores mundi; & peccatores. Vnde mundus peccatores? Quia diligunt mũdum, & diligendo inhabitant mundum, quomodo domus dicitur & fabrica, & inhabitantes. Bona domus, quia bona fabrica; & bona domus, quia boni conuersantur in ea. Quomodo ergo domus, & domus, sic mũdus & mundus. Quare & iusti cum sint & ipsi in mũdo, non dicuntur mundus? Quia sicut dicit Apostolus: In carne ambulantes non secundum carnem militamus; conuersatio enim nostra in cœlis est.

Ioan. 1.

2. Cor. 10.

39 Ser. 34. ad fratres in eremo. t. 10

IDEM inquit: Audistis fratres, quòd Loth inter pessimos sodomitas iuste & sanctè conuersatus sit; & quod Dominus volẽs ciuitates illa subuertere, eduxit illum, & vxorem ipsius: illa autem respiciens retro, in statuam salis versa est. In Loth, & in vxore sua duo genera hominum designantur mundum derelinquentium, quorum vnum perfectè deserit; aliud verò tepidè, & respiciẽdo retro venit ad mortem. Sodoma quoque, quæ cæcitas, vel nuta, vel asperitas interpretatur, mundus est, in quo sunt homines muti, & cęci, ad quos mittuntur sancti angeli, & prædicatores, vt dicant. Salua animam tuam, & in monte saluum te fac. Fugere enim Sodomam quid aliud est, quàm incendium libidinis, superbiæ, & auaritiæ fugere? Quibus & præcipitur non retro respicere, quia victor mundi, & montem sanctæ religionis ingressus, non debet retro respicere, Quia melius est viam iustitiæ non cognoscere, quam post cognitionem retrorsum conuerti. Quid est dicere nisi quod melius esset, quòd in vita sæculari mansisset, quàm postmodum solitariam vitam desereret? Tales vxori Loth comparantur, quæ respiciens retro in statuam salis versa est. Loth præcipitur vt in monte se saluum faciat. In monte pœnitentiæ diuinæ contemplationis saluum te fac, in hunc montem volando transmigra sicut passer, & ibidem salua animam tuam curis, & sæculi dignitate denudatus. [Infra:] Sic fecit Elias, sic Ioannes, qui eremum intrauerat. Sic Paulus cũ Antonio, quando annis multis eremum coluerunt.

Gen. 19.

2. Pet. 2.

Psal. 10.

40 Lib 5. Moral. ca. 30. to. 2.

GREGORIVS explicans verba illa Iob cap. 3. Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis, ait. Quos alios reliquos, nisi huius mundi despectores accipimus? quos dum præsens sæculũ ad nullius gloriæ vsum eligit, quasi minimos, indignosque derelinquit. Sed mundi reliquos auferre Dominus dicitur, quia despectos huius sæculi eligere dignatur, Paulo attestante, qui ait: Non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed stulta mundi elegit Deus, vt confundat sapientes, & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia. Quod bene in libris regum, Aegyptio puero in via lassescẽte signatur, quem Amalechita ægrotum in itinere deserit: Dauid verò inuenit, cibo reficit, ducem sui itineris facit, Amalechitam persequitur, epulantem reperit, & funditus extinguit. Quid est, quod Aegyptius Amalechitæ puer, in itinere lassatur, nisi quòd amator præsentis sæculi, sæpe ab eodem sæculo infirmus, despectusque relinquitur, vt cum eo currere nequaquam valeat, sed fractus aduersitate torpescat? Sed hũc Dauid inuenit, quia Redẽptor noster veraciter manu fortis, nonnunquam quos despectos a mundi gloria reperit, in suum amorem conuertit. Et qui Amalechitã sequi non valuit, dux Dauid efficitur, quia is quem indignum mundus deseruit, nõ solum conuersus in suam mentem Dominum recipit, sed prædicãdo hunc etiam vsque ad aliena corda perducit. Quo duce Dauid cõuiuatem. Amalechitam inuenit, & extinxit, quia ipsis prædicantibus Christus mundi lętitiam destruit, quos mundus habere comites despexit. Quia ergo plerũque, quos mũdus relinquit, Dominus eligit, recte nunc dicitur: Qui reliqui fuerint, auferentur ex eis.

1. Cor. 1.

1. Reg. 30.

IDEM explicans verba illa Pauli; Qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur, prętcrit enim figura huius mundi, ait: Prætcrit figura huius mundi dicit Apostolus, ac si patenter dicat: nolite constanter mũdum diligere, quando & ipse non potest, quem diligis stare, incassum cor quasi manentes figitis, dum fugit ipse, quem amatis.

41 In 3. parte curæ pastoralis admonitione 28. to. 4.

1. Cor. 7.

42 Ser. 3 Circumcisionis

BERNARDVS ait; Periculosum est, inter sæculi turbas agere pœnitentiam, vbi nimirum alij venenatis persuasionibus, alij vndique exemplis peioribus ad peccatum allicĩat, alij adulationibus in vanam gloriã, alij detractionibus in impatiẽtiam animum eius deijciant. Ostendat prudentia, quantas & quam importunas, præsertim in hac generatione nequam, opportunitates, & occasiones peccati offerat mundus, & ingerat, quàm debilis sit ad illas humanus animus, maxime qui in peccati consuetudine sit nutritus. Eligat ergo de præsenti sæculo nequam fugere dicens cum Propheta: Odiui Ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo.

Psal. 25.

43 Ser. 10. in Ps. Quibus.

IDEM dicit; Est muudus iste positus in maligno. Quàm nequam in omnibus sæculum præsens, quàm nequiter aduersus animam sæcularia desideria militare nosciuntur. Sunt & principes mundi huius, tenebrarum harum spiritales nequitiæ æreæ potestates, & inter eos callidior cunctis animantibus serpens. Transi peruigiles illas nequitias, quæ tam indefessę custodiũt & obseruant, ne quis mundum possit euadere. Si te percusserint, si vulnerauerint, dimitte eis palliũ, quod in Aegypto olim Ioseph adulteræ dereliquit, dimitte sindonem, vt cum Euangelico illo iuuene profugias nudus ab eis. Ita ergo sursum cor, sursum clamor, sursum desiderium, sursum conuersatio, sursum intentio, & omnis tua expectatio desursum sit.

Galat. 5.

Eph. 4.

Gen. 37.

44 In lib. Sententiarum.

IDEM inquit; Vsitatum est satis & tritum, sæculum istud merito cæcitatis, & ignorantiæ suæ. Aegypti vocabulo nuncupari. Quod nimirum, quoties mutatione voluntatis egredimur, tria nobis occurrunt: Stimulus cupiditatum, qui velut mare rubrum sensum rationis nostræ tumidum, & procellosis vndis cogitationũ inuoluit, & nisi virga discreti iudicij aquæ superiores ab inferioribus secernantur, subruit funditus, & demergit. Sequitur cumulus tẽtationum, quasi alter Iordanis, aluei sui metas excedẽs, & terram corporis nostri solito plenius occupans, nisi arca testamenti impetus illius refrener. & ipsum penitus arefaciat, & exsiccet. Sequitur aculeus molestiarum, qui cum ingruerit quasi iterum Iordanis Elisæo occurrẽs, sumendũ Eliæ palium, & medijs fluctibus opponẽdum, vt quicquid nos temporaliter cruciat. Dominicæ passionis sapore mutato, noua nobis suauitate dulcescat.

Mundo mori expedienti ſſimum est. Cap. XIII.

AVGVSTINVS dicit; Quid est ambulare, sicut Christus ambulauit, nisi contemnere vanitatem, & fœlicitatem huius sæculi. Non nos vllo modo ab amore Christi separet huius sæculi miserabilis dulcedo, nec excusatio vxoris, aut filiorum gratia. Sed nec multa auri, argentique congestio, & possessionum delectatio, dũ terribiliter contestatur nobis sanctus Ioãnes dicens: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt; quia omne quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Hæc sunt quæ a Paradiso delitiarũ, in hoc miserabile exilium Adam & Euam proiecerunt. Et cõ cupiscentia carnis ab eis impleta est, quod de ligno vetito

1 Lib de salutaribus documentis. to. 4.

Coloss. 2.

Coloss. 3.

1. Ioan. 2.

tito gustauerunt. Et concupiscentia oculorum, quod sibi aperiri oculos cupierunt. Et ambitio sæculi, quòd se fieri posse quòd Deus est, crediderunt. Nos Adam sequi non debemus, sed Christum Dominum, in quo renati sumus, & viuimus. Quid est sequi Adam, nisi carnalibus concupiscentijs & desiderijs, morte nos perpetua occidi? Et quid est sequi Christum, nisi carnales concupiscentias, ac desideria in nobis mortificare? Quid est peccato mori, nisi opera maligna in nobis dãnare, & hoc miserabile sæculum fugere? Vt sicut homo mortuus in sepulchro, nulli detrahit, neuini violentus existit, neminem calumniatur, neminem opprimit, nõ inuidet bonis, non insultat malis, non luxuriæ carnis seruit, non odiorum flamma inardescit, non potentibus aut diuitibus huius sæculi, vt multi nostris temporibus faciunt, adulatur, non inquieta curiositate raptatur, non turbæ maximæ sibi astantis curam gerit, non auro, argentoq; siue pallio circundatus distenditur, nõ salutationibus potentum delectatur, non se iniurijs fatigat, non eum superbia inflat, non ambitio huius sæculi necat, non vana gloria turpiter iactat, non huius sæculi fallæ diuitiæ inflant, non rabies insani furoris exagitat, non pulcherrima species fœminarum auidũ reddit, non contentiones huius sæculi perturbant, non audacia extollit, non gaudia huius sæculi delectant. Hæc & alia huiusmodi enumerando protelaui, vt intelligas quatenus homo carne mortuus, nec facere potest ista quæ dixi, nec pati. Et vt his talibus non torqueamur; sed studeamus quantum possumus cum Dei adiutorio corpora nostra cum vitijs & concupiscentijs mortificare, & induamus nouum hominem, qui secundum Deum creatus est, in iustitia & sanctitatis veritate. Nec simus carnales, ideſt, in hoc sæculo carnaliter viuentes, ne moriamur. Igitur ille secundum carnem viuit, ideſt, pergit quo vult, dormit quando vult, & quandiu vult, loquitur quod vult, & cui vult, & vbi vult, manducat, & bibit quando vult, & quantũ vult, ridet & iucundatur turpiter, inter quos vult, & quãdo vult. Postremo quicquid naribus suaue est quærit, quicquid tactu blandum, quicquid oculis delectabile, quicquid corpori suo iucundum, exercet & sequitur. Delectatur in uestimentis pulcherrimis, & equitibus, & armis, sicut vult, & quando vult, & sic non secũdum Deum, sed carnaliter viuit, & delectatur, & omnia desideria carnis suæ perficit, sicut vult, & quãdo vult.

Galat. 5.

Eph. 4.

Gen. 37.

Psal. 25.

Ser. 10. in Ps. Quibibiat.

In 3. parte curæ pastoralis admonitione 28. to. 4.

1. Cor. 7.

Ser. 3 Circumcisionis

In lib. Sententiarum.

3 IDEM explicans verba illa; Mihi absit gloriari nisi in cruce Domini mei Iesu Christi, per quem mihi mũdus crucifixus est, & ego mundo dicit: Mundus mihi crucifixus est ait, vt me non teneat, & ego mundo, vt eum non teneam, ideſt, vt neque mundus mihi nocere possit, neque ego de mundo aliquid cupiam.

In expositione epist. ad Galat.

4 IDEM inquit; Mortalis dici potest anima, secundum mutabilitatem vitæ huius, quia si viuebat sapienter, & desipit, mortua est in deterius, si viuebat insipienter, & sapit, inuitata est in melius, nam esse mortem in deterius, & esse mortem in melius Scriptura docet: Vtique in deterius mortui erant, de quibus dicitur: Sine mortuos sepelire mortuos suos, & exurge, q dormis, & exurge a mortuis & illuminabit te Christus. Et de hac lectione, quando mortui audient, & qui audierint viuent in deterius mortui erant, ideo reuiuiscunt. Reuiuiscendo moriuntur in melius, quia & reuiuiscendo non erunt quod erant, non esse autem quod erant, mors est. Sed fortè si in melius est non appellatur mors, appellauit autem illam mortem Apostolus. Si autem mortuis estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc velut viuentes de hoc mundo decernitis? Et iterum: mortui estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo, mori nos vult, vt viuamus, quia viximus, vt moreremur.

Matt. 23.

Ioã. 1. 9.

Matt. 8.

Ephes. 5.

Coloss. 2.

Coloss. 3.

5 GRRGORIVS explicans verba illa Iob ca. 3. Quasi effodientes thesaurum, qui expectant mortem, & non venit, gaudentq; vehementer, cum inuenerint sepulchrum, ait: Quia perfectè mori mundo non possumus, nisi intra mentis nostræ inuisibilia, a visibilibus abscondamur. Recte hi qui mortificationem suam appetunt, thesaurum effodientibus comparantur. Mũdo enim per inuisibilem sapientiam morimur, de qua per Salomonem dicitur: Si quæsieris illam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis eam. Sapientia quippe in rerum superficie non iacet, quia in inuisibilibus latet. Et tunc mortificationem nostram contingentes, sapientiam apprehẽdimus, si relictis visibilibus, inuisibilibus abscondamur. Si hic, hanc cor effodientes quærimus, vt omne quod terrenum mens cogitat, a semetipsa manu sanctæ discretionis eijciat, & thesaurũ virtutis, qui se latebat cognoscat. Quia autem quæsitam mortem sicut thesaurum dicit, recte subiungit: Gaudentq; vehementer cum inuenerint sepulchrum. Sicut enim sepulchrum locus est, quo absconditur corpus, ita diuina contemplatio quoddam sepulchrum est mẽtis, quo absconditur anima. Quasi enim huic adhuc mundo viuimus, cum mente in eo foris vagamur, sed mortui in sepulchro abscondimur, cum mortificati exterius in secreto internæ contemplationis celamur. Sãcti igitur viri ab importunitate desideriorum temporalium, a tumultu inutilium curarum, a clamore perstrepentium perturbationum, semetipsos sacri verbi gladio mortificare non desinunt, atque intus ante Dei faciem in sinu mentis absondunt. Vnde bene per psalmistam dicitur: Abscondes eos in abscondito faciei tuæ a conturbatione hominum. Quod quamuis perfectè postmodum fiat, etiam nunc ex magna parte agitur, cum a temporalium desideriorum tumultibus, delectatione in interiora rapiuntur, vt mens eorum, dum in amorem Dei tota tenditur, nulla inutili perturbatione laceretur. Hinc est quòd Paulus per contemplationem mortuos, & quasi in sepulchro absconditos discipulos viderat, quibus dicebat: Mortui enim estis, & vita vestra absondita est cum Christo in Deo. Qui ergo mortem quærit, gaudet dum sepulchrum inuenit; quia qui mortificare se appetit, valde adinuenta requie cõtemplationis hilarescit: vt extinctus mundo lateat, & a cunctis exteriorum rerum perturbationibus intra sinum se intimi amoris abscondat. Si verò ad hoc quòd thesaurus effodi dicitur, etiam sepulchri inuentio subinfertur, hoc necesse est, vt intentio nostra conspiciat quòd antiqui suos mortuos cum diuitijs sepeliebant. Qui igitur thesaurum quærit, gaudet cum sepulchrum inuenerit: quia sapientiam per quirentes, cum exempla præcedentium patrum perscrutamur, quasi ex sepulchro gaudium sumimus, & mentis diuitias apud mortuos inuenimus, quia qui huic mundo perfecte extincti sunt, in occulto cum diuitijs requiescunt.

Lib. 5. Moral. c. 3. t. 1.

Prou. 2.

6

Psal. 30.

Coloss. 3.

7 IDEM explicans verba illa; Propter nomen tuum Domine viuificabis me in æquitate tua dicit: Non viuit iustitiæ, nisi qui moritur iniquitati. Sicut autem qđ seminauimus non viuificatur, nisi moriatur prius, sic qui mundo & concupiscentijs eius non moritur, in fructu bonorum operum non multiplicatur. Superest ergo, vt mortificemus membra nostra, quæ sunt super terram, quatenus viuificet nos author vitæ. Ad hoc enim ipse mortuus est, & resurrexit, vt nos peccatis mortui, iustitiæ viuamus. Qui autem Christo commoritur, cum eo conuiuificatur.

Exposit. in septimum Ps. pœn. t. 2. Ps. 143.

8 IDEM explicans verba illa: Dominus mortificat, & viuificat inquit: In his verbis etiam ordo notandus est. Prius quippe mortificare dicitur, deinde viuificare: quia nisi sæculo moriamur, Deo per amorem viuere non valemus. Vnde & is, qui se mortificatum, & viuificatum meminerat, loquebatur dicens: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Viuebat sed non mundi vita, quia dicebat: viuo ego iam non ego, viuit vero in me Christus. Mortificatum ergo, & viuificatum esse, est præsentia nulla concupiscere, & æterna desiderare.

Li. 2. in li. 1. Reg. c. 2.

Gal. 6.

9 BERNARDVS explicans verba illa: adiuro vos filiæ Hierusalem, ne suscitetis neque euigilare faciatis dilectam donec ipsa velit, ait: Re vera dormitio est, quæ tamen sensum non sopiat, sed abducat. Est & mors, & quod non dubium dixerim, qm̃ Apostolus quoidam in carne adhuc viuentes commendando sic loquitur. Mortui estis, & vita vestra abscondita est cũ Christo in Deo. Proinde & ego nõ absurde ponsę extasim vocauerim mortem, quæ tñ non vitam, sed vitæ eripiat laqueos, vt possit dicere. nima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Inter medios namq; laqueos in hac vita inceditur, qui vtique toties non timentur, quoties sancta aliqua & vehementi cogitatione, anima a semetipsa abripitur; si tamen eò vsque mente secedat, & auolet, vt & hunc communem transcendat vsum, & cõsuetudinem cogitandi. Etenim frustra iacitur rete ante oculos pennatorum. Quid enim formidetur luxuria, vbi nec vita sentitur. Excedentes quippe anima, etsi non vita, certe vitæ sensu, necesse est etiam, vt nec vitæ tentatio sentiatur. Vtinã hac morte ego frequenter cadam, vt euadem laqueos mortis, vt non sentiam vitæ luxuriantis mortifera blãdimenta, vt non obstupescam ad sensum libidinis, ad æstum auaritiæ, & iræ, ad angores sollicitudinum, & molestias curarum. Moriatur anima mea morte iustorum, vt nulla illam illaqueet fraus, nulla oblectet iniquitas. Bona mors, quæ vitam non aufert, sed transfert in melius. Bona, qua non corpus cadit, sed anima subleuatur. De re hac multa diximus libro 2. c. 15. 16. & 20.

Serm. 52. in Cãtica. Cap. 3.

Coloss. 3.

Psal. 123.

Prou. 1.

Mundi ac mundanorum iudicium stultum & parũpendendum, quibus nusquam placuit veritas.

Cap. XIV.

1 BASILIVS explicans de mundanis verba illa; Ore suo benedicebant, & corde suo maledicebant, inquit: Multi sunt qui pro bonis praua comprobant actiones, & vitia virtutibus vicinis honestare contendunt. Nam scurrilia loquentem, vt bonum ac lepidum; turpiloquum vero, politicum; amarulentum & iracundum, neutiquam contemnendum prædicant, parcum vero ac minime liberalem vt sobriam dispensatorem commendant, prodigum quoque vt liberalem, libidinosum vero & lasciuum vt voluptuarium, & animi solutioris virum; vtque semel dicam omnia, vitium omne palliant adumbrata nomenclatura e vicino subiectæ virtuti. Tales sane ore quidem benedicunt, corde autem maledicunt. In verborum namque benedictionem omnem execrationẽ vitæ suæ inducunt, ac reos æternæ damnationi, ob ea, quæ approbant, se constituunt.

Hom. 15. ex varijs in Psal. 61. to. 1.

2 CHRYSOSTOMVS inquit: Hoc vniuersum orbem terrarum perturbauit, quoniam hominum respectu omnia facimus, & in bonis operibus nulla nobis cura est, vt laudatorem Deum habeamus, sed laudem nobis a conseruis nostris inquirimus. In sceleribus rursum, Deo contempto homines formidamus. Propterea quæ vere bona sunt, sed multitudini bona non videntur, ea fugimus, non inuestigata rerum natura, multitudinis opinionem respicientes. Itidem rursum in malis afficimur. Quæ mala sunt, videntur autem multis bona, ipsa consuetudine sectamur. Multa autem huiusmodi Dominis videntur esse mala, quæ non sunt, & ea nos similiter fugimus, vt exempli gratia, in paupertate viuere, multi turpe esse arbitrantur: & nos fugimus paupertatem, non quòd turpis sit, neque quòd turpem esse nobis persuadeamus, sed quòd Domini nostri ita de ea sentiunt, & illos formidamus. Item & contemptum, & spretum, & extra omnem dignitatem esse, videtur multis simpliciter res pudenda, & vilis. Hoc rursum fugimus, non nostra, sed dominorum nostrorum sententia. Contra autem eodem morbo laboramus. Siquidem diteſcere bonum videtur, & elatio, & gloria item bona. Hęc nos itidem prosequamur, neq; hac in parte rerum consideramus naturam, quæ bona est, sed ex dominorum nostrorum opinione nobis persuademus. Dominus enim noster populus est, & nimia turba. Dominus crudelis, & tyrannus grauis. Nam neque nobis præcepto opus est, vt audiatur a uobis, sed tantum satis est, vt intelligamus quid velit, & quam primum fine præcepto paremus, tanta in eum beneuolentia afficimur, & Deus quidem cum singulis diebus nobis minetur, vt nos moneat, non auditur. Turba autem seditiosa & vilis, neque præcepto opus habet, sed sufficit tantum ostendere, quibus delectatur, & ei mox paremus. Et qua nam ratione hos quispiam effugeret dominos? Si maiorem quam hi animi elationem acciperet, si rerum naturam intueretur, si damnaret multitudinis sententiam, si præ ceteris omnibus in his quæ vere turpia sunt, sibiipsi persuaderet, non homines, sed insomnem oculum esse formidandum, & in bonis contra ab illo præmium quærendum. Sic enim neque in alijs ipsos patiemur. Qui enim in bonis operibus indignos homines iudicat, qui ea sciant. Sed Dei sententia contentus est, is neque in malis vllam ipsorum rationem faciet. Et quo pacto hoc erit iniquis? Contemplare quid homo sit, quid Deus, & quo omisso, cui inhæres, & quamprimum omnia correxeris. Homo eidem tecum peccato subiectus est, item iudicio, & supplicio. Homo vanitati assimilatur, & non habet rectum iudicium, & superna indiget correctione. Homo terra, & cinis, & si sæpe laudauerit omnino laus illa erit, vel ad gratiam, vel ad odium, etsi quem calumniatus fuerit, & accusauerit, eadem rursus sententia hoc fiet. Verum non ita Deus, sed irreprehensibilis eius sententia, & purum iudicium. Et idcirco opus est semper ad eum confugere, non propter hoc solum, sed quod & ipse nos fecit, & parcit tibi maximè, & quam tu te, maiore te amore prosequitur. Quid igitur tam mirabilem habere laudatorem contemnimus? Quid ad hominem confugimus, qui frustra & temere malum te & scelestum appellat, cum non sis? Hac causa ei potius miserere, & lachrymare, quod corruptus est, & contemne eius gloriam, quod eius mentis oculi cæci facti sunt. Nam & Apostoli hæc audierunt, & contempserunt calumniantes. Verum & bonum te, & benignum dicit. Quòd si talis es, noli omnino gloria diffundi, sin autem non es huiusmodi, magis illum contemnas, & illusionem id arbitrare. Vis multitudinis iudicia cognoscere quam sint inutilia, corrupta, & ridicula, & partim furiosorum, & insanorum, parum puerorum lactentium? Audi, altius, iudicia tibi repetam, non vulgi tantum, sed eorum qui a principio legumlatorum sapientissimi habiti sunt. Hi neque scortationem, neque alearum ludum, neq; ebrietatem damnauerunt, & punierunt. Eorum igitur laudem, qui hac sententia sunt, hominum desideras? Quòd si huiusmodi homines omnes te admirarentur, nonne pudore te abscondi oporteret, vt a tam corruptis hominibus iudicareris? Et post multa enarrata vulgi, immo & sapientium deliramenta, in vltimis verbis ait: Quomodo non vltimæ est stultitiæ, in tam corrupta hominum sententia, & omnia temere facientium gloriam quærere, cum oportet ad insomnem semper oculum confugere, & ad sententiam eius aspicientis omnia, & facere, & dicere.

Num. 12. in epist. 1. ad Cor. to. 4.

3

4 Eccl. 17.

6 Ser. 17 in epist. Pauli ad Rom.

Luc. 6.

7

5 IDEM ait; Iniustitiæ pestis, cunctorum animas tyranni in more occupauit, quodq; grauius est, nõ id necessitate, aut vi, sed suadẽdo, & blãdiendo effecit, vt illi gratas habeant huiusmodi seruitutes. Nã siquidem vi, non amore tenerentur, quamprimum ab illa seruitute resilirent, quo circa eis iucunda esse videtur ea res quæ amarissima est, & amara iustitia, q̃ dulcissima est, si intimo sensu hauriatur. Ea quippe ratione, & mel ama-

Hom. 5. in ca. 2. epist. Pauli ad Timoth.

2. Cor. 6.

amarum quidam esse putarunt, & aliud quodlibet noxium cum voluptate perceperunt. Causa verò non ex rerum natura, verum ex peruersitate sententiæ ducitur. Laborant enim morbo, nostræ rationis iudicium. Sicuti etiam statera si lancem loco motam habeat ponderа iustè non iudicat, ita & anima nisi habeat rationis lancem stabilem, ac firmiter vi diuini timoris affixam, res syncerè dijudicare non valet, sed circumfertur iugiter, atq; deprimitur. Nam si quis diligenter inquirat, aspiciet ingentem iniquitati amaritudinem inesse, etiam in hac vita. Nonne huius germina sunt lites, rixæ, iudicia, reprehensiones, accusationes, inuidię? Quid verò his omnibus dici amarius potest? Nonne hæc, inimicitias, o dia, belle gignit? Nonne conscientiã, quæ nos iugiter flagellis cædat, ac mordeat? Vellem si fieri posset, iniqui animam corpore exutam cernendã omnibus in conspectum dare, videres eã profectò pallidam, trementem, rubore & confusione plenã, anxiã, semetipsam condemnantem. Quantumlibet enim quis ad ipsa vitiorum profunda corruerit, animi iudicium non corrumpitur. Nullusque est qui dum malum operatur, bonum id esse putet, sed occasiones fingit, & omnia facit. Ceterum ille etsi verbis crimen fortassis diluat, conscientiam tamen ipse suam effugere nequaquam poterit. Nam hic quidem, & oratio callida, & inconstantia principium, & assentatorum greges ius forte obnubilare queant, intra verò conscientiam nil horum admitti potest. Non adulatores adsunt, non pecuniæ, quę iudicia corrumpunt, insitum quippe nobis est a Deo naturale iudicium.

4 Eccl. 17.

6 Ser. 17 in epist. Pauli ad Rom.

IDEM; Vt doceat quod hominum iudicium in his quæ agimus quærere non debemus, inquit: Post hoc & illud perpendas, quod multorum sententia sit corrupta, corruptumq; iudicium, immo non solum corruptum, sed quod subito marcescat. Nam etiam si ad horam admirentur, puncto tamen temporis vix præterito, omnium obliuiscuntur. Atque ita fit, vt a Deo tibi datam coronam eripiant, & eam, quam ab ipsis expectabas, conseruare tibi nequeant. Quamquam etiam si manserit, multæ tamen miseriæ fuerit, diuinam illam ista commutasse. Cum verò nec ista maneat, sed prorsus diffluat, quam habebimus excusationem, qui propter instabilem, perpetuam illam prodimus, propter paucorum præconia, tanta bona perdentes? Quamquã etiam si fuerint multi laudatores, & ipsi quoque digni sunt, qui velut miseri non æstimentur, idq; tum magis cum plures sunt, qui hoc faciunt, dicente Domino: Væ vobis cum laudauerint vos omnes homines, & valde merito. Si enim cuius arti non quosuis, sed ipsos opifices iudices requiris, quomodo virtutis probationem multis commendas, & non præ omnibus vni illi, qui cum omnia sciat, solus etiam vel exturbare, vel coronare potest? Hoc itaque Christi verbum inscribamus, & parietibus, & ianuis, & menti, discamusq; continuè nobis ipsis: væ nobis si quando laudauerint nos omnes homines. [Infra:] Quemadmodum pueri ludentes ex fœno coronas inuicem imponunt, coronatum autem sæpenumero, eius rei ignarum, post tergum irrident, ita sanè & nunc, qui te in faciem prædicant, apud seipsos clanculum subsannant, atque ita quid aliud fit, quã quòd, & nobis inuicem fœnum coronantes imponimus? Et vtinam nihil aliud quàm fœnum. Nunc autem multo etiam, nocumento plena est hæc nostra corona, nam omnia nostra rectè facta perdit. Considerata itaque ipsius vilitate damnum istud effugito. Quod si cẽtum, vel mille, vel innumerri extiterint laudatores, qui applaudant, nihil tamen illi omnes a graculis desuper garrientibus different. Immo si Angelorum theatrum perpenderis, apparebunt illi vermibus etiam viliores, illorumq; præconium aranearum textura, fumiq; & somnijs infirmius. Dic ad animam tuam quemadmodum Paulus dixit: Ignoras quod Angelos iudicabimus, atque ab hoc cœno excitatam, increpato deinceps ac dicito, Angelos iudicatura es, & vis ab immundis iudicari.

Luc. 6.

1. Cor. 6.

IDEM docet: Qua ratione homines perditi, & vitia, & virtutes contrarijs nominibus, vocant, ait: Quippe Circensibus laudis, & reliquis spectaculis interesse iugiter, vrbanitatem & facetias vocatis, diuitijs affluere liberalitatem, gloriam amare magnanimitatem, arrogantiam confidentiam, prodigalitatem clementiam, iniustitiam fortitudinem esse asserentes. Tum vero quasi non hæc sufficiat decipula, & laqueus, virtutem quoq; contrarijs nominibus obnubitis, rusticitatem quidem pudicitiam vocantes, formidinem modestiã, imbecillitatemque iustitiam, contemptumque fastus, & glorię seruilis esse animi existimantes, malorumque tolerantiam ignauiam, & infirmitatem.

8 Lib. 3. contra vituperatores vitæ monasticæ. to. 5.

HIERONYMVS sic habet; Prima virtus monachi est contemnere hominum iudicia, & semper Apostoli recordari dicentis: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Tale quid & Dominus loquitur ad Prophetas: quod posuerit faciem eorum quasi vrbem æneam, & lapidem adamantinum, & columnam ferream, ne pauerent ad iniurias populi, sed impudicitiam subsannantium frontis rigore contererent. Infra: Fęlices, inquit Fabius, essent artes, si de illis soli artifices iudicarent. Poetam non potest nosse, nisi qui versum potest struere. Philosophum nescit, nisi qui scit dogmatum varietates. Manufacta & oculis patentia magis probant artifices. Nostra quàm dura sit necessitas hinc potens animaduertere, quod vulgi standum est iudicio, & ille in turba metuendus, quem cum videris solum, despicias. Hoc præteriens tetigi, vt eruditis contentus auribus, non magnopere cuius quid imperitorum de ingenio tuo rumusculi iactitent.

9 Epist. 26. quæ est ad Pammach. to. 1. Galat. 1.

IDEM ait: Noui susurronem quædam (quod genus hominum vel pernitiosissimum est) quasi beneuolum nunciasse, quod pro nimio feruore virtutum, quibusdam videretur insana, & cerebrum illius dicerent consouendum. Cui illa respondit: Theatrum seu spectaculi sumus Deo, & Angelis, & hominibus. Et nos stulti propter Christum, sed stultum Dei sapientius est hominibus. Vnde & Saluator loquitur ad patrem: Tu scis insipientiam meam. Et iterum: tanquam prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis. Vt iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Quem in Euangelio, & propinqui quasi mentis inopem ligare cupiebant, & aduersarij fugillabat, dicentes: dæmonium habet, & Samaritanus est, & in principe dæmoniorum ejcit dæmonia. Sed nos audiamus Apostolum cohortantem: Hæc est gloria nostra testimonium conscientiæ nostræ, quoniam in sanctitate, & syncerităte, & in gratia Dei conuersati sumus in hoc mundo. Et Dominum dicentem Apostolis, quia non estis de mundo, propterea odit vos mundus. Si enim essetis de mundo, mundus vtique quod suum erat, diligere. Et ad ipsum Dominum verba vertebat: Tu nosti absconditа cordis, & hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te, nec inique egimus in testamento tuo, & non recessit retro cor nostrum. Et propter te mortificamur tota die, æstimati sumus velut oues occisionis. Sed Dominus auxiliator meus, nõ timebo quid faciat mihi homo. His & talibus testimonijs quasi armatura Dei, instruebat se contra iniurias, & furorem rabidi pectoris mitigabat,

10 In epist. 27. quæ est ad Eustochiũ epitaphiũ Paulæ matris suæ. 1. Cor. 4. Ibid. Psal. 70. Psal. 72. Luc. 12. 2. Cor. 2. Ioan. 15. Psal. 43.

IDEM respondet calumniantibus Romanis, eo quod Paulam, Eustochium traxisset ad monasterium, & ait: Ego probrosus, ego versipellis, ego mendax, & satanæ arte decipiens. Osculabantur mihi manus quidam, & ore vipero detrahebant, & dolebant labijs, corde gaudebant. Alius incessum meum calumniabatur, & risum. Penè certe triennium cum

11 In epist. ad Asellã c. 2.

eis uixi. Multa me virginum crebro turba circundedit, diuinos libros, vt potui, nonnullis sepe disserui. Pecuniam ciuis quam accepi? Munera vel parua, vel magna non spreui? In manu mea æs alienum insonuit? Obliquus sermo, oculus petulans fuit? Antequam domum sanctæ Paulæ nosem, totius in me vrbis studia consonabant, omnium penè iudicio dignus summo sacerdotio decernebar, dicebar sanctus, dicebar humilis, & disertus. Nunquid domum alicuius lasciuioris ingressus sum? Nunquid me uestes sericæ, nitentes gemmæ, picta facies, auri rapuit ambitio? Nulla fuit alia Romę matronarum, quę meam posset edomare mentem, nisi lugens atque ieiunans, squalens sordibus, fletibus penè cęcata. Infra: Sed postquam ea pro suæ merito castitatis venerari, colere, suspicere cępi, omnes me illico deseruere virtutes. Nullæ aliæ Romanæ vrbi fabulam præbuere, nisi Paula & Melania, quæ contemptis facultatibus, pignoribusque disertis; crucem Domini quasi quoddam pietatis leuauere vexillum. Si balneas peterent, vnguenta eligerent, diuitias & viduitatem haberent, materiem luxuriæ & libertatis, dominę vocarentur & sanctę. Et infra: Si gentiles hanc uitam carperēt, si Iudęi, haberent solatium non placendi eis, quibus displicet Christus. Nunc verò, pro nefas, homines Christiani prætermissa domorum suarum cura, & proprij oculi trabe neglecta, in alieno oculo festucam quęrunt. Lacerāt sanctum propositum, & remedium pœnæ suæ arbitrātur, Si nemo sit sanctus, si omnibus detrahatur, si turba sit pereuntium, si multitudo peccantium. Inf. Gratias ago Deo meo, quod dignus sim quem mūdus oderit. Ora autem vt de Babylone Hierololymam regrediar, ne mihi dominetur Nabuchodonosor, sed Iesus filius Iosedech, Veniat Esdras, & reducat me in patriam suam. Stultus ego qui uolebam cantare canticū Domini in terra aliena, & deserto monte Sina Ægypti auxilium flagitabam. Maleficum quidam me garriunt, titulum fidei seruus agnosco. Magum vocant & Iudæi Domominum meum. Seductor & Apostolus dictus est. Quo tam partem angustiarum perpessus sum qui cruci milito? infamiam falsi criminis imputarunt. Sed scio per bonam, & malam famam perueniri ad regnum cœlorum. Memento mei, & fluctus maris tuis precibus mitiga.

12 *Inc 10. Ecclesi 5.7.* IDEM explicans verba illa. In via stultus ambulans cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat, inquit: Stultus vt ipse peccat sperat omnes peccare similiter, atque ex suo ingenio vniuersos iudicat.

13 *Lib. 3. in c. 21. Matth. in 9.* IDEM explicans verba illa. Et relictis illis abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam, ibique mansit, diciti, hoc in his verbis intelligendum est, quòd tantæ fuerit paupertatis, & ita nulli adulatus sit, vt in vrbe maxima, nullum hospitem, nullam inuenerit mansionem, quia veritas quam Christus Dominus prædicabat, oditur in mundo.

14 *Lib. 6 Epistolarū epist. 36. c. 3.* AMBROSIVS scribit Paulino episcopo qua ratione Paulinus splendore generis in partibus Aquitaniæ nulli secundus venditis facultatibus, & sæculo relicto, secretum quoddam elegerit, & ipse pauper ex diuite factus, tanquam denudatus graui sarcina domui, patriæ, cognatis quoque valedixerit, vt impensius Deo seruiret. Idemque fecit vxor eius. Soboles eis nulla, & ideo meritorum posteritas desiderata Hæc referens ait: Hæc vbi audierint proceres viri, quæ loquentur? ex illa familia, illa prosopia, illa indole, tanta præditum eloquentia migrasse a se natu, interceptam familiæ nobilis successionem, ferri hoc non posse. Sed confundere illos non debent hominum dicta. Non confusus est Moyses, qui cum esset ascitus in domum regiam, thesauris Aegypti improperium Christi præferendum putauit. *Exo. 2.* Non confusus est Dauid, qui ante arcam testamenti coram omni populo saltauit. Non confusus est Isaias, qui nudus & discalciatus ibat per populos, oracula clamans cęlestia. Deniq; reprehendit Michol saltantē Dauid, & ait ad eū: Quā glorioſus est hodie rex Israel, quia denudatus est hodie ante oculos puellarum suarum? *2. Reg. 6. Isa. 20.* Et respondit, Iudam, & vilior fiā coram eo, qui elegit me pro patre tuo, & pro domo eius, vt constitueret me regem super populum meū Israel. Et ludam coram Dño, & denudabor adhuc sic, & ero nugax ante oculos tuos. Non erubuit igitur Dauid femineas opiniones, nec opprobria apud mulieres subire, pro religionis obsequio verecūdatus est. Denique illa quæ saltationē huiusmodi reprehendit, sterilitatis dānata non dedit sobolem regiā, & nullā est adepta posteritatis suæ successionē. Isaias nudus prædicat, & nō ludibrio se, sed glorioſissime denudatus est in conspectu populorum occursantiū, qui oracula Domini hoc facto prędicabat, nec quid in re hac populus iudicaret, sed quid Deus præciperet perpendebat.

15 *Li. 5. contra Iul. Pelag. to. 7.* AVGVSTINVS explicans qua ratione homines in suorum peccatorum pœnam hac plectuntur maxima, ut non audiant veritatem, sic habet: An non est peccatum, & pœna peccati ubi legitur: Dñs miscuit illis spiritum erroris, *Isa. 19.* & seduxerunt Aegyptum in omnibus operibus suis, sicut seducitur ebrius? Non est peccatum, & pœna peccati, vbi Deo dicit Peopheta: Quid errare fecistis nos Domine a via tua, induraſti corda nostra, vt non timeremus te? *Isa. 63.* Non est peccatū & pœna peccati vbi rursus Deo dicitur: Ecce tu iratus es, & nō peccauimus, propterea errauimus, & facti sumus velut immundi omnes. *Isa. 64.* Non est peccatum & pœna peccati vbi legitur de gentibus, quas debellauit Iosue, quia per Dominum factum est confortari cor eorum, vt obuiam irent ad bellum ad Israel, vt exterminarentur? *Ios. 11.* Non est peccatum, & pœna peccati, quod non audiuit Roboā rex, plebem bene monentem, quoniam sicut scriptura loquitur: Erat conuersio a Domino vt statueret verbū suum, quod de illo locutus est in manu prophetę. *3. Reg. 12.* Non est peccatum, & pœna peccati in eo quod scriptū est: Amasiam regem Iuda noluisse audire Ioas regē Israel *2. Par. 25* bene monentem ne procederet ad bellā dum? Sic enim legitur: Et non audiuit Amasias, quoniam a Deo erat, vt traderetur in manu, quoniam quæsierunt Deum Edom. Et multa alia commemorare possemus, in quibus liquido appareat occulto Dei iudicio fieri pertersitatem cordis, vt non audiatur quod verum dicitur, & inde peccetur, & sit ipsum peccatum præcedentis etiā pœna peccari. Nam credere mendacio, & non credere veritati peccatum vtique est, idemque pœna est alterius peccati. Vnde est illud quod ad Thessalonicenses *2. Thess. 2.* scribit Apostolus: Pro eo quod dilectionem veritatis non receperunt, vt salui fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio. Vt seduceretur Achab, & in prælio periret vidit Michæas Dominum sedentem in throno, & exercitus cœli coram eo, & dixit Dominus: Quis seducet Achab, & ascendet, & *3. Reg. 22.* cadet in Ramoth Galaad? Et dixit spiritus quidā, ego seducam eum. Et dixit Dominus ad eum: In quo? Et dixit, egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et dixit seduces, & prævalebis, exi & fac sic.

Murmurationes malorum sic ferant boni, vt innocentiam ostendant suam. Cap. XV.

ORIGENES referens murmurationem Maria, & Aaron contra Moysen, eo quòd Æthiopissam duxerit, ait: Audistis quid sibi iudicii obtrectatores, & maleloqui, & quid damnationis acquirant: audite nunc & quantum beneficij conferant ijs, quibus obtrectant. Nunquam inuenimus tantas laudes Deum dixisse de Moyse famulo suo, quantas nunc dici videmus quando ab hominibus ei derogatum est. Et descendit, inquit, Dominus in columna nubis, & stetit ad ostium tabernaculi testimonij. Et vocati sunt Aaron & Ma-

1 *Hom. 7. in lib. Num. 12.*

& Maria, & steterunt ambo, & dixit ad eos: Audite verba mea; Si fuerit quis vestrum propheta Domini, in somnis loquar ei. Non sicut famulo meo Moysi, qui in tota domo mea fidelis est, os ad os loquor ad eum, in specie & non in ænigmate, & gloriam Domini vidit. Et quare nō timuistis detrahere seruo meo Moysi? Et ecce Maria facta est leprosa sicut nix. Videtis quid sibi pœnę contulerint obtrectatores, quid vero illi, cui obtrectauerint quæ fierint laudis. Sibi turpitudinem, illi splendorem; sibi lepram, illi gloriam; sibi opprobrium, illi magnificentiam quæsiuerunt. Et nubes recessit a tabernaculo, & ecce Maria facta est leprosa. Prius recedit nubes, & ita lepra repletur, vt ostendatur, quia etiam si est in aliquo gratia sancti Spiritus, & detrahit, recedit ab eo post obtrectationem, & sic lepra repletur anima eius.

2 BASILIVS scribens ad Noëcæsarianos in defensionem propriam contra eos, qui ipsum aiebant Arrianum ac negantem Spiritum sanctum Patri, & Filio esse æqualem, & ait: Quis in accusandis vitijs nemine contradicente defecit? Quis deferendo mendacij conuictus est, non coram constituto eo, quem falso detulit? Quidnam dici potest quod credibile non sit auscultantibus, si dum criminator, ita vt asserit, habere contendit, criminis accusatus, nec adest, nec calumnias audit? Iustum iudicium iudicate, vnum hoc est ex præceptis ad salutem necessarijs. Et ista dico, non oblitus verborum Apostoli, quibus ille relictis humanis iudicijs, vniuersam vitam suam eius tribunalis examini reseruauit, quod falli nequit, vbi dicit: Mihi autem pro minimo est, vt a vobis iudicer, aut ab humano die. Sed propter vos magis quā propter me ista scribo, ne veritate priuemini, de me non ea quæ verā sunt credentes. Quid igitur dico fratres? Non quod ego ignorem me obnoxium peccatis, neque quòd vita mea non referta sit innumeris delictis. Noui enim me ipsum, nec cesso lachrymas profundere pro peccatis meis, si quo pacto mihi Deum placare, ac futuri supplicij comminationem effugere queam. Sed hoc dico, si is qui nostra iudicat, mundum se confirmet habere oculum, auferat ex nostro oculo festucā. Fatemur nos multa eorum qui probe valēt opus habere curādi diligentia. Si autem talis quis non fuerit, non iudicet ante tempus donec veniat Dominus, qui manifestabit abscondita tenebrarum. Memor sit eius, qui dixit: Nolite iudicare vt non iudicemini, nolite condemnare, vt non condēmini. In summa fratres, si curabilia sunt nostra delicta, quare non obeditis Paulo dicenti: Argue, obsecra, increpa? Si vero scelus nostrum ita habet, vt sit immedicabile, quamobrem non in faciem nobis resistit aduersarius, vt patefactis sceleribus nostris, Ecclesias ab ea pernicie liberet, quia per nos illæ perduntur? Si peccatores sumus, commiserandi potius sumus apud viros beatos & innoxios, quàm acerbè & odiosè tractandi. Oculus vitiatus multa non videt eorum quæ sunt, & multa suspicatur quæ non sunt. An cum de agriculturæ operibus iudicare non poterit, qui non ipse est agricola, & qui musices scientiam non tenet, nec consonantiam, nec dissonantiam in musicis rythmis cognoscat, sermonum iudex mox erit quicunque volet?

3 IDEM sic exorditur, tempus esse tacendi, & tempus loquendi dicit Ecclesiastes. Et nunc igitur, quoniā abunde satis silentij hactenus præcessit, opportunum deinceps erit, vt ad patefactionem eorum quæ ignorantur, os nostrum aperiamus. Quādoquidem & magnus ille Iob multo quidem tempore calamitates suas cum silentio tulit, hoc ipso animi fortitudinem declarans, quod in molestissimis afflictionibus constans perduraret; post autem, ore aperto ea locutus est, quę omnibus nota sunt. Et nobis igitur iam in tertium vsque silentij annum imitabilis vita est prophetæ gloriatio, quæ dicit: Factus sum sicut homo non audiens, & non habens in gutture suo redargutiones. Quocirca in profundo pectoris nostri dolorem, quē nobis incussit calumnia inclusum tenuimus. Verè namque calumnia virum humiliat, calumnia pauperem conturbat. Sic ergo tantum est calumniæ malum, vt & perfectum iam e sublimi, deijciatque pauperem. Attamen silentio res tristes ferendas esse putaui, fore ratus, vt ipsis aliquando operibus veritatem edocentibus non nihil corrigā tur. Neq; enim ex malitia aliqua, sed per ignorantiam, talia contra nos dici arbitrabar. Quoniam vero inimicitiam vna cū ipso tempore magis inualescere video, & aduersarios meos ab ijs, quæ ab initio sparserunt nihil immutari: neque aliquam impendere curam, quo præteritis medeatur, sed magis illa repetēdo obfirmare, vt & vitam nostram affligant, & nominis nostri opinionem apud fratres, callido commento polluant, iam mihi non videtur tutum, vt silentio me cohibeam amplius, sed subit animum meum illud Isaiæ dicentis. Silui, num semper silebo & feram, patiens fui, vt parturiens loquar. Vtinam autem, & mercedem silentij assequamur: vt dum eos, qui nos vituperāt redarguimus, acerbum illum adobruentis nos mendacij torrentem exiccemus, quo & nobis dicere licear; torrentem pertransiuit anima nostra, & illud; nisi Dominus fuisset in nobis, cum exurgerent homines in nos, forte viuos deglutissent nos. Ego sane post ea quàm multum temporis vanitatis inpendissem, & omnem prope iuuentutem inani studio attriuissem quo tenebar, tandem aliquando velut ex graui somno expergefactus ad Euāgelicæ veritatis admirabile lumen aspexi, agnouique inutilitatem sapientiæ principum huius mundi qui abolentur, deplorata plurimum miserabili mea vita; ductorem mihi dari optabam &c. Infra: Licet reliqua vita nostra digna sit cuius gratia ingemiscamus, de hoc tamen vno in Domino gloriari ausim, quòd nunquam falsas opiniones habuerim de Deo, neque aliter sentiendo, animi postea iudicium mutauerim, sed quam a puero sentētiam de Deo, a beata matre, deinde & nutrice mea Macrina recepi, illam iustis incrementis auctam, & adultam in me ipso conseruauerim.

5 IDEM sic habet: Quo putas animum meum dolore affecit fama calumniæ illius, quam mihi offuderunt quidam non metuentes iudicem perditurum omnes loquentes mendacium? Tanto videlicet, vt prope totam noctem, propter dilectionis tuæ verba in somnem duxerim, ita ipsa cordis mei penetralia concepta mœstitia occupauit. Re vera namque, vt Salomon inquit, calumnia virum humiliat, & nemo ita stupidus est, qui animo nullam sentiat molestiam, & ad terram vsq; non deijciatur, si incidat in ora ad mentiendum procliua. At necesse est, vt omnia feramus, omnia patienter toleremus, vltionem ipsorum Domino committentes, qui non despiciet nos. Nam qui calumniatur pauperem, factorem illius ad iracundiam prouocat.

6 CHRYSOSTOMVS recensens nouem, quæ fuerunt in Lazaro mendico supplicia ait: Ad hoc & aliud quiddā accessit, quod & fama ipsius apud homines impudentes traduceretur. Solet enim hominū vulgus vbi quos viderint in fame perpetuoque morbo, & extremis agētes malis, nec opinionē de eis habere bonā, sed ex ipsa calamitate, æstimare vitā, & omnino iudicare illos ob malitiā sic affligi, aliquaque multa huius generis inter se loquū tur, insulte quidē illi, loquū tur in: Hic si Deo charus esset, nequaquā ipsū in huiusmodi malis esse pateretur. Hoc, & in Iob, & in Paulo venit vsu. Nam & illi dicebant. Nonne frequenter tibi dictum est in labore, vim aūt verborum tuorum quis sustinebit? Si enim tu consolatus fuisses multos genibusq; infirmis addidisses fiduciā, nūc vero peruenit in te labor, tu vero curasti. Nōne iuus labor est; Si quid tibi, mq;, bonæ regi gestū fuisset, haudquaquā ita paterēris, sed peccatorū & iniq;tatis his pœnas. Et hoc erat

2. Reg. 6. Isa. 20.

Epist. 75. to. 2.

Li. 5. contra Iul. Pelag. to. 7. Isa. 19. Isa. 63. Isa. 64. Ioel. 11. 3. Reg. 12. 2. Par. 25 2. Thess. 3. 3. Reg. 22.

Lucæ 6. 2. Tim. 1.

In ep. 79. ad Eustatium episcopum Sobastiæ. Eccl. 3.

Psal. 37. Eccl. 7. 4 Psal. 123.

Epistola. 86. quæ est ad Bosporiū episcopum.

Contione prima de Lazaro to. 2. Iob 4.

quod maxime mordebat animum Iob: & innocentiã
Act. 28. suam conatus est tentare. Ac de Paulo Barbari hoc ipsum dicebant. Cum enim viderent viperam pendentem de manu illius, nihil boni de illo suspicabantur, sed existimabant eum hominem esse de numero eorũ, qui extrema perpetrarunt scelera. Id perspicuum est ex his, quæ dicebant: Hunc, inquiunt, a mari seruatum vltio non permisit eum viuere. Hoc autem non mediocriter nos quoque pertubare consueuit. Attamen cum fluctus essent tam multi, vicissimque alij super alios illum impeterent, non tamẽ mersum est nauigiũ, sed perinde, vt si in fornace positus, veluti perpetuo rore refocillaretur, ita philosophabatur.

7
Hom. 26. in acta Apostolorum to. 3.

IDEM inquit: Nobis ne curæ sit, quid multi de nobis sentiãt, neque vltra quam oportet de gloria solliciti simus. Deo viuimus non hominibus. In cœlo ciues sumus non super terram. Illic præmia, & brauia nostrorum laborum iacent, illinc expectamus laudes, illinc coronas, eatenus curemus homines, ne eis offendiculo, & damno simus. Si autem nos illis offendiculũ non damus, & illi voluerint simpliciter, & absq; vlla causa nos vituperare, rideamus, ploremus. Tu prouide bona coram Deo, & hominibus. Si te prouidente bona, ille incessat ne sis adhuc sollicitus. Habes exempla in scripturis. Nunquid enim hominibus suadeo, an Deo? Et iterum, hominibus suademus: Deo autem manifesti sumus. Et Christus sic in his qui offendebantur dicebat, sinite illos, cæci sunt, & duces cæcorum. Et iterum. Væ vobis quando bene dixerint de vobis omnes homines. Si ego quidem facio quod decet, & alius blasphemat, nihil ad me, sed ad illum. Nam propter illum blasphematur.

Gala. 1. 2 Cor. 5. Matt. 15. Lucæ 6.

8
Epistola 14. quæ est ad Celãtiã de institutione matrisfamilias. to. 1.

HIERONYMVS sic ait: Beatus est, qui tã sanctè, tamque grauiter disposuit vitã suam, vt de eo sinistri aliquid ne fingi quidem possit, dum aduersus obtrectatorum libidinem pugnat meriti magnitudo. Nec fingere quisquam ausus est, quod a nullo putat esse credendum. Quod si assequi difficile atque nimis arduum est, saltem hanc adhibeamus vitæ nostræ diligẽtiam, ne malæ mentes occasionem inueniant detrahẽdi. Ne ex nobis scintilla procedat, per quam aduersus nos sinistræ famæ flamma confletur. Alioqui frustra irascimur obtrectatoribus nostris, si eis ipsis, obtrectãdi materiam ministramus. Si autem nobis diligenter atque sollicitè omnia ad honestatem prouidentibus, cunctisque actibus nostris timorem Dei præferentibus, & illi nihilominus insaniunt, consoletur nos conscientia nostra, quæ tunc maxime tuta est, tunc optime secura est, cum ne occasionem quidem male de se sentiendi dedit. Illis enim væ dicitur per prophetam, qui dicunt quod bonum est malum, qui lucem appellant tenebras, & quod dulce est amarum vocant. Nobis ergo Saluatoris aptabitur sermo. Beati estis cum maledixerint nobis homines mentientes. Nos modo id agamus, vt male de nobis nemo loqui absque mendacio possit.

Isa. 5.

Matt. 5.

9
Epist. ad Occanũ de ferendis opprobrijs. to 4.

IDEM sic habet: Nolo te nec in hac parte confundi, si tibi pro Christi nomine, vel opere, a perituris & vanis hominibus derogetur. Sed gaude potius & lætare, sciens tibi repositam etiam pro ipsa derogatione mercedem. Nam satis iniquum & impium est, si tu tibi pro eius nomine nec detrahi patiaris, qui propter te tanta perpessus est. Quãm verò graue sit pro Domino non sustinere omnia, quæ aduenerint in hac vita, siue damna, siue derogationes, suspiciones, detractiones, cum ille pro tua salute opprobria hominũ, iniuriasq; sustinuit? Valde ab eo alienus est, qui nec detractiones saltem sustinere contentus est. Audi Dominum dicentem: Non est discipulus super magistrum, nec seruus super dominum suum. Si patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? Et nos ergo si discipuli, si domestici Christi sumus, debemus opprobria, detractionesque amplecti, & sustinere libenter, & æquo animo ea omnia ferre, quæ pro nobis magister & Dominus pertulit noster. Qui verò hæc sustinere non vult, nec discipulum eius se depromat esse, nec seruum, nec filium, nec domesticum. Infra: Deinde si æquo animo pensamus id ipsum quo nobis quis detrahere videtur iniustè, laudati nos potius quam accusari probamur. Nam quid aliud faciunt, cum vera de sanctis dicunt, nisi vt ea dicant quæ facimus, ieiunos, abstinentes, sobrios, qui iam delicijs non delectamur & epulis, qui diuitias spernimus, & pretiosis non gloriamur in vestibus. Si hæc dicant perditi homines, confundi non debent sancti. O quàm indignum est atque præposterum, vt iusti confundantur in bonis, & peccatores glorientur in malis; Ne ergo stultorum hominum vanissimus sermo te confundat. Quid nobis obest si vituperent hi, quorum non plus vituperatio prodest, quàm obest laudatio? Non eorum laudibus delectemur; qui non alios quam sibi similes laudant. Nobis igitur detrahentibus cunctis & vituperantibus, simus sobrij, sancti, & humiles, & Deum semper fideli corde precemur, vt ipse semper in nostra mente sit, & lex eius nostro semper in pectore, vt possimus prophetica voce loqui: pro eo vt me diligerent detrahebant mihi, ego autem orabam pro eis. Et alibi: Humiliaui in ieiunio animam meam, & factum est mihi in opprobrium. Et posui vestimentum meum cilicium, & factus sum illis in parabolam. Et iterum: Genua mea infirmata sunt a ieiunio, & caro mea immutata est propter oleum, & ego factus sum opprobrium illis. Viderunt me, mouerunt capita sua. Adiuua me Domine Deus meus. Vides ergo omnes prophetas, & sanctos, propter hoc semper hominum subsannationes pertulisse, quia Deo vellent fideliter seruire. Hoc & Apostolus ait: Fidelis sermo, in hoc enim laboramus, & maledicimur, quia speramus in Deum viuum, qui est Saluator omnium maxime fidelium. Cum fuerimus sapientes, grauet, quieti, nunquã vanitatem, nunquam opera hominum loquentes, sine intermissione legem Domini meditantes, subtrahentes nos ab omni fratre ambulãte inordinatè, tunc cum hæc a nobis nostra virtute fuerint custodita, quicunque putauerit derogandum nobis, propheticæ simus sententiæ memores, per quã Dominus sui nominis causa tribulatos hortatur dicẽs: Et tu fili hominis ne timueris eos, neque paueas a facie eorum: quoniam insanient, & cõuenient aduersum te. In gyro, & in medio scorpionum tu habitas, verba eorum ne timueris, & a facie eorum ne paueas. Et alibi dicit: Audite me qui nostis iudicium, populus meus, in quorum corde lex mea est. Nolite timere opprobria hominum, & blasphemias eorum ne metuatis, quia sicut vestimentũ deficient, & sicut lanam comedet eos tinea, iustitia autem mea in æternum erit. Salutare verò meum in sæculum sæculi. Seruandum præ omnibus, ne alterius laudem velimus seruare, quam Christi, vt & nos cum propheta possimus dicere: Apud te laus mea in Ecclesia magna. Et iterum: Tanquam pro digium factus sum multis, & tu adiutor fortis. Et iterum: Maledicent illi, & tu benedices. Qui insurgunt in me confundantur, seruus autem tuus lætabitur in te.

10
Psal. 14.
Psal. 60.
Psal. 108.
Psal. 70.

11
Inc. 5. Ecclesiast. to. 7.

IDEM explicans verba illa; Et quidem in omnes sermones quos loquentur impij ne dederis cor tuum, vt non audias seruum tuum maledicentem tibi, inquit: Fac quæ præcepta sunt tibi, & sapientiæ auxilio confortatus, vel ad bona, vel ad male præpara cor tuum, & non cures quid de te loquantur inimici. Quomodo enim prudentis viri est murmurantem famulum non audire, nec curiosè aurem apponere, quid de se loquatur absente. Si enim hoc fecerit, semper in tribulatione erit: & ad mussitationem serui iracundia commouebitur. Sic & sapientis hominis est sapientiam præuiam sequi, & vanos non considerare rumores. Sed & alio exemplo docet penitus nõ curandum iusto homini, quid homines

Joan. 15. Matt. 10.

loquantur dicens. Quomodo nouit conscientia tua, quod tu de multis locutus es, & sæpe alij dextraxisti: Sic & alijs debes ignoscere detrahentibus. Ideo ait: Etenim frequenter scit cor tuum, quia & tu maledixisti alijs.

12 *Lib. contra secundum Manichæũ to. 6.* AVGVSTINVS quia Manichei aiebant: Augustinum a sua recessisse secta, timore vel cupiditate ductus inquit: Quod de animo meo verum non sentis, facile contemno. Hoc enim sentis, quod etsi in me non agnosco, fieri tamen potest, vt sit in homine. Ergo etiã si erras in me, non tamen ita erras, vt me de numero hominũ eximat tua opinio, quia id de me credis quod fieri potest in animo humano; etiam si non sit factum in animo meo. Nec igitur opus est, vt tibi hanc suspitionem magnopere coner auferre. Senti de Augustino quicquid libet, sola me in oculis Dei conscientia non accuset. Quid enim ait Apostolus? mihi minimum est, vt a vobis iudicer aut ab humano die. Ego autem vicẽ tibi non rependam: vt de tua mente aliquid existimare in malam partem audeam, quod intueri non valeo. *1. Cor. 4.*

13 *Lib. secũdo contra literas Petiliani to. 7.* IDEM ait: Malorum permixto corporalis me nulla turbat, sed noui dicere suscipe seruum tuum in bonum, non calumniẽtur me superbi. Non ergo curo vanum calumniatorem, quia idoneũ teneo promissorẽ. *Psal. 118.*

14 *Lib. 3 contra literas Petil.* IDEM sic habet: Et nos quidem charissimi cum falsa crimina audimus, ab eis quos offendimus prædicando, eloquia veritatis habemus: sicut nostis abundãtissimam consolationem. Nam si in eis, quibus me criminantur, testimonium conscientiæ meæ non stat cõtra me in conspectu Dei, quo nullus oculus mortalis intenditur, non solum contristari non debeo, verum etiam gaudere, & exultare: quia merces mea multa est in cęlo. Neq; enim intuendum est quàm sit amarũ, sed quàm falsum quod audio. Cur itaque feramus indigne quòd nos infamant, qui gloriæ Christi sic detrahũt. Dicant quod volũt, dum ille nos exhortetur dicens: Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati estis cum maledixerint vobis homines, & dixerint omne malũ aduersus vos, mentientes propter me, & propter iustitiam: quia factus est nobis Deus sapientia, & iustitia, & sanctificatio & redemptio, vt quemadmodum scriptum est, qui gloriatur in Domino glorietur. Qui cum dicat, gaudete & exultate quoniã merces vestras multa est in cœlo, si quod dictum est propter iustitiam, & propter me, in bona conscientia teneo, quisquis volẽs detrahit famæ meæ, nolens addit mercedi meæ. Si patrem familias Beelzebub vocauerunt, quanto magis domesticos eius? ergo toleremus, & conregnabimus. Si autem non aurem solam percutit iracundia criminantis, verum etiam conscientiam mordet veritas criminis, quid mihi prodest si me totus mundus continuis laudibus attollat? Ita nec malam conscientiam sanat preconium laudantis, nec bonam vulnerat conuiciantis opprobrium. *Matt. 5. 2. Cor. 10. Matt. 10.*

15 *In Psal. 3. to. 8.* IDEM explicans verba illa; Dentes peccatorum contriuisti ait: Habet vnusquisq; maledicentes sibi, habet etiam vitiorum auctores, conantes eum a Christi corpore præcidere, sed Domini est salus eum hæc patiuntur iusti, & super populum tuum benedictio tua. *Psal. 70.*

16 *In Psal. 9.* IDEM explicans verba illa; Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam inquit: Infirmabuntur, & peribunt a facie tua, inimici qui me prosequũtur. Quare infirmabuntur, & peribunt? Quoniam fecisti iudicium meum, & causam meam. Ideſt iudicium illud, in quo iudicari visus sum, meũ fecisti. Et causam illam, in qua me iustum innocentem homines condẽnauerunt, meam fecisti. Hac enim vsi sunt ad nostram liberationem, sicut & nautæ dicunt ventum suum, quo vtuntur ad bene nauigandum.

17 *In Psal. 54.* IDEM explicans verba illa, Contristatus sum in exercitatione mea, & conturbatus sum a voce inimici, & a tribulatione peccatoris ait: Exercitationem suam vocat homines malos quos patitur, in illa exercitatione contristatus est, & conturbatus. Ne putetis gratis esse malos in hoc mundo; & nihil boni de illis agere Deum. Omnis malus aut ideo viuit, vt corrigatur, aut ideo viuit, vt per illum bonus exerceatur. Vtinam ergo, qui nos modo exercent, conuertãtur, & nobiscum exerceantur. Infra: Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me. Quid pateris? quid gemis? cõtristatus sum in exercitatione mea. Exerceri me quidem inter malos posuisti: sed nimis exurrexerunt supra vires meas. Trã quilla perturbatum, manum extende mergenti. Cum aliquid tale patitur Christianus, non debet facile velut odio ire in eum a quo patitur, & velle ventum vincere, sed conuertere se ad orationem, ne amittat dilectionem. Neque enim timendum est, ne aliquid faciat homo inimicus. Quid enim facturus est? Multa mala dicturus, opprobria iaculaturus, in conuitijs sæuiturus, sed quid tibi? Gaudere inquit & exultate, quoniã merces vestra multa est in cęlis. Ille in terra geminat conuitia, tu in cęlo lucra.

IDEM exponens verba illa; Quoniam ipse liberabit me de laqueo veniantium, & a verbo aspero dicit: Multos per verbum asperum misit diabolus in laqueũ. Verbi gratia. Qui voluerint esse pagani inter Christianos, insultores patiũtur paganos, erubescunt inter insultores, & a verbo asperò recedentes de via, incidunt in laqueos venantium, & quid tibi facturum est verbum asperum? Nihil. Nunquid nihil tibi facturus est laqueus, quo te compellit inimicus per verbum asperum? Quomodo retia plerumque tenduntur ad caput sepis, tenduntur auibus, & lapides mittuntur in septẽ, lapides illi nihil sunt facturi auibus, quando enim ferit auem, qui lapidem mittit in sepem? Timens autem auis inanem sonum cadit in retia; sic homines timentes insultatorum verba vana, & inania, & erubescentes conuitijs superfluis cadunt in laqueos venantium, & captiuantur à diabolo. [Infra:] Quomodo inter paganos, qui fuerit Christianus, à paganis audit verba aspera, cadit in laqueum venantium: sic & inter Christianos, qui voluerint esse diligentiores & meliores, ab ipsis Christianis audituri sunt insultationes. Sunt enim multi male viuentes Christiani, inter quos qui voluerit bene viuere, & inter ebriosos sobrius esse, & inter luxuriosus castus, patiẽ insultatores ipsos Christianos, & patitur uerba aspera, & dĩt, tu magnus, tu iustus, tu es Helias, tu Petrus, tu de cælo venisti, insultant, quocunque se verterit, audit hinc atque inde verbum asperum. Quod si timet, recedit à via Christi Dei: cadit in laqueos venantium. Quomodo autem cum audiuntur hæc verba; non receditur à via? Quando audit verba aspera, vnde sibi habet facere solatiũ, vt nõ curet verba aspera, nec recedat à via, & intret per ianuã? Dicat qualia verba, audio seruus peccator? Dominus meus audiuit, dæmoniũ habes. Nõ opus erat, vt Iesus hoc audiret; sed te monuit aduersus verba aspera, ne incidas in laqueos venãtium. Inter scapulas suas obũbrabit tibi, & sub alis eius sperabis. Hoc dicit ne tua protectio à te sibi sit, ne putes quia tu te potes protegere. Ille te proteget, vt eruat de laqueo venãtiũ & à verbo aspero. In alis Dei stans non timebis, ne quis tibi noceat, tãtũ tu noli inde recedere, quo nullus inimicꝰ audet accedere. *Matt. 5. 18. In Psal. 90.*

IDEM ficait: Christus dormiebat in naui, & cum periclitarentur discipuli, iam imminente naufragio accesserunt ad eum, & excitauerũt eum. Surrexit Christus, imperauit vẽtis & fluctibus: & facta est tranquillitas magna. Sic & tu, intrant venti cor tuum vtique vbi nauigas, vbi hanc vitam tãquam pcelosum & periculosum pelagus transis, intrant uẽti, mouẽt fluctus, turbant nauem. Qui sunt ve nti? Audisti conuiciũ, irasceris, conuicium ventus est, iracundia fluctus est. Periclitaris, disponis respondere, disponis maledictum maledicto reddere, iam nauis propinquat naufragio. 19 *Tract. 49. in Ioannẽ. tom. 9. Matt. 8.*

Excita Christum dormientem, ideo enim fluctuas & mala pro malis reddere præparas: quia Christus dormit in naui. In corde enim tuo somnus Christi, obliuio fidei: nam si excites Christũ ideſt recolas fidem; quid tibi dicit, tanquam vigilans Christus in corde tuo. Ego audiui dæmonium habet, & pro eis orauit. Audit Dominus & patitur: audit seruus & indignatur?

20 GREGORIVS explicans verba illa, si vidi solem cum fulgeret, & lunam incedentem clare, dicit: Ne immoderatis laudibus erigamus, plerumque miro rectoris nostri moderamine etiam detractionibus lacerari permittimur, vt cum nos vox laudantis euolat: lingua detrahentis humiliet, quia & arbor sæpe, quæ vnius venti impulsu ita impellitur, vt pene iam erui posse videatur, alterius e diuerso venientis flatu erigitur, & quæ hac ex parte inflexionem pertulit ab alia, ad statum redit. Vnde & illa arbor alte radicata quasi inter aduersantes ventos fixa steterat, quæ dicebat: per gloriam & ignobilitatem, per infamiam, & bonam famam.

Li. 22. mo. c. 5. tom. 1. Iob 31. Cap 31.

Cor. 26.

21 IDEM explicans illa verba; Iob 35. c. Homini, qui similis tui est nocebit impietas tua dicit: Reproborum nequitia, trituræ more electorum vitam quasi grana à paleis separans, premit, vt purget. Mali enim bonos magis ab huius mundi desiderijs expediunt, dũ affligunt: quia dum multa eis hic violenta ingerunt, festinare illos ad superna compellũt. Quod bene de Israelitico populo vocante Moyse & Pharaone rege sæuiẽte, signatum est. Tunc namque Moyses ad vocandum missus est; cum iam Pharao duris operibus ad opprimendum fuerat excitatus, vt Israelitarum mentes Aegypto deformiter inhærentes, alius dum vocaret quasi traheret, alius quasi impelleret dum sæuiret, & plebs in seruitio turpiter fixa, vel prouocata bonis, vel malis impulsa, moueretur. Hoc quotidie agitur, dum prædicatis cœlestibus præmijs, sæuire in electos reprobi permittuntur, vt si ad repromissionis terram vocati, exire negligimus, pressuris saltem sæuientibus impellamur: atque hæc Aegyptus, videlicet vita præsens, quę nos oppressit blandiens, addiuet premens, & quæ dũ fouit, seruitutis iugo contriuit, libertatis viam dũ cruciat, ostendat. Hæc vtique causa est quòd ab iniustis iusti sinantur affligi: vt scilicet dum futura audiũt bona quæ cupiant, patiantur etiam mala præsentia, quæ perhorrescant, atque ad faciliorem exitum, dum amor prouocat, cruciatus impellat.

Li. 16. mo. cap. 5.

Exod. 3.

22 IDEM exponẽs verba illa; Ne timeas eos, neque Sermonem eorum metuas inquit: Præcipit Dominus Prophetæ, ne derogationis verba pertimescat. Cur autem linguas derogantium timere non debeat, etiam causa subiungitur cum protinus subinfertur: Quoniã increduli & subuersores sunt tecum: & cum scorpionibus habitas. Timendi enim essent hi quibus loqui mittebatur, si in fide & opere, Deo omnipotenti placuissent. Quia autem increduli & subuersores sunt, in suis sermonibus derogantes, timendi non sunt: quia stultum est valde si illis placere quærimus, quos non placere Deo scimus. Debent enim haberi in metu & reuerentia, iudicia iustorum, quia membra Dei omnipotentis sunt; & hoc ipsi in terra reprehendunt, quod Dominus redarguit e cœlo. Nam peruersorum derogatio, vitæ nostræ approbatio est: quia iam ostenditur iam alij quid iustitiæ nos habere, si illis displicere incipimus, qui non placent Deo. Nemo enim potest in vna eademquere, omnipotenti Domino, atque eius hostibus gratus existere. Nam Deo se amicum denegat, qui eius placet inimico. Inimicis veritatis aduersabitur, qui eidem veritati in mente subiugatur. Vnde sancti viri in vocis liberæ increpatione succensi, eos ad sua odia excitare non metuunt, quos Deum non diligere cognoscunt. Quod Propheta ardenter exhibens creatori omnium quasi in munere obtulit, dicẽs: Nonne qui oderunt te Domine oderam, & super inimicos tuos tabescebam. Perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi. Ac si aperte dicat; Pensa quantum te diligo, qui tuorum hostium excitare contra me inimicitias non pertimesco. Hinc iterũ dicit: Qui retribuũt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem. Bonum valde est, quod iustus tribuit, quando male agentibus libera voce cõtradicit. Sed peruersi mala pro bonis retribuunt, cum iustis derogant, quia contra eos iustitiæ defensionem seruant. Non enim iusti, humana iudicia, sed æterni iudicis examen aspiciunt, atque ideo derogantium verba contemnunt. Hinc etenim derogantibus Corinthij Paulus dicebat: Mihi autem pro minimo est, vt a vobis iudicer, aut ab humano die. Hoc beatus Iob cum amicorum derogantium linguas, inter dolores vulnerum pateretur iacula verborum, cogitatione protinus ad conscientiã recurrit, atque vbi mentem solidam haberet respexit, dicẽs: Ecce enim in cœlo testis meus, & conscius meus in excelsis. Qui etiam subdidit: Verbosi amici mei, ad Deũ stillat oculus meus. In omne enim quod de nobis dicitur, semper taciti recurrere ad mentem debemus, interiorem testem & iudicem quærere. Quid enim prodest, si omnes laudent, cum conscientia accuset? Aut quid poterit obesse, si omnes nobis derogent, & conscientia sola nos defendat? Beatus ergo Iob inter linguas derogantium inflexa mente persistens, quia in terra se impugnari falsis sermonibus vidit, in cœlo testem quæsiuit. Hinc Isaias ait: Populeus qui te beatificant ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. Qui videlicet populus ne verba suæ laudis attenderet, & in culpis altius periret, statim ei dicitur: Quem aspiciat, cuius iudicium pertimescat, cum subditur: Stat ad iudicandum Dominus, stat ad iudicandos populos. Ac si aperte diceretur: Iudicia humana cur sequeris, qui stare super te cœlestem iudicem scis? Hinc est, quod Ioannem Baptistam veritas esse arundinem vento agitatam negat, dicens: Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Arundo autem vento agitata, modo flatibus erigitur, modo flatibus inclinatur. Omnis autem infirmus animus, qui vel derogatione deijcitur, vel laudibus exaltatur, arundo vento agitata est. Quod Ioannes non erat, qui inflexibilem mentis verticem, inter laudes hominum, & derogationes tenebat. Sed magna inquisitione res indiget, cum recti operis viam tenemus, vtrum semper despicere derogantium verba debeamus, an certè aliquando compescere. De qua re sciendum est, quia linguas detrahentium sicut nostro studio non debemus excitare, ne ipsi pereant: ita per suam malitiam excitatas debemus æquanimiter tolerare, vt nobis meritum crescat. Aliquando autem etiam compescere, nedum de nobis mala disseminant, eorum, qui audires nos ad bona poterant, corda innocentium corrumpant. Hinc est enim quod Ioannes obtrectatoris sui linguam redarguit, dicens: Is qui amat primatum gerere in eis Diotrephes non recipit nos, propter hoc si venero commonea eius opera, quæ facit verbis malignis garriens in nos, Hinc Paulus iterum de detrahentibus Corinthijs loquitur, dicens: Epistolæ, inquiunt, graues sunt & fortes, præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis. Hoc cogitet qui huiusmodi est: quia quales sumus uerbo per epistolam absentes, tales & præsentes in opere. Hi etenim, quorum vita in exemplo imitationis est posita, debent si possunt detrahentium sibi verba compescere, ne eorum prædicationem non audiant qui audire poterant, & in prauis moribus remanentes, bene viuere contemnant. Sed hac in re subtili inquisitione necesse est, vt semetipsum animus inuestiget, ne fortasse suæ laudis gloriam quærat, & animarum lucra se quærere nostra cogitatio simulet. Sæpe suæ gloriæ defensione contra detrahentes irascitur, & fingit sibimet quòd hoc ex eorum zelo faciat, quorũ cor-

Hom. 9 in c. 2. Ezech. tom. 2.

Pſ. 138.

Pſ. 37.

1. Cor. 4.

Iob 16.

Iſ. 3.

Matth. 11.

24

2. Cor. 10.

25

corda a bono itinere, detrahentis sermo perturbat. Illi ergo debent magnopere curare, ne contra eorũ opinionem detrahentium verba prævaleãt, qui suam conscientiam subtiliter discutientes, se in ea inueniũt, de amore priuatæ gloriæ nihil habere. Iusti itaq; sicut sine arrogantia loquuntur aliquando bona quæ agunt, ita sine zelo priuatæ gloriæ, detrahẽtium sibi linguas redarguunt, quia noxia loquuntur. Cum verò linguæ detrahentium corrigi nequeunt, æquanimiter sunt p omnia tolerandæ. Nec obtrectationis sermo timẽdus est, nedum vituperatio peruersorum metuitur, recti operis via deseratur. Vnde nunc Ezechieli prophetę dicitur: Sermones eorum ne metuas, quia incredduli, & subuersores sunt tecum, & cum scorpionibus habitas. Scorpio palpando incedit, sed cauda ferit. Nec mordet a facie, sed a posterioribus nocet. Scorpiones sunt omnes blandi & malitiosi, qui bonis quidem in faciem non resistunt, sed mox vt recesserint derogãt. Scorpiones sunt, qui blandi & innoxij in facie videntur, sed post dorsum portant vnde venenum fundant. Vnde bene etiam per Psalmistam dicitur: Circundederunt me sicut apes. Apes enim in ore mel habẽt, in aculeo caudæ vulnus. Et omnes qui lingua blandiũtur, sed latenter ex malitia feriunt, apes sunt: quia loquendo dulcedinem mellis proponunt, sed occultè feriendo, vulnus inferunt. Ita vero facientes exardescunt, sicut ignis in spinis, quia per flammas detrahẽtium, non iustorum vita comburitur, sed si quæ in eis esse poterant peccatorum spinæ, concremantur.

I. Cor. 4. Iob 16. Cap. 2. Pſ. 117. Iſ. 3.

26 BERNARDVS explicans illa verba; Recti diligunt te, inquit: Propter murmurantes, & blasphemãtes dicitur, ab his quæ bonæ, quæ simplices, quę humiles, & mansuetæ sunt, ab his inquam dicitur sponsæ consolandi gratia, recti diligunt te. Non sit tibi, inquiunt, cura de iniqua reprehensione blasphemantiũ cum constet, quia recti diligunt te. Bona profecto cõsolatio cum blasphemamur a malis, benefacientes, si recti diligant nos. Omnino sufficit aduersus os loquentium iniqua, opinio bonorum cum testimonio conscientiæ. In Domino laudabitur anima mea, audiant mansueti, & lætentur. Mansueti, inquit, lætentur, mansuetis placeam, & æquanimiter audio quicquid in me iactare voluerit liuor perditorum. Ergo in hoc sensu puto appositum, recti diligunt te. Nec absurde vt æstimo, cum vbiq; penè in choro adolescẽtularum tales inueniam, quæ acta sponsæ curiosè obseruent, derogandi, non imitandi causa. Torquentur in bonis seniorum suorum, malis pascuntur. Videas ambulare seorsum, conuenire sibi, & sedere pariter, moxque laxare procaces linguas indetestandum susurrium.

Ser. 24. in Cantica. Matth. 11. Pſ. 33. 24 28

Murmurationes, maximè contra iustos & prælatos inferunt homini multa nocumenta.
Cap. XVI.

1 ORIGENES explicans verba illa; Quia detraxerunt Aaron & Maria de Moyse, correpti sunt. Maria verò etiam lepra afficitur, inquit: Tanta fuit cura correptionis huius, vt dum Maria septimanæ tempus expleret in lepra, populus Dei non ageret iter ad terram promissionis, ne tabernaculum testimonij moueretur. Primo in rem moneor, & vtiliter ac necessario moneor ex hoc facto, ne detraham fratri, ne male loquar de proximo meo, ne aperiam os meũ ad derogandum nõ solum sanctis, sed & quibuslibet proximis meis. Vides quanta ex hoc indignatio Dei fuerit, quanta vindicta processerit. Deniq; aduersus peccatum istud, simili indignatione etiam in psalmis Deum commoueri videmus, & dicere: Sedens aduersum fratrem tuum detrahebas, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum, &c. Arguam te, & statuã contra faciem tuam. Similiter autem & in alio psalmo ex persona iusti scientis hoc Deo quàm maxime displicere dicitur: Detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar. Ex ijs igitur omnibus diuinæ Scripturæ sermonibus, velut gladijs quibusdam vtrinque acutis obtrectandi fratribus, & derogandi sanctis, vitium resecemus. Lepra enim consequitur derogãtes, & cacologos, idest, maleloquos. Siue ergo hæretici sunt, qui derogant Moysi, siue de Ecclesia sunt, q detrahũt fratribus, & male loquuntur de proximis suis, omnes qui hoc vitio aguntur, dubitandum non est, quin leprosi sint in anima. Infra: Ira furoris Domini facta est super illos qui male loquuntur, & detrahũt. Veruntamen quod dicit, & nubes recessit a tabernaculo, & ecce Maria facta est leprosa ficut nix, consideranDum diligentius est, quòd prius recedit nubes, & ita lepra repletur, vt ostendatur, quia etiam si est in aliquo gratia sancti Spiritus, & obtrectat, & detrahit, recedit ab eo post obtrectationem, & sic lepra repletur anima eius.

Hom. 7 in libru Numerorum. 10. 1. Cap. 12. 2. Cor. 10.

2 IDEM explicans verba illa; Quia benedicẽtes ei hæreditabunt terram, maledicentes autem ei disperibunt inquit: Qui benedicunt iustum, hæreditabũt terram. Terram vtiq; fluentem lac & mel, vbi sunt bona quæ vere bona sunt, illam possidebunt, qui benedicũt iustum, maledicentes verò eum exterminabuntur. Et vobis parum videtur interdum male loqui de sanctis & perleue vobis est dicere de seruis Dei: Ille talis, & talis est, ille fingit, & ille sæculum diligit, ille autẽ impostor est, nõ audis, quia qui maledicunt iustum, exterminabuntur? Aut si hoc parum vobis videtur, videte Deum alibi dicentẽ ad iustum: Inimicus ero inimicis tuis, & aduersãbor aduersarijs tuis. Videtis quanti periculi sit inimicari iustis, vel male loqui de sanctis. Si enim vere credimus illud, quod dixit Dominus de vno quoq; seruorum suorum, quia esuriui, & non dedistis mihi manducare, & ea quæ addit, & dicit: quia quod vni ex minimis meis fecistis, mihi fecistis, consequens est, vt & hoc dicat: Qui maledicebatis mihi, detrahebatis de me, & falsa aduersum me loquebamini, & accusabatis me. Et si dixerimus, Domine quando tibi maledximus, aut quãdo detraximus, aut quando falsa contra te locuti sumus? Tunc dicet ad nos: Amen dico vobis, quia quod fecistis vni ex meis minimis, mihi fecistis. Sicut enim dantes manducare vni ex istis, mihi fecistis, & dantes bibere vni ex istis, mihi dedistis, & sicut inuentem vnũ ex istis, mihi induistis, ita maledicentes vni ex istis, mihi maledixistis, & si benedixistis, uel honorastis unum ex his, mihi benedixistis, & me honorastis. Sicut & alibi nihilominus dicit: Qui uos recipit, me recipit, & qui vos spernit, me spernit. Propterea ergo contineamus linguam nostram, & seruos Domini admiremur, & benedicamus iustos, & nunquam detrahamus de eis, non aperiamus os nostrum ad male loquendum, ne forte exterminemur, sed benedicamus, vt & nos benedictionem consequamur.

Hom. 13. in Pſ. 36. 1. 2 Matth. 25.

3 BASILIVS vbi requirit quid est detractio, ait: Duo ego esse existimo tempora in quibus liceat secus aliquid de aliquo dicere, videlicet, & quando necesse habet consultare una etiam cum alijs, qui ad hoc idonei iudicati sint, quo pacto corrigendus sit, qui peccatum commisit. Et item, quando necessitas poscit, vt periculo consulatur aliquorum, qui sæpenumero ex ignorantia commiscent possent cum malo tanquam cum bono, cum Apostoli præceptum sit, vt ne quis se cum his commisceat, qui istiusmodi sunt, ne quando capiat laqueos animæ suæ, quod quidẽ videmus eundem Apostolum fecisse ex his verbis: Alexander ærarius multa mala mihi ostendit, quem & tu deuita. Valde enim restitit verbis nostris. Extra autem huiusmodi necessitatem, qui aliquid secus de aliquo loquitur, illius infimulandi, vel vituperãdi causa, detractor est, esto uerum sit quod loquatur. Infra: Qui detrahit fratri, vel

In li. regũ lariũ breuiũ in verſpon ſione 25. interrogationis. 2. Theſſ. 3. 2. Tim. 4.

tri, vel detrahentem auſcultat, & tolerat, quia hic animaduerſione dignus eſt? Reſpondet: Exterminandi a reliquorum ſocietate ambo. Detrahentem enim ſecreto proximo ſuo hunc perſequebar. Et alibi dictum eſt: detrahentem nolito libenter audire, ne ſuſtollaris. [Infra:] Si vero Antiſtiti etiam detraxerit, quo pacto cum illo nos geremus? Reſpondet: Manifeſtum eſt hoc quoque iudicium ex ira Dei aduerſum Mariam, quando dextraxit Moyſi, cuius peccatum, ne ipſo quidem Moyſe deprecante inultum dimiſit Deus.

Pſalm. 10.

4 IDEM inquit: Si quis inuentus fuerit detrahens aliquibus, aut aliquos detrahentes audiens, & nō increpans ipſos, aut indicans prælato vna cum ipſis excommunicetur.

In li pœnarū contra monachos delinquētes.

6 HIERONYMVS ſic ait: Nunquam detractio ex ore virginis procedat. Vilium ſatis hominum eſt, & ſuam laudem quærentium alios viles facere, quia alterius vituperatione ſe laudari putant, & qui ſuo merito placere non poſſunt, placere volunt in comparatione peiorum. Parum diximus, non ſolum ipſa non detrahas, ſed ne detrahenti quidem aliquando credas. Peſſimum eſt hoc vitium, quod alterum vilem facit videri. Non minus auribus quam lingua fugias detractionem Scripturæ memor eris, quæ dicit: Non eris conſentaneus derogantibus aduerſus proximum tuum, & non accipies ſuper illo peccatum. Et alibi: Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam ne quā Accuſator eſt enim auditor, qui facit detractorem, qui ſi auertat aures, & vultum contrahat, ac oculos abnuendo contineat, male loquentem etiam tacens arguit, vt diſcat non libenter dicere, quod didicerit non libenter audiri. Apoſtolus breuiter oris vitia refecans ait: Omnis ſermo malus ex ore veſtro nō procedat. Sed ſi quis bonus eſt, ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus.

Epi. 1. quę eſt ad Demetriadem virginem, to. 4.

Eccl. 28.

Eph. 4.

6 IDEM explicans verba illa: Qui detrahit alicui rei, ipſe ſe in futurum obligat, ſic habet: Qui bonæ rei detrahit, ſe in futuram obligat, quia quod non debuit faciendo, pœnam ſibi qua conſtringatur, præparat. Sed & is qui malæ rei detrahit, ipſe ſe in futurum obligat, ut poſt detractionem ſeſe cautius agat, quia nimirum quæ in alijs iuſte reprehendit, in ſe impune non admittit, clamante Apoſtolo: Qui prædicas non furandum, furaris, qui prædicas non mœchandum, mœcharis, qui abominaris idola, ſacrilegium facis, qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deū inhonoras. Qui autem timet præceptum, in pace verſabitur. Melius eſt ergo de ſua quemque fragilitate metuere, ne forte diuina præuaricetur imperia, quàm aliorum errata ſtulto ore lacerare. Dicente rurſus Apoſtolo: Etſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, inſtruite huiuſmodi in ſpiritu manſuetudinis, conſiderans te ipſum, ne & tu tenteris.

In cap. 13. Prouerb. to. 8.

Rom. 2.

Gal. 6.

7 IDEM explicans uerba illa; Generatio, quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus ſuis, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus, dicit: Hi ſunt, de quibus pſalmiſta ait: Filij hominum dentes eorum arma & ſagittæ, & lingua eorum gladius acutus. Ad hoc hi linguam armant, vt innocentes Chriſti, & humiles trucident.

Lib. 3. in c. 30. Prou. Pſ. 56.

8 IDEM explicans verba illa; In cogitatione tua regi ne detrahas, & in ſecreto cubiculi tui non maledixeris diuiti, quia & aues cœli portabunt vocē tuā, & qui habent pennas annunciabunt ſententiam, ait: Simplex præceptum ædificat audientes, ne ira, & furore ſuperati, in maledictum, & in detractionem regum, & principum prorumpamus. Quia contra ſpē interdum euenit, vt ex his quibus maledixímus, & detraximus, nuncietur, & in curramus periculum immo de ratione linguæ. Quod autem ait volucres cęli auferent vocem tuam, & habens pennas annunciabit verbum, hyperbolice intelligendum eſt. Quomodo ſolemus dicere etiam ipſos parietes, quibus conſcijs loquimur, quæ audierint, non celaturos. Sed melius eſt ſic audire præceptum, vt intelligamus, ne de ſanctis facile detrahamus, & eos quos viderimus, ſapientia, ſcientia, virtutibuſq; ditatos, linguæ mordacitate rodamus, quia Angeli qui terram circumeunt, & ſunt ad miniſtratorij Spiritus, & in Zacharia loquuntur: Circuiuimus terram, & ecce omnis terra habitatur, & ſilet, & inſtar auium noſtra verba, & cogitationes ad cœlum perferunt, & quod clam cogitamus, Dei ſententiam latere non ſinunt.

In cap. 16. Eccleſiaſtes. to. 5.

Zacha. 1.

9 IDEM explicans verba illa; Detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar, ſic ait: In tantum non oportet conſentire detrahenti, vt etiam quantū in nobis eſt, perſequamur talē, prouidentes in vtriuſque vtilitatem, ut nec libenter audiamus, nec illū permittamus peccare. Tanta enim diſtantia eſt inter fornicantem, & detrahentem, vt ille qui fornicatur, ſe tantum occidat, ille autem qui detrahit, & ſe, & illum qui audit, demergat. Qui loquitur iniqua, non direxit in conſpectu oculorum meorum. In tantum enim declinabam ab eo qui detrahebat proximo ſuo, vt nec illi crederem, nec audirem talem.

In Pſ. 100. to. 7.

10 AVGVSTINVS inquit; Plaga doloſa eſt occulta detractio, plaga ſerpentis eſt, & aſpidis, mortifera. Salomon. Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil illo minus habet, qui occulte detrahit. Quemcunq; in hoc vitio aſſiduum inueneris, cauendus tibi eſt ille, nec eligendus in amicum donec ſanetur. Detrahere amico, venenum amicitiæ putemus, quod Mariæ ſororis Moyſi corpus lepra fœdauit, & eiecta eſt extra caſtra ſex diebus.

Li. de amīcitia. to. 4. Eccl. 10.

Num. 12.

11 IDEM explicans verba illa; Nonne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis, inquit: Iſte populus qui deuoratur, iſte populus qui patitur malos, iſte qui gemit, & parturit inter malos, ex filijs hominum filij Dei facti ſunt, & ideo deuorantur. Qui addidit in cibo panis? Tanquam panem manducant populum meum. Cetera enim quæ mā ducamus, poſſumus modo illa, modo illa, non ſemper hoc olus, non ſemper hanc carnem, non ſemper hæc poma edamus, ſemper autem panem. Quid eſt ergo deuorant populū meū in cibo panis? Sine intermiſſione ſine ceſſatione deuorant, qui deuorant populum meum in cibo panis.

Enarat. in Pſ. 52. to. 8.

12 IDEM ſic habet; Ad Dominum cum tribularer clamani, & exaudiuit me: Domine libera animā meā a labijs iniquis, & a lingua doloſa: quia cū homo cœperit diſponere aſcenſum, hoc dico apertius, cū cœperit homo Chriſtianus cogitare, proficere, incipit pati linguas auerſantium. Qui cumque illas nondum paſſus eſt, nondum proficit: quicumque illas non patitur, nec conatur proficere. Vult noſſe quid dicamus, immo quid audiamus ſimiliter experiatur. Incipiat proficere, incipiat velle aſcendere, velle contemnere terrena, fragilia, temporalia, felicitatem ſæculi pro nihilo habere, Deum ſolum cogitare, lucris non gaudere, damnis non contabeſcere, omnia etiam ſua velle vendere, & pauperib. tribuere, & ſequi Chriſtum. Videamus quomodo patiatur linguas detrahentiū, & multas contradicentium. Aſcenſurus ergo contra ipſas linguas, primo Deum deprecatur, & ait: Domine libera animam meam a labijs iniquis, & a lingua doloſa. Alij, cum quis virtutem aggreditur, prohibendo deterrent, alij laudando plus premunt. Infra: Sed cōſolare, adhuc uiuis inter iniquos, nondum area ventilata eſt, Putas quia triticum uentilatum eſt, & eſt iam in horreo? Adhuc neceſſe eſt; vt multa palea prematur. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar. Quicunque in Eccleſia, terrenam felicitatem quærunt a Deo: adhuc ad Iſmael pertinent. Ipſi ſunt qui contradicunt ſpiritualibus proficientibus, & detrahunt illis & habent labia

In Pſ. 119.

13

Matth. 3

Gen. 25.

Gala. 4

Gen. 21.

14

In Pſ. 132

Num. 12.

Eccl. 33.

Matt. 24.

15

Lib. de conflictu vitiorū, & virtutum, t. 9

Pſal. 49.

bia iniqua,& linguas ſubdolas. Contra quos rogauit iſte aſcendens, & appoſiti ſunt ei carbones deſolatorij, & ſagittæ potentis acutæ, exempla videlicet ſanctorum,quæ ſunt carbones & ſagittæ diuinæ Scripturæ. Inter impios adhuc viuit,donec tota area ventiletur: ideo dixit, habitaui cum habitantibus Cedar. Nam & tabernacula Iſmael, Cedar dicta ſunt. Ergo cum Iſmael Iſaac, ideſt, qui pertinent ad Iſaac inter illos viuunt, qui pertinent ad Iſmael. Iſti ſurſum volunt aſcendere,illi deorſum vellent premere. Iſti volare volunt ad Deum, illi conantur pennas euellere, namque apud Apoſtolum ita dicitur: Sed ſicut tunc qui ſecundum carnem natus erat, perſequebatur eũ, qui ſecundum ſpiritum, ita & nunc. Spirituales ergo perſecutionem patiuntur a carnalibus.Sed quid dicit Scriptura? Eijce ancillam, & filium eius, non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Sed hoc quod dicit eijce,quando erit? Quando area cœperit ventilari. Modo autem antequã eijciatur,dicit: Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar. Si nunc mali à bonis ſeparari non poſſunt: ferendi ſunt ad tempus. Mali in area nobiſcum eſſe poſſunt, in horreo non poſſunt. Et forte hodie qui mali apparent,cras boni erunt, & qui de bonitate hodie ſuperbiunt, cras mali inuenientur.

Matth. 3.
Gen. 25.
Gala. 4.
Gen. 21.

14 In Pſ. 132. IDEM explicans verba illa; Sicut vnguentum in capite,quod deſcendit in barbam, &c. inquit: Barba non intelligitur niſi in perfectis. Non ergo habitant in vnum, niſi in quibus perfecta fuerit charitas Chriſtiana: nam in alijs,& cum in vno ſint, non in vno habitant. Ergo ſi ſunt,odioſi ſunt,moleſti ſunt, turbulenti ſunt,anxietate ſua turbant cæteros,quomodo in iunctura inquietum iumentum, non ſolum non trahit,ſed & frangit calcibus quod iunctum eſt,ſi autem habet rorem Hermon, qui deſcendit ſuper montem Sion, quietus eſt, placidus, humilis, tolerans, pro murmure preces fundens. Nam murmuratores omnes magnifici deſcripti ſunt quodam loco ſcripturarum: Præcordia fatui, ſicut rota carri. Quid eſt præcordia fatui, ſicut rota carri? Fœnum portat,& murmurat. Non enim poteſt rota carri quieſcere a murmure. Sic ſunt multi fratres, non habitant in vnum, niſi corpore. Iuſti pertinent ad barbam, ad oram veſtimenti, ad montem Sion, & ſi ſunt ibi alij murmuratores, meminerint dictum Domini: Vnus aſſumetur,& vnus relinquetur.

Eccl. 33.
Matt. 24.

15 Lib. de conflictu vitiorũ, & virtutum, c. 9. IDEM ſic ait: Nec tacenda ſunt mala proximi, nec cõſentienda, ſed charitate fraterna in faciem proximus eſt redarguendus,non autem occultè detrahendus. Quod ſi obijcitur idcirco fratrem oculis increpare nolle, ne exalperatus increpatione non proficiat, ſed magis ex correptione ſcandalum ſumat, occurrat Scriptura diuina, & verſa vice hoc magis ſcandalum eſſe denunciet, dices: Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris, & aduerſus filium matris meæ ponebas detractionem. Maius enim ſcandalum ſumit, qui ſe detrahentem intelligit,quàm qui corripientem ſuſtinet. Et quia nonnunquam errata delinquentium, ad tempus ſilentio tegenda ſunt,vt aptiori tempore corrigantur, propterea ſubiungitur: Hæc feciſti, & tacui. Ne autẽ ex hoc diſcreto ſilentio detractores ſibi applauderent,qui dum ſemper occultè derogare malunt,nunquam in apertam increpationem proſiliunt, adhuc ſubinfertur: Exiſtimaſti inique quòd ero tui ſimilis,ac ſi diceretur. Iniquum eſt cogitare, vt inde detractoris ſimilis àppaream, vnde ad tempus reticens, nec derogans, locum apertæ correctionis expecto. Vnde & protinus ſubditur: Arguam te & ſtatuã te contra faciem tuam: Veluti diceretur. Non occulte, vt eſt tua conſuetudo,ſed in aperto,vt eſt mea ſollicitudo, aptum corrigendi tempus expectans peccatorem arguam, vt eius delicta contra faciem eius ſtatuam. At inquis non odio, ſed amo: quem ita in abſconditis dijudicans reprehendo. Immo magis hinc odis, & non diligis, vnde detrahis,& non corripis. Quam ſic autem deteſtanda detractio proximi, pleriſque in locis diuina eloquia teſtantur, vt eſt illud: detrahentem ſecreto proximo ſuo hunc perſequebar. Et iterum: Qui detrahit fratri,de trahit legi. Et illud: Qui detrahit fratri,eradicabitur. Necnõ & illud Apoſtoli: Videte nedum inuicem mordetis, & comeditis,ab inuicem conſumamini.

Pſal. 100.
Iaco. 4.
Gal. 5.

16 Lib. quinquagintæ hom. hom. 2. tom. 10. IDEM explicans verba illa Pſalmi 49. Sedens aduerſus fratrem tuum detrahebas,&c. vſque ad hoc, conſtituam te ante faciem tuam; ſic habet: Frequenter fratres, cum pſalmiſta cãtamus verſiculum illum, per quem detractores ſpirituali gladio feriuntur. Sic enim ait: Sedens aduerſus fratrem tuum detrahebas: & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum. Quod autem dixit: Sedens oſtendere voluit: quod non tranſitorie detraxerit,nec ei ſurreptum ſit paſſione quadam ſubita, vt malum de proximo loqueretur. Sedens, ideſt ex odio, quaſi ad hoc vacans, vt derogaret proximo ſuo.

Pſal. 49.

17 Serm. 87. de tempore. IDEM explicans decem plagas, quas Dominus intulit Ægypto inquit: Quod autem locuſtarum in octauo loco fit mentio,puto per hoc genus plagæ,detrahentis inconſtantiam deſignari. [Infra:] Animal dente noxium, & ſignificatur in eis ſuperbia hominum malignorum, qui ſe inuicem falſis teſtimonijs, & proditionibus perſequuntur. De quibus Apoſtolus dicit; Si inuicem mordetis,& comeditis, videte ne ab inuicem conſumamini.

Gal. 5.

18 Ser. 26. ad fratres in eremo. IDEM ſermone de murmuratione,& detractione dicit; Demorantibus nobis in eremo, murmuratores,detractores,vel ſuſurrones eſſe nõ debemus,ſciẽtes quòd tales regnum Dei non conſequentur. Omnis murmuratio procul ſit à nobis: cõſiderantes quid Mariæ, & Aaron acciderit, propter murmurationẽ, eo quòd murmurarint,quia Moyſes vxorem Æthiopiſſam duxerit. Et ait Dominus Aaron & Mariæ: Egredimini ad tabernaculum fœderis. Quibus peruenientibus ait Dominus: Quare non timuiſtis detrahere ſeruo meo Moyſi? Et ecce Maria ſtatim repleta eſt lepra,cadens ſuper eam quaſi nix. Quam videns Moyſes exclamauit ad Dominum,dicens: Deus meus obſecro ſana eam. Cui reſpondit Dominus: Separetur ſeptem diebus extra caſtra, & poſtea reuocabitur ad priſtinam ſanitatem. Maria hæc animam ſubditorum ſignificat, quando contra prælatum murmurat, & murmurando leproſa efficitur,quod apparet,dum culpa eius publicatur. Sed bonus paſtor clamat, obſecro Domine ſana eam, quia lepra murmurationis plena eſt. Reuoca eam,quia à conſortio fidelium tuorum ſeparata eſt. Sicut lepra proprium corpus deuorat,& ſibi adhærentes inficit, ſic & murmurator non ſolum ſeipſum deſtruit, ſed etiam cunctos audientes inficit,& occidit. [Infra:] Murmuraverunt, & Auguſtino detraxerunt presbyteri mei, & a domo mea expulſi ſunt. Vos autem orate pro illis: vt ſanatos, ad communionem Eccleſiæ Hypponẽſis reuocare poſſimus illos. Expuli eos ſicut Adam e Paradiſo pulſus eſt,vt reſipiſcant. Sic & vos facere cupio fratres: nam & ſi aliquando murmuraſti, vel peccaſtis, quod eſt conditio cunctorum viuentium, erubeſcite. Murmurantes autem detrahentes ſecreto proximo ſuo, & mala portantes in cordibus ſuis, expellet eos Dominus de Paradiſo. Dedit nobis præcepta, vt toto corde Deum diligamus, & proximum. Sed quomodo diligere eum poſſumus, ſi ſuſurrones,& detractores in eremo facti ſumus? O quam peſtis miſera, & mortalis eſt ipſa murmuratio: ò quàm venenoſa. Hæc enim eſt,quæ conuentus clericorum, & ciuitates multas deſtruxit. Et quia grande periculũ eſt inter murmuratores habitare, ideo expellendi ſunt tales,ne ceteri

Num. 12.
Gal. 5.
Num. 12.

19

teri corrumpantur per eos. Tertia enim lingua multa mala committit: ideo si correcti non se emendauerint, de vestra sancta societate expelluntur. Quia qui
Eccl. 28. putat se religiosum esse non refrænans linguam suã: huius vana est religio. Deponite murmura, claudite infra dentes linguam, ponite custodiam ori vestro, &
Iacobi 1. silete. Murmurare & detrahere, & despicere, hypocritarum est conditio, & ignorantium. Murmurare denique, & detrahere hypocrita non satiatur: de omnibus maledicens, vt ipse solus ab omnibus prædicetur beatus. O hypocrita caue ne ad mensam meam peruenias. Nam ibi antequam aliquid sumas, lectio mea tibi primo legitur. Quid enim primo in mensa mea descripsi? Quid primo in ea habere, vel audire desidero? Quid primo in ea seruare præcipio, nisi quod quisquis amat dictis absentum rodere famam, hanc mensam indignam nouerit esse sibi? Qua propter fratres, si quis murmurare desiderat, non solum ad nostram Apostolicam congregationem, sed nec ad mensam nostram accedere præsumat.

Murmurare, & consentire murmuranti, multa habet inconuenientia, sicut & discordias seminare, quod frequens est malum.
Cap. XVII.

1 HIERONYMVS sic habet: Nunquam homines detractores audias; nec illis appliceris, nec
Epist. 4. c. ad Rusticum monachum to. 1. declines cor tuum in verba malitiæ, & audias, sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Et iterum: Filij hominum dentes eorum arma, & sagittæ. Et alibi: Molliti sunt sermones eius super oleum, & ipsi sunt iacula. Et apertius in Ecclesiaste, sicut mordet serpens in
Psal. 9. Psal. 6. Psal. 13. Cap. 10. silentio, sic qui fratri suo occulte detrahit. Sed dices, ipse non detraho, alijs loquentibus quid facere possum? Ad excusandas excusationes in peccatis ista prætendimus. Christus arte non illuditur. Nequaquam mea, sed Apostoli sententia est. Nolite errare, Deus non irridetur. Ille in corde, nos videmus in facie? Salomon loquitur in Prouerbijs: Ventus aquilo dissipat nubes, & vultus tristis linguas detrahentium. Sicut enim sagitta si mittatur contra duram materiam, nonnunquam in mittentem reuertitur, & vulnerat vulnerantem, illudque completur,
Prou. 25. Facti sunt mihi in arcum prauum. Et alibi: Qui mittit in altum lapidem recidet in caput eius: ita detractor cum faciem tristem viderit audientis, immo non audientis quidem, sed obturantis aures suas ne audiat iudicium sanguinis, illico concutitur, pallet vultus, hærent labia, saliua siccatur. Vnde idem vir sapiens, cum detractoribus, inquit, ne misceari: quoniam repente veniet perditio eorum, & ruinam vtriusque quis nouit? Tam scilicet eius qui loquitur, quam illius qui audit loquentem. Veritas angulos non amat, nec quærit susurrones. Quia homines sumus si me vis corrigere delinquentem, aperte increpa; tantum ne occulte mordeas. Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Et per Isaiam clamat Dominus: Populi meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & semitas pedum tuorum supplantant. Quid enim mihi prodest, si alijs mala referas mea? Si me nesciente peccatis meis, immo detractionibus tuis, alium vulneres & cum certatim omnibus narres, sic singulis loquaris quasi nulli dixeris alteri? Hoc est non me emendare, sed vitio tuo satisfacere.

Eccl. 27. Psal. 77.

2 IDEM exponens verba illa; Ventus aquilo dissipat pluuias: & facies tristis linguam detrahentem, in-
Lib. 2. in c. 25. Prou. tom. 7. quit: Si hilari vultu audieris detrahentem, tu illi das fomitem detrahendi: si vero tristi vultu hæc audias, vt dixit quidam vir Dei, discit non libenter dicere, quod didicerit non libenter audiri.

3 IDEM explicans verba illa; Si mordeat serpens in silentio, nihil eo minus habet, qui occulte detrahit, sic habet. Simplex hic sensus est, serpens & detractor æquales sunt. Quomodo enim ille occulte mordens venenum inserit, sic iste clam detrahens virus pectoris sui infundit in fratrem, & nihil habet à serpente amplius. Cum enim lingua hominis ad benedicendum Deũ, & ædificationem proximi sit creata, ille eam serpenti æqualem facit, dum virtutibus eius in peruersum abuntur.
In cap. 10. Ecclesiastes.

4 AVGVSTINVS dicit: collaudans Monicam matrem suam. Hoc quoque illi Deus meus misericordia mea munus grande donaueras: quod inter dissidentes atque discordes quaslibet animas, vbi poterat tam se prębebat pacificam, vt cum ab vtraque multa de inuicem audiret amarissima, qualia solet eructare turgens atque indigesta discordia, quando præsenti amicæ de absente inimica per accida colloquia cruditas exhalatur odiorum, nihil tamen alteri de altera proderet, nisi quod ad eas reconciliandas valeret. Paruum hoc bonum mihi videretur, nisi turbas innumerabiles tristis experiret, nescio qua horrenda pestilentia peccatorum dantissime peruagante, non solum iratorum inimicorum iratis inimicis dicta prodere, sed etiam quæ non dicta sunt addere, cum contra animo humano parum esse debeat inimicitias hominũ nec excitare, nec augere male loquendo, nisi etiã eas exinguere bene loquendo studuerit, qualis illa erat docente te magistro intimo in schola pectoris.
Lib. 9. confess. cap. 9. tom. 1.

5 IDEM habet hanc sententiam: Homini Religioso parum esse debet inimicitias aliorum non excitare, vel augere male loquendo, nisi etiam eas extinguere studeat bene loquendo.
In lib. sententt. to. 5.

6 IDEM ait: Non accommodes aures tuas ad percipienda verba detrahentium, ne concipias mortem in anima tua, detrahenti enim & audienti vtrique esca mortis animæ est detractio, & lingua. Et vt breuius concludam, detractor, & libens auditor, diabolũ portant in lingua. Illum autem, qui conqueritur, audiri non detrahit, quia non omnis querimonia est detractio. Euita quæso a tuis auribus laqueos detractionum, per quos, plurimos audis capros. Postula tibi a Domino Deo cor prudes, & perui gilem sensum, vt discernere valeas verba detrahentium, non ignores frarer fraudes, & insidias eorum: quia qui tibi vtilia nunciare videntur, viam tuam explorare veniunt, vel vtrum culpatum diligas an non, sed & Deus pedem tuum custodiat, ne in rete eorum veniat.
Lib. de Salutarib. documentis to. 4.

7 IDEM explicans verba illa; Pro eo vt me diligerent detrahebant mihi, inquit de Christo Domino loquens: Nec parum aliquid putari debet, quia non ait, pro eo vt dil gerent me, interficiebant me, sed detrahebant mihi. Ideo quippe interfecerunt, quia detraxerunt dicentes, quod in principe dæmoniorum eijceret dæmonia. Et dæmonium habet, & insanit, quid eum auditis? Qua detractione ab illo auertebat eos, quorum conuersionem ille quærebat. Et ideo potius hoc dixit, vt ostenderet magis eos nocere, qui Christo detrahunt, & per hoc animas interficiunt, quam qui eius mortalem carnem, mox præsertim resurrecturam, sæuiendo peremerunt. Sed cum dixisset pro eo vt me diligerent detrahebant mihi, ipse subintulit, ego autem orabam pro eis scilicet. Docent nos igitur diuina eloquia exemplo Christi, vt cum nos audimus pro eo, vt me diligerent, detrahebant mihi, nos pro talibus oremus. Ex quo loco collige detractionis malum, ex quo in Iudæis tanta prodierunt inconuenientia.
Enarratione in Psal. 108. to. 4. Ioan 8.

8 BERNARDVS sic habet: Ante omnia sine murmuratione sint fratres. Forte aliqui leue peccatum æstimant murmurare, sed non hic qui ante omnia monet esse cauendum. Puto autem ne illum quidem leue putasse, qui murmurantibus aiebat: Non
In lib sententiarum. Eph 2. Exo. 16.

contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominũ.
1. Cor. 10. Nos enim quid sumus? Sed ne illum quoque qui dixit: Non murmuraueritis, sicut quidam murmurauerunt, & perierunt ab exterminatore. Illo nimirum extermitore, qui positus est in hoc ipsum, vt à terminis Acatæ illius ciuitatis arceat murmurantes, & longe faciat a
Ps. 147. finibus eius cui dicitur: Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion, qui posuit fines tuos pacem. Nihil enim commune habent, murmur, & pax, gratiarũ actio, & detractio zelus amaritudinis, & vox laudis.

IDEM explicans verba illa. Recti diligunt te, ait:
9 Ser. 24. in Cant. Nec absurde vt æstimo, cum vbique pene in choro adolescentularum tales inueniam, quæ sponsam curiose obseruent, derogandi non imitandi causa. Torquentur in bonis seniorum suorum, malis pascũtur. Videas ambulare seorsum, conuenire sibi, & sedere pariter, moxque laxare procaces linguas, in detestandũ susurrium. Vna vni coniungitur; nec spiraculum incedit in eis, tanta est libido detrahendi, audiendi ve detrahentem. Ineunt familiaritatem ad maledicendum, concordes ad discordiam. Conciliant inter se inimicissimas
Luc. 23. amicitias, & pari consentaneæ malignitatis affectu celebratur odiosa collatio. Haud secus egere quondam Herodes, & Pilatus, de quibus narrat Euangeliũ: quia facti sunt amici in illa die, hoc est in die Dominicæ passionis. Conuenientibus sic in vnum, non est Dominicam cænam manducare, sed magis propinare & bibere calicem dæmoniorum, dum importantibus linguis aliorum perditionis virus, aliorum aures intrantem
Hiere. 9. mortem libenter excipiunt. Sic quippe iuxta prophetam: intrat mors per feneſtras nostras, cum prurientes auribus, & oribus lætale poculum detractionis inuicem nobis ministrare contendimus. Non veniat anima mea in concilio detrahentium, quoniam Deus o-
Rom. 1. dit eos, dicente Apostolo: Detractores Deo odibiles. Quam sententiam Deus ipse loquens in psalmo audi
Psal. 110. quomodo affirmat: Detrahentem, inquit, secreto proximo suo hunc persequebar. Nec mirum, cum id præcipuè vitium charitatem, quę Deus est. Et quidem ceteris acrius impugnare, & persequi cognoscatur, quemadmodum & vos quoq; potestis aduertere. Omnis,
10 qui detrahit, primum quidem se ipsum prodit vacuũ charitate, deinde quid aliud detrahendo intendit, nisi vt is, cui detrahit, veniat in odium, vel contemptum ipsis apud quos detrahit. Ferit ergo charitatem in omnibus, qui se audiunt lingua maledica, & quantum in se est necat funditus, & extinguit, non solum autem, sed & in absentibus vniuersos ad quos volans verbũ, fortè per eos, qui præsentes sunt, peruenire contigerit. Vides quàm facile & in breui, ingentem multitudinẽ animarum velociter currens sermo, tabe malitię huius inficere possit? Propterea dicit de talibus propheticus spiritus. Quorum os maledictione, & amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundẽdum sanguinem. Vtique tam veloces, quã velociter currit sermo.
Ps. 13. Vnum est qui loquitur, & vnum tantum verbum profert, & tamen vnum illud verbum, vno in momento multitudinis audientium, dum aures inficit, animas interficit. Cor siquidem felle liuoris amarum, per linguæ instrumentum, spargere nisi amara non potest,
Luc. 6. dicente Domino. Ex abundantia cordis os loquitur. Et sunt species pestis huius, dum alij quidem nude, atque irreuerenter, vti in buccam venerit, virus euomant detractionis. Alij autem quodam simulatæ verecundiæ fuco, conceptam malitiam, quam retinere, non possunt adumbrare conantur. Videas præmitti alta suspiria, sicque quadam cum grauitate, & tarditate, vulto mæsto, demissis super cilijs, & voce plangenti egredi maledictionem, & quidem tanto persuasibiliorem, quando creditur ab his qui audiunt, corde inuito, & magis condolentis affectu, quàm malitiosè proferri. Dolco, inquit, vehementer pro eo quod diligo eum satis, & nũquã potui de hac re corrigere eum. Et alius, mihi quidem ait: Bene compertum fuerat de illo istud, sed per me nunquam innotuisset. At quoniam per alterum pate facta est res, veritatem negare non possum, dolens dico, re vera ita est. Et addit grande damnum. Nã alias quidem pluribus valet, ceterum in hac parte (vt verũ fatemur) excusari minime potest.

IDEM habet hanc sententiam: Detrahere, aut detrahentem audire, quid horum damnabilius sit, non facile dixerim. 11 Li. 2. de cõsideratione ad Eugenium.

IDEM loquens de detractione, ait: Detractio grãde crimen est, omnes reprehendunt, detractorem Et Dauid Propheta: detrahentem secreto proximo suo, hũc per sequebar. Hoc summæ turpitudinis est. Detrahentes latrãt quasi canes, sicut canes rodunt pedes trãseũtium, ita detrahẽtes rodunt vitam proximorũ. Abscinde lingua tua vitium detrahendi, alienam vitam non rodas, & laceres. De alieno malo non inquiens os tuum, non de trahas peccatori, sed condole. Quod in alio detrahis, in te potius pertimesce. Quanto studio reprehendis alienam vitam, tanto studio emenda temetipsam, quando alteri de trahis, te discute. Quando alium mordes, tua peccata redargue. Si vis detrahere, tuis peccatis detrahe. Non perspicias aliena peccata, sed tua. Nunquam alijs detrahes, si te bene perspicias. Susurrantibus, & detrahentibus auditum non prębeas. Pari reatu detrahentes, & audientes tenentur. Virgo quę ad cælestem thalamum desiderat peruenire non debet alijs detrahere 12 In 2. parte ser. 33. ad sororem.

IDEM ait: Hospitium cordis nostri per gratiam Dei sanctificatur, & per inhabitationẽ Spiritus sancti, quando intus est charitas, pax, concordia, mansuetudo & alia huiusmodi. Hæ sunt nostræ diuitiæ. Sed si incipimus inter nos litigare, & murmurare, & contendere, statim ab his spiritualibus bonis vacui remanemus, & nudi, quia modicum fermentum totam massam corrumpit. Quisque seruus Dei debet pensare in corde suo quàm malum magnum incurrit, si pro rebus temporalibus murmurat, vnde debuerat esse diues, fit pauper. Virtutes enim perdimus, si pro cibo vel potu murmuramus. Graue peccatũ est murmuratio. Vnde Gregorius: regnum cælorum, nullus qui illud accipit, murmurare potest. Præcordia fatui sicut rota currus, fœnum portat & murmurat. Tales sunt multi fratres, & multæ sorores in congregatione, qui sunt carnalibus desiderijs subditi, & murmurare nunquam cessant. Igitur necessarium est nobis Pauli Apostoli consilium di-
1. Cor. 10. centis: Neque murmuraueritis, sicut quidam eorum murmurauerũt in deserto, & perierunt ab exterminatore. Igitur periculosum est nobis murmurare, ne forte pereamus ab exterminatore in monasterio, sicut illi perierunt in deserto. Linguas ergo nostras a murmuratione custodiamus, ne, quod absit, sicut illi perierunt in hoc sæculo, nos pereamus in futuro. Non ergo murmuremus, ne forte illi perierunt in hac vita, nos pereamus in futura. Caueamus ab omni murmuratione, ne forte quod illi passi sunt in corporibus, nos patiamur in animabus. Iterum Apostolus consulendo nobis loquitur dicens: Neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt, & a serpentibus perierunt. Christum tentat, qui pro cibo, vel potu, siue pro vestimento murmurat, sicut scriptum est de eodẽ populo: Tentauerunt Deum in cordibus suis, vt peterent escas animabus suis. Et iterum: Murmurauerunt in tabernaculis suis, & non exaudierunt vocem Domini. Christum tentat, qui in monasterio superflua requirendo murmurat. Et a serpentibus perierunt. Quare a serpentibus perierunt, nisi quia serpens venenosus est, & omnis qui murmurat venenum diaboli habet in lingua. Vnde Iacobus Apost. Lingua inquietum malum, plena veneno mortifero. Cauendũ est ergo nobis a murmuratione, ne mortifero, & diabolico veneno pereamus. 13 Ser. 47. ad sororẽ, qui est ad murmurationem. Simile. Epist. Can. cap. 3.

Finis Libri Vndecimi.

EPITOME SANCTORVM, PER LOCOS COMMVNES AD CONCIONES CONFICIENDAS,

LIBER DVODECIMVS.

AVCTORE R. D. IOANNE LOPEZ

Episcopo Monopolitano Ord. Prædicatorum.

Nomen bonum non contemnere, sed conseruare conuenit.

Caput Primum.

1 *Epist. 11. quæ est ad Gerontiã. to.9. Rom.12.*

HIERONYMVS inquit: Fuge personas in quibus potest male cõuersationis esse suspicio, nec paratum habeas illud e triuio: Sufficit mihi conscientia mea, non curo quid de me loquantur homines. Et certe Apostolus prouidebat bona non tantum coram Deo, sed etiam coram hominibus, ne per illud, nomen Dei blasphemaretur in gentibus. Habebat vtique potestatem sororem mulierem circunducendi: Sed nolebat se iudicari ab infideli conscientia. Et cum posset de Euangelio viuere, diebus ac noctibus laborabat manibus suis, ne quam grauaret credentium: Si scandalizat, inquit, esca fratrem, in æternum carnem non manducabo. Dicamus & nos: *1. Cor. 8.* si scandalizat soror, vel frater, non vnum, & alterum, sed totam Ecclesiam, nec sororem videbo, nec fratrem. Melius est rem familiarem minui, quàm salutem animæ perire. Melius est sponte dimittere, quam id amittere, pro quo omnia dimittenda sunt.

2 *In epist. 14 quæ est ad Celãtiande ratione pie uiuendi. Phil.2.*

IDEM sic habet; Apostolici præcepti est & exempli, vt habeamus rationem non conscientiæ tantum, sed etiam famæ. Non superfluum, & a fructu vacuum Magister gentium id docet, vult enim etiam extraneos ad fidem homines, per fidelium opera proficere, vt religionem ipsam, religionis disciplina commendet. Et ideo sicut luminaria in mundo lucere nos iubet in medio nationis prauæ, & peruersæ, vt incredulæ mentes errantium, ex nostrorum actuum lumine, ignorantiæ suæ tenebras deprehendant. Vnde & ipse ad Romanos ait, prouidentes bona non tantum coram Deo, sed *Rom.12.* etiam coram hominibus. Et alibi sine offensione esto te Iudæis, & gẽtibus, & Ecclesiæ Dei, sicut ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis; Beatus est, qui tam sanctè, tamque grauiter disposuit vitam suam, vt de eo sinistri aliquid ne fingi quidem possit, dum aduersus obtrectatorum libidinem, pugnat meriti magnitudo. Quod si id assequi difficile, atque nimis arduum est, saltem hanc adhibeamus vitæ nostræ diligentiam, ne malæ mentes occasionem inueniant detrahendi, ne ex nobis scintilla procedat per quam aduersus nos siniistræ famæ flamma conflatur. Alioqui frustra irascimur obtrectatoribus nostris, si eis ipsis obtrectandi materiam ministramus. Nos id agamus, vt male de nobis nemo loqui absque mendacio possit.

IDEM explicans uerba illa, quæ dixit Susanna, quando duo senes dixerũt ei, commiscere nobis, quod si nolueris, dicemus contra te testimonium. Ingemuit Susanna, & ait; Angustiæ mihi sunt vndique, sic habet: Angustia erat illi non imminentis mortis, sed opprobrij, & ignominiæ, qua perfundenda erat

3 *In cap. 13. Dan. to.4*

erat illis accusantibus. Angustiabaturque, quoniã cura illi erat non modica de conseruando bono nomine.

4 IDEM explicans verba illa; Melius est bonum nomen, quam diuitiæ multæ, inquit: Bonum nomen dicit, non quod a turbis vulgi imperiti, sed quod a fidelium, quamuis paucorum testimonio laudatur. Neque enim bonus habere nomen bonum refugit, sed a bonis solum quærebat laudari, qui ait: Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Nomen ergo bonum est nomen religionis, quod diuitijs mundialibus iure præfertur. Nam etsi mundum quis lucraretur vniuersum, merito hunc contemneret, tantũ vt nomen eius scriberetur in cœlo, eiusque memoria & inter homines sanctos figeretur æterna. Super argentum, & aurum gratia bona, illam significat gratiã, cũ quis pro bono opere laudatur a bonis, immo pro collatis ei donis meritorum, glorificatur pater qui in cœlis est.

Lib. 2. inc. 22. Prou. to. 9.

Galat. 1.

5 AVGVSTINVS sic ait: Nec audiendi sunt siue viri sancti, siue fœminæ quando reprehensa in aliquo negligentia sua per quam fit, vt in malam veniãt suspicionem, vnde suam vitam longe abesse sciunt, dicunt sibi coram Deo sufficere conscientiam, existimationem hominum non imprudenter solum, verumetiam crudeliter contemnentes, cùm occidunt animas aliorum siue blasphemantium viam Dei, quibus secundum suam suspicionem, quasi turpis quæ casta est displicet vita sanctorum, siue etiam cum excusatione imitantium, non quod vident, sed quod putant. Proinde quisquis a criminibus flagitiorum atque facinorum vitam suam custodit sibi, bene facit, quisquis autem etiam famam, & in alios, misericors est. Nobis enim necessaria est vita nostra, alijs fama nostra, & vtique quod etiam alijs ministramus ad salutem misericorditer, ad nostram quoque redundat vtilitatem. Vnde non frustra Apostolus, Prouidentes, inquit, bona non solum coram Deo verumetiam coram hominibus. Item dicit, placere omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo, nõ quærens quod mihi vtile est, sed quod multis, vt salui fiant. In quadam etiam exhortatione dicit: de cetero fratres quæcunque sunt vera, quæcunque sancta, quæcunque iusta, quæcunque casta, quæcunque bonæ famæ: Si qua virtus, si qua laus, hæc cogitate, quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me. Cernis quemadmodum inter multa, quæ exhortando meminit, nõ neglexerit ponere, quæcunque bonæ famæ, duobusq; verbis cuncta concluserit, vbi ait, si qua virtus, si qua laus. Ad virtutem namque pertinent, quæ in ea memorant bona, fama vero ad laudem. Puto quod non laudem hominũ pro magno sumebat Apostolus alio loco dicens: mihi autem pro minimo est, vt a vobis iudicer, aut ab humano die. Et alibi, si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Et iterum, gloria nostra hæc est, testimonium cõscientiæ nostræ. Sed illorum duorum idest bonæ vitæ, & bonę famę, vel quod breuius dicitur virtutis, & laudis, vnum propter se ipsum sapientissime retinebat, alterum propter alios misericordissime prouidebat. Sed quoniam quantalibet humana cautela, suspiciones maleuolentissimas non potest omni ex parte vitare, vbi pro existimatione nostra quicquid rectè possumus fecerimus, si aliqui de nobis, vel male fingendo, vel male credendo famam nostram decolorare conãtur, adsit conscientiæ solatium, planeque etiam gaudium, quòd merces nostra magna est in cœlis, etiam cum dicunt homines mala multa de nobis, pie tamen iusteque viuentibus. Illa enim merces tanquam stipendium est militantiũ per arma iustitiæ, non solum dextra verumetiam sinistra, per gloriam scilicet, & ignobilitatem, & per infamiam, & bonam famam.

Lib. de bono viduitatis. to. 4.

Rom. 12.

1. Cor. 10

1. Cor. 24.

Galat. 1.

2. Cor. 1.

7 IDEM explicans verba illa Lucæ 1. Quæ de Zacharia, & Elisabeth dicta sunt: Erant autem iusti ambo ante Deum incedentes in omnibus mandatis, & iustificationibus Domini sine querela: ait: dictum est hoc, quantum mihi videtur secundum quandam inter homines conuersationem probabilem, atque laudabilem, quam nullus hominum iustè posset in accusationis, & criminationis querelam vocare. Quam propterea in Dei conspectu Zacharias, & eius vxor habuisse referuntur, quia in ea homines nulla dissimulatione fallebant, sed vt apparebant hominibus, ita noti erant oculis Dei.

Lib. I. de

gratia Christi contra Pelagium. to. 7.

IDEM inquit: Tumor dicit testem habes Deum in cęlis, non sit tibi curæ quid de te suspicentur homines in terris. Humilis satisfactio respondet, non est danda detrahendi occasio, non susurrandi suspicio, sed si adsunt, quæ corrigantur, manifestanda, aut certe si desunt, humili protestatione neganda, quia Apostolus admonet, nullam occasionem dare diabolo maledicti gratia. Quod etiam in illis detestatus est, qui Christianæ fidei consentientes, in idolo ad comedendum recumbebãt. Et quamquam ipsi idolum pro nihilo ducentes, immolata quasi innoxios cibos sumerent, infirmas tamen fratrum conscientias per hoc factum ad nefandum idolorum ritum trahebant.

8 *Lib. de conflictu virtutum, & vitiorum. to. 9.* *1. Tim. 5.* *1. Cor. 8.*

GREGORIVS explicans verba illa Iob c. 31. Si vidi Solem cum fulgeret, & Lunam incedentẽ clare, sic habet: Paulus bona sua Corinthijs enumerãdo narrauit, illos confirmare studuit, non se ostendere, vt discipulos instrueret, de se summa referebat, qui tantum placebat sibi in infirmitatibus suis. Habent itaque proprium sancti viri, vt bona quidem quæ agunt videant, & tamen cum peregerint ab eorum memoria oculos auertant. Vnde rectè per beatum Iob dicitur, si vidi Solem, cum fulgere. Ac si aperte diceretur, opus meum, etiam cum alijs exemplorum lucem tribueret, ad præsumptionis gratiam non attẽdi, quia dum de eo extolli timui ab intuendo eo oculos auerti. Et Lunam incedentem clare. Quia videlicet post opus bonum fama laudabilis sequitur, per quam celebre nomen in hac præsentis vitæ nocte possidetur. Sicut enim luna mendicat, & accipit lumen a Sole, sic fama a bono opere vires accipit, & fauoris gratiam, quasi claritatem luminis aspergit. Est & aliud in Luna, quod per similitudinem bonam, spargenti famæ conueniat, lux namque eius etiam in tenebrarum tempore iter ambulantibus ostendit, quia & dum de aliena vita lux laudis emicat, alios ad exercẽda bona opera illustrat: Cumque illius opinio clara cognoscitur, hinc quasi pergenti in itinere exempli lumen prebetur. Sed nonnunquam opus quod ab aliena opinione sumitur, minus mundo desiderio in animo formatur. Nam infirmæ mentes cum bona de alijs audiũt, aliquando se ad operationem rectam non amore virtutis, sed delectatione laudis accendunt. Et profectò liquet, quia naturæ solis est, vt quæque attigerit exurat quidem, sed exurendo humidum reddat. Ad vitam igitur bonam, alios pro amore Dei affectus recti operis, alios verò amor laudis inflammat. Sed cum recti operis affectu accendimur, quasi per ignem solis a vitiorum humore siccamur. Eum verò quem ad opus laudis amor pronocat concupita fama, quasi Luna attingit, quia videlicet eius animum, & accendit, & resoluit. Accendit, scilicet, ad exercitium operis, resoluit vero ad concupiscentiam fauoris. Plerunque tame ad exercenda bona opera, aliena nos vniuersaliter exempla persuadent. Et cum mente humili, opinio nominis alienę bona suscipimus, nostra vel ad melius bona producimus, vel ad bonum mala permutamus. Cumque nos de vita proximi, famæ splendor irradiat, mens nostra, vt prædiximus, quæ ad obtinendũ virtutis iter se dirigit, quasi in Lunæ lumine gressus ponit. Sed sicut ex aliena opinione proficimus, sic plerunque si famæ nostræ laudibus inhiamus, a virtute vacuamur. Quia igitur sanctum virum magnitudo

Lib. 22. moralium ca. 4. to. 2.

9

10

tudo operis non inflauit, Solem fulgẽtem non vidit. Quia autem illum nec fama laudis extulit, clarè incedentem Lunam minime attendit. Solem fulgentem vident, qui de sola boni operis magnitudine, quasi alios despiciendo tument. Et sunt nonnulli, quos nec operatio propria extollit, sed cum laudari ab hominibus pro hac eadem bona operatione cœperint, ipsis hominum fauoribus deuicti, quasi magnos se quosdam in sua cogitatione conspiciunt, atque a cordis custodia dissoluuntur; hi profectò etsi fulgentem Solem videre noluerunt, Lunam tamen clarè incedentem respiciunt, & intuentes Lunam, se non vident, qui semetipsos nescire incipiunt, dum mentis oculos in trãsitorium fauorem figunt. Infra: Et lætatum est in abscondito cor meum. Qua attestatione quid nobis innuitur, nisi quod nobis magno metu, & circunspectione opus est, ne mens nostra vnquam de suis laudibus, vel tacita lætetur? Quisquis enim quasi clariratem lunæ, famæ suæ magnitudinem conspicit. Sibi in occulto mentis gaudium facit, cui iste nisi auctori se prætulit, cuius dono vt bene operaretur percepit, & tamẽ in eius munere de gratia suæ laudis hilarescit? Despecto enim honore conditoris, semetipsum plus amare conuincitur, cuius præconijs lætatur. Quamuis nonnunquam etiam sancti viri de bona sua opinione gaudeant, sed cum per hanc ad meliora proficere audientes, pensant, nõ tam de opinione sua, sed de proximorum gaudent vtilitate: quia aliud est fauores quærere, aliud de profectibus exultare. Qua in re necesse est, vt cum audientium vtilitati non proficit, mentem nostram fama laudabilis non eleuet, sed fatiget. Cum enim humanæ linguæ attestatione laudamur, occulta pulsatione requirimur, quid in nobis ipsis sentiamus, vt in hoc humiles permaneamus. Superba etenim mens, etiam cum de se bona dicuntur, exultat, quia non apud Deum qualiter viuat, sed apud homines qualiter innotescat, cogitat. Iudicium enim de se omnipotentis Dei despiciens, & solummodo hominum quærens, inter auditas laudes extollitur, & quæ hoc solum quæsierat, quasi de bramo operis lætatur. At contra si cor veraciter humile est, bona quæ de se audit, aut minime recognoscit, & quia falsa dicuntur metuit, aut certè si adesse ea sibi veraciter scit, eo ipso formidat, ne ab ęterna Dei retributione sint perdita, quo hæc considerat hominibus diuulgata, pauetque vehementer ne spes futuri muneris in mercedem permutetur transitorij fauoris.

11

12 BERNARDVS explicans verba illa; Sicut lilium inter spinas, ait: Opus tuum, studium tuum, desiderium tuum, illa sint moralis quidam rerum ipsarum candor, atque odor. Habent & mores colores suos, habent & odores. Neque enim in spiritibus idipsum est color, & odor, non magis, quàm in corporibus fœtere fecistis odorem nostrum coram Faraone, & seruis eius, aiunt, illi dicentes de opinione. Porro colorem operi tuo dat cordis intentio, & iudicium conscientiæ. Quod de corde puro, & conscientia egreditur bona, candidum est, & est virtus. Si autem & bona fama secuta fuerit, & lilium est, quippe cui nec candor lilij desit, nec odor. Porro virtus etsi non propterea maior, pulchrior tamen, illustriorque efficitur. At si radix vitiata sit, & conscientia, etiã si fama applaudere videatur, non est quòd debeat lilium dici, quia etsi odor conuiuere videtur, sed non color. Nec sane fama valebit vendicare virtuti, quod esse vitiũ conuicerit conscientia. Erit quidè virtus contenta cãdore conscientię, vbi sequi non poterit odor famę, ceterum nec odor famæ, nec excusare sufficiet vitium conscientiæ decoloris. Prouidebit tamen semper, quod in se est, homo, virtutis bona, non tantum corã hominibus, vt vere sit lilium. Pascitur Deus inter lilia quia candore, & odore virtutum delectatur.

Ser 71. in Cant.

Exo. 5.

Cant. 2.

13 IDEM sic habet; Interest tuę perfectionis, & malas res, & malas pariter species deuitare. In altero cõscientiæ, in altero fame consulis. Puta tibi non licere, etsi alias fortè liceat quicquid male fuerit coloratum. Denique interroga maiores tuos, & dicent: ab omni specie mali abstinete vos. Sane minister Domini Dominum imitetur, quia ipse ait: Qui mihi ministrat, me sequatur. Et habes de illo: Dominus regnauit decorem, induit Dominus fortitudinem. Tu quoque esto fortis in fide, decorus in gloria, & probatus te imitatorem Dei. Fortitudo tua fiducia fidelis conscientiæ, decor tuus splendor bonæ opinionis. Ita quæso induere fortitudinem. Etenim gaudium Domini fortitudo tua. Porro specie tua, & pulchritudine tua nihilominus tanquam propria similitudine delectatur. Induere vestimentis gloriæ tuæ, Vestire duplicibus, quibus domesticos suos fortis illa mulier induere consueuit. Non sit in conscientia nutans infirmitas modicæ fidei, non sit in fama neuus malę speciei, & vestiris duplicibus, & gaudebit sponsus super sponsam, animam tuam, & gaudebit super te Deus tuus. De hac plura dicenda erunt liber 16. cap. de scandalo.

Lib. 3. de consideratione ad Eugeniũ Papã tertiũ.

1 Thess. 5.

Ioanu. 12.

Psal. 92.

Prou. 31.

Nomina varia tribuuntur Deo in sacris litteris, inter quæ nomen dulce Iesu, suaue, amandum, ac veneratione omni dignum est.

Cap. I I.

ORIGENES exponens verba illa; Sit nomen Domini benedictum, inquit: Nomen Domini, ait, propter quod omnia sustineo, propter quod omnibus quæ mihi obuenerunt, superior existo. Sit nomen Domini benedictum in sæcula. Quod cum vidissent leones in Daniele, in agnos immutati sunt, quod cum flamma ignis agnouisset in Anania, Azaria, & Misaele, foras a fornace fugit, atque eos qui extra fornacem erant combussit, vtpote nõ habentes in se sanctum nomen Domini. Illis autem qui intra fornacem erant, non appropinquauit, quia terribile nomen Domini in illis conspexit. Hoc etiam & cetus cum videret in Iona obstupuit, atque illæsum eũ quem de naui susceperat, reddidit, incontaminatum remisit, quem viuum suscepit. Hoc inquam, nomen Domini sit benedictum, hoc nomen quod pauci ex prioribus agnouerunt, posteriores vero omnes susceperunt. Hoc nomen, de quo dicunt sancti ex persona Dei: Vobis qui timetis nomen meum, cognominabitur nomen nouum, quod benedicetur super terram. At adhuc: Non est aliud nomen sub cœlo datũ hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Hoc, inquam nomen Domini sit benedictum in sæcula, quod iram auertit, quod maledictum abstulit, quod dęmones terruit, hoc nomen Domini sit benedictum in sæcula. Sit benedictum in Angelis, & in hominibus, in cęlestibus spiritibus, atque in omnibus iustorum animabus, in gentibus, & in omnibus fidelium congregationibus sit nomen Domini benedictum. Quousque, aut quandiu sit benedictum? In sæcula, inquit, in finem præsentis, & in initio infiniti illius sęculi, in animabus castorum, in cordibus piorum, in mentibus religiosorum, in Ecclesia sanctorum. Sit nomen Domini benedictum, non in tempore dimenso, atque statuto, sed in sęcula, inquit, siue in præsenti sęculo, vsque in finem, siue in futuro sæculo illo infinito, atque indeficienti. Nomen Domini, ait, boni, misericordis, patientis, benigni, clementissimi. Sit nomẽ Domini benedictum, qui benedictionem seminauit, produxit, atque ostendit. Sit nomen Domini benedictum, qui cuncta bene perficit, qui cunctabene vniuersis prouidet, qui bene, inquit, mihi magnã patientiam, atque tolerantiam condonauit, vt tanquam aurum in fornace probatus, patientiæ formam cunctis sequentibus ostendam.

1 Lib. 1. in cap. 1. Iob num. 2.

Act. 4.

IDEM

2 IDEM explicans verba illa: Simile est regnum cœlorum homini regi, sic habet; Quandiu homines sumus, & non expediunt nobis diuinæ bonitates Dei, & multitudo miserationum eius abscondita apud eum, vt ne noceamur videntes eam, necesse est, vt simile sit regnum Dei homini regi, vt hominibus, quasi homo apud homines loquatur, & dispenset homines non capiētes dispensari a Deo, qui omnino quidem Deus est, & in eo quod loquitur per prophetas, & in eo, quod dispensat homines, & tunc cessabit regnum cœlorum simile esse homini, cum cessante zelo, & contentione, & reliquis passionibus, & peccatis, cessauerimus secundum hominem ambulare, & digni facti fuerimus audire a Deo: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes, iā non agentes talia, propter quæ dicatur ad nos, vos autem sicut homines moriemini. Ego autē arbitror quoniam non solum homini regi simile fieri regnum cœlorum cessabit, sed & alia multa, quibus opus habet homo peccator, vt puta dicit in Osea: Ego autem sum sicut panthera, vel vrsa, & sicut leo domui Iudæ, & sicut vrsus turbatus obuiabo eis. Dicit in alio loco: Cessabit ergo aliquando esse sicut panthera, & sicut leo & vrsus turbatus, cum desinentes talia facere, iam non opus habuerint homines Deo sicut panthera, & sicut leone, & sicut vrso turbato, nec ipse habeat eos tales, qui talem necessarium habent, tunc manifestabit se sicut est. Ego autem sic intelligo, quod ait: Deus noster ignis consumens est, consumens ea. Cum autem consumpta fuerint ab igne consumente ea, quæ consueta sunt consumi ab eo, tunc iam non erit Deus noster ignis consumens, sed lumen, sicut dicit Ioannes: Deus lumen est. Quoniam autē nouimus hæc, vide si potes etiā secundū hūc intelligere modū ex Ioannis epistola sic habente: Charissimi nunc filij Dei sumus, sed nondum apparuit quid erimus: scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum sicuti est. Nunc quidem etsi digni fuerimus, Deum videre mente, & corde, videmus eum non quemadmodum est, sed quemadmodum propter nostram dispensationem factus fuerit nobis. In fine autem rerum, & restitutionis omnium quæcunque locutus est per os prophetarum a sæculo, videbimus eum non sicut modo, quod non est, sed quemadmodum tunc decuerit, sicut est. Apud nos ergo homines simile est regnum cœlorum homini regi, apud eos autem, qui secundum scripturam dij vocantur, in quorum synagoga stetit Deus in medio deos discernens, regnum cœlorum simile est regi Deo.

Hom. 20. in cap. 22. Matthæi.
Osee 5. & 13.
Deut. 4. 5
Lib. 5. de consideratione ad Eugenium Papā tertiū.
1 Thess. 5.
Ioann. 2.
Psal. 93.
Prou. 31.
Lib. 5. in cap. 1. Iob sum. 3.

4 BASILIVS explicans verba illa: Dilectus quemadmodum filius vnicornium, inquit: Vnigenitus filius dans mundo vitam, quandoquidem sacrificium, & oblationem sese pro nostris peccatis Deo offert, agnus Dei nominatur & ouis: Ecce agnus Dei. Et rursus: tanquam ouis ad occisionem ducetur. Quando verò punire vitia, & potentiā generi humano incumbentem, efferatam illam, & exasperatam euertere oporteret, tunc filius vnicornium nominatur, vt in Iob didicimus, vnicornis est animal insuperabili virtute, hominibus minime subiectum, aut obtemperans. Non enim loro ipsum, aut vinculo ligabis, neque dormiet ad præsepe, & multa alia de ipsius animalis libertate, & indocilitate ad parendum hominibus in ea Prophetiæ parte dicuntur. Christus ergo virtus est Dei, ideoque tanquam vnum habens cornu, videlicet vnam cum patre communem virtutem, vnicornis appellatur.

Hom. 5. in Psal. 28. to. 1
Ioan. 1.
Isa. 53.
Aff. 4.

5 IDEM explicans verba illa; Exaltabo te Domine, quoniam suscepisti me, dicit, omnem rebus nostris conuenientem statum Deo tribuere quodam modo videmur. Idcirco dormitantibus nobis, & pigrè agētibus, dormire dicitur Deus, suis nos vigilijs, suaue inspectione indignos iudicans. Si quando autem ex somno detrimentum sentimus, dicimus; surge, quare obdormis Domine? Item non dormitabit, neque dormiret, qui custodit Israel. Equidem alij velut Dei oculos a se auocant, per eorum quæ gerunt turpitudinem obscænam, indigna enim Dei oculis sunt. Itidem mox vbi per pœnitentiam resipuerint dicunt: cur faciem tuam auertis? Hos præter sunt & alij, qui expuncta e mente, & exclusa Dei memoria, Deum reddunt velut obliuiscentem sui ipsorum, qui & dicunt: quare obliui sceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ? In summa, qualia iuxta hominum affectus de eo dicuntur, illa faciunt ipsi homines, talem sibi constituentes Deum, qualem quisque se ipsum prius adornat, & instituit.

Hom. 7. in Psal. 29.

6 IDEM hom. cui tit. Quod sine diuina virtute, & gratia resistere satanæ, nec nisi relicta Ægypto, in terram promissam pertingere non possit quisquam, sic ait: Deus noster ignis consumens est, vltionem in flamma ignis de illis sumens, qui se ignorant, & euangelio ipsius non obtemperant. Hic est ignis ille, qui operatus est in Apostolus, cum loquerentur linguis ignitis. Hic ignis per gloriam Christi Paulum suo splendore vndiq; circumfundens, mentem quidem illius illuminauit, visus vero corpori sensum obscurauit. Acies enim carnalis visus lucis illius vim non sustinet. Hic ignis visus est Moysi in rubo. Hic ignis Eliam in specie currus abripuit. Ignis huius energiam quærens beatus Dauid, dixit: Proba me Domine, & tenta me, vre renes meos, & cor meum. Hic ignis Cleophæ, & eius qui cū ipso erat corda calefecit cum illis post resurrectionē loqueretur Dominus. Vnde & Angeli, & administratorij spiritus flamma sunt. Hic ignis trabem illam, quæ intus est in oculo nostro cōburās, mundam constituit mentis aciem, vt recepta natiua perspicuitate, admirāda Dei opera continuè videat, iuxta eum qui dixit: Reuela oculos meos, & contemplabor mirabilia ex lege tua. Hic itaque ignis dæmones fugat, malitiam exurit, resurrectionem potentia sua, & immortalitatē operatur, animas sanctorum illustrat, & rationales virtutes suffulcit. Hunc ignem precemur, vt & nos occupet, vt semper in luce ambulantes, ne modice quidem offendamus, vel impingamus vnquam, sed velut luminaria in mundo, conspicui, perpetuo sermonem vitæ contineamus.

Deut. 4.
Psal. 25.

7 CHRYSOSTOMVS explicans qua ratione Iesus Naue Iosue 10. dixerit sol contra Gabaon, ne moueatur; & luna contra vallem Haylon, & factum est, inquit: Amicus Dei creaturis amici sui imperabat, magis autem amicum suum postulauit, & obedierunt serui. Et ille qui deorsum erat, superioribus imperabat. Hoc etiam illo opere Moysi maius est. Non æquale est mari imperare, & eis, qui in cœlo sunt. Magnum quidem & illud est, & valde magnum, veruntamen nihil simile. Quid igitur? Forma erat Iesu illud nomen, idcirco igitur hoc factum est. Etiam propter ipsum vocabulum reuerita est creatura. Quia iste Iesus in typo fuit Saluatoris, introduxit populum in terram promissionis, sicut Iesus in cœlum. Ille Moyse viuente superauit bella, & Iesus noster cuncta dispensat.

Homil. 27. in epi. Pauli ad Hebr. to. 7.
Iosue 7.
Exo. 14.

8 HIERONYMVS edifferens vocabula, quibus apud Hebræos designabatur Deus, inquit, nonagesimum psalmum legens in eo loco, quo scribitur: Qui habitat in adiutorio altissimi, in protectione Dei cœli cōmorabitur. Dixeram apud Hebræos, pro Deo cœli esse positum Saddai, quod nos robustum, & sufficientē ad omnia perpetranda accipere possumus, vnumque esse de decem nominibus, quibus apud Hebræos Deus vocatur. Dico studiosissime postulasti, vt tibi nomina cum sua interpretatione digererem. Primum nomen Dei est Elin quod septuaginta Telon. idest, Deū, Aquila verò ethimologiam eius exprimens fortem interpretatur. Deinde Eloim, quod & ipsum Deus dicitur. Quartum, Sabaoth, quod septuaginta, virtutum, Aquila exercituum transtulerunt. Quintum Elion, quod nos excelsum dicimus. Sextum Elee, quod

In epist ad Marcellā. to. 3. Psal. 90.

in Exodo legitur, qui est, misit me ad vos. Septimum, Adonai, quem nos Dominũ generaliter appellamus. Octauum, Ia. Nonum Tetragramaton, quod ineffabile putauerũt, quod his litteris scribitur, Iod, he, vau, Iehoua. Decimum, quod superius dictum est, Saddai.

9 IDEM explicans verba illa; Sicut meridiana lux clara est, & sicut nubes roris in die messis, inquit: Deus meridiana lux dicitur, quia contẽplatur vniuersa, quæ fiunt in Ecclesia. Et sicut meridiana lux clara est, ita vniuersa perlustrat iuxta illud, quod in decimooctauo psalmo per Anagogem de sole iustitiæ dicitur: Nec est qui se abscondat a calore eius. Et quomodo nubes roris in die messis, & in feruenti æstate gratissima est, sic Dominus habitatores Ecclesiæ suæ refrigerat, quo presente cuncta floresc unt, & multi perfecti reperientur. Ramusculi autem, qui inutiles sunt falcibus præcidentur; dicente Domino in Euangelio: Ego sum vitis vera, & pater meus agricola est, omnem palmitem in me non ferentem fructum tollet eum, & omnem qui fert fructum purgabit eum. Ideo subdit propheta, ante messem enim totus efflorui t, & immatura perfectio germinabit, & præcidentur ramusculi eius falcibus, & quæ derelicta fuerint abscindentur.

Lib. 7. inc. 18. Isa. to. 5

Psal. 18.

Ioan. 15.

10 IDEM explicans verba illa; Ero quasi ros, Israel germinabit quasi lilium, & erumpet radix eius, vt Libani ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius, & odor eius vt Libani, Sic habet: Ero eis quasi ros, dicit Dominus, vt fornacem Babylonicam, & caminum æstuantis incendij meo rore restringuam, qui & per Isaac patriarcham ad Iacob seruum meum locutus sum, de rore cœli erit habitaculum tuum. Quomodo enim Dominus fit credentibus, lumen, via, veritas, panis, vinea, ignis, pastor, agnus, ianua, vermis, &c. sic qui indigemus illius misericordia, & peccatorum febribus æstuamus, in rorem nobis vertitur ad quem dicit Isaias: Ros enim, qui a te est, sanitas eorum est. Et in Deuteronomij cantico Moyses loquitur: descendãt sicut ros verba mea. Cum autem nos Dominus suo rore respersérit, & siccitatem pectoris nostri suis pluuijs irrigarit, germinabimus, immo florebimus vt lilium, imitantes Dominum Saluatorem, qui dicit in cantico Canticorum: Ego flos campi & lilium conuallium, & loquitur ad sponsam suam, quæ non habet rugam neque maculam, sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias. Cũque creuerimus in Domino mittemus radices nostras sicut arbores Libani, quæ quantum in auras consurgunt vertice, tantum radicem in ima demergunt, vt nulla tempestate quatiantur, sed stabilimo le consistant.

Lib. 3. inc. 14. Oseæ, to. 5.

Isaiæ 26.

Deut. 32.

Cant. 2.

11 IDEM explicans verba illa; Ecce vir oriens nomẽ eius, inquit, qui Iesus vocatur, eo quod saluauerit mundum, & oriens dicitur, quia in diebus eius orta est iustitia. Et canitur in psalmo: Veritas de terra orta est, eo quod ex vtero virginali in sæculorum consummatione generatus dixerat: Ego sum veritas.

Lib. 2. inc. 6. Zachar.

Psal. 84.

12 AVGVSTINVS sic ait: Imbecilla ætate discebam libros eloquentiæ, in qua eminere cupiebam fine damnabili, & ventoso per gaudia vanitatis humanę, & vsitato iam discendi ordine peruueneram in librum quendam cuiusdam Ciceronis, cuius linguam fere omnes mirantur, pectus non ita. Sed liber ille ipsius exhortationem continet ad philosophiam, & vocatur Hortensius. Ille verbo liber mutauit affectum meum, & ad te ipsum Domine mutauit preces meas, & vota, ac desideria mea fecit alia. Volauit mihi repente omnis vana spes, & immortalitatem sapientiæ concupiscebam æstu cordis incredibili, & surgere iam cœperam, vt ad te redirem Quomodo ardebam Deus meus, quomodo ardebam, euolare a terrenis ad te, & nesciebam quid ageres mecum. Apud te est enim sapientia. Amor autem sapientiæ nomen græcum habet philosophia, quo me accendebant ille literæ. Sunt qui seducant per philosophiam magno, & blando, & honesto nomine colorantes, & fucantes errores suos. Et prope omnes, qui ex illis, & supra temporibus tales erant, no tantur in eo libro, & demonstrantur, & manifestatur ibi salutifera illa admonitio spiritus tui per seruum tuum. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam, & inanem fallaciam secundum traditionem hominum, & non secundum Christum, quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et ego illo tempore, scis tu lumen cordis mei, quoniam nondum mihi hæc Apostolica nota erant, hoc tamen solum delectabar in illa exhortatione, quod ipsam sapiẽtiam, vt diligerem, ac quærerem, & amplexarer fortiter, excitabat sermone illo, & accendebar, & ardebam, & hoc solum me in tanta flagrantia refrigerabat, quod nomen Christi non erat ibi, quoniam hoc nomen secundum misericordiam tuam Domine, hoc nomeu Saluatoris mei, filij tui, in ipso adhuc lacte matris, tenerum cor meũ pie biberat, & alte retinebat, & quicquid sine hoc nomine fuisset, quamuis literatum, & expolitum, & veridicum, non me totum rapiebat.

Coloss. 2.

13 IDEM explicans verba illa; Expectabo nomen tuum quoniam iucundum est (seu bonum, vt nostra habet lectio) dicit amarum est sæculum, sed nomen tuũ iucundum. Etsi dulcia quędam sunt in sæculo, sed cum amaritudine digeruntur. Præponitur nomen tuum nõ solum amaritudini, sed & iucunditati: Nomen Dei iucundum est amantibus Deum super omnes iucundi tates. Homini non gustanti, laudando iucunditatem nominis Dei, quantacunque dixeris, verba sunt, aliud est gustus. Verba laudis eius audiunt & impij, non autem gustant quam iucundum est nisi sancti. Proinde itte sentiens dulcedinem nominis Dei, & volens explicare, & ostendere nec inueniens quibus, etenim sanctis non opus est, vt ostendat, quia & ipsi gustant, & norunt; impij autem sentire non possunt, quod gustare nolunt. Quid ergo facit de iucunditate nominis Dei? Tulit se continuo a turbis impiorum. Et expectabo, inquit, nomen tuum, qdia iucundum est. In conspectu sanctorum tuorum, iucundum est nomen tuũ, sed non in conspectu impiorum. Ergo quàm dulce sit scio, sed his, qui gustauerunt.

In Psal. 1. to. 8.

14 IDEM explicans verba illa; Respice in me & miserere mei, secundum iudicium diligentium nomen tuum, sic habet: Respice in me & miserere mei secundum iudicium, quod in eos fecisti qui diligunt nomen tuum: quoniam, vt diligerent te, prius dilexisti eos. Sic enim Ioannes Apostolus ait; nos diligimus, inquit, Deum, & velut causa quæreretur, quare nos diligere fecit, adiunxit: Quoniam ipse prior dilexit nos.

Cõtione 7 in Psal. 118.

1. Ioan. 4.

15 IDEM dicit: Respira ergo o peccator, respira ne desperes, spera in eo, quẽ times, fuge ad eũ a quo aufugisti, inuoca importune quem superbe prouocasti, dicque ei: Iesu propter nomen tuum dulce fac mihi secũdũ nomen tuum Iesu, obliuiscere superbũ te prouocantem, respice pie miserum te inuocantem, Iesu nomen tuum dulce, nomen delectabile, nomen confortãs peccatorem, & nomẽ beatæ spei. Quid est enim Iesus nisi Saluator? Ergo propter temetipsum Iesu, esto mihi Iesus, esto mihi Saluator benignus. Noli Domine, noli attẽdere sic malum meum, vt obliuiscaris bonum tuũ. O bone Domine Iesu, etsi ego admisi vnde me damnare possis, tu non amisisti vnde saluare soles.

Lib. de contritione cor dis. to. 9.

16 BERNARDVS explicans verba illa; Concipies & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum, sic ait: Rationem huius vocabuli alius Euangelista ponit. Angelo sic interpretante. Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Duos Iesus lego in typo huius, quem nunc in manibus habemus præcessisse, ambos populis præfuisse. Quorum alter populum suum de Babylone eduxit, alter suum in terrã promissionis introduxit. Et illi quidem illos quibus præerant, ab hostibus defendebant, sed nũ quid saluabant

Se. 3. super Euangelium Missus est. Matt. 1.

bant a peccatis eorum? Is autem noster Iesus & a peccatis saluat populum suum, & introducet in terrā viuentium. Ipse enim saluum faciet populum suū a peccatis eorum. Vtinam & me peccatorem dignetur Dominus Iesus annumerare populo suo, vt saluum me faciat a peccatis meis. Vere enim beatus populus, cuius Dñs Deus eius Iesus est, quia ipse saluum faciet populum suum a peccatis eorum. Vereor ne plerisque, qui quasi in populo eius religiosiores esse videntur, ipse aliquando dicat. Populus hic labijs me honorat, cor autem eorū longe est a me. Nouit enim Dominus Iesus, qui sunt eius, nouit & quos elegerit a principio. Quid me vocatis, ait, Domine, Domine, & non facitis quæ dico? Fac quæ dicit Iesus, & computabit te in populo suo.

Coloss. 2. *Matth. 15.* *Lucę 6.*

17 IDEM explicans verba illa; Vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatū est ab Angelo, sic inquit: Vocatum plane non impositum, nempe dei nomē est ab æterno. A natura propria habet, vt sit Saluator, innatum est ei nomen hoc, non inditum ab humana vel angelica creatura. Sed quid dicimus? quod egregius ille propheta hunc ipsum puerum multis nominibus appellandum fore prædicens, hoc vnum tacuisse videtur, quod solum (vt prænouit Angelus, & testatur Euāgelista) vocarum est nomen eius? Exultauit Isaias vt videret diem hunc, vidit & gauisus est. Denique & loquebatur gratulabundus & laudans Deum: Puer natus est nobis, & filius datus est nobis, & factꝰ est principatus super humerum eius, & vocabitur nomē eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. Magna quidem nomina. Sed vbi est nomen quod est super omne nomen, nomen Iesu, in quo omne genu flectatur? Forrassis in his omnibus vnum illud inuenies, sed expressum quodammodo, & effusum. Nempe ipsum est, de quo Sponsa in Cantico amoris: Oleum, inquit effusum nomen tuum. Habes ergo vnum ex his omnibus appellationibus Iesum, nec omnino aut vocari possit, aut esse Saluator. Si forte quippiam eorum defuisset. Numquid non vere admirabile eum singuli sumus experti, in mutatione vtique voluntatum nostrarum? Hoc nempe est salutionis nostræ principium, cum incipimus respuere quod dilegebamus, dolore vnde lætabamur, amplecti quod timebamus, sequi quod fugiebamus, optare quod contemnebamus. Admirabilis plane, qui hæc operatur mirabilia. Sed nihilominus & consiliarius se se exhibeat necesse est in electione pœnitentiæ, & vitæ ordinatione, ne forte sit nobis absque scientia zelus, & voluntati bonæ, prudentia desit. Sane opus est, vt Deum quoque probemus in remissione videlicet priorum delictorum, quia nec sine hac salus nobis cōstare potest, & nemo potest dimittere peccata, nisi solus Deus. Verum ne id quidem sufficit ad salutem, nisi fortem quoque experiemur in expugnando impugnantes nos, ne ab eisdem rursum concupiscentijs superemur, & fiant nouissima nostra peiora prioribus. Videtur ne iam aliquid deesse S. luatori? Plane deesset quod maximum est, nisi & pater esset futuri sæculi, vt per eum scilicet in immortalitatem resurgeremus, qui per præsentis sæculi patrem, generamur ad mortem. Neque hoc satis, si non etiam princeps pacis patri nos reconciliaret, cui traditurus est regnū, ne forte sicut filij perditionis vtique non salutis, resurrecturi videremur ad pœnam. Multiplicabitur sane eius imperium, vt meritò Saluator dicatur etiam pro multitudine saluandorum, & pacis non erit finis, vt verā noueris esse salutem.

In Psal. 1. to. 8. *Isa. 9.* *Cant. 1.* *In serm. 8. Circuncis.*

18

1. Ioan. 4.

19 IDEM exponens verba illa; Protegam eum, qm̄ cognouit nomen meū, ait in præsentia vultus glorificatio, in notitia nois protectio exhibetur, spes in nomine, res in facie est. Protegam eum, qm̄ cognouit nomen meum. Non nouit nomen eius, qui illud assumit in vanū, qui dicit ei, Dñe, Dñe, & non facit quæ dicit ipse. Non nouit nomen eius, qui eum nec honorat, vt patrem, nec vt Dñm timet. Nō nouit nomen eius, qui ad vanitates, & insanias falsas conuertitur. Beatus vir cuius est nomen Dñi spes eius, & non respexit in vanitates, & insanias falsas. Hoc nomē cognouerat, qui dicebat: Non est aliud nomē datum hominib. in quo nos oporteat saluos fieri. Nos qnoque si nouimus nomen sanctum, quod inuocatum est super nos, desiderandum vtiq; nobis, vt semper sanctificetur in nobis, atque ita orandum iuxta doctrinam vtique Saluatoris, Pater noster sanctificetur nomen tuum. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum. Hic fructus notitiæ nominis clamor orationis, porro fructus clamoris, exauditio Saluatoris. Gratias ei, qui manifestauit hominibus nomen patris, fructum salutis in eis inuocatione constituens, sicut scriptum est: Quicumque inuocauerit nomen Domini saluus erit.

Ser. 15 in Psal. Qui habitat. *Psal. 39.* *Act. 4.* *Matth. 5.* *Ioel. 2.*

20 IDEM sic habet: Et vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, Pater futuri sæculi, princeps pacis. Admirabilis est in natiuitate, consiliarius in p̄dicatione, Deus in operatione, fortis in passione, Pater futuri ieculi in resurrectione, Princeps pacis in perpetua beatitudine. Hæc etiā nomina possunt ei congrue assignari in opere nostræ salutis. Nam primo dicitur admirabilis in conuersione nostræ voluntatis, quæ mutatio est solius dextræ excelsi. Postmodū dicitur consiliarius in reuelatione suæ voluntatis, qñ reuelat quid sequendum sit iam conuersis. Vnd Paulus iam conuersus dicebat: Domine quid me vis facere? Conuersi autem necesse est cōpungantur pro præteritis delictis, in quorum remissione dꝫ Deus, cuius tantum est peccata remittere. Quarto dꝫ fortis, iuxta sententiam emm Apostoli necesse est, vt omnes, qui pie viuere volunt in Christo Iesu, persecutionem patiantur. Sed quis sustineret, nisi illæ iuuaret? Vnde Dauid: Nisi quia Dominus adiuuit me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Cum ergo nos in tribulatione protegit, cum ipsas aereas potestates arcet a nobis ac repellit, quid aliud in hoc opere dici potest, nisi fortis? Vnde dictū est: Dominus fortis, & potens, Dominus potens in prœlio. Et qm̄ ipsa conuersio, & vita nostra in Christo agenda est, non intuitu temporalium rerum, sed spe futurorum bonorum, iō quinto loco ponitur: Pater futuri seculi. Pater. [in regeneratione corporum nostrorum. Quia vero omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur, vt discernat immutationem iustorum ab iniquorum resurrectione, ponitur sexto loco princeps pacis. Qua obtenta tota perfectio impletur, nec iam vltra aliud quicquam appetendum relinquitur: Ipsa est. n. in cuius exultatione concinit Psalmista dicens: Lauda Hierusalem Dñm, lauda Deum tuum Sion, qm̄ confortauit seras portarum tuarum benedixit filijs tuis in te, qui posuit fines tuos pacem. Horum sex nominū cōsequentiam, & virtutum breuiter atque eleganter cō prehendit vno nomine Angelus, loquens ad Ioseph, & vocabis, inquit, nomen eius Iesum. Cuius videlicet nominis exponens rationem, ipse enim, ait, saluū faciet populum suum a peccatis eorum.

Serm. 10 ex paruis. *Act. 9.* *2. Tim. 3.* *Psal. 93.* *Psal. 23.* *1. Cor. 15.* *Psal. 147.* *Matth. 1.*

21 IDEM explicans illa verba Canticorum primo: Oleum effusum nomen tnum, sic habet: multa sponsi vocabula sparsa per omnem diuinam paginam legitis, sed in duo ea vobis vniuersa complector. Nullū vt arbitror reperietis, quod non aut pietatis gratiam, aut potentiam maiestatis sonet. Spiritus ita dicit per sibi familiarius organum. Duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domine misericordia. Ergo secundum maiestatem, sanctum, & terribile nomen eius, secundum pietatem, non est aliud nomen sub cœlo datum hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Sed exemplis magis perspicuum fiet. Hoc est inquit, nomen nouum, quod vocabunt eum, Dominus iustus noster, nomen potentis est. Item, & vocabitur nomē eius Emmanuel,

Ser. 15. in Canica. *Psal. 61.* *Psal. 100.* *Act. 4.* *Hiere. 23.* *Isa. 7.* *Ioan. 13.*

nuel, pietatem insinuat. Item ipse de se vos vocatis me magister, & Domine. Primum gratiæ est, secúdum maiestatis. Non enim minus pium est docere animũ scientiam, quàm præbere escam corpori. Rursum pro
Isa. 9. pheta: vocabitur nomen eius admirabilis, cõsiliarius, Deus, fortis, pater futuri sęculi, princeps pacis. Primum, tertium, quartum maiestatẽ sonant, reliqua pietatem. Quod horum ergo effunditur? Profecto maiestatis ac potentiæ nomen in id quod est pietatis, & gratiæ quodammodo transfunditur, ipsumque effunditur abunde per Iesum Christum Saluatorẽ nostrũ. Nomẽ, verbi gratia, quod Deus est, nonne in id quod est nobiscum Deus, hoc est, in Emmanuel liquescit, & deficit. Sic admirabilis in id, quod est consiliarius, sic Deus & fortis in ea quæ sunt pater futuri sæculi, & princeps pacis. Et Dominus iustus noster misericors, & miserator Dominus. Non dico nouum quid, quõ-
22 dam quoque nihilominus Abram in Abraham, & Sarai in Saram effusa sunt. Et iam nunc salutifera effusionis celebratum, præfiguratumque mysterium recordamur. Vbi iam illud, quod apud antiquos tam terribiliter, quam frequẽter intonare solebat, ego Dominus, ego Dominus? Nec mirum si cum venit plenitudo tẽ-
Ioel 2. poris, facta est effusio nominis, Deo quippe, quod per Ioelem promiserat adimplente, & effundente de spiritu suo super omnem carnem. Currite gentes, ad manuum est salus, effusum est nomen, quod quicunque inuocauerit, saluus erit. Angelorum Deus etiam hominum Deum se nominat. Ego sum dicens, Deus A-
Exo. 3. braham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Et non amplius? Effunde, effunde, aperi manum tuam adhuc, & imple omne animal benedictione. Veniant ab oriente, & occidente, & recumbant cum Abraham, Isaac, & Iacob
Matt. 8. in regno cœlorum. Veniant, veniant, tribus tribus Domini testimonium Israel, ad cõfitendum nomini Domini. Veniant, & recumbant, exultent, & delectentur
Ps. 111. in lætitia, & vnus vbique resonet in voce exultationis, & confessionis sonus epulantis, oleũ effusum nomen tuum.
Isa. 63. Agnosco nomẽ quod in Isaia legi: Seruos suos, inquit, vocauit nomine alio, in quo, qui benedictus est super terram, benedicetur in Domino. Amẽ. O nomen benedictum? o oleum vsquequaque effusum? Quousque? De cœlo in Iudæam, & inde in omnem terram excurrit, & de toto orbe clamat ecclesia, oleum effusum nomen tuum. Effusum plane, quod nõ solum cęlum terrasque perfudit, sed asperfit & infe-
Phil. 2. ros, adeo vt in nomine Iesu omne genu flectatur cęlestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, & dicat, oleum effusum nomen tuum. Ecce Christus, ecce Iesus vtrumque infusum angelis, vtrumque effusum in homines, & illos homines, qui computruerant tamquam iumenta in stercore suo, homines & iumenta saluans quemadmodum multiplicauit misericordiam suam Deus. Quàm carum,
23 quàm vile, sed salubre. Si vile non esset, non mihi effunderetur. Si salubre non esset, non me lucraretur. Particeps nominis sum, sum & hereditatis: Christianus sum, frater Christi sum. Si sum quod dico, heres sum Dei, coheres autem Christi. Et quid mirũ si spon si effusum est nomẽ, cum ip se quoque effusus sit? Nã semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Denique ait, sicut aqua effusus sum. Effusa est plenitudo diuinitatis habitans super terram corporaliter, vt de illa plenitudine omnes qui corpus mortis gestamus caperemus, ac vitali odore repleti diceremus, oleum effusum nomen tuum. Est proculdubio inter oleũ & nomen sponsi similitudo, in triplici olei qualitate, qđ lucet, pascit, & vngit. Fouet ignem, nutrit carnẽ, lenit dolorem, lux, cib. medicina. Vide idem nunc & de spõsi nomine. Lucet prædicatum, pascit recogitatum, inuocatum lenit & vngit. Vnde putas in toto orbe tanta & tam subita fidei lux, nisi de prædicato Iesu? Nõne in huius nominis luce, Deus nos vocauit in admirabile lumen suum, quibus illuminatis, & in lumine isto videntibus lumen dicat Paulus: Fuistis aliquãdo Ephes. 5.
tenebræ, nunc autem lux in Domino. Hoc denique nomen coram gentibus & regibus, & filijs Israel portare iussus est idem Apostolus: Et portabat nomen Rom. 13.
tamquã lumen, & illuminabat patriam, & clamabant vbique: Nox præcessit, dies autem appropinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis, sicut in die honestè ambulemus. Et monstrabat omnibus lucernam super candelabrum, annũciãs in omni loco Iesum, & hunc Crucifixum. Quomodo lux ista splenduit ac perstrinxit cunctorum intentiũ oculos, quando de ore Petri tamquam fulgur egrediens claudi vnius plantas solidauit, multosque spiritualiter cęcos illuminauit? Numquid non ignẽ sparsit, cum ait: In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & Act. 3.
ambula? Nec tantum lux est nomen Iesu, sed est & cibus. An non toties confortaris quoties recordaris? 24
Quid æquè mentem cogitantis impinguat? Quid ita exercitatos reparat sensus, virtutes roborat, vegetat bonos mores, castas fouet affectiones? Aridus est omnis animę cibus, si non oleo isto infunditur. Insipidus est si non hoc sale conditur; si scribas, non sapit mihi, nisi legero ibi Iesum: si disputes, aut conferas, non sapit mihi, nisi sonuerit ibi Iesus. Iesus mel in ore, in aure melos, in corde iubilus. Sed est & medicina. Tristatur aliquis vestrum? veniat in cor Iesus, & inde saliat in os, & ecce ad exortum in tenebris lumen nominis, nubilum omne diffugit, redit serenum. Labit quis in crimen, currit insuper ad laqueũ mortis desperando, nonne si inuocet nomẽ vitæ, confestim respirabit ad vitam? Cui aliquando stetit ante faciẽ salutaris nominis duritia (vt assolet) cordis, ignauiæ torpor, rancor animæ, languor accediæ? Cui fons forte siccatus lachrymarũ, inuocato Iesu non continuo erupit vberior, fluxit suauior? Cui in periculis palpitanti & trepidanti, inuocatum virtutis nomen non statim fiduciam præstitit, depulit metum? Cui quæso in dubijs æstuanti & fluctuanti, non subito ad inuocationẽ clari nominis emicuit certitudo? Cui in aduersis diffidẽti, iam iamque deficienti, si nomen adiutorij sonuit, defuit fortitudo? Nimirum morbi & languores animæ isti sunt, illud medicina. Denique & probare li-
Psal. 49. cęt. Inuoca me, inquit, in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. Nihil ita iræ impetum cohibet, superbiæ tumorem sedat, sanat liuoris vulnus, restringit luxuriæ fluxum, extinguit libidinis flammam, fitim temperat auaritiæ, ac totius indecoris fugat pruriginem. Siquidem cum nomino Iesum homine mihi propono, mitem, & humilem, corde benignum, sobrium, castum, misericordem, & omni sanctitate conspicuum, eundemq; ipsum Deum omnipotentẽ, qui
25 suo me & exemplo sanet, & roboret adiutorio. Hæc omnia simul mihi sonant, cum insonuerit Iesus. Sumo itaque exempla mihi de homine, & auxiliũ a potente, illa tamquam pigmentarias species, hoc tãquã vnde acuam eas, & facio confectionem, cui simil ẽ me dicorum nemo facere possit. Hoc tibi electuarium habes o anima mea reconditum in vasculo vocabuli huius, quod est Iesus, salutiferum certe, quodque nulli vmquam pesti tuæ inueniatur inefficax. Semper tibi in sinu sit, semper in manu, quo tui omnes in Iesum, Cant. 8.
& sensus dirigantur, & actus. Denique & inuitaris: Pone me, inquit, signaculum in corde tuo, signaculum in brachio tuo. Nunc habes vnde & brachio medearis & cordi. Habes inquam in nomine Iesu vnde actus tuos vel prauos corrigas, vel minus perfectos adimpleas: itemque vnde tuos sensus aut serues ne corrumpantur, aut si corrumpantur sanes. Habuit & Iudæa quosdam Iesus, quorum vacuis gloriatur vocabulis. Illa enim nec lucent, nec pascunt, nec medentur. Idcirco synagoga in tenebris est vsque adhuc, fame & infirmitate laborans. Et non la-

rabitur, nec satiabitur quousque sciat meũ Iesum dominari Iacob, & filium terræ, & conuertatur ad vesperam, & famem patiatur vt canes, & circumeat ciuitatem: Et illi quidem præmissi sunt tamquam baculus ad mortuum prophetam præuenientes, & sua interpretari nomina nequiuerunt. Vacua quippe erãt. Superpositus mortuo baculus est, & non erat vox, neque sensus. Descendit qui baculum misit, & mox salutem fecit populum suum a peccatis eorum, probans se esse quod dicebatur. Quid est hic qui etiam peccata dimittit? Nimirum qui dicit, salus populi ego sum. Iam vos iã sensus est, & patet eum non inane portare nomen instar priorum, sentitur infusa salus, & beneficium non tacetur. Intus sensus, foris vox.

4. Reg. 4.

Mat. 2.

26 IDEM sic dicit; Vtrumque de Deo legis, & ignẽ videlicet ante ipsum præcedere, & ipsum nihilominus ignem esse. Moyses siquidem de illo dicit: Deus noster ignis consumens est. Differunt autem quòd is, qui præmittitur, ignis ardorem habet, sed non amorem, coquens, sed non excoquens, mouens, sed non promouens. Tantum ad excitandum præmittitur, & præparandum, simulque ad commonendum quid ex te sis, quo dulcius sapiat, postmodum quòd ex Deo eris mox. At verò ignis qui Deus est, consumit quidem, sed non affligit, ardet suauiter, desolatur feliciter. Est enim verè carbo desolatorius; sed qui sic in vitia exerceat vim ignis, vt in anima vicem exhibeat vnctionis. Ergo in virtute, qua immutaris, & in amore, quo inflammaris Dominum præsentem intellige. Nã dextera Domini fecit virtutem. Non autẽ fit hæc mutatio dexteræ excelsi, nisi in feruore spiritus, ita vt dicat qui huiusmodi est: Concalcauit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.

Ser. 57. in Cantica.

Act. 3.

24

Psal. 117.

Psal. 38.

Nomina, quibus significatur iustorum & malorum differentia, nominaque quibus iustorum virtutes aperiuntur. Cap. III.

1 ORIGENES nomina quibus virtutes iustorũ dicuntur in quo columbas docet ad sacrificium requirendas, ait: Oculi tui, dicit sponsus, sicut columbæ super plenitudines aquarum. Ad aquarum ergo plenitudines properandum est: in his enim sponsæ describitur pulchritudo, in columbis oculi prædicantur. Quod enim dixit columbæ super plenitudines aquarum, ferunt hoc genus auis cum ad aquas venerit, quia ibi solet accipitris insidias pati, venientem desuper inimicum, volitantis vmbram aquis inspectam deprehendere, & oculorum perspicacia fraudem periculi imminentis euadere. Quod etsi ita prospicere potueris insidias diaboli, & cauere, sacrificiũ Deo, columbas tuleris.

Hom. 3. in cap. 3. Leuitici. to. 1.

Psal. 49.

Cant. 1.

2 IDEM sic dicit: Animalia, quæ in aquis sunt, quia dicuntur, si quidem habent pennas & squamas, munda esse, si verò non habeant, immunda, nec edi debere; illud in his ostenditur, vt si quis est in aquis istis, & in mari vitæ huius, atque in fluctibus sæculi positus, tamen debeat satis agere, vt non in profundis degat aquarũ, & iaceat, sicut sunt isti pisces, qui dicuntur nõ habere pennas, neque squamas. Hæc namque eorum natura perhibetur, vt in imis semper, & circa ipsum cœnum demorentur, sicut sunt anguillæ, & huic simili a, quæ non possunt ascendere ad aquę summitatem, neque ad eius superiora peruenire. Illi vero pisces, qui pennulis iuuantur, ac squamis muniuntur, ascendunt magis ad superiora, & aeri huic viciniores fiũt, velut qui libertatem spiritus quærant. Talis est ergo sanctus quisque, qui intra fidei retia conclusus, bonus piscis a Saluatore nominatur, quia etiam mittitur in vas velut pennas habens & squamas. Nisi enim habuisset pennas non resurrexisset de cœno incredulitatis, nec ad rete fidei peruenisset, nisi pennis adiutus ad superiora veniisset. Quid est autem quod & squamas habere dicitur? Tamquam qui paratus sit vetera indumenta deponere. Hi enim qui squamas non habent velut ex integro carnei sunt, & toti carnales, qui deponere nihil possunt. Si quis ergo habet pennas, quibus ad superiora nitatur, mundus est. Qui verò non habet pennas, sed in inferioribus permanet, & in cœno semper versatur, immundus est. Similiter autem & de auibus. Non manducabis, inquit, hęc, quia immunda sunt. Aquilam & vulturem, & his similia. His etenim auibus semper mortuorum corporum cibus est, & ex mortuis cadaueribus viuunt: Omnes ergo, qui huiusmodi vitam gerunt immundi habendi sunt. Ego puto & illos in his nominari, qui alienis incubant mortibus, velut mortuorum cadaueribus inhiantes. Aliæ aues sunt immundæ rapacitati studentes, diripientes bona proximi, &c.

Hom. 7. in c. 10. Leui.

Cant. 8.

3 IDEM explicans verba illa Numerorũ 16. Qua ratione sæuiente indignatione Domini in populum, & igne vastante egressus sit Aaron cum igneo thuribulo, & tunc cessauerit vastatio, inquit: In alijs exemplaribus non vastatio, sed confractio legitur, quod & magis interpretationis conuenit veritati. Confractio namque est, quæ velut in vasis fictilibus efficitur. Peccatores ergo vasa fictilia fiunt, sicut Hieremias propheta designat in lamentationibus, dicens: Filij Sion incliti amicti auro primo, quomodo reputari sunt in vasa testea, opus manuum figuli? Et in domo magna non sunt, inquiet Apostolus, tantummodo vasa aurea, & argentea, sed & lignea, & fictilia, & alia quidem in honorem, alia autem in contumeliam. Sunt ergo vasa fictilia ad cõtumeliũ, quæ & confringi possunt: sed consideremus diligentius quid in consequẽtib. Apostolus de ipsis vasis ficti ib. dicet: Si quis, inquit, emundauerit semetipsum ab his, erit vas in honorẽ sanctificatũ, & vtile Domino ad oẽ opus bonũ paratum, in quo ostendere videtur quod & vas ipsum quod fit, & per quem fit, vnus atque idem homo sit. Intellige ergo propositum quidem hominis esse, quod operatur, reliquam autem partem hominis, ipsum esse vas, quod fit vel ad honorem, vel ad contumeliam. Cum ergo sensus noster, quæ bona sunt eligit, & ad bonam nos conuersationem trahit, facit nos vas vtile. Cum autem neglexerit, & decideri, propositum nostrum a bonis, efficimur vas in contumeliam. Si ergo intellectus noster luteus sit, & de luto semper, ac de terrenis cogitet, efficitur vas fictilæ, & opus manuũ figuli. Et forte propter hoc iste qui talis est, increpatur ab Apostolo, quasi qui sensum habens luteũ, & terrenũ, de magnis, & ijs quæ capere nõ potest, quærat, & dicat: Quid ergo adhuc cõqueritur? voluntati. n. eius quis resistit? cui Apostolus quasi luteo respondit. Tu quis es, qui respondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei, qui se finxit, quid me feciſti sic? Dicitur præterea corpus nostrum vas fictile, sicut dicit Paulus: Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus. Quia in corpore nostro positus est thesaurus gratiæ.

Hom. 9. in c. 16. Nu.

Rom. 9.

2. Cor. 4.

4 IDEM explicans verba illa Canticorum cap. 2. Surge, propera amica mea, speciosa mea, columba mea, inquit: Primus sermo Dei loquitur ad hanc speciosam, decoraque animam, euocans eam, vt proceda foras, & extra sensus iam corporeos effecta, definat esse in carne; vt merito audiat: Vos autem non estis in carne sed in spiritu. Non enim aliter diceret eam verbum Dei proximam sibi, nisi coniungeret se ei, & fieret cum eo vnus spiritus, nec diceret eam speciosam, nisi videret imaginem eius renouari de die in diem, & nisi videret eam capacem Spiritus sancti; qui in specie columbæ descendit in Iordane super dominum, non ei diceret columba mea. Conceperat enim amorem verbi Dei, & cupiebat ad ipsum volatu cœli peruenire dicens: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo & requie-

Hom. 4. ex pos. 2. in Cãtica.

Psal. 54.

quiescam, cum apprehendero sapientię, & scientię, thesaurum? Puto enim quod hi qui mortem Christi recipiunt, & mortificant membra sua super terram, consortes efficiantur similitudinis mortis eius. Ita & hi qui virtutem spiritus sancti recipiunt, & sanctificantur ex eo, & donis eius replebuntur, quia ipse in specie columbę apparuit, vt etiam ipsi columbę fiãt, & de terrenis & corporeis locis euolent ad cœlestia pennis sancti spiritus subleuati. Tempus autem opportunum, quo hæc fieri possint, explicatur cum dicitur; Iam enim hyems transijt, imber abijt. Non enim antea anima verbo Dei iungitur atque sociatur, *Cæsar.* nisi omnis ex ea hyems perturbationem, ac vitiorum procella discesserit, & vltra iam non fluctuet, & circũferatur omni vento doctrinæ. Vbi ergo ex anima hęc cuncta discesserint, desideriorũque ab eadem tempestas defuerit, tunc incipient in ea flores vernare virtutum, tunc eius menti & tempus putationis aduenier, & si quid superfluum, seu quod minus vtile fuerit in eius sensibus, vel intellectibus resecabitur, & ad gemmas spiritalis intelligentiæ reuocabitur, tunc etiam vocem turturis audiet illius sine dubio sapientię, quã dispensator verbi loquitur inter perfectos sapientiæ Dei altioris, quæ abscondita est in mysterio. Hæc nãque auis in secretioribus & remotis a multitudine locis vitam transigit, aut deserta montium diligens, aut secreta siluarum procul semper a multitudine posita, aut a turbis aliena. Ficulus protulit grossos suos, *Cant. 2.* sicut generaliter in Ecclesia diuersæ arbores singulæ quæque credentium animæ intelliguntur, de quibus ait: Omnis arbor, quam non plantauit pater meus, eradicabitur. Ita singuli quique credentium diuersæ arbores intelliguntur. Est ergo & in anima ficus quędam, quæ producit germen suum, & est vitis quæ floreat, & reddat odorem suum: Cuius vitis palmites, purgat pater cælestis agricola, vt fructum plurimũ afferant. Sed hæc primum per odoris suauitatem, quæ ex flore redditur, lætificat odoratum secundum eum qui dicebat, quoniam Christi bonus odor sumus Deo in omni loco. Hæc ergo initia virtutum videns sermo Dei in anima, vocat eam ad semetipsam, vt festinet & exeat & abijciens cuncta corporea venit ad eum, vt perfectionis eius particeps fiat.

6 CHRYSOSTOMVS explicans illa verba; Huius ventilabrum in manu eius, & purgabit aream *Hom. 11. in c. 3. Matt. to. 2.* suam & paleas quidem comburet igni &c. ait: nemo igitur sit palea, nemo fide fluctuans, nemo cogitationibus prauis obnoxius vbilibet ab illis iactandus. Si enim in frumenti soliditate permanseritis, etiam si tribulatio irruat, nihil dabit incommodi. Siquidem in area iacens frumentum, rapidæ etiam rotæ nihil comminuunt prorsus. Si vero in infirmitatem decideris palearum, & hic intoleranda patieris à cunctis omnino concisus, & ibi immortale supplicium sustinebis. Siquidem omnes huiusmodi, etiam ante illius fornacis incendium, pabulum hic efficiuntur irrationabilium passionum, sicut & paleæ ab irrationalibus vocantur animalibus, & ibi rursus esca erunt ignium atque materia. [Infra:] Nequaquam ergo iaceamus neque ad omnem ventum huc illucque rapiamur. Nam & frumentum paleis, mensura quidem minus est, sed natura preciosius. Ne igitur præteruolans sæculi huius vmbras atque imagines concupiscas, quę vtique ignibus præparantur; sed amplectere humilitatem Deo placitam, firmam scilicet, ac dissolui omnino nesciam, quam nullus gladius incidere, nullus queat ignis exurere. Propter huiusmodi.n. paleas patiẽter expectat, vt fiant ex illius coniunctione meliores.

7 IDEM explicans verba illa; ad Thessalonicen- *Hom. 9. in 1. ad Thes.* ses capit. quinto. Omnes vos filij lucis estis, & filij diei, & non sumus noctis, neque tenebrarum, dicit: Filij diei dicuntur illi, qui quæ lucis sunt faciunt. Et non sumus noctis neque tenebrarum. Ne dormiamus itaque sicut & ceteri, sed vigilemus, ac sobrij simus. Qui namque dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Nos autẽ qui diei sumus, sobrij simus. Quod ad hanc quidem diem, & hanc noctem attinet, non est in nostra potestate, sed etiam inuitis nobis irruit nox, & nolentibus imminet somnus. Quod verò ad spiritualem illam noctem, & somnum attinet, non item, sed possumus semper vigilare, possumus semper in die agere. Animæ siquidẽ oculos claudere, & malitiæ somnum inducere, non est naturæ, sed voluntatis. Sed vigilemus, inquit, & sobrij simus. Nam & in die si quis vigilauerit quidem, sobrius verò non fuerit, in mille mala incidet. Potest & qui vigilat dormire, dum nihil boni operatur. Quãobrem autem malitiam somnum vocauit? Eo quòd ad virtutem ignauus, ac deses est, qui malus est, deinde omnia imaginatur, nihil veri videt, sed plenus est somnijs & de absurdis plerumque rebus. Si vero etiam iucundum quid viderit, nihil tamen firmum, nihil habet solidum. Talis enim est præsens vita. Somnijs & imaginationibus vanis abundat, somnium sunt diuitiæ, gloria, quæcunque talia. Qui dormit, ea quidem quæ sunt, & vere subsistunt non videt, quæ vero non sunt pro existentibus imaginatur. Talis est malitia, & vita, quæ in malitia est. Quæ sunt non videt, hoc est spiritualia, cęlestia, perseuerantia, sed quæ diffluunt, & auolant, & celeriter a nobis resiliunt.

HIERONYMVS sic ait: Affirmamus eos, qui 8 cælestem hominem portant esse cælestes. Si enim *Epist. cuius tribus virtutibus est, Deut. to. 9.* ad peccatorem dicitur: Terra es, & in terrã ibis, quare non dicatur ad iustum, cuius est regnum cęlorum: Cœlum es, & in cœlum ibis? Et si propter terrenum dicitur ei, qui portat imaginem terreni; terra es, & in terram ibis: cur propter cęlestem, ei qui portat imaginem cęlestis, non conuenit dici, cœlum, & in cœlum ibis?

IDEM inquit: Capillos capitis Dei, sanctos in- 9 telligimus. De quo quidem sacramento in libro Da- *In epist. de his quę deo in sacris literis attribuuntur. to. 9. Dan. 7. Psal. 92.* nielis scriptum est: Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit, vestimentũ eius quasi nix candidum, & capilli capitis eius quasi lana munda. Hoc enim significat per vestimenta candida Dei, quod per capillos, multitudinem videlicet sanctorum dealbatorum. [Infra:] Vestimenta Dei, sancta accipitur Ecclesia, quæ per fidem, & dilectionem ei coniuncta est. De qua dicitur in Psalmo: Dominus regnauit, decorem induit. Et in Psalmo alio ad ipsum Dominum: Confessionem, & decorem induisti, amictus lumine sicut vestimento. *Psal. 103.*

IDEM explicans verba illa; Quasi cadauer putri 10 dum non habebis consortium. Vbi septuaginta ver- *Lib. 6 in c. 14. Isa to. mo 4. Isa. 61.* terunt, quomodo vestimentum commixtum sanguine non erit mundum, sic nec tu eris mundus, sic habet: Quomodo sanctus vestimentum Dei est, & vestimentum nouum, & vestitur tunica salutis atque lætitiæ, dicens: Exultet anima mea in Domino, Induit enim me vestimento salutis, & tunica lętitię circundedit me: Sic e contrario peccator, qui portat imaginẽ terreni hominis, meretur audire: Ecce omnes vos quasi vestimentum veterascemini, & tinea deuorabit vos. Qui autem profecerit in scelere, & vetustatẽ noluerit emundare nouitatem, nequaquam veteri vestimento, sed panno menstruatę mulieris comparabitur, dicens: Errauimus, & facti sumus immundi oẽs nos, sicut pannus mestruatę vniuersa iustitia nra. *Isa. 50.*

IDEM exponnes verba illa, Et dixit Sion, de- 11 reliquuit me Dominus, & Dominus oblitus est mei, *Lib. 13. in ca. 49. Isa. to. 4.* dicit, Sion aliquando vocatur sanctorum congregatio, qui in pace Domini, & in virtutum specula constituti rectè appellantur Sion, de qua dicitur: Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Neque enim fundamenta iudaicę Sion, quã videmus esse de- *Psal. 86.*

structam,

structam, a Domino sunt dilecta, aut quod a Domino dilectum est, destrui potuit. Hæc ergo congregatio sanctorum, quæ prior fuerat in Iudæis, & a Domino derelicta est, hac voce lachrymabili conqueritur se esse desertam, & Domini auxilio destitutam.

12 IDEM inquit: Venatores & piscatores in bonã, & in malam partem in sacris litteris accipiuntur. In malũ dicitur: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium. Et in prouerbijs: Oculus meretricis laqueus est peccatoris. Sunt autem & in bonam partem his contrarij venatores, de quibus scribit Hieremias: Ecce ego mittam piscatores, & venatores, qui venentur vos de omni colle, & monte, quos & Dominus mittit ad piscandum, & fecit eos de piscatoribus piscium piscatores hominum. Vnde & Viculus Petri, & Andreæ hoc appellatur vocabulo. Bethsaida enim in lingua nostra interpretatur domus venatorum.

Li. 9. in c. 28. Ezech. to. 4. *Ps. 123.* *Prou. 22.* *Hiere. 16.*

13 IDEM explicans verba illa: Facta est quasi nauis institoris, sic ait: Institorem negotiatorem dicit, qui pro eo sic vocatur ab antiquis, quod acquirendis, multiplicandisque mercibus sedulus insistat. Facta est ergo fortis mulier, quasi nauis institoris, quia sicut nauis institoris onusta mercimonijs, quæ in sua patria magis abundant, porro per mare petijt peregrina, vt illic venditis quæ attulerat, chariora ad domũ reportet; sic nimirum anima quæque perfecta, virtutum diuitijs gaudet onustari, quibus maiora diuinæ gratiæ dona mercetur. Optimum est namque commerciũ, cum bona, quæ valemus operantes, primo hanc a Domino mercedem recipimus, vt ad maiora semper agẽda, proficiamus, de hinc vitam perficiamus sempiternam. Facta est ergo anima sancta quasi nauis institoris, quæ transit desiderio fluctus sæculi præsentis, solaque se in cœlis accipere sperat æterna gaudia, & pro his abundantius adipiscendis quicquid valet instanter agere, quicquid aduersum occurrit, fortiter superare contendit. De qua rectè dicitur: Quia de longe portat panem suum, quia in cunctis, quæ temporaliter bona agit, æternam solummodo retributionẽ expectat: Solam viui panis saturitatem desiderat. At cõtra de proximo panem suum recipit, & non hunc de longe trans maria portat, qui in eo quod iuste viuere videtur, humani tantum fauoris præmia expetit, neque vllo vitæ permanentis intuitu, ea quæ in imis labuntur superare, & calcare satagit.

Li. 3. in c. 31. Prou. 20. 8.

14 IDEM exponens verba illa; Nũquid tenuisti cõcutiens extrema terræ, & excussisti impios ex ea, ait, secundum moralem intelligentiam terram interpretamur naturam humanã, quia ab humo homo dictus est, & extrema sint sanctorum vita, quia in carne positi sine carnalibus illecebris viuunt. Et ideo in extremis terræ dicuntur de terrenis actibus euntes, non in medio tanquam in tota carne viuentes. Hæc igitur extrema, sine fines terræ in manu Domini sunt, sicut ait propheta: Quia in manu eius sunt omnes fines terræ, quos hic ait Dominus se tenere, atque concutere, vt tremant a facie eius, sicut de eo propheta ait: Qui respicit vram, & facit eam tremere. Et ita de terra eorũ excutit impios, quos vtique execrandos mores intelligimus vitiorum. Excutit ergo Dñs a sanctis suis huius mundi impios, qñ eos ab illis purificatos cõstituit innocentes: Vnde propheta dicebat: In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, vt disperderem de ciuitate Domini, qualibet videlicet anima sancta, omnes operantes iniquitatem.

In cap. 38. Iob. *Psal. 94.* *Ps. 103.* *Isa. 50.* *Psal. 110.*

15 IDEM explicans eiusdem capitis verba: Quis dedit gallo intelligentiam, sic habet: gallo Deus huiusmodi sensum dedit: vt emenso noctis tempore, quasi proxime lucis memor, eandem mundo canens annunciet reuertentem. Gallum puto esse vnumquemque sanctorum, qui in nocte, & tenebris huius mundi accipiunt fidem, intelligentiam virtutis, constantiam clamãdi ad Deum, vt inspiret iam dies permanens, & amoueantur tenebræ vitæ præsentis, cum vrgenti, & frequenti clamore precum suarum dicentes: Emitte lucem tuam, & veritatem tuam. Quod & de prophetis intelligere possumus, qui certatim annunciauerunt, diei ac solis aduentum.

Psal. 24.

16 AMBROSIVS sic ait: In ipsis generibus arborum, quæ diuturnis frondibus vestiuntur, non medio cris distantia est: Seruat indumentum suum semper olea, vel pinus, sed tamen folia sua sæpe commutant, nec ea quasi diuturna, sed quasi succedanea prætendunt, suæ arboris pulchritudinis, perpetui integritate vestitus vice muneris obumbrantes. Palma autem virens semper manet, conseruatione & diuturnitate non immutatione foliorum. Nam quæ primo germinauerit folia, ea sine vlla substitutionis suo cessione conseruat. Imitare ergo eam, ò homo, vt dicatur, & tibi statura tua similis facta est Palmæ. Serua viriditatem pueritiæ, & illius innocentiæ naturalis, quam a primordio recepisti, vt plantatus iecus decursus aquarum fructum tuum in tempore tuo habeas præparatum, & folium tuum, non defluat. Hanc viriditatem gratiæ semper florentis in Christo secuta Ecclesia dicit: In vmbra eius, quem desideraueram, sedi. Hanc prærogatiuam doni virentis acceperunt & Apostoli, quorum nec folium vnquam potuit elabi, vt eorum etiam vmbra curaret ægrosos. Obumbrabat enim infirmitati corporis fides mentis, & florentia merita virtutum. Mane ergo plantatus in domo Domini, vt in atrijs eius sicut palma floreas.

Li. 3. Hexamer. ca. 17 t. 1. *Cant. 7.* *Psal. 1.* *Cant. 2.*

17 IDEM inquit: Pisces ergo es ò homo. Simile est regnum cœlorum reti misso in mare, & ex omni genere piscium congreganti, cum autem esset impletũ duxerunt ad littus, & elegerũt bonos in vasis suis, malos autem foras miserunt, &c. Sunt ergo boni & mali pisces, boni seruantur ad pretium, mali statim ardent. Bonum piscem nec retia inuoluunt sed eleuãt, nec hamus interfecit, sed precioſi vulneris perfundit sanguine, in cuius oris confessione, bonum precium reperitur, quo tributum Apostolicum, & census Christi possit exolui. Sic enim scriptum est dicente Domino ad Petrum: Vade ad mare, & mitte hamum, & eũ piscem, qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius inuenies ibi staterem, illum sumens, da eis pro me, & te. Noli igitur o bone piscis, Petri hamum timere, non occidit, sed consecrat. Noli quasi vilem te contemnere, quia vides corpus infirmum, habes in ore tuo, quod, & pro Christo, & pro Petro offeras. Noli timere Petri retia cui dixit Iesus, duc in altum, & laxate retia, Noli timere sinum eius, quia dictum est: Ex hoc eris homines viuificans? Ideo misit retia, & complexus est Stephanum, qui de Euangelio primus ascẽdit, habens in ore suo staterem iustitiæ. [Infra:] cap. 7. exili super vndas ò homo, quia piscis es non te opprimant sæculi istius fluctus. Si tempestas est pete altum & profundum, si serenitas, laude influctibus, si procella, caue a scupuloso littore, ne te in rupem furens æstus illidat.

Li. 5. Hexamerõ. c. Matt. 13. *Matt. 17.* *Luc. 5.*

18 IDEM explicans verba illa; Adhæsit pauimento anima mea, viuifica me secundum verbum tuum, inquit: Qui secundum corporis appetentiam viuit, caro est; qui secundum præcepta Dei, spiritus est. Non ergo fiat anima nostra caro, hoc est vt dicamur caro sicut, & illi qui in diluuio perierunt, de quibus dictum est: Non permanebit spiritus meus in hominibus, quia caro sunt: Sed magis caro nostra obediens animæ gubernaculum fiat animæ, & hoc appellari mereatur nomine. Sicut appellata est familia Patriarchæ Iacob, & generationis eius sanctæ posteritas. Sic enim scriptum est: Hi filij Zelphæ quam dedit Laban, Rachel filiæ suę, & peperit hæc Iacob omnes animas septem. Et alibi, omnes autem animæ, quæ intrauerunt in Ægyptum de fœmore Iacob sexaginta sex. Et in principio Exodi legimus:

Serm. 4. in Ps. 118. to. 2. *Gen. 6.* *Gen. 46.* *Exo. 1.*

mus: Erant autem omnes animæ de Iacob septuaginta quinque. Ergo illi, qui habitabant cum Ioseph, & de Ægypto exierunt, animæ sunt. Qui autem cum essent Angeli Dei hoc est vitæ probitate, Angelorū imitantes gratiam, qui cum Angeli viderētur, capti sunt decore femineo hi caro sunt: sicut Dominus Deus dixit: Et merito, qui expertes libidinis Angelis comparantur, caro non sunt, quia non sunt, in carne, sed in spiritu. Quales erant illi, de quibus Paulus aiebat: Vos autem non estis in carne sed in spiritu. Qui autē corporea fœminarum capiuntur libidine, caro sunt, atque vtinam caro tantum, & non etiam equi inhientes, quia in vxorem proximi sui, inquit, vnusquisque inhiebat.

Gen. 6.

Her. 5.

19 AVGVSTINVS explicans promissionē, quæ facta est Abrahæ Gen. c. 22. Sic erit semen tuum sicut stellæ cæli, & sicut arena maris, dicit ijdem quippe fideles sancti, & boni, & in comparatione plurimorum malorum pauci sunt, & per se, ipsi multi sunt. Quia multi filij desertæ magis quam eius quę habet virum. Et multi ab oriēte venient, & recūbent cum Abrahā, & Isaac, & Iacob in regno cœlorum: & quia exhibet sibi Deus populum abundantem, sectatorem bonorū operum. Et multa alia, quæ numerare nemo potest vidētur in Apocalypsi ex omni tribu, & lingua, & populo, & natione amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorum. Et si aliqua in his verbis diuinis, distributio tacienda est, fortasse non frustra dictum sit: De semine Abrahæ sicut stellæ cœli, & sicut arena quæ est ad oram maris, vt in stellis cœli pauciores, firmiores, clarioresque intelligantur, in arena autem maritimi littoris magna multitudo infirmorū atque carnaliū.

Epist. 18. tomo 2.

Galat. 4.

Matth. 8.

Apoc. 14.

20 IDEM ait: Illud quod in cantico Canticorum Ecclesia sic describitur: Hortus conclusus soror mea spōsa, fons signatus, puteus aquæ viuæ, Paradisus cū fructu pomorum, hoc intelligere non audeo nisi in sanctis & iustis, non in auaris, & fraudatoribus, & raptoribus, & ebriosis, & inuidis. Nam dicat mihi aliquis, quomodo irrepserit in hortum conclusum, & fontem signatum, quos sæculo solis verbis, & non factis renūciasse, Cyprianus, & tamen intus fuisse testatur? Mali sunt spinæ, in quorum medio sunt iusti, sicut lilium. Inquantum ergo lilium, intantum hortus conclusus, & fons signatus, in illis videlicet iustis, qui in occulto iudæi sunt circuncisione cordis. Omnis enim pulchritudo filiæ regis ab intus. Numerus sanctorum ipse est hortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ viuæ, Paradisus cum fructu pomorum.

Li. 5. de baptismo contra Donatistas. c. 7.

Cant. 3.

Cant. 4.

Rom. 2.

Psal. 44.

21 IDEM explicans verba illa; Omnia subiecisti sub pedibus eius, oues, & boues vniuersas, insuper, & pecora campi, sic habet: Hoc ipso huius psalmi testimonio vtitur ad Hebræos, cum ita vult intelligi, omnia esse subiecta Domino Iesu Christo. Per oues autem & boues intelligimus animas sanctas, vel innocentiæ fructum dantes, vel etiam operantes, vt terra fructificet, idest, vt terreni homines ad spiritalem vbertatem regenerentur. Subiecisti ergo oues, & boues, idest, sanctos homines, qui sunt in Ecclesia. [Infra:] Pecora cāpi, congruentissime accipiuntur homines in carnis voluptate gaudentes vbi nihil arduum nihil laboriosum ascendunt. Campus est enim etiam lata via, quæ ducit ad interitum. Et in campo, Abel occiditur. Quare metuendum est, ne quisque descendens de montibus iustitiæ Dei (iustitia enim, inquit, tua velut montes Dei) latitudines, & facilitates voluptatis carnalis eligens, a diabolo trucidetur. Vide nunc volucres cęli etiam superbos, de quibus dicitur, posuerunt in cœlum os suū. Et alibi, linguā nr̄am magnificabimus, labia nr̄a a nobis sunt, quis noster Dñs est? Intuere etiā pisces maris, hoc est curiosos, qui perambulant semitas maris, idest inquirunt in profundo huius sæculi tēporalia, quæ tanquam semitæ in mari tam cito euanescunt. Non autem ambulant, sed perambulant semitas maris dixit, ostendens pertinacissimum studium, inania & præterfluentia requirentium.

In Psal. 10.

Heb. 2.

Matth. 7.

Gen. 4.

Psal. 34.

Psal. 71.

Psal. 11.

IDEM explicans verba illa; Dominus in cœlo sedes eius inquit: Per cœlum intellige iustum, sicut per terram peccatorem, cui dictum est: terra es & in terram ibis. Vnde idem est Dominus in cœlo sedes eius, sicut quod prædixerat Dominus in templo sancto suo: Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. 22

In Psal. 10.

Gen. 3.

1. Cor. 3.

IDEM exponens verba illa; Cęli enarrans gloriā Dei, dicit: Cęli hoc est sancti, gloriam Dei a terra suspensi, Deum portantes, præceptis tonantes, sapiētia coruscantes, illam gloriam Dei, qua salui facti sumus indigni, enarrant. Hanc indignitatem, qua digni non fuimus agnoscit, filius minor egestate constrictus dicens, non sum dignus vocari filius tuus. Infœlix per humilitatem, impetrat felicitatem, & eo se ostendit dignum, quo confitetur indignum. Hanc gloriam Dei, cœli enarrant, & opera manuum eius annunciat firmamentum. Cęlum firmamentum, firmum cor, non timidum cor. 23

In Psal. 18. enarrat. 2.

Luc. 15.

IDEM explicans illa verba; Quemadmodum desiderat ceruus ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus, sic habet: Non solum in ceruo considerandæ est velocitas, sed est aliud in ceruo: Serpētes necat, & post serpentium interemptionem, maiore siti inardescit: peremptis serpētibus ad fontem acrius currit. Serpentes vitia tua sunt: consume serpentes iniquitatis, tunc amplius desiderabis fontem veritatis. Auaritia forte in te tenebrosum aliquid sibilat aduersus præceptum Dei. Et quia tibi dicitur, contemne aliquid ne facias iniquitatem, si mauis facere iniquitatem, quām aliquod commodum temporale contemnere, mordere magis eligis a serpente, quam perimere serpentem. Cum ergo adhuc faueas vitio tuo, cupiditati tuæ, auaritiæ tuæ, serpenti tuo, quando in te inueniatur tale desiderium, quò curras ad fontem aquarum? Qñ concupiscis fontem sapientiæ, cum adhuc laboras in veneno malitię? Interfice in te quicquid cōtrarium est veritati, & cum te videris tanquam vacare a cupiditatibus peruersis, noli remanere, quasi non sit quod desideres. Desidera ad fontes aquarum: habet Deus vnde te reficiat, & impleat venientem ad ie, sitientem post interremptionem serpentium tāquam velocem ceruum. Est aliud quod animaduertas in ceruo. Traduntur cerui, & ēt a quibusdam visi sunt, vel qñ in agmine suo ambulant, vel quando natādo, alias terrarum partes petunt, onere capitum suorum super se inuicem portare, ita vt vnus præcedat, & sequātur; qui supra eum capita ponant, & supra illos alij consequentes, & deinde alij donec agmen finiatur. Ille autem vnus, qui pondus capitis in primatu portabat, fatigatus redit ad posteriora, vt alius ei succedat, qui portet quod ille portabat, atque ille fatigationem suā recreet posito capite, sicut & ceteri ponebant. Ita vicissim portando quod graue est, & viam peragunt, & inuicem se non deserunt. Nonne quosdam ceruos alloquitur Paulus dicens: Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi? 24

In Psal. 41.

Psal. 6

Psal. 1

Galat. 6.

IDEM explicans verba illa; Renouabit vt aquilæ iuuentus tua, dicit: Renouatur iuuentus, vt aquilę. Profecto hic aliquid latet, quod dici de aquila solet, non tacemus, quia non est abs re hoc intelligere. Resurrectionem enim quandam significauit nobis. Et quid renouatur iuuentus aquilæ, sed non ad immortalitatem. Data est enim similitudo quantum de re mortali potuit trahi ad rem significandam immortalem, non ad demonstrandam. Dicitur aquila, cum senectute corporis pressa fuerit, immoderatione rostri crescentis, cibum capere non posse. Pars enim rostri eius superior, quæ supra partem inferiorem adincatur, cum præ senecta immoderatius creuerit, longitudo eius incrementis, non eā finit os aperire, vt sit aliquod 25

In Psal. 102

Psal. 9

Cōcion in Psal. 1

Psal. 1

quod receptaculi interuallum inter inferiorem partē, & vncum superiorem. Nisi enim aliquod interuallum pateat, non habet morsus, quasi forcipem, vnde velut tondeat, quod transmittit in fauces: Crescente itaque superiore parte, & nimis adincata non poterit os aperire, & aliquid capere. Hoc ei facit vetustas. Prægrauatur languore senectutis, & inopia comedendi languescit nimis vtraque re, ætate, & egestate accedente. Itaque modo quodam naturali in mensura reparandæ quasi iuuentutis aquila dicitur collidere, & percutere ad petram ipsum quasi labrum suum superius, quo nimis crescente edendi aditus clauditur, atque ita conterendo illud ad petram excutit, & caret prioris nostri onere, quo cibus impediebatur: accedit ad cibum, & omnia reparantur, erit post senectutem tanquam iuuenis aquila. Redit vigor omnium membrorum, nitor pennarum, gubernacula pennarum, volat excelsa sicut antea, fit in ea quædam resurrectio. Ad hoc enim exposita est ista similitudo, non ad immortalitatem aquila reparatur, nos autem ad vitam æternam. Sed tamen propterea inde ducta est similitudo: vt quod nos impedit, petra nobis auferat. Non ergo præsumas de viribus tuis. Firmitas petræ tibi excutit vetustatem, petra autē erat Christus: In Christo renouabitur sicut aquilæ iuuentus nostra. Etenim inueterauimus inter inimicos nostros, sicut dicitur in Psalmo: Vnde inueterauimus? carne mortali, carne ista fœnea, & ideo percussum est sicut fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum: creuit vetustas, os clausit, atteratur in petra, sic ergo & in hoc psalmo vnde agimus, cum præmisisset, qui satiat in bonis desiderium tuum, quasi responderit anima, non satiabor de mortalibus, non satiabor de temporalibus, aliquid æternum donet. Quando satiabor? Renouabitur sicut aquilæ iuuentus tua. Non satiaris modo, quia non est idonea anima tua ad solidum illum, & magnum cibum, sed rostro clauso non est idonea. Vetustas tibi os clausit, propterea petra data est vbi vetustate contrita renouetur iuuentus tua sicut aquilæ, vt possis manducare panem tuum, illum, qui de cœlo descendit: Renouabitur iuuentus tua, sicut aquilæ, & tunc satiaberis in bonis.

22 In Ps. 20. Gen. 3. 1. Cor. 3. 23 In Ps. 18. enarrat. 2. Luc. 15. 24 In Ps. 41. Psal. 6. Psal. 101.

IDEM exponens illa verba; Montes excelsi cerui, petra refugium herinacijs, & leporibus ait: Cerui magni spiritales transcendentes in cursu omnia spinosa veprium atque siluarum. Qui perficis inquit, pedes meos tanquam ceruorum, & super excelsa statuis me. Teneant montes altos alta præcepta Dei, sublimia cogitent, teneant ea, quæ multum eminent in scripturis, iustificentur in summis, ceruis enim sunt illi montes altissimi. Quid de humilibus bestijs? quid de lepore? quid de hericio? Lepus minutum animal, & infirmum, hericius etiam spinosum, minor eorum Illud animal timidum, illud animal spinis coopertum. Spinæ autem quid significant nisi peccatores? Qui peccat quotidie, etiā si non magna peccata, minutissimis spinis coopertus est: In eo quod timet, lepus est, in eo quod minutissimis peccatis operitur, hericius est, & non potest tenere illa excelsa, & perfecta præcepta. Illi enim montes altissimi, ceruis Quid ergo isti, lepus, & hericius? Pereunt? Non; sic enim montes altissimi dati sunt ceruis, vt & de his dicatur, petra refugium herinacijs, & leporibus. Quia factus est Dominus refugium pauperis, ponas petram illam in terra: refugium est herinacijs. Vbique vtilis petra, & in mōtibus ipsa vtilis, quia montes sine petræ fundamento ruent in profundum. Nonne iam dudum de montibus dicebatur: Illic volatilia cœli habitabunt, de medio petrarum dabunt voces suas? Vbique ergo petra refugium nostrum, siue in montibus excelsa sit, siue in mari tundatur fluctibus non frangitur, siue in terra solidetur, ad illam cerui, ad illam fulica piscis, ad illam lepus, & hericius. Tundant pectora lepores, & hericij confiteantur peccata sua: Licet cooperti sunt multis, quidem quotidianisq; peccatis, non eis tamen deest petra, quæ illos docuit dicere: dimitte nobis debita nostra. Petra refugium herinacijs.

27 Cōcione. 3. in Ps. 103 Psal. 17. Galat. 6. 25 In Ps. 103 Psal. 9.

GREGORIVS explicans verba illa Iob ca. 11. Excelsior cœlo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces? longior terra mensura eius, latior mari inquit: cuncta hæc ad solum referri hominē possunt, vt ipse sit cœlum cum iam per desiderium summis inhæret, ipse infernus, cum tentationum suarum caligine perturbatus in infimis iacet. Ipse terra, quia in bono opere, fixę spei vbertate fructificat: Ipse mare, quia in quibusdam trepidus quatitur, & aura suæ mutabilitatis agitatur. Sed cœlo est excelsior Deus, quia potentiæ eius magnitudine vincimur etiam cum super nosmetipsos eleuamur. Inferno profundior, quia nimirum plus iudicat, quàm ipse humanus animus in tē tationibus inuestigat. Terra longior, quia fructus vitæ, quos in fine retribuit, nequaquam nūc vel spes nostra comprehendit. Mari latior, quia humana mens fluctuans, multa de ijs quæ ventura sunt; conijcit; sed cum iam cernere, quæ æstimauerat cœperit, angustam se fuisse in sua æstimatione cognoscit. Excelsior igitur cęlo fit, cum ipsa in eum nostra contemplatio deficit. Vnde & psalmista cor in altum posuerat, sed nondum se eum contigisse sciebat dicens: Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, nec potero ad eam, inferno profundiorem nouerat, qui semetipsum discutiens, sed eius subtiliora iudicia pertimescens, dicebat: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, qui autem iudicat me Dominus est. Longiorem terra viderat, cum minora ei esse humanę mentis vota pensabat dicens: Qui potēs est omnia superabundanter facere quàm petimus, aut intelligimus. Latiorem mari conspexerat, qui timendo pensabat, nequaquam mens humana immensitatem districtionis eius agnosceret, quantumlibet inquirendo fluctuaret, dicens: Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare? Cuius bene potentiam Paulus insinuat cum dicit: Vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, longitudo, sublimitas, & profundum. Quę quattuor nobis in hac vita positis singulis exercet, quia & latitudinem amando, & longitudinem tolerā do & celsitudinem non solum nostram intelligentiā, sed etiam vota superando, & profunditatem suam exhibet, occultos, & illicitos cogitationum motus districte iudicando.

28 Lib. 10. moraliū c. 7. 29 Psal. 138: 1. Cor. 4. Eph. 3. Psal. 89. Eph. 3.

IDEM explicans verba illa; Iob 11. Et cum te cō sumptum putaueris, orieris vt lucifer, inquit: Iustus cum se consumptum putauerit, vt lucifer oritur, quia mox, vt tenebrescere tentationum caligine cœperit, ad lucem gratiæ reformatur, & in seipso monstrat diē iustitiæ, qui casurus paulo ante timuit noctem culpę. Rectę autem lucifero iusti vita comparatur. Solem quippe præcurrens lucifer nunciat. Et quid nobis sanctorum innocentia, nisi sequentis iudicis claritatē clamat? In eorum namque admiratione conspicimus, quid de maiestate veri luminis æstimemus. Necdum redemptoris nostri potentiam videmus, sed tamen virtutem illius in electorum suorum moribus admiramur. Quia igitur bonorum vita in consideratione sua, oculis nostris vim veritatis obijcit, clarus ad nos lucifer ante solem venit.

30 Lib. 10. 6. 11.

IDEM exponens verba illa Iob cap. 13. Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris? ait: Quid est enim homo nisi folium, qui videlicet in Paradiso ab arbore cecidit? quid est nisi folium, qui tentationis vento rapitur, & desideriorum flatibus leuatur? Mentem enim humanam plerumque ira perturbant cum recedit, ira succedit, inepta lætitia luxuriæ stimulis vrgetur, æstu auaritiæ longe lateque ad ambienda, quæ terrena sunt, tenditur.

31 Lib 11. moraliū c. 22

ditur. Aliquando hanc superbia eleuat, aliquando vero inordinatus timor in infimis deponit. Quia ergo
Isa. 64. tot tentationum flatibus leuatur, & ducitur, recte homo folio comparatur. Vnde bene quoque per Isaiam dicitur: Cecidimus quasi folium vniuersi, & iniquitates nostræ quasi ventus abstulerunt nos. Quasi ventus quippe nos iniquitas abstulit, quia nullo fixos virtutis pondere in vanam elationem leuauit. Bene autem post folium etiam stipula appellatur homo. Qui enim arbor fuit in conditionem, folium a semetipso factus est in tentatione, sed post stipula apparuit in dejectione. Quia enim de alto cecidit folium, quia vero per carnē terræ proximus fuit, etiam cum stare videbatur, stipula esse memoratur. Sed quia viriditatem intimi amoris perdidit, iam stipula ficca est. Consideret itaque vir sanctus, & homo quantæ vilitatis sit, & Deus quantæ districtionis, & dicat: Contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccā persequeris? Ac si aperto deploret, dicens: Cur tanta recti tudine impetis eum, quem sic infirmum esse in tentatione cognoscis?

32 IDEM explicans verba illa Iob cap. 14. Lignum
Lib. 12. Moral. cap. 4. habet spem, si præcisum fuerit, rursum virescit, & rami eius pullulant inquit: ligni nomine vir iustus, aut etiā iniustus exprimitur, sicut per prophetam Dominus di
Ezech 14. cit: Ego Dominus humiliaui lignum sublime, & exal-
Luca 14. taui lignum humile. Quia iuxta eiusdem veritatis vo
Eccles. 11. cem, omnis qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Salomon quoque ait: Vbi ceciderit lignum, siue ad austrum, siue ad aquilonem ibi erit. In die etenim mortis suæ iustus ad austrum cadit, peccator ad aquilonem, quia & iustus per feruorem spiritus ad gaudia ducitur, & peccator cum apostata Angelo,
Isa. 14. qui dixit: Sedebo in lateribus aquilonis, in frigido suo corde reprobatur. Hoc itaque loco cum lignum præfertur homini, qui homo nisi carnalis quisque accipitur? Et quid ligni nomine, nisi iusti vniuscuiusque vita designatur? Lignum etenim habet spem, si præcisum fuerit rursum virescit, quia cum in morte passionis pro veritate iustus afficitur, in æternæ vitæ viriditate recuperatur. Et qui hic virebat per fidem, illic virescit per speciem. Et rami eius pullulant, quia plerumque ex passione iusti fideles quique ad amorem cælestis patriæ multiplicantur, & viriditatem vitæ spiritualis accipiunt, dum hic pro Deo fortiter egisse gratulantur. Si senuerit in terra radix eius, & in puluere mortuus fuerit truncus illius, ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam, quasi cum primum plantatum est. Hoc sic intellige, quia iusti cum inter manus persequentium vitam finiunt, visi sunt oculis insipientium mori, & æstimata est afflictio exitus illorum, illi autem sunt in pace.
Sap. 3.

33 IDEM exponens verba illa Iob cap. 28 Locus
Lib. 12. moralium ca. 19. saphyri lapides eius, & glebæ illius aurum, dicit: lapides in sacra scriptura aliquando in malo, aliquando vero in bono accipi solent. Nam cum lapis pro insensibilitate ponitur, dura per lapides corda signantur. Vnde
Matth. 3. per Ioannem dicitur: Potēs est Deus de lapidibus istis suscitare filios Arabæ. Qui videlicet nomine lapidū corda gentilium designat, dura tunc, atque insensibilia
Ezech. 11. per infidelitatem. Et per prophetam Dominus pollicetur, dicens: Auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. Rursum per lapides, mentes fortium designari solet. Vnde & per Petrum sanctis dicitur: Et vos tanquam lapides viui superædificamini
1. Pet. 1. domos spirituales. Et per prophetam Dominus veniēti Ecclesiæ pollicetur dicens: Ego sternam per ordinē
Isa. 54. lapides tuos, & fundabo te in saphyris, & ponam iaspidem propugnacula tua, & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles, vniuersos filios tuos doctos a Domino. Strauit nāque in illa per ordinem lapides, quia in ea sanctas animas, meritorum diuersitate distinxit. Fundauit eam in saphyris, qui scilicet lapides coloris aerei in se similitudinem tenent, quia robur Ecclesiæ in animabus cælestia appetentibus solidatur. Et quoniam iaspis viridis est coloris, iaspidem propugnacula eius posuit, qui illi cōtra aduersarios, pro sanctæ Ecclesiæ defensione obiecti sunt, qui internis desiderijs virētes nulla tēporis reprobi āriditate marcescunt. Portas vero eius posuit in lapides sculptos. Hi quippe portæ sunt Ecclesiæ p quorum vitam, atque doctrinam intrat in eam multitudo credentium; Vbi omnem quoq; sanctorum numerū generali collectione concludens subdidit, omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. Et tanquam si audiētes ista peteremus, vt hos lapides, quos diceret, indicaret, adiunxit dicens: Vniuersos filios tuos doctos a Domino. Quia igitur de Iudæa numquam sanctæ animæ, quæ celestē vitam ducerent, defuerunt, dicitur: Locus saphyri lapides eius. Et glebæ illius aurū. Glebas hæc terra habuit in prophetis, glebas in doctoribus, glebas in patribus antiquis, qui magna se infusione gratiæ in professionis, & operis vnanimitate tenuerunt.

34 IDEM exponens illa verba Iob cap. 39. Nunquid
Li. 31 moralium c. 18. per sapiētiam tuam plumescit accipiter expandes alas suas ad austrum? sic habet: Quia per annos singulos pēnam veterem accipiter noua nascente proijciat, ac sine intermissione plumescat penè nullus ignorat. His moris est, vt flante austro alas expandat, quatenus eorum membra ad laxandam pennam veterem venti tempore concalescant. Cum vero ventus deest, alis contra radios solis expansis atque percussis repentem sibi aurā faciunt, sicque capto tepore apertis poris, vel veteres exiliunt, vel nouæ sucrescunt. Quid est ergo accipitre in austro plumescere, nisi quod vnusquisq; sanctorum tactus flatu sancti Spiritus concalescit, & vsum vetustę cōuersationis abijciens, noui hominis formam sumit? Quod Paulus admonet dicens: expoliantes vos veterē
Coloss. 3. hominem cum actibus suis, & induentes nouum. Et rursum: licet is qui foris est noster homo corrumpatur,
Eph. 4. tñ is qui intus est, renouatur de die in diem. Vetustam aūt pennā proijcere est inueterata studia dolosæ actionis amittere, & noua pennam sumere est mittē, ac simplicē bene viuendo sensum tenere. Penna namque veteris conuersationis grauat, & pluma nouæ mutationis subleuat, vt ad volatum tanto leuiorem, quāto nouorem reddat. Tunc ergo accipiter plumescit, cum ad austrum alas expanderit, quia tunc vnusquisque se virtutum pennis induit, cum sancto Spiritui cogitationes suas confitendo substernit: Qui enim vetera fatendo non detegit, nouę vitæ opera animæ producit, qui nescit lugere quod gratat, non valet proferre quod subleuat. Ipsa namque compunctionis vis poros cordis aperit, & plumas virtutum fundit, cumque se studiose mens de pigra vetustate redarguit, alacri nouitate inuenescit.

35 IDEM exponens verba illa Iob capit. 40. Circun-
Li. 33 Moraliū ca. 5. dabunt eum salicens torrentis dicit: Infructuosę quidē arbores sunt salices, sed tamen tantæ viriditatis sunt, vt arescere vel abscisię radicitus, & proiectæ vix possint: Vnde in sacro eloquio salicum nomine aliquando pro viriditate boni, aliquando pro sterilitate reprobi designantur. Nisi enim electorum vitam per constantiam
Isa. 44. suæ viriditatis exprimerent, nequaquam de sanctę Ecclesiæ filijs propheta dixisset: Germinabūt inter herbas, sicut salices, iuxta prēterfluentes aquas. Sanctæ etenim Ecclesiæ filij inter herbas sicut salices germinant, dum inter arescentem vitam carnalium hominū, & multiplici numerositate, & perpetua mentis viriditate perdunt. Qui bene iuxta prēterfluentes aquas ger-
Ps. 136. minare perhibentur, quia vnusquisque eorum vberitatem percipit ex doctrina sacri eloquij, quæ temporaliter percurrit. Et rursum, nisi per sterilitatem salicū vita peccantium signaretur, nequaquam voce prędicantiū, contra Babyloniam psalmista dixisset: In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Babylonis

quip-

quippe medio ineſſe ſalices deſcribuntur, quia nimirũ infructuoſi quique, atque ab amore patriæ cæleſtis alieni, totis viſceribus cordis in hac ſæcui confuſione radicantur.

36 BERNARDVS ſic ait: In terris viſus eſt homo cæleſtis, vt de terrenis cæleſtes quam plurimos faciat, vt ſi quod legitur qualis cæleſtis, tales & cæleſtes. Ex tunc igitur in terra viuitur more cæleſtium, & cæleſti ſponſo deſponſatur anima in miſericordia, & miſerationibus. Vnde magis magiſque conformari ſatagit formæ quæ de cœlo venit, vt dum deſiderio feruet angelico, probet ſe proinde ciuem ſanctorum, & domeſticam Dei, probet dilectam, probet ſponſam. Ego puto omnem animam talem, non ſolum cæleſtem eſſe propter originem, ſed & cœlum ipſum poſſe non immerito appellari propter imitationem. Et tunc liquido oſtendit, quia vere origo ipſius de cœlis eſt, cum conuerſatio eius in cœlis eſt. Eſt ergo cœlum ſancta aliqua anima, habens ſolem intellectum, lunam fidem, aſtra virtutes. Vel certe ſol iuſtitiæ zelus, aut feruens charitas, & luna continentia. Quomodo enim claritas lunæ a ſole eſt, ſic abſque charitate continentiæ meritum nullus eſt. Porro ſtellas dixiſſe virtutes non me pœnitet conſiderantem congruentiam ſimilitudinis. Quomodo nempe ſtellæ in nocte lucent, in die latent, ſic vera virtus, quæ ſæpe in proſperis non apparet, emi net in aduerſis. Ergo virtus eſt fidus, & homo virtutũ cœlum, dicente Domino: Cœlum mihi ſedes eſt. De quo alibi ſcriptum eſt: Anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ. Prophetam quoque non de alio dixiſſe cœlo arbitror: Tu autem in ſancto habitas laus Iſael. Manifeſte autẽ Apoſtolus dicit: Deum habitare per fidem in cordibus noſtris. Nec mirum ſi libenter inhabitat cœlum hoc Dominus Ieſus, quod vtique non quomodo ceteros dixit tantum, vt fieret, ſed pugnauit, vt acquireret, occubuit, vt redimeret. Ideo & poſt laborem voto potitus ait: Hæc requies mea in ſæculum ſæculi, hic habitabo quoniam elegi eam. Et beata cui dicitur: Veni electa mea, & ponam in te thronum meũ. [Infra:] Oportet omnibus rebus terrenis vacuam eſſe animam, vt cœlum fiat, atque habitatio Dei. Deinde neceſſe eſt eam creſcere, ac dilatari, vt ſit capax Dei, ſicut Apoſtolus dicit: Dilatamini in charitate, vt creſcat. Vides ne quales in ſe habeat Eccleſia cœlos, cum ſit nihilominus ipſa in ſua quidem vniuerſitatem ingens quoddam cœlum extentum a mari vſque ad mare, & a flumine vſque ad terminos orbis terrarum? Exemplo illius, quæ ſurſum eſt mater noſtra, hæc quoque, quæ adhuc peregrinatur habet cœlos ſuos, homines ſpirituales, vita, & opinione conſpicuos, fide puros, ſpe firmos, latos charitate, contemplatione ſuſpenſos. Et hi pluentes pluuiam verbi ſalutarem, tonant increpationibus, coruſcant miraculis, hi enarrant gloriam Dei, hi extenti ſicut pelles ſuper omnem terram.

Ser. 27. in Cant.
1. Cor. 15.
Oſe. 2.
Epheſ. 2.
Iſa. 66.
Sap. 7.
Pſal. 21.
Eph 3.
Coloſſ. 3.
Pſ. 131.
Eph. 4.
2. Cor. 6.

Li. 21 moralium ca. 18.

35 *Li. 33 Moraliũ ca. 5.*

Nomina impiorum, quibus ipſorum ſtatus miſerandus ſignificatur, & mala. Cap. I I I.

1 ORIGENES explicans verba illa, quæ Deus, dixit Abrahæ: Multiplicabo ſemen tuum, ſicut ſtellas cœli, & ſicut arenam, quæ eſt in littore maris, ait: Fortaſſe quidem dicat aliquis, cæleſtis numeri figurã, Chriſtianorum populo, arenæ maris Iudaico conuenire. Ego tamen hoc magis puto, quod vtrumque exemplum vtrique populo poſſit aptari. Nam & in illo populo fuerunt multi iuſti & prophetæ, quibus, ſtellarum cœli merito comparatur exemplum, & in noſtro populo ſunt multi, qui terrena ſapiunt, & quorum ſtultitia grauior eſt arena maris. Donec quis noſtrum non deponit imaginem terreni, & induit imaginem cœleſtis, terrenis comparatur exemplis.

Hom. 9. in c. 22. Gen. ſup. 1.
Iſa. 44.
Pſ. 136.

2 IDEM exponens uerba iſta: Et ſicut olera herbaram cito decident, inquit, Oleribus herbarum comparantur, qui faciunt iniquitatem, pro eo quod velociter tranſeant. Hæc ſunt de quibus dicitur: quod flumina Aegypti aqua ſit deorſum deſcendens, & rigans ſicut hortum olerum, quod videlicet Aegyptius non arbor dicatur, ſed non vitis quidem nominetur, ſed olera, quæ cito deficiunt. Et uis uidere quàm cito Aegyptius decidat? Vide quid dicatur de eis in Exodo: Aegyptij autem feſtinauerunt, inquit, decolligauerunt axes ſuos, & cito fugerunt ſub aqua. Sicut olera ergo herbarum citò decident. Denique & Achab ille iniquus, quoniam talia olera parabat plantare in uinea Naboth, propterea Naboth elegit magis mori, quam permittere, vt excisa uinea Iſraelitica olera plantarentur. Fecit ergo hoc tanquam virtus, vt non permitteret excidi vineam iuſtitiæ, cuius fructus lætificat cor hominis, & plantari olera iniquitatis velociter uiridantia, ſed velocius areſcentia. Quod autem in anima noſtra, ſi ſancta fuerit, ſit vinea, & agri a Domino benedicti, audi Iſaac ad filium ſuum Iacob dicentem: Ecce odor filij mei, ſicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus.

Expoſit. in Pſ. 36. c. 2.
Gen. 27.

3 CHRYSOSTOMVS referens qua ratione Hebræorum populus Moyſe duce per mare rubrum, quaſi per aridam tranſierit, ita ait: Solent elementa reuereri ſeruos Dñi, & a ſuo ſe cõtinere impetu. Audiamus nos quotquot feroces, & iracũdi, & alijs affectionib. obnſam ignauiam impliciti, noſtram ſalutem peſſundemus, & imitemur tantã ratione carentium elementorũ obedientiam nos qui ratione inſigniti ſumus Nam ſi ignis, qui ita edax, ita vehemens, corporibus corruptibilibus & tam teneris pepercit, quam meretur veniam homo, ſuum refrenare furorem propter mandatum Domini, & iram erga proximum a pectore ſuo eliminare nolens? Et quod maius ignis tantam urendi uim habet, & ſuam operationem non oſtendit? homo autem manſuetum animal, & benignum, contraria ſuæ naturæ facit, & mores ſuos in ferinos uertit? Idcirco & diuina Scriptura propter affectionis illas, imperturbantes, ab irrationabilibus, & a feris agnominationes his qui ratione infiniti ſunt, imponit. Interdum canes ob impudentiam, & impetum uocat dicens: Canes muti non ualentes latrare; interdum ob libidinem equos. Nam equi in fœminam inſanientes, unuſquiſque uxori proximi ſui adhinniebat. Interdũ uero aſinos ob ſtupiditatem, & ruditatem: Comparatus eſt enim, inquit Scriptura. Iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Aliquando autem aſpides ob fraudulentiam. Venenum, inquit, aſpidum ſub labijs eorum. Nonnunquam ſerpentes, & uiperas, ob latens uenenum, & malitiam, ſicut & beatus Ioannes clamabat dicens: Serpentes, progenies uiperarum, quis uobis demonſtrauit fugere a uentura ira? Inſuper & alia affectionibus reſpondentia nomina imponit, ut ſic vel tarde confuſi ad ſuam aliquando redeant nobilitatem, & ſuo generi confœderentur, affectionibuſque ſuis diuinas leges præferant.

Iſa. 56.
Hier. 5.
Pſ 48.
Pſ. 13.
Matt. 3.

4 IDEM ſic habet: Vnde fidelem te eſſe potero cognoſcere, cum omnia contrariam de te ferant ſententiam, teque apertiſſime infidelem eſſe conuincant? Et quid dicam utrum fidelis? Nec ſi homo uere ſis poſſum euidenter agnoſcere. Quando enim ut aſinus calcitras, ut taurus ſuperbis, libidine incenſus ſic hinnis ut equus, quando in epulis urſorum imitaris uoratum & pinguedine corpus mulorum more diſtendis, cum exercenda ſimultate camelum, lupum imiteris rapina, cum iraſcaris vt ſerpens, & atrocitate ſcorpionum percutias, cum ſubdole inſidieris, vt vulpes, cumque veneno malignitatis armeris vt coluber, & uipera, cũ quaſi diabolus ipſe aduerſus fratres crudelia bella ſuſcipias, qua ratione in hominum te poſſum numero collocare, nulla in te cernens humanæ ſigna naturæ? O rem plenam doloris, atque lachrymarum? fidelis, & cathecumini diſcrimen reperire cupiebam, ſed nec inter homines, & feras, quod ſit diſcrimen inuenio. Quid enim

Hom. 4. in c. 1. Matt. to. 2.

te appellare debeo? feram? Sed ille vno aliquo horum vitio tenentur, tu verò simul in te omnia colligendo longe ferarum irrationale, stultumque transgrederis. An diabolum te potius appellem? Sed ille nec pecunias concupiscit, nec tyrannidi ventris obsequitur? Cum igitur plura in te vitia sint, quam in bestijs, atq; dæmonibus, respondeo obsecro, vnde te possum iure hominem nuncupare? Si vero te hominem appellare nequeo, quo tandem modo potero fidelem vocare. Infra: Vocat animam chimeram compositam, vt monstrum (sicut fabulæ confingunt) ex omnibus, & varijs animalium generibus. Nemo igitur diutius in ferarum effigie perseueret. Cũ enim bestia fueris effectus, nequaquam vestibulum domus patris tui poteris introire. Et quid dico bestia? quando vnusquisque vitiosus omni bestia comprobetur immanior? Illæ quippe quamquam naturaliter sæuiant, si humana tamen arte palpentur, plerunque mansuescunt tu autem qui illarum profecto naturalem feritatem in eam, quæ contra naturam est mansuetudinem sæpe commutas, tuam mansuetudinem naturalem in feritatem, quæ naturæ tuæ est inimica conuertis, cumque naturaliter feram ad mansuetudinem trahis, te naturaliter mansuetum in ferarum rabiem natura repugnantẽ perducis. Et leonem quidem mitigas, reddisque tractabilem, furorem vero animi tui omni prorsus efficis leone sæuiorem. Et certe cum ibi sint duo impedimenta, vel maxima, quod fera ipsa, & ratione priuatus, & longe omnium alterius generis animalium excedit furorem, tu tamen de copia donatæ ibi a Deo sapientiæ, ipsam superas arte naturam. Qui igitur naturam vincis in bestijs, cur in temetipso naturæ offuscas bonum, dum malum adamas voluptatis? Quem igitur honestum reperies excusationis colorem, qui cum solerti studio hominem quodam nodo facias de leone, tu tamen negligens leo efficiaris ex homine? Nam illi quidem donas supra suam aliquid habere naturam; tibi vero nec naturales quidem effectus reseruas. Et qui bestias feras ad mansuetudinis prouehis dignitatem, temetipsum de throno deijciens, & honore regali, ad irrationalium cogis furorem.

5 IDEM inquit: Sicut homines qui, in totum carni subiecti sunt, quamuis habeant animã, tamen solũmodo carnes dicuntur, testante Scriptura: Non permanebit Spiritus meus in hominibus istis, quia carnes sunt. In quibus autem pars animę præualet, quamuis sint carnales, spirituales dicuntur, sicut dicit Apostolus: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu, si tamẽ spiritus Dei habitet in vobis.

Homil 50. ex imperfecto in Matt.
Gen. 6.
Rom. 8.

6 IDEM sic habet: Etenim cum cetera habeas, o homo, cum bestia communia corporis rectitudinem non item: magis me terres, ac pauorem injcis, dum portentum esse puto, quod apparet. Nam si bestiam viderem, humana voce loquentem, haud quaquam eo dixerim hominem esse, sed potius ob hoc ipsum dicerem esse bestiam, quauis bestia prodigiosiorem. Vnde igitur potero cognoscere, quod animam habes hominis, cũ calcitres asinorum more, cum lacessitus effereris, vt cameli, cum mordeas, vt vrsi, cum rapias vt lupi, cum sis dolosus, vt serpentes, cum sis impudens vt canes, vnde possum cognoscere quod animam habes hominis?

Hom. 6. in 2. epist. Pauli ad Cor. to. 4.

7 HIERONYMVS dicit: Cum in vno homine animorum tam diuersa sit facies, Propheta Dominum deprecatur dicens: Domine in ciuitate tua imaginem eorum dissipa. Cum enim ad imaginem, & similitudinem Dei conditi simus, ex vitio nostro personas nobis plurimas superinducimus. Et quomodo in theatralibus scenis, vnus atq; idem histrio, nunc Heculem robustus ostẽdit, nunc mollis in Venerem frangitur, nũc tremulus in Cybelem, ita & nos tot habemus personarum similitudines, quot peccata. Nunc ira personam leonis nobis imponit.

Ep. 18. quæ est ad Marcellã. to. 1
Psal. 72.

8 IDEM explicans verba illa; Ecce in iniquitatibus vestris venditi estis, quia veni, & non erat vir, ait: Veni, & non erat vir, omnes enim viri, & hominis imaginẽ relinquentes, bestiarum, & serpentium sumpsere imagines. Vnde & ad Herodem propter malitiam dicitur ite: & dicite vulpi illi. Et ad Pharisæos: genimina viperarum. Et ad libidinosos: Equi insanientes in fœminas facti sunt. Et de voluptuosis: Nolite mittere margaritas vestras ante porcos. Et impudentibus: neque sanctum canibus detis. Et in communi de omnibus, vitio quadrupedum, quæ erant in deserto. Venit itaque Dominus, & non inuenit hominem. Homo enim cum in honore esset, & non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Vocaui, inquit, eos quasi rationale animal, & dixi: Inclinate aurem vestram in verba oris mei; & non audiuit populus meus vocem meam.

Li. 13. inc. 50. Isa. to. 4.
Lucæ 13.
Matt. 3.
Hier 5.
Matt. 7.
Isa 30.
Psal. 47.
Psal. 77.

9 IDEM explicans verba illa; Et ingressus vidi, & ecce similitudo omnis reptilium, & animaliũ, & abominatio, sic habet: Omnes templi parietes diuersis idolorũ imaginibus pingebantur, vt nulla esset bestia, quam non parietis pictura monstraret. Hoc in delubris idolorum, phanisque gentilium hucusque perspicimus, quod omnia genera bestiarum adoret stulta religio. Vnde & Virgilius ait:

Li. 3. inc. 8
Ezech. to 4

Omnigenumque Deum monstra, & latrator Anubis.

Quasi non & illa sint monstra, quæ laudat contra Neptunum, & Venerem, & Mineruam. Possumus & in nostri templi parietibus idola monstrare depicta, quãdo omnibus vitijs subiacemus, & pingimus in corde nostro peccatorum conscientiam, imagineſque diuersas. De quibus & in psalmo dicitur: Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Et in alio loco: Verumtamẽ in imagine ambulat homo. Quo scilicet nullus hominum sit, qui aliquam imaginem nõ habeat siue sanctitatis, siue peccati. Quamobrem furiosis, & iracundis dicitur: Furor illis secundum similitudinem serpentis, sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas, quæ non exaudiet vocem incantantium. Et de hominibus nequam: Generatio viperarum quis ostendit vobis fugere à ventura ira? Et de versipellibus, ac fraudulentis: ite dicite vulpi illi. De brutis quoque ac vecordibus: Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intelligentia. Et iterum: In chamo, & freno maxillas eorum constringe qui non approximant ad te. Et multa huiusce modi.

Psal. 72.
Psal. 38.
Psal 57.
Matt. 3.
Lucæ 13.
Psal. 31.

10 IDEM explicans verba illa; Computruerunt iumenta in stercore suo, dicit. Iuxta intelligentiam spiritualem, & conformiter ad versionem septuaginta interpretum. Subsultauerunt vituli in præsepibus suis, vel lasciuierunt, & calcitrauerunt contra creatorem suum vt impleretur, quod scriptum est: Si saturati non fuerint, murmurabunt. Computrescit in stercore suo ille, cuius Deus venter est, & qui dicit: mãducemus, & bibamus, cras enim moriemur, huic demolita sunt horrea, & apothecæ dissipatæ sunt, vel subuersa sunt torcularia, quia si frumenta, & vina non fuerint, frustra horrea, & torcularia præparantur.

In c. 1. Ioel 10. 5.
Psal. 58.

11 IDEM explicans verba illa; Et sic erit ruina equi, & muli, & cameli, & asini, & omnium iumentorum, quæ fuerint in castris illius, sicut ruina hæc, inquit. Ista Iudæi carnaliter explenda contendunt. Grandis re vera Domini fortitudo, magnus triumphus, gloriosa victoria, bruta animalia Deo pugnante superari. Dicamus ergo nos quòd idcirco omnia mala corruant, quæ prius contra Ecclesiam dimicauerunt, vt bona repentè consurgant. Deniq; qui prius equus fuerat hinniens ad vxorem proximi sui, & impatiens ad libidinem ferebatur, & iacebat in turpitudine voluptatum cum sequi cęperit castitatẽ, dicetur ad eũ: Surge, eamus hinc. Et surge veni amica mea. Et in Apostolus: Surge q dormis & illuminabit te Christus; cũq; surrexerint, qui ante ceciderãt equi, & mollia terga Dño præbuerint ad sedendum, dicent ad eũ: Ascende super equos tuos, & equi-

Lib 3 inc. 14. Zachæ.
Cant. 2.
Eph. 5.

equitatio tua salus. Iuxta hunc sensum, mulos accipiamus qui steriles sunt, & non procreant filios, sed voluptate lasciuiunt, de quibus dicit Psalmista: Nolite fieri sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus. Sicut ergo qui proni sunt ad libidinem equi appellantur, sic mulos iuste vocabimus, qui virgines sunt carne, & non spiritu, qui eunuchizantur non propter regna cælorum, sed propter hominum uoluptatem. Cum igitur isti muli, & isti eunuchi versi fuerint in progeniem, & spirituales filios procreauerint, audient per Isaiam: Et ne dicat eunuchus quoniam sum lignum aridum. Hæc enim dicit Dominus eunuchis: Qui custodierint sabbata mea, & elegerint quæ volui, & tenuerint fœdus meum, dabo eis in domo mea, & in muro meo locum nominatum, & nomen melius a filiis, & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non deficiet. Tales mulos, & mulas habebant reges Israel, maximè Dauid, qui refertur ad Christum. Si intelleximus qui sint muli, & equi ruentes, & consurgentes, transeamus ad camelos animal ruminans, vngulasque non findens. Et dicamus camelos esse omnes peccatores terræ, qui graui peccatorum sarcina deprimuntur, sibi sanctas scripturas legere, sed vngulas non fodiunt, ruminantes eloquia diuina, & ea, quæ scripta sunt, negligentes. De istiusmodi camelo, qui ruminant, vngulamque non findit, & in prouerbijs quasi ad filium dicitur: Qui relinquit custodire disciplinam patris, meditabitur eloquia mala. Post camelum transeamus ad asinum, qui quondam ferebant infrœnis, & immundus erat, & multos habebat dominos, & per præcipitia labebatur, vt corruens repente consurgeret, & portaret Dominum Saluatorem, & ingrederetur in sanctam Hierusalem. Hunc asinum ad vitem, & vineam Saluator dicitur alligasse. Omnia quoque iumenta, & animantia, quæ vno nomine Propheta comprehendit, pro singulorum naturis interpretanda sunt, & peccatoribus applicanda.

Psal. 31. 12 *Isa. 56.* *Psal. 77.* *Psal. 72.* *Psal. 38.* *Gen. 49.*

13 AMBROSIVS explicans illa verba; Gigantes autem erant in terra in diebus illis, inquit: Consideremus ne forte gigantium sint similes homines cultui studientes carnis suæ, animæ autem nullam curam habentes, sicut illi, qui de terra secundum propheticam fabulam orti, mole corporis sui freti feruntur habuisse contemptum superiorum. An dispares æstimandi sunt, qui cum ex anima constent, & corpore, mentis vigori, quo nihil habet anima pretiosius, auersantur, & se carnis huius imitatores, velut maternæ exhibent stoliditatis heredes? Itaque in vanum laborant, cœlum votis vsurpantes, superbis, & terrenis operibus incubantes, qui electione inferioris, & contemptu superioris consortij, tanquam voluntarij obnoxi peccatis, grauiori condemnantur securitate. Sicut ergo uiri probabilis vitæ, filij Dei vocantur, ita quorum carnalia sunt opera, hos filios dicimus carnis scripturarum auctoritate. Dicit enim Ioannes, quia quotquot Dñm Iesum receperũt, dedit eis ptãtem filios Dei fieri. Qui nõ ex sanguinib. nec ex volũtate carnis, sed ex Deo nati sũt.

Li. de Noe & arca. c. 4. to. 4. *Gen. 6.* *Matt. 3.* *Luc. 13.* *Psal. 31.* *Ioan. 1.*

14 AVGVSTINVS sic ait: Quamquam plerisque scripturarum locis ipsa Ecclesia grex Dei, & pecus Dei vocetur; tamen cum in comparatione homines pecora dicuntur, ad vitam veterem pertinet. Et apparet huiusmodi homines non cibo sempiternæ veritatis, sed temporalium promissionum tanquam terreno pabulo esse contentos.

In lib. super exordium epist. Pauli ad Rom. to. 1. 10 *In c. 1. Luc. to. 5.* *Psal. 58.*

IDEM explicans verba illa Apocalypsis cap. 20. Et qui non adorauerunt bestiam, nec imaginem eius, inquit: Quæ sit porro ipsa bestia quamuis sit diligentius inquirendum, non tamen abhorret a fide recta, vt ipsa impia ciuitas intelligatur, & populus infidelium contrarius populo fideli, & ciuitati Dei. Imago vero eius simulatio eius mihi videtur, in eis videlicet hominibus, qui velut fidem profitentur, & infideliter viuũt. Fingunt enim se esse, quod non sunt, vocanturque nõ veraci effigie, sed fallaci imagine Christiani. Ad eandem namque bestiam pertinent non solum aperti inimici nominis Christi, & eius gloriosissimæ ciuitatis, sed etiam zizania, quæ de regno eius, quod est Ecclesia, in fine sæculi colligenda sunt. Et qui sunt, qui bestiam non adorant, nec imaginem eius, nisi qui faciunt, quod ait Apostolus: Ne fitis iugum ducentes cum infidelibus? Non adorant enim, id est, non consentiunt, non subijciuntur, nec accipiunt inscriptionem, notam scilicet criminis in fronte propter professionem, in manu propter operationes. Ab his malis alieni adhuc in ista mortali carne viuentes, regnant cum Christo.

Li. 2. de Ciuit. Dei. c. 9. to. 5. 15 *2. Cor. 6.*

IDEM explicans verba illa; Et comminuam eos, vt puluerem ante faciem venti, dicit: Et comminuam peccatores, aridi enim sunt, non recipientes imbrem misericordiæ Dei, vt elati, atque inflati superbia, a spe firma, & inconcussa, tanquam a terræ soliditate, & stabilitate rapiantur.

16 *In Ps. 17. to. 8.*

IDEM explicans verba illa; Nolite fieri sicut equus, & mulus, in quibus non est intellectus, inquit: Equus & mulus erecta ceruice sunt. Non sunt equus, & mulus, sicut ille bos, qui cognouit possessorem suũ. Nolite esse sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Quid enim patiuntur tales? In freno, & chamo maxillas eorum constringe, qui non approximant ad te. Equus & mulus vis esse, vis non habere sessorem, constringetur os tuum, & maxillæ tuæ in fræno, & chamo ipsum os tuum constringetur, quo iactas merita tua, & taces peccata tua. Maxillas eorum constringe, qui non appropinquant ad te, humiliando se. Multa flagella peccatorum. Non est mirum, si adhibito freno sequuntur flagella. Indomitum enim animal esse cupiebat, domatur fræno, & flagello, atque vtinam per dometur. Verendum est enim ne nimium resistendo, indomitum relinqui mereatur, & ire in suam vagam licentiam, vt dicatur de illo: Prodiet tanquam ex adipe iniquitas eorum, transierunt in affectum cordis.

17 *In Ps. 31.* *Isa. 1.* *Psal. 72.*

18

IDEM exponens verba illa: Fiant tanquam puluis ante faciem venti, dicit: De peccatoribus alibi dictum est: non sic impij, non sic, sed tanquam puluis, quem proiicit ventus a facie terræ. Ventus tentatio, est, puluis iniquus. Quando uenerit tentatio, tollitur puluis, nec stat, nec resistit.

In Ps. 38. *Psal. 1.*

IDEM explicans verba illa: Tabernacula Idumeorum, & Ismaelitæ, dicit. Incipit inimicos Christi commemorare, sub quibusdam vocabulis gentium. Talibus enim nominibus conuenientissime figurantur veritatis inimici. Idumæi quippe interpretãtur, vel sanguinei, vel terreni. Ismaelitæ obedientes sibi: vtique non Deo, sed sibi. Moab ex patre, Qui in malo non intelligitur melius, nisi cum ipsa historia cogitatur, quòd pater Loth filiæ suæ illicite se vtenti permixtus eum genuit, quia ex ipsa re tale nomen accepit. Agareni Proselyti, ideſt aduene. Quo nomine significantur, inter inimicos populi Dei, non illi, qui ciues fiunt: sed qui in animo alieno, atque aduentitio perseuerant, & nocendi occasione inuenta se ostendunt. Gebal vallis vana, ideſt fallaciter humilis. Amon populus turbidus, vel populus meroris. Amalech populus lingens. Alienigenę quamuis, & ipso nomine latino se indicent alienos, & ob hoc consequenter inimicos, tamen in Hebræo dicuntur Philistiim, quod interpretatur cadentes potione, velut quos fecit ebrios luxuria sæcularis. Tyrus lingua Hebręa dicitur sors, quod siue angustia, siue tribulatio interpretetur, secundum illud accipiendum est in his inimicis populi Dei quod ait Apostolus: Tribulario, & angustia in omnem animam hominis operantis malum. Hi omnes inimici sunt populi Dei. Et tamquam enumerans causam, quare sunt inimici adiungit, & dicit: Etenim Assur venit cum illis. Assur autem pro ipso diabolo figurate intelligi solet, qui operatur in filijs diffidentiæ, tanquam in

19 *In Ps. 82.* *Rom. 2.*

vasis

vasis suis, vt oppugnent populũ Dei. Infra: Deus meus pone illos vt rotam, vt non sint in eo quod cogitant stabiles. Infra: Sicut ignis, qui cõburit siluam, sicut flãmã cõburens montes. Siluam dixit impios propter sterilitatem, montes propter elationem, tales enim sunt inimici populi Dei, inanes iustitiæ, pleni superbia.

20 *Lib. 6. Moral. c. 11. Esa 47.* GREGORIVS exponẽs verba illa; Descende, sede in puluere. Virgo filia Babylonis, sede in terra, nõ est solium filiæ Caldeorum, ait: Hoc sub Babylonis specie menti reprobæ dr. Hoc autem loco humana mens virgo non incorrupta (vt arbitror) dr, sed infœcunda. Et quia Babylon confusio interpretatur, recte infœcunda mens, Babylonis filia vocatur, quæ in eo ꝙ nequaquã bona opera germinat, dum nullo ordine rectæ vitæ componitur, quasi confusione matre generatur. Sin autem virgo non infœcunda dr, sed incorrupta, postquam statum salutis perdidit, ad cõfusionis suæ cumulũ appellantur quod fuit. Cui apte per increpationem dicitur diuina voce, descẽde: In alto quippe humanus animus stat, qñ supernis retributionib. inhiat, sed hoc statu descendit, cum turpiter victus, sese, defluentibus mundi desideriis, subiicit. Cui bene mox additur, sede in puluere. Descendens enim in puluere residet, quia cęlestia deserens, terrenis cogitationibus deditus, in infimis vilescit. Vbi adhuc ingeminando subiicitur, sede in terra. Ac si aperte exprobrans dicat, quia cęlesti conuersatione noluisti te erigere, sub temetipso prostratus in terrenis actibus humiliare. Vnde & necessario protinus additur: Non est solium filiæ Chaldæorum. Chaldæi namque feroces interpretantur. Valde autem feroces sunt, qui volũtates proprias sequentes, nec suis parcere motibus sciunt. Ferocia sunt terrena desideria, quæ non solũ contra præcepta conditoris, sed sæpe

21 etiam contra percussionum verbera, duram, atq; insensibilem mentem reddunt. Sed filia ferocium, solium non habet, quia mens, quæ ad amorem mundi ex prauis desideriis nascitur, atq; eisdem desideriis obduratur, in eo quod se terrenis concupiscentiis subiicit, sedem iudicij amittit, & quasi a iudicij sui sessione repellitur, qa per exteriores cõcupiscentias vagatur. Non uocaberis mollis, & tenera. Omnipotens Deus, quasi teneram filiã vocat, qñ dilectam vniuscuiusque animam, a laboriosis huius mundi seruitiis reuocat, ne dum exterioribus actionibus afficitur ab internis desideriis obduretur. Sed Chaldæorum filia mollis, & tenera non vocatur, quia mens prauis desideriis dedita, in eo quod anxie appetit, huius sæculi labore relinquitur, ut foris mundo velut ancilla seruiat, quæ intus Deũ, vt filia nequaquã amat. Vnde & molam tollere ac farinam molere iubetur. Mola in gyrum ducitur, & farina profertur. Vnãquæq; autem mundi huius actio, mola est, quæ dũ multas curas congerit, humanas mentes, quasi per gyrum vertit, atq; ex se quasi farinam proiicit: quia sedu-

Isa. 47. cto corde, semper minutissimas cogitationes gignit. Subditur ibi: Denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, reuela cura, transi flumina. In administratione quippe operis turpitudo denudatur, dum vilis mẽs abiectaque, in actionis ostentatione cognoscitur, quæ quisera prius, magna putabatur. Humerũ mens discooperit, qñ opus suum quod ignorabatur ostendit: crura reuelat, quia quibus desideriorum passibus, lucris mundi inhiet, manifestat. Flumina etiam transit, quia actiones huius sæculi, quæ quotidie ad terminum defluunt, indefinenter appetit, dumque alias relinquit, alias assequitur, quasi de flumine semper ad flumen tendit.

22 *Lib 7. Moral. c. 10.* IDEM exponens verba illa Iob 6. Fratres mei prę terierunt me, sicut torrens, qui raptim transit in conuallibus, sic habet: Peccatores apte torrenti, qui raptim transit in conuallibus, comparantur. Torrens namque ex montanis in ima defluit, & collectus hyemalibus pluuijs, æstius solibus arescit. Qui enim terrena diligunt, & spem supernæ patriæ deserunt quasi ex montibus valle petunt, quos tamen hyems præsentis vitæ multiplicat, sed æstas venturi iudicij exsiccat, quia cũ sol supernæ districtionis incanduerit, reproborum lætitiam inariditatem vertit. Bene autem dicitur, raptim transit in conuallibus torrentem quippe ad conualles raptim transire, est prauorum mentes ad ima desideria sine vllo obstaculo ac difficultate descendere. Omnis enim ascensus in labore est, descensus in voluptate, quia per adnisum, gressus ad superiora tenditur, per remissionem verò ad inferiora declinatur. Ad montis .n. verticem saxum subuehere, magni laboris est, idemq; a summis ad ima dimittere labor non est, sine mora vi delicet proruit, qui magnis conatibus ad summa peruenit. Longo studio seges seritur, sole, atque imbre, diutino nutritur, sed tamen una, & subita scintilla consumitur. Et paulisper ædificia ad alta proficiunt, sed repẽtinis casibus terram petunt. Robusta arbor in aere per tarda incremẽta se erigit, sed quicquid diu ad alta protulit, semel & simul cadit. Quia igitur ascensus in labore est, descens in voluptate, recte nunc dicitur: Fratres præterierunt me sicut torrens qui raptim transit in conuallibus. Aliter. Si enim conualles, ima pœnarũ loca intelligimus, iniusti quique sicut torrens raptim ad conualles transeunt, quia in hac vita quam totis desideriis appetunt, diu stare nequaquam possunt. Raptim itaque ad conualles transeunt, qui in lõgum quidem, uoluptatum desideria pertrahunt, sed ad inferni claustra repente perducuntur. Quia enim hoc etiam tempus, etiam si multum sit, si fine clauditur, longum non est, ex fine miseri collegerunt, breue fuisse, quod amittendo tenuerunt. Vnde bene per Salomonem dicitur: Si multis annis vixerit homo, & in his omnibus *Eccl. 11.* lætatus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierum multorum, qui cum venerint, vanitatis arguentur præterita.

23 *Lib. 8. Moral. c. 6.* IDEM exponens verba illa Iob cap. 7. Cutis mea aruit, & contracta est, dicit: In sanctæ Ecclesiæ corpore; hi qui solis exterioribus curis inseruiunt, congrue cutis vocantur. Quæ nimirum cutis arescendo contrahitur, quia mentes carnalium, dum prẽsentia diligunt, & quasi iuxta posita concupiscunt, ad futura tendi per longanimitatem nolunt. Qui dum interne spei pingue dinem negligunt, vt attrahantur aresiunt, quia si eorũ corda desperatio non siccaret, nequaquam æstus hæc *Psal. 62.* pusillanimitatis attraherent. Hanc namque attractionem Psalmista formidauerat, cum siccitatem mentis metuens dicebat: sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea. Adeps quippe pinguedinis animã replet, cum hanc contra præsentium desideriorum æstum supernæ spei infusio refouet. Cutis ergo aresces attrahitur, cum cor rebus exteriorib. deditũ, atq; ex desperatione siccatum, in authoris sui amorem non tenditur, sed in semetipso, vt ita dixerim, rugosa cogitatione replicatur. Pensandum vero est, quod carnales mentes idcirco præsentia diligunt, quia vita carnis, quàm fugitiua sit, minime perpendunt. Nam si velocitatem transitus eius aspicerent, hanc etiam prosperantem minime amarent.

24 *Lib. 9. Moral. c. 25.* IDEM explicans locum Ezechielis 32. Ibi Assur, & omnis multitudo eius, & in circuitu eius sepulchra illius; ait: Quis Assur superbi regis nomine, nisi diabolus exprimitur, qui eo ꝑ ꝙ multos ad culpã pertrahit, cum cuncta sua multitudine ad inferni claustra descendit. Sepulchra autem mortuos tegũt. Et quis alius mortem acrius pertulit, quam is, qui conditorem suum despiciens, vitam reliquit? Quem videlicet mortuum cũ humana corda suscipiunt, eius proculdubio sepulchra fiunt. Sed in circuitu illius sepulchra eius sunt, quia in quorum se mentibus nunc per desideria sepelit, hos sibi postmodum per tormenta coniungit. Et quoniam nunc in semetipsis reprobi malignos spiritus illicita perpetrando suscipiunt, tunc sepulchra cum mortuis ardebunt. Sepulchra ergo diaboli, dicuntur impij.

IDEM

IDEM exponens verba illa Iob cap. 2. Leuis est super faciem aquæ, sic ait: Aquæ superficies, huc, illucque aura impellitur, & nulla stabilitate solidata passim mouetur. Iniqui igitur mens pluſquam aquæ superficies leuis est, quia quælibet hanc aura tentationis attingerit, sine tarditate aliqua trahit. Si enim cor fluxum, cuiuslibet peruersi cogitamus, quid aliud quàm in vento positam aquæ superficiem cernimus? Nunc namque illum aura superbiæ impellit, nunc aura luxuriæ, nunc aura inuidiæ, nunc aura fallaciæ pertrahit. Super faciem ergo aquæ leuis est is, quem, quilibet erroris ventus, cum venerit, impellit: Vnde bene quoque per psalmistam dicitur: Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti. Vt rota quippe ponũtur iniqui, quia in circuitu laboris missi, dum ea quæ ante sunt, negligunt, & ea quæ deserenda sunt sequuntur, ex posterioribus eleuantur, & in anterioribus cadunt. Qui rectè quoque stipulæ ante faciem venti comparantur, quia irruente aura tentationis, dum nulla subnixi sunt ratione grauitatis, eleuantur, vt corruant, & sæpe, eo se alicuius meriti existere æstimant, quo eos in alta flatus erroris portat.

25 *Li. 17. Moral. c. 25.*

Psal. 82.

IDEM exponens verba illa Iob cap. 24. Et sicut summitates spicarum conterentur, ait: Spicarum summitates, aristæ sunt: Aristæ autem coniunctæ in spica prodeunt, sed crescendo paulisper a se hirsutæ & rigidæ disiunguntur. Sic nimirum, sic ad huius mundi gloriam, praui, diuites surgunt. Naturę enim sibi communione coniuncti sunt, sed contra se vicissim crescendo diuiduntur. Alius quippe alium despicit, & alter in alterum inuidiæ facibus ignescit, qui ergo ex tumore mentis a charitate vnitatis se separant, quasi aristarum more contra se rigidi stant. Quid ergo prauos huius mundi diuites dixerim, nisi aristas quasdam generis humani? qui dum contra se superbiunt, sed bonorum vitam vnanimiter affligunt, aduersum se quidem diuisi sunt, sed tamen cõcorditer grana deorsum premunt. Nunc igitur aristæ ad alta prosiliunt, grana latent, quia & reproborum potentia eminet, & electorum gloria non apparet. Sed trituræ tempus aduenit, quod & aristarum rigiditatem frangat, & solida grana non conterat. Tunc quippe superbia iniquorum comminuitur, tunc electorum vita quanta integritate fulgeat declaratur, quia cum iniusti deficiunt, ex hac ipsa aristarum contritione agitur, vt grana appareant, quæ latebant. Cumque aristæ franguntur, granorum candor ostendi tur, quia iniquis in supplicia æterna cadentibus, sanctorum iustitia, quãta veritate candeat demonstratur. Vnde rectè Ioannes Baptista dixit, cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam, & triticum quidem recondet in aream suam, paleas autem comburet igni inextinguibili. Sicut spicarum ergo sumitates conterentur impij, quia nimirum rigiditas eorum, trituræ vltimæ fortitudine frangitur, quæ nunc electorum vitam despiciens eleuatur.

26 *Li. 17. Moral. c. 6.*

Matth. 3.

IDEM exponens verba illa Iob cap. 28. Lapidem caliginis, & vmbram mortis diuidit torrens a populo peregrinante dicit: durus ille perfidia Iudæorum populus, qui auctorem vitæ per fidem videre noluit, lapis caliginis fuit, quia & crudelitate durus extitit, & infidelitate nebulosus. Qui alio quoque vocabulo, vmbra mortis dicitur. Vmbra quippe talis exprimitur, qualia eius rei de qua trahitur, fuerunt lineamenta. Quis autem mortis nomine, nisi diabolus vocatur? De quo dicitur: Et nomen illis mors Cuius ille populus vmbra extitit, quia iniquitatem illius sequens, eius in se imaginem expressit: vnde reprobi dicuntur, & lapides caliginis, & vmbra mortis.

27 *Li. 18. Moral. c. 18.*

Apoc. 6.

Finis Libri Duodecimi.

TARVISII, Apud Euangelistam Deuchinum. 1604.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA